The
Robert E. Gross
Collection
A Memorial to the Founder
of the
*Lockheed Aircraft
Corporation*

Business Administration Library
*University of California*
Los Angeles

# NICOLAI MYLERI
## ab Ehrenbach/
# METROLOGIA.

*Hoc eſt,*

De jure ſtatuendi de menſuris, ponderibus & moletrinis.

*Ubi in ſpecie quoque.*

De Lapide terminali & Torculis, tam privatis quam publicis ac Bannalibus, ſingularia quædam & non vulgaria exhibentur & variæ Quæſtiones explicantur.

*Tractatus Practicus.*

In quo quicquid vulgari aut exotica lingua traditum, in linguam latinam transverſum eſt.

*Cum Sacræ Cæſareæ Majeſtatis privilegio ad 20. annos.*

*TUBINGÆ,*

Impenſis JOH. GEORGII COTTÆ, Acad. Bibliopolæ.

Literis JOHAN-HENRICI REISII.

ANNO M.DC.LXVIII.

## SUMMA PRIVILEGII
### IMPERATORII.

SAcræ Cæſareæ Majeſtatis gratioſiſſimo privilegio, die V. Junii Anno M DC LXII. proviſum eſt, ne quis, NICOLAI MYLERI ab Ehrenbach/ JCti, Opus de Jure publico Imperii Romano-Germanici (cujus quinta pars *METROLOGIA* nunc primum publicatur) absq; JOH. GEORGII COTTÆ, Academ. Tubingenſis Librarii, ejusve hæredum & ſucceſſorum conſenſu & licentia, clam vel palam imprimat, aut ubiubi impreſſum in Germania divendat; idque ad annos viginti, à primæ Editionis ſingularum partium computandos, ſub pœna amittendorum librorum, & ſolvendarum decem auri puri Marcarum: &c. ſicuti id uberius in ipſo privilegii autographo definitur. A quo damno ut ſibi omnes caveant, hæc in fronte viſum eſt iterum iterumque monere.

## EDITOR.

### *Benevolo Lectori Salutem?*

HAbes hîc, Benevole Lector, Magnifici viri, magnificam operam. Non indiget ſuſpenſâ hæderâ vinum Jàm vendibile & jam olim ante vindemias deſideratiſſimum. Autor Librum, Liber authorē commēdat, ut ſi quid laudis vel encomii aut huic aut illi ſuperadderem præterea, authoritati unicujusq; diffidere vel omninò detrahere viderer.

Materiæ, ut cernis raritas & exacta ingenioſitas ſuum ipſa trahit Lectorem & Emptorem, deque Myleriani Genii & Ingenii per orbem jam frequentius evolantis acumine abundantiſſime teſtatur.

Nec quidem vel lucri vel auræ captandæ gratiâ in lucem proſiliit Autor, extorſa potius eſt hæc noſtra Metrologia enixis tum meis tum Literatorum plurimorum vellicationibus & amicis preculis: Conſenſit in Editione Libri pernobilis Scriptor, non avaro captandi ſed Liberali, Literario Orbi benefaciendi, animo, ut qui ſibi nihil hâc in re per invidiam latere voluit ſoli, quod tanto reipubl. emolumento

communicari pluribus potuiſſet. Et cave putes vel tædio temporis vel otio aut Curiæ curis ſolutum ſcripſiſſe tantum Virum, miraberis ſanè laborem ſpatio duodecim menſium, horis furtivis abſolutum, ſi innumeris Regiminis & Conſiliorum involucris involutiſſimum alia & talia evolviſſe, ſi id temporis, quod alii ſanè occupatiſſimi reſumendis Viribus aut recreationi ſolent impendere, fidum noſtrum Rerumpl. ſine adulatione haud exiguum Fautorem ſuo bono & commodo donâſſe, grato animo memineris. Taceo tandem tecto tenus exſtructæ & ad admirationem usque inſtructiſſimæ Bibliothecæ medullam, opuſcula huic largiter immerſam & ceu penu quodam ſine invidia ſine arrogantia omni fideliter ſibi communicatam.

Vale ergo, faventiſſimè Lector, atq; tam ſingulari Munificentia fruere feliciter, tantoq; in Reipubl. ac Univerſi propemodum orbis emolumentum ac documentum viventi ac ſcribenti Viro felicia quæq; vitamq; precare, meam denique in edendo hoc opuſculo curam ratamque gratamque habeto.

Elen-

# ELENCHUS

## *Capitum & quæſtionum in hoc tractatu contentarum.*

CAP. I.

De Origine & authoritate Juris Menſurarum Variarum Gentium.

CAP. II.

De Ratione, cur Jus menſurarum & ponderum, etiam Gentium Jure Imperio Regio accenſeatur.

CAP. III.

Jus ſtatuendi de menſuris & ponderibus, in Imperio Romano Germanico, ad ſuperioritatem territorialem pertinet.

*Quæſtiones.*

*1. An Ius ſtatuendi circa pondera, menſuras, ulnas & molendinas publicas tam de Iure Civili quam uſu Imperii, ſit actus Superioritatis, ac in Imperio Rom. Germanico, Iurisdictioni territoriali annexus? Affirm. §. 4. & ſeqq.*

*2. An Caſtro vendito, aut per Inveſtituram in feudum conceſſo, cum territorio vel cum pertinentiis, tranſeat quoque in Ceſſionarium vel Emptorem, Ius Menſurarum & ponderum, ac facultas puniendi falſificantes menſuras? Neg. §. 10. 11. 12. & 13.*

CAP. IV.

De Menſurarum, ponderum &c. uniformitate, Statui publico inprimis neceſſaria.

CAP. V.

De Statuum provincialium Conſilio vel aſſenſu, in mutandis menſuris ac ponderibus.

*Quæſtiones.*

*1. An Princeps Imperii ad inſtituendam ponderum & menſurarum uniformitatem, ſubditorum conſenſum requirere teneatur? An verò modum menſurarum Univerſalem invitis ſubditis dare poſſit? Diſtinguitur §. 1. & ſeqq.*

## CAP. VI.

De Jure & Modo menſurandi merces, ſi Contrahentes ſint ſubditi diverſorum Principum, ac diverſitas menſurarum exiſtat.

*Quæſtiones.*

*1. An hæc menſurarum mutatio, Creditores quoque forenſes, qui prædia Cenſualia in Statuentis territorio poſſident, ad obſervantiam obliget; ac an, v. gr. Creditor forenſis Cenſualis, cui quotannis ex pacto debitor cenſualis certos modios frumenti ſolvere obligatus, à debitore, frumentum juxta novam menſuram accipere teneatur? Affirm. §. 1. & ſeqq.*

*2. An facto Contractu Venditionis aliquot jugerum prædiorum, vel plauſtrorum vini menſura facienda ſit, ſecundum menſuram loci Contractus, an loci rei ſitæ? Juxta menſuram loci Contractus. §. 7. & ſeqq.*

*3. Quid dicendum, in caſu quo conventum fuit inter partes, ut venditor teneatur prædium infra tres menſes menſuræ ſubjicere: An elapſis hiſce tribus menſibus, partes petere poſſint, ut menſura prædii ſuſcipiatur? Negatur quoad venditorem, ſed Emtor non niſi 30. annorum præſcriptione excluditur. §. 12. & 13.*

*4. Si in diviſione bonorum communium à duobus fratribus menſuratio agrorum aſſignatorum per peritos agrimenſores fuerit pacta, absque aliqua temporis definitione; & lapſi fuerint anni viginti & ultra, an heredes unius fratris defuncti, à fratre ſuperſtite menſurationem agrorũ adhuc petere poſſint? Affirm. §. 14.*

*5. An Venditione ad menſuram facta, interim donec prædium metiatur, pœnitentiæ locus ſit? Neg. §. 15. & 16.*

*6. Quam-*

*6. Quamdiu deceptis in menſuratione ſuccurratur? Triginta annis §. 17.*

## CAP. VII.

De Remediis contra defraudatores menſurarum, ponderum: ubi primum de menſurarum publica collocatione.

*Quæſtiones.*

*1. Qua pœna is, qui malo animo menſurarum & ponderum exemplar publicum, præ foribus Templi vel Curiæ affixum, refigit, devaſtat, aut alio modo corrumpit, ſit afficiendus? pœna albi corrupti. §. 6. & ſeqq.*

## CAP. VIII.

De Secundo Remedio, ſcilicet de Inſignium Domini territorii impreſſione.

*Quæſtiones.*

*1. Cujus Inſigniis menſuræ & pondera ſint notanda? Inſigniis domini territorij. §. 4.*

## CAP. IX.

De Tertio Remedio, ſcilicet de Cuſtodibus Menſurarum.

## CAP. X.

Quartum Remedium de Conſtitutione Menſorum, & quinam ad hoc officium eligendi ſint?

*Quæſtiones.*

*1. An Menſor aut ponderator in aſſumtione Officij ſui præſtet juramentum de Credulitate, an verò de veritate? Diſtinguitur. §. 13. & ſeqq.*

*2. Quid Iuris, ſi dubitetur, de Relatione menſoris, v.g an poſſeſſio tot jugera contineat, vel merces tot modiorum aut ponderum ſint, præſertim ſi partes huic aſſertioni contradicant? Statur aſſertioni menſorum, §. 15. & ſeqq.*

*3. Si de finibus agri aut quantitate modiorum frumenti lis oriatur, cujus expenſis menſuratio ſit peragenda, an ſumtibus petentis,*

*tentis, an verò ejus cujus intereſt? Sumtibus Communibus.* §. 17.

## CAP. XI.

De Effectu Juris ſtatuendi circa pondera, menſuras, ulnas.

*Quæſtiones.*

1. *An caſu, quo Dominus aut Vaſallus loci, in pago Jus viſitandi pondera ac menſuras & falſificantes puniendi, vel ex uſu inveterato, vel feudali conceſſione habet; Dominus autem directus vel territorii Jus dandi, & principali ſtigmate ſignandi ſibi vindicat: An Dominus reditus ac decimas à ſubditis debitas, cum ſuis menſuris ad arbitrium fabricatis, aut in ſuo Caſtro uſualibus menſurari, ac ad earum modum & modium, exigere poſſit? Neg.* §. 6. & 7.

2. *An Princeps territorii de menſuris & ponderibus quoque Abbatum, Sacerdotum & Clericorum cognoſcere, eave recognoſcere & ſignare poſſit? Affirm.* §. 10. & *ſeqq.*

## CAP. XII.

De pœna depravantis menſuras & pondera.

*Quæſtiones.*

1. *An is, qui falſis menſuris aut ponderibus ſcienter uſus eſt, eâdem pœnâ puniatur, qua doloſè fabricans menſuras depravatas, puniri ſolet? Neg. ſed mitiori.* §. 8. & 9.

2. *Qua actione Titius poſſit convenire Pamphilum, qui ſcienter ac ſtudio ei falſas menſuras aut adulterata pondera commodavit, quo in pœnam fraudantis menſuras inducat? Commodans tenetur actione de dolo.* §. 10. & 11.

3. *An is, qui iniquas menſuras, bilances, pondera & ulnas conficit, vendit aut locat, fraude poſtmodum comperta, ignorantia ſeſe excuſare poſſit; ac eandem probando à pœna falſi arbitraria liberetur? Negat.* §. 12. & *ſeqq.*

4. *An is qui falſis & adulterinis menſuris & ponderibus ignoranter uſus fuit in mercatu publico,* **zu offenem Marckt,** *impu-*

*impunè hoc committat, ac à falſi pœnâ, ignorantiæ prætextu liberetur? Neg. §. 26. & ſeqq.*

5. *An verba iſta, toties quoties,* **ſo offt ſolches geſchicht/** *ad ſingulos metiendi actus referenda ſint; an verò ad ſingulos Contractus, qui plures actus poſtulat? Affirm. prius. §. 31.*

6. *An graviori pœna afficiendus ſit is, qui utendo falſis menſuris & ponderibus, pro prima & ſecunda vice punitus non fuit, ſed pro tertia vice, in fraude fuerit deprehenſus? Neg. §. 32.*

7. *An falſi pœnam incurrat is, qui in re minima falſum commiſit, menſurando aut ponderando? Vix erit puniendus. §. 33.*

8. *An mercator propria authoritate, pondus juſto levius adæquare, eive ceram aut quid ſimile, impunè addere poſſit? Affirm. §. 34. & 35.*

9. *Cuinam competat menſuram & pondera falſificantes coërcere & punire, ab eisve mulctam exigere? Domino territorij. §. 35. & ſeqq.*

## CAP. XIII.

### De Agrimenſore & falſa relatione parti obligato.

*Quæſtiones.*

1. *Ad quid teneatur menſor, qui in menſura renunciatione quempiam decepit aut falſum commiſit? Conveniri poteſt actione in factum. §. 1. & ſeqq.*

2. *An ob latam quoque culpam agrimenſoris falſam menſuram referentis, juramentum in litem deferatur? Affirm. §. 5. & ſeqq.*

3. *An Dominus de dolo ſui ſubſtituti in menſurando teneatur? Neg. §. 17.*

4. *Quid ſi unus ex duobus menſoribus doloſis læſo actori ſolidum ſolverit, An agrimenſor ſolvens adverſus ſocium doli,*

 utpote

*utpote ſuum commenſorem regreſſum habeat, ut ei ab actore læſo, cedendæ ſint actiones? Neg. §. 22.*

## CAP. XIV.

### De Lapide Terminali, ejusque motione & propulſione.

*Quæſtiones.*

*1. Quot teſtes ſeu lapilli, in omni lapidum terminalium conſignatione requirantur? Hæc quæſtio dependet à Conſuetudine locorum. §. 14.*

*2. An termiorum ac columnarum finalium cura & poſitio, ſit actus Jurisdictionis territorialis? Affirm. §. 16. & ſeqq.*

*3. Quid ſi flumen vel ſtagnum, curſum ſuum vel alveum mutet; an termini quoque confinales, vel Juridictio terminalis per alluvionem mutentur? Diſting. §. 21. & ſeqq.*

*4. Si fluminis terminalis mutatio pededentim per incrementum latens, ſeu alluvionem contingat; An exinde mutatio, incrementum, & extenſio territorii, & Jurisdictionis eveniat, ſeu, An alluvio mutet Iurisdictionalia? Neg. §. 24. & ſeqq.*

*5. An limites provinciarum finales, temporis quoque curſu intereant, & Iure præſcriptionis amittantur vel mutentur? Affirm. §. 28. & ſeqq.*

*6. An pendente Reviſione, Judex ſuperſedere debeat, in figendis terminis finalibus, ſive, An Reviſio effectum habeat tantum devolutivum, an, verò ſuſpenſivum? Negatur poſterius. §. 33. & ſeqq.*

*7. An Ratio Status Imperii Rom. Germanici, olim exegerit, & adhucdum aliquando exigere videatur, ſententiarum in Judicio Reviſorio pendentium, executionem ſuſpendere? Hujus quæ-*

*quæſtionis definitio Imperatoris & Imperii determinationi eſt relinquenda. §. 36. & 37.*

## CAP. XV.

### De pœna termini motoris.

*Quæſtiones.*

*1. An terminorum motor doloſus pœna ordinariâ puniatur, licet ſua doloſa turbatione & invaſione, nemini nocuerit? Affirm. §. 6. n. 3.*

*2. An turbator terminorum finalium, pœnam dupli ex Conſtitutione l. ſi conſtiterit. 4. C. fin. regund. inductam ſuſtinere teneatur, etiamſi invaſio prædii, & violatio termini confinalis, ante litem conteſtatam peracta ſit? Affirm. §. 11. n. 2. & 3.*

*3. Qui terminos finales moverit, non animo furandi, nec prædium vicini occupandi; ſed animo duntaxat nocendi, ac ſeminandi rixas & diſcordias inter Vicinos, per limitum confuſionem, ut eos cognoſcere difficile ſit; an pecuniaria tantum; Vel arbitraria pœna teneatur? Affirm. poſterius. §. 12.*

*4. An ille, qui ſimul plures evulſit lapides finales, ad unicam tantum pœnam teneatur; an verò ad plures pœnas? Committitur arbitrio Judicis. §. 13.*

*5. An attentans movere aut invadere terminos finales, ſit omninò extra Legis pœnam? diſting. §. 16.*

*6. An partes Vicinæ propria authoritate, ad determinanda Vicinorum prædia à propriis, cum conſenſu omnium eorum quorum intereſt, ſibi ipſis lapides finales figere & refigere poſſint? Affirm. §. 17. n. 3. & 4.*

*7. Cum pœna termini moti hodierno Jure & uſu Imperii*

*ſit arbitraria, an illa caſu eveniente, etiam ad pœnam mortis extendi poſſit? Affirm. §. 18.*

*8. Cum quæſtio falſi termini poſiti, in cauſam Civilem incidit, an in Civili ſuperſedendum ſit? Affirm. ſi falſum ſit tale, quod cauſæ Civili præjudicium faciat: alis non. §. 19. n. 5.*

*9. Cum diverſæ ſint pœnæ conſtitutæ his, qui terminos effodiunt & turbant, an una pœna indicta, alteram tollat? Affirm. §. 20. n. 1. 2. 3. & 4.*

*10. An pœna pecuniaria ex Lege Agraria, quinquaginta ſolidorum intentata & impoſita, concurrere poſſit cum accuſatione adverſus motorem doloſum, an verò per l. f. ff. d. term. mot. abrogata & antiquata ſit? Neg. poſterius §. 20. n. 5. & ſeqq.*

## CAP. XVI.

### De Jure & poteſtate Statuendi circa molas, easque viſitandi.

*Quæſtiones.*

*1. Ubi Jurisdictionis ſpecies in caſtro, pago vel Civitate ſunt penes duos, cuinam competat inſpectio & viſitatio molendinorum,* **und wer die Mühl-Beſchawung fürzunemmen berechtiget ſeye?** *diſting. Regulariter tamen hæc inſpectio pertinet ad dominum territorii, vigore Superioritatis. §. 12. & ſeqq.*

## CAP. XVII.

### Quinam Molendinorum inſpectioni & viſitationi ſint præficiendi.

*Quæſtiones.*

*1. An Molendinorum inſpectio, viſitatio & conſtructio,*

*non*

*non tantum ad moletrinas, ſed etiam ad alia molendina extendi poſſit? Affirm. §. 4. & 5.*

*2. Quo Ordine frumenta molenda ſint, & an ſi Dominus molendini poſterior tempore, ſua frumenta in molendinum adferat, præferendus ſit privato, qui prior tempore cum frumentis advenit? Affirm. §. 6. & ſeqq.*

## CAP. XVIII.

## De Jure Torculorum, Principi Jure Superioritatis competente.

*Quæſtiones.*

*1. An quilibet privatus in fundo aut ædibus ſuis, ſui & aliorum uſus gratia liberè absque principis conſenſu, torculum ædificare poſſit? Affirm. §. 5. & ſeqq.*

*2. An Jus ædificandi torcularia ſit de Regalibus? Neg. §. 11. & ſeqq.*

*3. An torcular bonis mobilibus an verò immobilibus ſit accenſendum? Reſp. Immobilibus. §. 18. & ſeqq.*

*4. An torculo legato aut Emto, vaſa quoque vinaria ſeu cuppæ, Legatario aut Emtori cedant, ac inſtar bonorum immobilium cum torculo tranſeant? Aff. §. 25. & ſeqq.*

*5. An venditioni domus accedat quoque preſſorium magnum & importatile? Affirm. §. 29.*

*6. An locator ædium teneatur quoque conductori concedere torculare ædibus annexum, & pro premendis uvis deſtinatum? Affirm. §. 30.*

*7. An vendito torculo ſine diſtrictus expreſſione, ipſe diſtrictus quoque torcularis, ſive Jus cogendi vicinos, in venditorem tranſeat? Affirm. §. 31.*

# CAP. XIX.

## De Torculo publico & bannali.

*Quæſtiones.*

*1. An Comes Imperii vel univerſitas habens torculum publicum, ſubditis vel concivibus imperare poſſit, ut nullum aliud, quam Domini, uvarum exprimendarum cauſa accedant? Negat. §. 1. & multis ſeqq.*

*2. Si Dominus cum univerſitate pactum de torculo bannali inducendo inire vult, an ſingulorum conſenſum exigere teneatur, an ſufficiat, ſi major pars conſentiat? Affirm. prius. §. 16.*

*3. Si Dominus Civitatis aut pagi quosdam Incolas, torculum privatum accedere prohibuerit, & illi paruerint, an ex tali prohibitione acquiſita poſſeſſio, ſi ad majoris partis de Univerſitate notitiam pervenerit, reliquos omnes obliget? Neg. §. 17.*

*4. An ad inducendum Jus bannale torculi dominici, requiratur non tantum prohibitio domini torcularis, ſed etiam ſubditorum ſcientia & patientia, uniformiter, longiſſimo temporis curriculo præſtita? Affirm. §. 19.*

*5. Si Dominus torculi convenerit cum pamphilio, quod ipſi & ejus heredibus gratis uvas in ſuo torculo premere velit; & pamphilii familia creverit in tantum, ut Dominus torculi vix ſuas uvas, nedum alienas cogere poſſit, An hoc pactum perpetuò duret? Neg. §. 23.*

*6. An Dominus torculi bannalis, qui pago cum Iurisdictione praeſt, cenſum torcularem pro lubitu mutare vel augere poſſit? Neg. §. 26. n. 2. & ſeqq.*

*7. An*

7. *An bannum ſeu acceſſio neceſſaria premendi uvas in torculo ſive dominico ſive privato ſit ſervitus perſonalis vel realis? poſterius Affirm. §. 28.*

8. *An Dominus torculi bannalis, Iuri banni, etiam invitis diſtrictualibus renunciare, & ipſum bannum torculare refutare poſſit? Affirm. §. 30.*

## CAP. XX.

### De Jure Statuendi circa torcula, tam publica, quam privata, Domino territorii Jure Superioritatis competente.

*Quæſtiones.*

1. *An Dominus vineæ, abſoluta vindemia, & uvarum collectione jam facta, racemationem prohibere poſſit? Negat. §. 14.*

2. *An vindemiæ, & uvarum collectio, etiam diebus feriatis, bona conſcientia fieri, aut à Magiſtratu permitti poſſit? diſting. §. 21. & ſeqq.*

3. *An forenſis, Dominus vineæ,* **Ein Außmann/** *uvas tempore vindemiarum collectas & contuſas, contra loci conſuetudinem, extra territorium, ad aliud torculum, vehere poſſit? Neg. §. 39. & 40.*

4. *An Vinitor aut Colonus ob malam culturam & ſupinam colendi negligentiam, vineam certo annuo cenſu conductam amittat, & Dominus eum fundo expellere poſſit? Affirm. §. 41. 42. 43. 44. & 45.*

5. *Si quis Vinitorem ſolertem in vinea alterius, perſuaſerit, ut recederet, nec amplius colere deſideret, An teneatur Domino in*

*no in id, quod ſua intereſt, deſertam eſſe culturam? Aff. perſuaſorem de dolo malo conveniri poſſe. §. 46.*

*6. Si quis promiſerit operariis Vinitoribus, mercedem à Civibus loci exſolvi ſolitam; & conſtet Concives diverſimodè mercedem ſolviſſe, qualis merces ſit iis perſolvenda? Hoc caſu mercedem ad minimum reducendam eſſe, ſtatuitur; §. 47.*

CUM

## Cum Deo!

# De Jure Menſurarum, Ponderum Ulnarum, & Molarum inſpiciendarum.

## Caput I.

### *De Origine & Auctoritate Juris menſurarum variarum Gentium.*

SUMMARIA.

§. 1.

1. *Cura Menſurarum & ponderum, ad Magiſtratum pertinet.*
2. *Origo menſurarum & ponderum eſt ab ipſa natura.*
3. *Menſura unde dicatur.*

§. 2.

1. *Cura ponderum & menſurarum apud Hebraeos.*
2. *Apud Graecos.*
3. *Apud Romanos.*
4. *Poteſtas Ædilium Curulium circa falſas menſuras.*

§. 3.

1. *Initium Collegii Menſorum; Qui ſint Caudicarii & Portuenſes.*
2. *Curam menſurarum & ponderum aliquando Imperatores ſibi ipſis ſumſerunt.*
3. *Hæc poſtmodum Impp. Gothis, Regibus Romanis ceſſit.*

§. 4.

1. *Caroli Magni Conſtitutio circa menſuras.*
2. *Hunnorum Regum Edicta circa menſuras & pondera.*

§. 5.

1. *Galliæ Reges, Imperium circa pondera & menſuras, adſcribunt ratiociniis Regiis.*

 2. Ex-

2. *Eorundem decreta circa pondera & menſuras.*
3. *Cura circa hanc rem in ſingulis Galliæ Municipiis.*
4. *Authoritatem ponderum & dimenſionũ in Ducatu Normannico, hodiè Rex Galliæ ſibi purè vindicat.*

§. 6.

1. *Hiſpaniarum Regis Conſtitutio circa menſuras & pondera.*

§. 7.

1. *Jus Regium circa menſuras & pondera, in Anglia,*
2. *Hodie tamen menſuræ genera Senatus Conſulto parlamentario mutari conſueverunt.*
3. *Juri Regio in Anglia, Vicinæ Scotiæ Leges ſeſe conformant.*

§. 8.

1. *Caroli Regis Hungariæ conſtitutio circa pondera & menſuras.*
2. *Regum Sigiſmundi & Vladislai Conſtitutiones circa eandem rem.*

§. 9.

1. *Regni Neapolitani Tribunal ſingulare circa pondera & menſuras.*
2. *Jus Regium circa pondera & menſuras in Sicilia*
3. *Credenzerius à quo eligatur.*

§. 10.

1. *Cura ponderum & menſurarum in Republica Veneta.*
2. *In Principatu pedemontano & Ducatu Sabaudiæ, hoc Jus reſidet apud Ducẽ Sabaudiæ.*

## §. I.

AB omni ævo, cura menſurarum & ponderum publicæ authoritatis fuit, eâ de causâ ſolebat exactam adhibere diligentiam Magiſtratus ſummus, providendo, ne quid in iis falſitatis atque fraudis committatur; Hinc in optimâ quâque Republicâ fuerunt *Zygoſtatæ* ſeu *Libripendes* inſtituti, majore Imperio, qui ponderum rationem tenerent, curarentque per ſingulas Vrbes, ut Μηχανικοὶ, ſeu Mechanici juſto pondere mercimonia divenderent. Juxta Reſcriptum Imperatoris Juliani *in l. quoties. 2. ibi.* Zygoſtatæ *D. de pon-*

*de ponderat.* Renat. Choppin. *tract. de Doman. Franc. libr. 3. tit. 22. n. 1.* David. Mevius *ad Jus Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 20.*

2. Originem & primum Inventorem menſurarum & ponderum Phidonem Argivum fuiſſe, tradit Plinius *lib. 7. natur. hiſtor. cap. 56.* Vel Palamedem vocatum fuiſſe maluit A. Gellius. Veruntamen Menſuras ad pondera ab ipſa natura, eave ita dictitante originem traxiſſe melius cenſuit Thom. de Aquino *lib. 2. regimin. polit. cap. 14.* Omnia ſiquidem Deus T. O. M. diſpoſuit in pondere & menſura. Sicuti ſcribit *Script. Sapient. cap.* 1. Alph. de Azevedo *ad leg. 1. Recopil. n. 3. lib. 5 tit. 13.* Vide Anichin. ap. Novar. *de gravam. Vaſallor. tom. 3. Gravam. 72. n. 18. & 19.*

3. Quantum ad *Derivationem* Menſurarum, Hebræi *Menſuram* vocant *Meſura*: à radice, *Sur*, i. e. Principatum tenuit. Quoniam menſura, rerum Domina eſt, & dividendorum Princeps. Dicitur etiam, *Schaar*, quia portæ affigebatur. Avenar. *in Lexic. Hebr. verb. Schaar.* Beſold. *de jur. majeſt. cap. 8. num. 9. in Oper. polit.*

§. II. 1. Apud *Hebræos* Moſaica lex erat conſtituta, quâ Moſes in Levitico, Juſtitiæ Regulas præſcribens, Non facietis (ait) iniquum aliquid in pondere & menſura, ſtatera æqua & juſta ſint pondera, juſtus modius, ac æquus ſextarius, Levit. *cap. 1. verſ. 19.* Deuteron. *cap. 25. v. 14. & 15.* Proverb. *cap. 20. v. 10.* ac Michæ. *cap. 6. v. 11.* habetur prohibitio Jehovæ accerrima & gravis hiſce verbis formalibus: Solte ich die ungerechte Waag und falſch Gewichte im Seckel billichen/ durch welche ihr Reiche viel ungerechtes thun. h. e. *Nunquid juſtificabo ſtateram impiam? & ſacculi pondera doloſa? In quibus divites ejus repleti ſunt iniquitate.* Ezechiel. *cap. 20.* Damhoud. *in Prax. Crimin.*

 *cap. 123.*

*cap. 123. n. 2.* Joan. Bonif. *de furt. §. fraudulosa. 4. n. 50.* Straccha *de mercatur. part. 7. num. 22. & 23.*

2. Parilis cura ponderum & menſurarum penes *Græcos* fuit, dum Athenis Μετρονόμοι, id eſt, Magiſtratus quidam quindecim virorum conſtituebatur, quorum Deni in Piræo, Quini in Vrbe elaborabant, ut menſuræ vendentium legitimæ forent: Sicut ex Ariſtotelis ſententiâ ſcribit Arpocratio, idque teſtatur Suidas *in verbo* Μετρονόμοι. referente Renat. Choppin. *dict. tr. lib 3. tit. 22.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntag. jur. univerſ. lib. 36. cap. 1. n. 16.*

3. Erant quoque *Romæ* tempore Reipublicæ antiquitùs corpora, ſeu Collegia, quæ habebant curam menſurarum frumenti juxta annonam Vrbis, cum vacatione munerum, etiamſi in Provinciis hoc privilegio non uterentur. teſte *Papiniano* in *l. his honoribus 10. §. 1. D. de vacat. muner.*

4. Ita ædiles curules poteſtatem à populo Romano ſibi ipſis delegatam habebant, frangere falſas & iniquas menſuras, apud quoscunque illas repererint. per text. in *l. item quæritur, 13. § ſi quis menſuras.* 8. ubi Gothofr. *D. Locati. l. eos qui.* 12. *D. de Decur.* facit. *l. penult. D. de falſ.* Plautus *in Rudente & Sticho.* Juvenal. *Satyr. 10.* Franciſc. Duaren. 1. *diſput. 26. in fin.* Joan. Gædd. *in l. Paulus. 221. num. 3. D. de Verb. ſign.* Claud. Bertazol. *ad conſil. deciſ. crim. Patris. 290. lit. A.* eleganter Damhoud. *in prax crimin. cap. 223. n. 3.*

§. III. 1. Mutatâ demum Reipublicæ Romanæ formâ Democraticâ in Monarchiam, Menſurarum Cura penes *Imperatores* reſidebat: ac Romæ Menſorum collegium fuit inſtitutum qui frumentũ metiebantur, ſub diſpoſitione Præfecti annonæ vel Præfecti Vrbi, ideoq; pluribus privilegiis ornati, *per l. ab his. 10. §. 1. ibi: corpus menſorũ D. de Vacat. muner.*

*muner. l. menſores. 26. D. de excuſat. tut.* Qui etiam dicti fuerunt, Caudicarii. *Præcipuè* verò *Portuenſes*, quia horrea erant in portibus Tiberis: Et *Caudicarii*, quia naves, quæ annonam adducebant, Caudecariæ dicebantur. Sicuti apparet *ex tit. C de naut. Tiberin. lib. 10. l. un. C. ut nemin. liceat in empt. lib. 10. l. 1. C. Th. de Canon. frum. Urb. Rom.* Pancicroll. *lib. 1. Varior. cap. 64.* Bullenger. *de Imper. Rom. lib. 6. cap. 04.* Fr. de Amaya *ad l. 1. n. 31. C. d. condit. in publ. horr. lib. 10.*

2. Ad horum Exemplum Imperatores ſubſecuti, veluti *Valentinianus, Theodoſius, Arcadius, Honorius, Juſtinianus*, aliive curam & ſolertiam menſurarum & ponderum ſibi ipſis ſumpſerunt, eis certum modum jure Imperii dixerunt, & illatam ponderum iniquitatem ſanctionibus coercuerunt, ſimulve curam, ne quis ponderibus & menſuris prægravaretur, diligenti inſpectione Defenſoribus Civitatum demandarunt, prout conſtat ex *l. jubemus, penult. in pr. Cod. de defenſ. Civitat. l. modios. 9 l. aurum. fin. Cod. de ſuſcept. l. 1. Cod. de ponderat Nov. 128. cap. 15.* Joan. de Plat. Gothofred. & D. D. *ad præfat. leg. Cod. lib. 10.* Petr. Gregor. Tholoſan. *d. lib. 36. Syntagm. cap. 1. n. 17.* Renat. Choppin. *d. tract. de doman. Franc. lib. 3. tit. 22. num. 2.* Joachim Schepliz. *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 1. n. 3. & ſeqq.* Rittersh. *ad Novell. part. 3. cap. 15. per tot.* David Mevius *dict. tractat. ad Jus Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 21.*

3. Subſecutis poſteà temporibus, Præfectura Ponderum Cæſarum Romanorum propria remanſit, ac occupatâ Italiâ à Gothis *Imperatores Gothi*, Reges Romani jus circà pondera & menſuras ſummum ſibi ipſis reſervârunt. Nam *Theodoricus* Gothus Rex Romanorum circà *annum CCCCXLVII.* de juſto pondere ubique & ſanctè ob-

ctè obſervando, conſtitutionem ad præſides Provinciæ Boetium, & Patritium evulgavit, pænam contrà eos, qui illud diminuunt, ſanxit. Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Theodor. art. 5. fol. m. 32.* Joan. Gædd. *ad l. Paulus. 221. num. 3. D. de Verb. ſign.*

§. IV. *1. Carolus Magnus* Germaniæ Rex Auguſtus circa Annum DCCXCVI. in Capitularibus conſtituit, de menſuris, ut ſecundum juſſionem Cæſaream æquales fiant; ac de commendatis menſuris modiorum & ſextariorum, *art. 9. & 21.* decrevit, & talem conſtitutionem publicandam ad Miſſos direxit, apud Goldaſt. *in conſtit. Imperij tom. 3. Carol. Magn. fol. 141. ac 154.*

2. Et hanc circà pondera & menſuras Jus dicendi poteſtatem, aliarum quoque gentium Reges ſibi propriam fecerunt. Priſcis enim *Hunnorum* moribus ſtatutum reperimus, Reges ejusdem gentis edixiſſe, ut menſuræ & pondera eadem Budenſia ſimiliter habeantur in toto regno, & qui aliâ menſurâ ſeu pondere utatur, perdat rem menſuratam, vel ponderatam; Id quod legitur in Libro Juris conſuetudinarii Hungariæ referente Renat. Choppin. *d. tr. lib. 3. tit. 22. n. 2.*

§. V. 1. *Gallica* Monarchia olim Imperium circá pondera & menſuras *( ceſt à dire le droicts de Poids, Menſurage, Aulnage, Jaugeage, Eſtellonage, & Arpentage )* Regiis adſcripſit ratiociniis Pariſienſibus, tanquam ſceptri Francici patrimoniale. Renat. Choppin. *d. doman. Franc lib. 3. tit. 22. num. 1. in princ.* eumque referens. P. Greg. Toloſ. *in Syntagm. jur. lib. 36. c. 1. n. 18.*

2. Cujus juris vigore olim *Philippus Bellus ac Longus*, Pulchri filius, utérque Rex, & longo poſt Ludovicus XI. decreverant, omnia pondera & menſuras iisdem

legibus

legibus exæquare. Joan. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10. num. 169.*

2. Prout huic bono in ſingulis Galliæ Municipiis, jam olim inſtitutus fuit, *Un Sergeant General, Viſiteur, de Moulins, poids, balances aulnes, crochets,* qui in terris etiam Baronum generalem hanc Politiam exercebat, Renat. Choppin. *d. tit. 2. n. 2. in apoſtillis.*

4. Ac hodie adhuc Galliæ Rex in Normanico Ducatu, ponderum dimenſionumque authoritatem ſibi purè vindicat. Tirrenus *ad conſuet. Norman. lib. 4. cap. 15.* Vide & Renat. Choppin. *ad leg. Andegav. lib. 1. cap. 40.* Mignon. *ad Conſuet. Andeg. fol. 15. n. 1. 2. & 3.*

§. VI. 1. Pari modo *Hiſpaniarum Rex* ſolus in Hiſpaniæ Regnis modum & Architypum menſurarum & ponderum definit & publicè conſtituit, ex quo Barones Regnorum formam ſumere tenentur, *per l. 1. ibi*: ordonamos y mandamos. *libr. 5. Recopil. tit. 13.* Georg. Lopez. *ad leges Regni. part. 7. tit. 7. leg. 7. verb. Medidas o varas y peſos. fol. 27.* Alphonſ. de Azevedo. *ad dict. l. 1. num. 1. Recopil. tit. 13. lib. 5.*

§. VII. 1. Similiter in *Anglia* ponderum & menſurarum Jus Regium eſt, ubi Ericus Rex tertius, Invidiæ Populo levandæ cauſa, pondera atque menſuras correxit, & reſtituit; tradente Polyd. Vergil. *in Chron. Angl.* Sic quidam in Anglia Rex mercatorum falſam ulnam caſtigavit, brachij ſui menſurâ adhibitâ, omnibusque per Angliæ Regnum præpoſitâ. Selden. *lib. 2. Jani Anglor. fol. 85. num. 33.*

2. Quamvis hodie cætera menſuræ genera ſivè aridorum ſivè liquidorum non edicto Principis ſed Senatus conſulto Parlamentario (haud dubiè ex permiſſu Regis)

Regis ) conformari, aut mutari conſueverint. Thom. Smith. *de Republ. Angl. lib. 2 cap. 4.*

3. Huic Edicto Regio, Vicinæ *Scotiæ* leges ſeſe conformant, quibus cautum exiſtit, ut ſi quis de falſo pondere vel menſurâ convictus fuerit, per inquiſitionem Ballivorum ( id eſt officialium ) erit in voluntate Regis, de vitâ, membris, de terris & tenementis ſtatuere, & heredes ejus omninò exheredabuntur, niſi gratia Regis intervenerit. Joan. Skænæ. *de leg. Scot, lib. de Reg. Majeſt. cap. 132. Qu'on attach.*

§. VIII. 1. Ex eodem Juris Majeſtatici principio *Carolus Hungariæ Rex* primus, *Anno 1342*, publicè per totum Regnum decrevit, ut in cunctis Civitatibus & locis publicis, ſtatera cum ſuis ponderibus ſemper habeatur & ſervetur, ad evitandum, quod Mercatores & alii forenſes, alios contrahentes decipere nequeant. Reſpubl. Hungar. *part. 6. de contrib. reg. & Vrb. à princip.*

2. Extat quoque Conſtitutio ſeu Decretum Regis *Sigismundi I. Anno MCCCCV.* editum, de menſura liquidorum & aridorum, per totum Regnum ad menſuram Civitatis Budenſis conformanda *in oper. Tripart. Iur. Hung. part. 2. fol. m. 69. art. 1.* Adeſt inſuper aliud Decretum Regis *Vladislai* de Anno MDIV. Vt una menſura & bladorum & Vinorum per totum Regnum Hungariæ, una ſervetur. *dict. Corpor. Iur. Hung. fol. m. 260. art. 17.*

§. IX. 1. In Regno *Neapolitano* Rex particulare Tribunal, Magnæ Regiæ Curiæ Siclæ vocatum inſtituit, conſtans viginti quatuor Rationalibus ſeu Officialibus ac duobus Juriſperitis, ad quos pertinet cognitio de menſuris & ponderibus, ea non ſolum ſignando & ad juſtum pretium reducendo, ſed etiam circà ea, delicta com-

commiſſa puniendo. Capiblanca *tr. de Baron. pragmat. 8. num. 152.* Afflict. *in Conſtit. Neapol. lib. 1. rubr. 64. part. 2. n. 4.* Carol. Tapia *de conſtit. Princip. part. 1. cap. 2. num. 50.* Garſ. Maſtril. *tr. de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 95.* Joan. Rudinger. *in Obs. Camer. cent. 2. Obſerv. 76.*

2. Idem Jus in Regno *Siciliæ* circa menſuras & pondera viget, etiamſi ibidem Particulare Tribunal conſtitutum non ſit, attamen Deputatus Officialis à Regiâ Curiâ adeſt, qui circà pondera & menſuras cognitionem & executionem habet, Garſ. Maſtrill. *tract. de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. num. 96.* Afflict. *in dict. Conſtit. lib.* 1. *Rubr. 64. part. 2. num. 4. in fin. ac libr. 3. rubr. 35. verb. & legitima pondera. n. 5. fol. m. 373.*

3. Ac talis vulgo *Credenzerius* vocatur, qui à nemine niſi à Prorege eligitur, cujus officium deſcribit, ejusve electionem ſoli Proregi competere late decidit, Mar. Gjurba *deciſ. crimin. 65. n. 7. & ſeq.*

§. X. 1. Pari Jure & abſolutâ poteſtate, *Venetorum Reſpublica* ad modum Romanorum, certos Ponderum & menſurarum Præfectos eligit, quo & curam earundem habeant, ac circa menſuras jus dicant. Quirin. *Piſone. in libr. de comparat. Roman. & Venet. Magiſtrat.* Dn. Lindenſpür. *in Ord. Würtemberg. tit.* von Ehl/ Maß/ und Gewicht/ ſive de ulnis, menſuris & ponderibus. *fol. 260. n. 4.*

2. In *Pedemontano* Principatu & Sabaudiæ Ducatu Jus & poteſtas de menſuris quicquam ordinandi apud Ducem Sabaudiæ reſidet, qui ſuâ Principali authoritate Menſuras ſtatuit & ſtabilitat. *arg. l. modios. Cod. de ſuſcept. Arch. lib. 10.* Anton. Sola *ad conſtit. antiq. Sabaudiæ. Tit. de Cenſuum ſolut. Decret. omnibus* Gloſſ. *un. part. 1. n. 3. fol. m. 123.*

B Cap.

# CAPUT II.

## *De Ratione, Cur Ius menſurarum & ponderum, etiam Gentium Iure Imperio Regio accenſeatur.*

### SUMMARIA.

§. 1.

*1. Jus ponderum & menſurarum, Regiæ eſſe poteſtatis etiam Barbari norunt.*

§. 2.

*1. Menſura nucum in Superiori Suevia, à quo concedatur, & quantum quotannis importet.*

§. 3.

*1. Ratio cur poteſtas circa menſuras & pondera, ſit Summi Imperii?*

*2. Nemo circa ponderum normam & gnomonem majori cum effectu diſponit, quam is qui Jurisdictione ſuprema eſt munitus.*

§. 4.

*1. Princeps ſubjectos, quietos reddere tenetur.*

*2. Commercia & quibus vita humana indiget, promovere.*

*3. Dolis & fraudibus ſubditorum, quoad lucrum captandum obviare.*

*4. Corruptis inſtrumentis, Commercia ſubſiſtere nequeunt.*

*5. Hebræorum Etymon, unde menſura dicatur.*

§. 5.

*1. Poteſtas circa pondera & menſuras juribus Majeſtatis annumeratur.*

§. I.

CÆterum Jus menſurarum & ponderum quod Regiæ ſit poteſtatis, Barbaræ quoque nationes, imò ipſi Indiani norunt; Conſtat enim ex Navigationibus Hollandicis, qui Indiam usque ad vehenda aromata penetrarũt; quod omnia pondera in contrahendo neceſſaria à Rege aut ejusdẽ Locum tenente (quem Sabandar vocant) ſumere tenentur. Ita Hollandi

Hollandi circà annum 1598. ad Inſulam Bandam navigando appulſi, quam primum merces permutare cœperint; Haben ſie eine holtzene Waag / mit ſampt dem Gewicht / bey dem Sabander hohlen müſſen / darnach alle Gewicht gezeichnet / die alda gebraucht werden / ſolches Gewicht nennen ſie Kat / deſſen ein Pufnd ſo ſchwer / als in Holland 5. ℔. und ein Vierling; bald hernach hat der Sabander das Gewicht wider abgenommen / biß man dem Adel zu Nera auch ein Verehrung gegeben. h. e. *Oportuit eos Lances ligneas unâ cum ponderibus à Regis Locum tenente vel Judice rerum vectigalium, Sabandro petere; juxta quorum normam, omnia pondera, quibus ibidem utuntur, ſignantur; pondus hoc Cates appellant, cujus libra in Hollandia æquat quinque libras cum quadrante; ſed paulo poſt Sabander pondus hoc rurſum ad ſe recepit, donec Nobiles in oppido Nera quoque remunerarentur.* Navigat. Holland. Anno 1598. editæ per Levin. Hulſ. *Anno 1602. fol. m. 64. & 65.*

§. II.

1. Imò in quibusdam Imperii locis Ius menſurarum, etiam adhuc usque ab Imperatore in feudum, ſpecificè recognoſcitur; Nam in actis Lindavienſibus legimus; Daß der Nußzuber / oder das Meß der Nuſſen in obern Schwaben / ſo viel geachtet werde / daß die Herren Erbtruchſeſſen von Waldburg den Nußzuber in territorio Civitatis Imperialis Lindavienſis ac in Viciniâ, von dem H. Röm. Reich zu Lehen / und von jhnen die Reichsſtatt Lindaw nunmehr etlich 100. Jahr zum Afftterlehen empfangen und tragen / welche Jährlich auffs wenigſt 60. Viertel Nuß erträgt / und dem Viertel Korn gleich geachtet wird. h. e. *Quod labrum ſive menſura nucum in Suevia ſuperiori tanti æſtimetur, ut Dapiferi hereditarii Comites de Waldpurg, hoc genus menſuræ, qua nuces admetiuntur, in territorio Ci-*

*Civitatis Imperialis Lindavienſis, ac in vicinia, à Sacro Romano Imperio in feudum recognoſcant, ab iisque prædicta Civitas Lindavienſis, ultra aliquot ſecula ſubinfeudetur; hæc menſura quotannis ad minimum poſſeſſoribus ſuis 60. modios nucum, qui modiis frumenti & tritici æquiparantur, præſtat.* Daniel Heider, *in act. Lindav. fol. 339.*

§. III.

1. *Ratio*, cur hæc circà menſuras & pondera poteſtas, ſummi ſit Imperii, hæc eſt; ſiquidem in Republicâ certa & definita ratio modiorum, menſurarum, ulnarum, trutinarum, certa item quantitas ob commerciorum frequentiam & accretionem neceſſariò requiritur: Cuncta enim turbantur, ſi integritas fraudibus miſceatur, nec mutilari debet, quod laborantibus datur, ſed à quo fidelis actus exigitur, compenſatio imminuta præſtetur: Quid enim eſt, quod aut menſuram non habet, aut pondus excedat? Omnia menſura complectitur, cuncta moderatur, & Univerſa hinc pulchritudinem capiunt, quia ſub modio ipſius eſſe noſcuntur: Exerceantur negotiatores in mercibus, emantur latè, quæ vendantur anguſtius, conſtet populis pondus ac menſura probabilis; Uti egregiè reſcripſit Imperator Theodoricus Gothus Rex Romanorum Boëtio & Patritio, apud Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Imp. fol. m 32.* quæ verba ipſe ex Caſſiodor. *lib. 10. var. Epiſt. 14.* retulit.

2. Attamen nemo majori cum effectu & authoritate ponderum normam & gnomonem conſtituere poteſt, quam is, qui Jurisdictione ſuprema munitus exiſtit, & hoc propter ampliſſimā coercendi poteſtatem. Juxta Reſcriptum Impp. *in l. jubemus 9 in pr. ibi: ad judicium. Cod. de defens. Civit. l. modios, ibi:* ſi quis putaverit, ponderum normam excedendam, pœnam ſe ſciat competentem eſſe ſubiturum. *9. cum l. fin. ibi:* ex aliqua ponderum iniquitate.

*Cod.*

*Cod. de ſuſceptat. lib. 10.* Andr. Knich. *de jur. territor. cap. 4. num. 294.*

§. IV.

§. IV. 1. Præſertim cum exemplo Imperatorum Romanorum Principis ſit, *Tum* ſuâ curâ ſubditos reddere feliciores, quo ii ſub omni quiete conſiſtere queant, teſte Imperatore Juſtiniano *in princ. Nov. 8. poſt Gloſſ.* Adrian. Gylman. *deciſ. Cam. 1. part. 2. num. 16. & 17.* Joan. Hering. *in Mantiſſ. tract. de Molend. cap. 3. num. 23.* Hieron. Marſtall. *d. divit. part. 3. cap. 19.*

2. *Tum* commercia & negotiationes, quibus eget humana vita, adjuvantibus quibuscunq; mediis promovere. *per tot. Tit. Dig. & Cod. de Monopol. de Commerc. & mercat. l. qua. 3. Cod. quæ res vend. non poſſ. l. 2. Cod. de Eunuch. text. in l. 2. Dig. d. nund.* Br. *in l. ambitioſa 23. D. de decret. ab ordin. fac.* Gloſſ. Accurſ. *in l. Un. verb. locorum. Cod. de nundin.* Petr. Greg. Tholoſan. *in ſyntagm. lib. 21. cap. 1. num. 3.* nervosè Brantlach. *in Jur. publ. lib. 6. cap. 6. per tot.* Beſold. *tract. de ærar. cap. 3. §. 6. num. 1. &c.* Trajan. Boccalin. *in Parnaſſ. p. 2. raggual. 7.* Idem Marſtall. *d. tract. de divit. part. 3. cap. 15.* Anton. Freundenb. *tr. de Reſcript. Morat. concl. 36. num. 5.* Angel. Werdenhag. *tract. de Rebuspubl. Hanſeat. part. 2. in Epilog. fol. mihi 158.*

3. *Tum* etiam ſubditorum cupiditatibus lucri, ſacris conſtitutionibus obviare, duplicia rerũ pretia edictis inhibere, ac omnibus modis dolos & fraudes coercere, per Nov. *122. in princ. & cap. 1. l. illicitas. 6. D. de offic. Præſid. l. ſi me & Titium. 32. D. ſi cert. petat.* Ubi Dd. communiter *l. 1. ff. de dol. mal. l. 1. §. cura carnis. D. de offic. Præſid. Urb. Hier.* Marſtall. *d. tr. part. 3. cap. 19.* Menoch. *lib. 2. arbitr. caſu. 384.* Coppen. *deciſ. 59. per tot.* Anton. Hering. *tract. de molendin. cap. 11. num. 61. & 62. ac in Mantiſſ. ibid. cap. 3. n. 64.*

4. Nam Commercia ſubſiſtere non poſſunt, ſi eorum Inſtrumenta, id eſt, pondera & menſuræ, cum fide (mercaturæ nervo) corrupta ſint. *arg. l. fin. D. de offic. ejus, cui mand. eſt Jurisd. l. 2. D. de jurisd.* Cunrad. Rittershuſ. *ad Nov. per tot. 3. cap. 15. num. 1.* David Mævius *ad Jus Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. n. 20.*

5. Hinc Hebræi patriâ linguâ, Menſuram (*meſura*) vocant, à radice *Sur*, id eſt, Principatum tenet, quod Menſura rerum Domina eſt, ac dividendorum Princeps. Avenar. & Buxtorff. *in Lexic.* Beſold. *de Jur. Majeſt. cap. 8. n. 9.*

§ V.

1. Ex quibus jam deductis apud omnes ferè gentes meritò obtinuit, ut poteſtas ſtatuendi in Republicâ certa & juſta pondera, menſuras, ulnas publicas & ſimilia ad annonam pertinentia, hisque Præfectos conſtituendi, qui menſurarum & ponderum curam gerant *Juribus Majeſtatis* etiam olim annumerata fuerit, & hodie adhuc accenſeatur. Camill. Borell. *tr. de Magiſtr. lib. 3. cap. 15.* Cagnol. *tract. de Inſtit. Princ. n. 76.* Kekermann. *in Polit. lib. 1. cap. 8. fol. 184.* Althus. *in Polit. cap. 8.* Camman. *d. regal. diſput. 6. theſ. 42.* Schepliz *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 1.* Rudinger. *Obſerv. Camer. cent. 2. obſ. 76.* Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. G. verb.* Gewicht. *num. 56. ac d. Majeſt. cap. 8. num. 9.* Caſpar Klock. *tr. de Contrib. cap. 1. num. 272.* Marc. Anton. Surgens. *tract. de Præfect. Prætor. lib. 1. cap. 7. num. 11.* Garſ. Maſtril. *de Magiſtr. lib. 4. cap. 16. n. 95.* Guid. Papæ *deciſ. 490.* Petr. Gregor. Toloſan. *in ſyntagm. lib. 36. cap. 1. num. 18.* Joan. Regnaud. *tract. de menſur. & cujus author fiat. n. 3. & 4. tom. 12. tract. tractatuum.* Renat. Choppin. *tr. de doman. Franc. lib. 3. tit. 22. n. 1. & 2.* Buchanan. *hiſtor. Scotic. fol. m. 338.* Georg. Lopez. *part. 7. tit. 7. leg. 7. verb. Medidas, o varas, y peſos. fol. 27.* Mar. Giurba *Conſil. deciſ. crim. 65. num. 8.*

CAPUT

# Caput III.

## *Jus ſtatuendi de menſuris & ponderibus in Imperio R. Germ. ad Superioritatem territorialem pertinet.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *In Imperio Germanico, hæc poteſtas, Vigore Iurisdictionis territorialis competit Statibus Imperii.*
2. *Soli Principi licet menſuris quantitatem & modum dicere.*

§. 2.

1. *Statuta Marchiæ Brandeburgicæ circa pondera & menſuras.*
2. *Ordinatio Würtembergica circa hanc rem.*
3. *Obſervantia item Cameræ Imperialis.*
4. *Vt & Conſtitutiones Imperii.*

§. 3.

1. *Nullibi Regnorum principibus vel Statibus, tam auguſta competit poteſtas, circa menſuras & pondera, quam in Imperio Germanico.*
2. *Huic, quidam Galliæ Nobiles quam proximè accedunt.*
3. *Quod oſtenditur Exemplo Baronis Caſtri Rudolphi.*

§. 4.

1. *Ius Statuendi circa pondera menſuras &c. tam de Iure Civili quam uſu Imperii, eſt actus Superioritatis territorialis.*
2. *Inveterata Conſuetudo, poteſtatis Regiæ, circa pondera & menſuras ſtatuendi.*
3. *Continuum Exercitium circa ſummam poteſtatem in Statu Monarchico quoad hoc Jus ſemper remanſit.*
4. *In Monarchia Romana fuit penes ſolos Imperatores.*
5. *Quod à Carolo Magno, ejusque Succeſſoribus communicatū fuit Imperii proceribus.*
6. *Per Receſſus Imperii hoc Ius communicatum eſt Statibus.*
7. *Hoc Jus confirmant obſervantia Vniverſalis Imperii, & præjudicia Cameralia.*

§. 5.

1. *Ea, quæ diu indubitatam habuerunt determinationem, temerè mutanda non ſunt.*
2. *Obſervantia Judicii Jus facit.*

3. Recen-

3. Recenſentur Doctores, qui affirmativam tenent.
4. Diſſentientes adducuntur, & qui volunt Jus circa menſuras & pondera Juriſdictionis, vel mixti ſaltem Imperii eſſe.
5. Sententia Authoris.

§. 6.

1. Adducitur l. 13. §. 8. ff. locat.
2. Reſpondetur ad hanc l.

§. 7.

1. Vlterius eruitur illius l. ſenſus.
2. Jus frangendi falſas menſuras ad exemplum Juris Conſtituendi, attribuitur altæ Juriſdictioni.

§. 8.

1. Secundo adducitur l. 71. ff. d. contrah. Emt.
2. Reſpondetur ad hanc l.

§. 9.

1. Tertium argumentum deſumitur à praxi contraria in Imperio.
2. Reſpondetur & huic argumento.
3. Regalia poſſideri non poſſunt à ſubdito, absque ſpeciali principis conceſſione.

§. 10.

1. An Vendito caſtro cum territorio, tranſeat in Emtorem Jus ponderum & menſurarum?
2. Negativa ſtatuitur.
3. In generali conceſſione caſtri cum pertinentiis, jura Regia non veniunt.

§. 11.

1. Licet Vox pertinentiarum ſit generaliſſima, non tamen ſub ea comprehẽduntur Regalia.
2. Conceſſo caſtro non veniunt flumina.
3. Licet concedens uſus ſit verbis Vniverſalibus.
4. Regalia non ſunt jura realia & fundo inhærentia; ſed perſonalia.

§. 12.

1. Jus ponderum & menſurarum non mediocre eſt inſtrumentum regiminis.
2. Jura hæc inter Regalia & curas Regias numerantur.

§. 13.

1. In conceſſione feudi, omnia tranſeunt, quæ Rex ibi habuit, modo ejus naturæ ſint, ut per privatum poſſideri poſſint.
2. Excipiuntur ea, quæ ſunt merè de Regalibus; quoniam hæc ut oſſibus inhærentia à poteſtate Regia ſeparari nequeunt.
3. Applicatur Juri ponderum & menſurarum.

§. I.

IN Imperio Romano-Germanico hæc poteſtas ſtatibus Imperii, vigore Jurisdictionis territorialis proprio Jure competit, utpotè qui ſummi Imperii participes, quoad territorium facti ſunt; Proinde pro actu der Landfürſtlichen Obrigkeit cenſetur die Herrligkeit ligende Güter zu meſſen/ Gewicht/ Maaß und Ehl zu geben/ in eine Gleichheit zu bringen/ dieſelbe zu ſigniren/ zu beſichtigen/ die falſche zerbrechen/ die Mühlinen beſichtigen zulaſſen/ und die Ubelthäter circà hanc rem abzuſtraffen. h. e. *Pro actu Superioritatis territorialis reputatur, Jus habere, prædia immobilia metiendi, & terminos ponendi, ponderum, menſurarum & ulnarum normas & gnomones dandi, æquandi, ſignandi, inſpicendi, viſitandi, & circa hanc rem delinquentes puniendi.* Et circà hæc omnia certa ſtatuta condere. Ita in terminis tradunt & communi calculo Juris Publici conſultorum approbant. Andreas Knichen. *d. tract. cap. 4. n. 288.* Author Conſilii *in causâ* Mundelheimb ap. Beſold. *cap. 2. in conſ. 3. num. 7.* Joan Bidenbach, *quæſt. nobil. 7. fol. 57.* Camman. *d. diſp. 6. theſ. 42.* Adam Keller. *de offic. Jurid. Polit. lib. 2. cap. 18 fol. 465. qui ait:*

Quod menſura, pondus, ſtatera publica, & moneta à Magiſtratu ſit approbanda. Dionyſ. Gothofred. *ad l. hodie 57. lit. A. D. ad leg. Corn. de falſ. ubi tradit:*

2. Menſuris quantitatem & modum dicere ſoli Principi licet. Mingius *d. jur. territ. theſ. 72.* Caſpar Klock. *d. tract. de contrib. cap. 1. num. 272.* Beſold. *conſil. 233. num. 31. ac conſil. 211. num. 8. & ſeqq. item ad jus municip. Wirt. diſp. 5. theſ. 29.* Limnæus *d. jur. Publ. lib. 4. cap. 8. n. 257.* Reinking. *de Reg. ſec. & Eccleſ. lib. 1. claſſ. 5. c. 4. num. 113.* Schüz. *in Colleg. Jur. Publ. diſput. 6. theſ. 21. lit. I.* Herman. Stamm. *de ſervit. Perſonal. lib. 3. cap. 10. ſub n. 15. fol. m. 698.*

§. II.

1. Ita vigore Jurisdictionis territorialis de ponderibus & menſuris *in Marchia Electorali Brandenburgica* certa ſtatuta extant, apud Joan. Schepliz, *ad conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 1.*

2. Idem de menſuris & ponderibus, von gemeinem Landmeß/ Eych/ Gewicht/und Ehlen/ Sereniſſimus *Chriſtophorus* Dux p. m. noſter Wirttembergiæ, in Ordinationibus ſuis ità latè, clarè, & diſtinctè ſtatuit, ut vix quicquam ſuperaddi poſſit. Fürſtl. Würtemb. Lands. Ord. *fol. 149.* Dn. m. Lindenſpur. *ad ordinat. Wirtemb. fol. 258. & plurib. ſeqq.*

3. Quod etiam in Camerâ Imperiali ita obſervatur, ac jurisdictioni territoriali adhærere cenſetur; atteſtante Adrian. Gylman. *in ſymphor. tom. 1. part. 2. tit. 6. num. 29. fol. 48.*

4. Et hoc tanto minus dubium habet, quoniam in Conſtitutionibus Imperii expreſsè Imperii ſtatibus Comitiali concluſo injungitur, ut unusquisque de ponderibus, ulnis & menſuris, aliquid certi in ſuo territorio & ditione conſtituat, prout regionis uſus & ſubditorum commodum expetit. Policey-Ordnung Caroli V. zu Augſpurg: *de Anno 1648. tit.* von etlichen Articuln darinnen den Obrigkeiten Ordnung fürzunehmen befehlen worden.

§. III.

1. Hinc patet quam illuſtris & auguſta ſit Principum ac ſtatuum Imperii poteſtas, circà menſuras & pondera in territorio ſuo conſtituenda, mutanda ac viſitanda, qualem nulli Principes vel Status in Hiſpaniâ, Siciliâ, Neapolitano Regno, in Angliâ, Scotiâ, Hungariâ aliisvè Regnis ſibi ipſis vindicare audent, ſed quilibet Dominus formam & pondus ex architypo Principis ſupremi

premi deſumere obſtringitur, quod Exemplis ſuperius relatis ſatis luculenter edocemur.

2. Præterquam quod quidam *Galliæ Nobilitatis* in hoc jure Principibus & Statibus Imperii quam proximè accedere, ac Monarchiam Gallicam hoc Imperium Juridicum paſſim Equeſtri ordini diſtribuiſſe de ſe gloriari poſſit; Hic enim de menſuris jus dicit, ponderibusque auctoritatem adponit, atteſtante Jacobo Rebuff. *ad l. divinas Cod. de frument.* Alexandr. *lib. 11.* ac Guid. Papæ. *deciſ. Gratianop. 490.*

3. Quocircà etiam Jus ulnis metiendi panni, & pannariæ ulnæ ſignandæ, Patres Gallici Parlamenti adjudicârunt Baroni Caſtri Rudolphi, *Decreto Kal. April. Anno 1544.* Pari modo, cum *le Sergent General du Roy, Viſiteur de poids*, hanc Politiam Generalem, etiam in Baronum terris exercere vellet, talem viſitationem, reclamante Barone in ſuâ terrâ ceſſare, judicatum fuit, *7. Aug. 1604.* pro Barone *de l'Isle Bouchant, en Tourraine*, contre *René Retif*, Viſiteur General. Renat. Choppin. *tr. de doman. Franc. lib. 3 cap. 22. num. 2.* de menſuris *vide caput Integrum* ap. Klok. *de Ærario lib. 2. cap. 36.*

§ IV.

1. Ex hiſce jam deductis facillimè reſolvitur dubium hoc; *An jus ſtatuendi circà pondera, menſuras, ulnas, & molendinas publicas tam de jure Civili quam uſu Imperii, ſit actus Superioritatis, ac in Imperio Rom. Germanico jurisdictioni territoriali annexus?* quod haud dubiè affirmativè reſolvitur;

2. *Tùm* 1. quod omnium ferè gentium moribus antiquata obſervantia invaluit, ut Reges tantum abſoluti poteſtate Regiâ circà pondera & menſuras ſtatuant, ſecundum ea, quæ ſuperius tradita fuerunt.

3. *Tum* 2. quoniam eandem poteſtatem continuata temporum ſerie, ſemper in omnibus, etiam hodiernis Rebuspublicis Monarchicum & abſolutum Imperium ſibi ſoli reſervavit, nec ullis Regni Baronibus licitum fuit, circá menſuras & pondera modum dicere, etiamſi Jurisdictionem altam & baſſam in ſuo Principatu habuerit; niſi hoc jus ex ſingulari gratia expreſsè & ſpecificè à Rege quoque obtinuerit, per exempla ſuperius allata.

4. *Tum* 3. in Monarchiâ Romana ſoli Imperatores modum menſuris & ponderibus dixerunt, ac certas leges earum causâ publicârunt, *per tot. tit. in Cod. de ſuſceptor. Item per tit. Cod. de ponderat. ac per jura ſuprà adducta.* Imprimis verò per Reſcriptum *in l. modios. 9 ibi*: modios per ſingulas Civitates juſſimus collocari. *ac l. Duos. 13. ibi*: oportere conſtitui. *C. de ſuſcept. lib. 10.* Quod in terminis facit Reſcriptum Imperatorum Honorii & Arcadii *in l. jubemus. 9. in pr. C. de defenſ. Civit.* Vbi expreſsè prohibitum Defenſoribus Civitatum veluti parentibus plebis, poſſeſſores, majoribus menſuris & ponderibus prægravare. Ex quo reſcripto palam fit, quod tanta poteſtas ſupremo Imperio, aut cui Imperator hanc poteſtatem delegaſſet, fuerit reſervata. Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. lib. 36. cap. 1. num. 18.* Regnaud. *tr. de menſur. n. 4. in oper. tract.*

5. Proinde mutato Imperii ſtatu, temporis ſucceſſu, ac cum per Imperatorem Carolum Magnum ejusque ſucceſſores, Imperii Proceres ſummi Imperii in propriis territoriis participes facti fuerunt, hæc quoque de menſuris Statuendi poteſtas, eis communicata & conceſſa fuit.

6. *Tum* 4. hoc dubium determinatur expreſsè per textum Receſſus Imperii, in der Policey Ordnung zu Augſpurg

ſpurg de Anno 1548. Tit. von etlichen Articuln, darinn der Obrigkeit befohlen wird/ꝛc. ubi Jmperator Carolus V. expreſsè Imperii Statibus, aliisvè immediatis præcipit, quo in ſuis territoriis ac diſtrictibus, ponderibus, menſuris, ulnisvè certum modum definiant, certaque ſtatuta promulgent.

7. *Tum 5.* ulteriori dubitationi finem imponit univerſalis obſervantia totius Imperii: quâ generaliter quilibet Territorii Dominus in ponderibus & menſuris ſolus jus dicit, ea inſtituit, corrigit, viſitat, ac defraudantes punit, per anthorum teſtimonia, ſuprà adducta; ſecundum quam conſuetudinem & obſervantiam in Camerâ Imperiali judicari ſolet, teſte Adrian. Gylman. *in ſymphor. dict. tom. 1. part. 2. tit. 6. n. 29. fol. 48.*

§. V.

1. Proinde ea, quæ diu certam & indubitatam determinationem habuerunt, temere mutanda non ſunt, ſed potius pro lege obſervantur, *per text. in leg. ſi de interpretatione 37. cum l. ſeq. D. de legib.*

2. Siquidem ſtylus Curiæ, & obſervantia fori pro lege ſervari debet, *per text. leg. fin. Cod. de injur. l. 3. ibi:* probatis his, quæ in oppido frequenter in eodem genere controverſarum ſervata ſunt. *C. d. ædif. privat.* Menoch. *conſil. 501. num. 37.* latè Joan. Bapt. Larrea. *deciſ. Granaten. 43. num. 13.* Cum *Limit. ſub num. 52.* ac Jus facit, præſertim ſi fuerit in ſupremo Imperatoris judicio ita obſervatum & judicatum. per text. *in l. filius in pr. ibi.* ſic enim invenio ſenatum cenſuiſſe. *D. ad L. Cornel. de falſ. cap. quam gravi, de crim. falſ.* Felin. *in cap. 2. num. 16. cum ſeq. extrà de Reſcript.* Zaſ. *conſil. 11. num. 3. vol. 1.* Gail. *de pignorat. cap. 13. num. 8.* Græven. *in prœm. concluſ. ac in concl. 2.* Gylman. *tom. 2. ſymphor. part. 1. Vot. 6. num. 69. ac tom. 4. part. 1. Vot. 30. num. 18.*

Beſold. *in theſ. lit. C. verbo* Cloſter. *num. 27. edit. 1.* Joan. Grivel. *deciſ. Dolan. 27.* latè & egregiè Joan. à Sande, *in præfat. deciſ. Friſiæ.* ut & Aloyſ. Riccius *part. 2. deciſ. Neapol. 205. ac in Coll. deciſ. 794.* Novar. *deciſ. Apul. 50. per tot.*

3. Ac ita in terminis (attamen ſine deductione) ſentiunt ſupra adducti JureConſulti, veluti Andr. Knichen, Author apud Beſold. in causâ Mündelheim. Joan. Bidembach. Camman. Mingius, Caſp. Klock. Beſold. Limnæus, Reinking, Schüz, Schepliz. Dn. Lindenſpür, aliique ſuprà *n. 1.* relati. Choppin. *de doman. Franc. l. 3. tit. 22. n. f.* Anton. Sola. *ad Conſt. Sabaud. tit. Cenſuum ſolet, Decr. Menſurarũ omnibus, Gl. 1. part. 1. num. 3. fol. m. 122.* qui plura de menſüris refert. Quibus adde Jacob. Rebuff. *ad l. 2. n. 2. C. de ponderat. lib. 10* Mar. Giurba *deciſ. 65. num. 8.* Qui jus & cognitionem de falſis menſuris & mixti Imperii & de Regalibus eſſe cenſet. Camill. Borell. *de magiſtr. lib. 3. cap. 15.* Schepliz. *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6.* Beſold. *de jur. majeſt. cap. 8. num. 9.* Dan. Heider. *in Act. Lindav. fol. m. 273.* Ubi die Maß/ Meß/ Ehle/ Gewichts beſchawung / inter actus Jurisdictionis territorialis recenſet. Et hoc de moribus Imperii Caſpar Klock, *de ærario lib. 2. cap. 36. n. 7.* Dn. Knipſchilt. *de jur. Civit. Imperii lib. 1. cap. 12. n. 32.*

4. Ab hâc ſententiâ diſſentiunt antiquus Doctor: Petr. Jacob. Aurelian. *in prax. Rubr. de Jurisd. 12. num. 54.* Guid. Papæ *deciſ. 490. num. 2.* Gylman. *dubitative tantum, tom. 1. part. 1. tit. 2. vot. 1. num. 66. fol. 81.* Tom. Michael, *de Jurisdict. theſ. 103. lit. C.* expreſsè David Mœvius *ad Jus Lubeccenſe lib. 4. tit. 12. art. 1. n. 26.*

Qui omnes cenſent, quod jus circà menſuras & pondera, & de eis modum dicere, jurisdictionis aut mixti ſaltem ſit Imperii, proinde quoque Civitatibus municipalibus competere aſſerunt;

5. Quibus tamen Ego adſtipulari minime poſſum.

§ VI.

1. Nam non juvat Contrarium aſſerentes *Primò* Reſponſum JCti *in l. item quæritur 13. §. ſi quis. 8. D. locat.* ubi Ulpianus reſpondit: ſi quis menſuras conduxit, easque Magiſtratus frangi juſſit. Ex quo textu Doctores Diſſentientes inferunt, quod Magiſtratus vel Ædilis authoritatem habeat frangere iniquas menſuras, ideò menſurarum quoque conſtitutio ad eum pertinebit; argumento à contrariis deducto. Nam qua authoritate menſuræ falſæ abrogantur & franguntur; eâdem quoque authoritate menſuræ conſtituuntur. atqui Magiſtratus municipalis vel Ædilis hac poteſtate pollet. Ideo non jure majeſtatico vel Imperiali ſed magis jure mixti imperii vel inferioris poteſtatis, menſurarum & ponderum poteſtas exercetur.

2. Sejungenda enim eſt hoc in caſu, politia à Jurisdictione. Hanc Prætor exercet, qui in foro pro tribunali, de teſtamentis, de ſervitutiubs, de injuriis ſpe ſportulæ cognoſcit. Ædilis verò politiam cuſtodit qui carnes, qui popinas, qui pondera inſpicit. Petr. Ærod. *lib. 2. Rer. Iudicat. tit. 12. cap. 1. à princip.* Vnde Petrus Jacobus Aurelianenſis ſcribit: Quod menſuras concedere vel ſignari curare, aut jus frangendi falſas menſuras, ſit de mixto Imperio: in Practica. Rubr. *de Jurisdict. 12. num. 54.* Add. Franc. Duaren. *lib. 1. Diſput. anniverſ. 26. circa fin.*

§. VII.

1. *Reſpondeo*, Menſuras iniquas frangendas eſſe à quolibet Magiſtratu loci, ſicuti hoc olim apud Romanos, Ædilium cura fuit, absque dubio aſſeritur. Hæc tamen poteſtas Magiſtratui competit, non jure proprio vel jure Regio ſeu ſuperioritatis, ſed magis jure & poteſtate, ipſi ab Imperatore conceſſa & delegata, adminiſtrato-

ſtratorio tantum nomine. Petr. Greg. Tholoſan. *in Syntagm. lib. 36. cap. 1. num. 16.* Qui eſt origo & fons omnium dignitatum, à quo promanant & derivantur omnia officia publica, & omnes poteſtates publicæ conferuntur. *per Novell. 24. in pr. arg. l. quoties. 3. §. 2. C. ubi Senat. vel clariſſ. l. ſacrilegii 5. C. de diverſ. reſcript.* Schrader. *d. feud. part. 4. cap. 1. num. 2.* Reinking. *1. de R. S. & E. claſſ. 4. cap. 16. n. 2.*

2. Imò ipſum jus frangendi falſas menſuras ad exemplum juris conſtituendi, attribuitur meritò altæ jurisdictioni, authoritate *l. modios 9. ibi:* modios juſſimus per ſingulas Civitates collocari *C. de ſuſceptor. lib. 10.* Bartol. Chaſſan. *ad Conſuet. Burg. in Rubr. 1. des juſtices & droicts d'icelles. verb. Et droicts d'icelles. ibi: Item Jus menſurandi. n. 97 fol. m. 78. Reſpondeo* ſecundo ex Reſcripto *d. l. jubemus 9. C. de defenſ. Civitat.* ubi in ſpecie Defenſores Civitatis (*qui in l. 4. in defenſoribus C. d. tit.* Parentes plebis vocantur) nullam mutationem aut quamcunque aliam ordinationem circa menſuras & pondera ſuſcipere poſſunt, ſed illi fraudatorem cum ipſis falſis ponderibus ad Judicium ordinarium remittere jubentur. Ideò poteſtas hæc ſtatuendi circa menſuras & pondera, ob publicam totius Regionis vel Imperii utilitatem & quietem, meritò ad ſuperioritatem, ac qui territorii altus eſt Dominus pertinebit.

§. VIII.

1. Multo minus Eorum opinionem roborat *Secundo* Reſcriptum Imperatoris Antonini & Veri, quo in poteſtate & arbitrio contrahentium exiſtit Menſuris modum definire: Neque enim quiſquam cogitur vendere, ſi aut pretium aut menſura diſpliceat *per text. in l. Imperatores 71 ibi:* quibus menſuris *D. de contrahend. empt.* Ideò menſurarum aut ponderum jus & poteſtas, Regio Juri minimè adſcribi poteſt.

2. Ve-

2. Veruntamen in hoc allegato caſu habenda eſt differentia inter ponderare vel menſurare: ac inter Jus ponderis vel menſuræ. Nam quilibet privati de certa menſuræ ſpecie vel certo pondere, quo in mercibus conventis uti velint, inter ſeſe convenire poſſunt. Cum eorum privatum tum commodū reſpiciatur. Sicuti benè diſtinguit inter menſuras privatas & publicas Regnaud. *de menſur. num. 4.* modo nihil aperte fiat contra conſuetudinem regionis. Attamen mutare pondera & menſuras, privatæ conventioni non eſt permiſſum, nec impune licebit. Fab. de Monte *tr. de Empt. Vend. Quæſt. 5. n. 12. & ſeqq.* Cum Jus ponderis & menſurarum, in tota Civitate, Provincia, Ducatu, vel Regno conſtituendum, Regium ſit ac juris ſuperioritatis attributum: *per text. in d. l. modios 9. ibi:* per ſingulas Civitates juſſimus collocari. *C. de ſuſceptor. lib. 10.*

Unde Imperator ſolus, ſuſceptores conſtituit ſecundum *l. Duos 13. ibi:* oportere conſtitui. *C. eod. tit.* Eodem jure Imperator ſolus, per ſingulas Civitates Zygoſtatem ſeu Libripendem, einen Wagmeiſter ordinat, juxta reſcriptum *l. 2. ibi:* Conſtitutum. *l. de ponderat. lib. 10.* ubi Jacob. Rebuff. *n. 2.* qui tradit, quod talem cognitionem de menſuris falſis vel adæquatis Solus Princeps concedat; Imperatores quoque ſoli in Civitate Urbis Romæ certa corpora ſeu Collegia menſorum inſtituunt, qui curam menſurarum frumenti, cum vocatione munerum habebant; De quo in *l. his honoribus 10. D. de vacat. muner.* Quæ publica conſtituendi poteſtas, mutatione Imperiorum & Regnotum, penes ſupremum Provinciæ Imperarem permanſit, & cum territorio ad eundem tranſit. Conſequenter igitur, omnis menſurarum & ponderum Cura & proventus ad Regiam aut Ducalem Cameram

pertinebit, Renat. Choppin. *de doman. lib. 3. tit. 22.* Tholoſan. *in Syntagm. lib. 36. cap. 1. num. 18.* Caſp. Klock. *de ærario lib. 2. cap. 36. n. 1. & 2.*

§. IX.

1. Nec, *Tertio*, movet argumentum à Diſſentientibus & praxi Imperii deſumptum, qua multæ inferiores Civitates municipales, (quibus nullus Regalium uſus aut ſuperioritas competit) ſua Conſtitutione & conſuetudine circa menſuras & pondera diſponunt, ne quicquam reluctante ſuperiore. Dn. David. Mævius *ad Jus Lubecenſ. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 26.* Et hoc per uſum & praxin Imperii R. S. comprobari aſſerit Michael *de jurisdict. theſ. 103. lit. C.* Quibus æſtipulatur Ahaſſuer. Fritſch. *in addit. ad Rayger. verb. Menſura num. 4.*

2. Veruntamen hic Reſponſi loco obſervandum eſt, quod ſubditis aliqualem jurisdictionem habentibus in ſuo pago, oppido vel Civitate, ſuarum menſurarum aut ponderum quantitatem & modum, diverſum à Principis territorii menſura, tueri liceat; Si hoc menſuræ vel ponderis jus longiſſima præſcriptione acquiſiverint; Ut Pondera & menſuras augeant vel diminuant. Aliàs niſi hoc probaverint, und wa ſie ſolches längſten nicht hergebracht haben/ h. e. *& ubi hoc Jus ab antiquo non acquiſiviſſent*, Regula erit in contrarium, ut Principis territorii poteſtate circa menſurarum diſpoſitionem ſubjecti exiſtant. Arnold. Rayger. *in Theſaur. Pract. verb. Menſura num. 1.* Speidel. *in Specul. verb.* Gewicht.

3. Quoniam Regalia, aliavè Superioritatis jura, poſſideri non poſſunt à ſubdito, abſque ſpeciali Principis privilegio, adeò ut Princeps habeat fundatam intentionem in Ducatu, niſi Poſſeſſor doceat de titulo. *per l. fin. C. de quadrien. præſcript. l. ap. Iulianum. §. fin. D. legat.*

1. Sixtin.

1. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 76. & 77.* Donat. Ant. de Marinis *ad Reverter. deciſ. 537. obſerv. 537. n. 1.* Anichin. ap. Novar. *tom. 3. de Gravam. Vaſall. Gravam. 72. num. 25. & 26. qui ſub num. 21. tradit*; Quod cavendum ſit ab opinione Annæ. *ſingul. allegat. 388.* dicentis: Baronem habentem merum & mixtum Imperium poſſe cognoſcere de ponderibus & menſuris, vide Dn. Bocer. *de Regal. cap. 4. num. 13.*

§. X.

1. Ex quibus jam deductis facilè reſolvitur Quæſtio; *An Caſtro Vendito aut per inveſtituram in feudum conceſſo, cum territorio vel cum pertinentiis, tranſeat quoque in Ceſſionarium vel Emptorem, jus menſurarum & ponderum, ac facultas puniendi falſificantes menſuras?*

2. Et hoc eſt quod *Negamus*: ſive Jus menſurarum & ponderum conſideretur tanquam actus Superioritatis territorialis, ſivè tanquam Regale.

3. Tum, quoniam, in generali conceſſione aut translatione Caſtri cum territorio, Regaliorum translatio non comprehēdatur, ut quæ jura ſunt Regia & principalia, ipſum ſtatum Imperantis concernentia per *cap. per translationem X. de offic. delegat.* Bellerg. *in Specul. Princip. Rubr. 14. verſ. Nunc. videamus.* Sichard. *ad l. Quoties num. 9. C. famil. erciſc.* *Weſenb. conſil. 32. num. 11.* Quam concluſionem, Senatum Neapolitanum deciſione ſingulari comprobaſſe aſſerit Matthæus de Afflictis, Motum hac Ratione: Quod in generali conceſſione, non veniant ea, quæ ſpecialiter & nominatim concedi debent, per *l. obligationi D. de pignor.* Afflictis *deciſ. 122. num. 3.* latius Sixtin. *de Regalib. lib. 1. cap. 5. n. 77.*

Unde ſcribit Donatus Antoninus de Marinis: Stat Concluſio: Quod quando alicujus rei ſpecialis requiri-

tur conceſſio, prout ſunt Regalia, ea ex receptiſſima noſtrorum ſententia ſub generali conceſſione non veniunt. Marin. ad Revert. *deciſ. 344. n. 1. in obſervat.* Ideò Regia Camera Neapolitana contra Comitem de Policaſtro pronunciavit, qui absque ſpeciali titulo, Tertiariam del Ferro acciaio & pere, poſſidebat, ex ea ſolum ratione, quod Anteceſſor ejus dictam Civitatem, hac qualitate & ejusdem juribus poſſidebat, quam poſtmodum Avus ejus fundo aperto, à Rege Ferdinando II. conceſſione generali, obtinuerat. Franciſc. Revert. *deciſ. 344. per tot.*

§. XI.

1. *Tum,* licet lata ſit pertinentiarum appellatio per *l. verbum pertinentiæ.* ubi Alciat. & Gæddæ. *D. de V. S.* Attamen Regalia aliavè ſuperioritatis jura tam auguſta ſunt, & quaſi ſancta, ut generaliſſimis hiſce, & univerſalibus pertinentiarum verbis nec comprehendantur, nec transferantur: Niſi alia quoque concurrant. Afflictis *ad cap. un. verb. Flumina num. 7. quæ ſint regal. lib. 2. tit. 56.*

2. Hinc conceſſo Caſtro, non veniunt flumina. Mynſing. *Reſponſ. 39. num. 7.* Knichen. *de jur. territ. cap. 1. n. 245.* Referens ap. Gilman. *lib 1. Rer. Judicat. deciſ. 13. num. 10. & 11.* ubi ait: quod non veniant ea, quæ ſuperioritatem & regalia concernunt. Carol. Tapia *ad l. fin. part. 1. cap. 2. num. 7.* ubi latè, quid veniat ſub appelletione pertinentiarum in ſeqq.

3. Ideo ad propoſitum ſcribit Roſenthalius: In generali conceſſione, appellatione pertinentiarum, Regalia non veniunt, Etiamſi concedens uſus ſit hiſce verbis univerſalibus: Cum omnimoda jurisdictione: vel cum omnibus & pertinentiis. Roſenthal. *de feud. cap. 5. concl. 14. num. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 97. num. 41.* Ru-

zæus

zæus *de Regalib. privileg. 16. in pr.* Sixtin. *dict. lib. 1. cap. 5. num. 94.* Capyc. Latro *Conſult. 2. num. 1.* Rationem adducit Dn. Bocerus:

4. Quoniam Regalia non ſunt jura fundo inhærētia ſed perſonalia jura Imperatoris, Regis, Principis aut propria, ejusque dignitati & quaſi oſſibus annexa, quæ tanquam inſtrumenta regiminis non per benevolam poſſidentis aut inhiantis interpretationem tam facile ab eis avelli poſſint: *per §. volumus. ibi:* ea quæ ſpecialiter ad noſtram excellentiam ſpectant. *De pace Conſtantiæ.* Henr. Bocer. *de Regal. cap. fin. n. 47.*

§. XII.

1. Jus autem & poteſtas Menſuras ac pondera ordinare, mutare & reformare non mediocre regiminis inſtrumentum exiſtit, in quorum rectitudine, anima commerciorum verſatur, utilitas publica vertitur, & ſubditorum opes conſervantur: Quod nemo niſi, qui publico cum Imperio, Provinciæ præeſt, manutenere poteſt. *per dict. l. modiosque C. de ſuſceptor. lib. 10.* ubi Jacob. Rebuff. *n. 2.* Hieron. Marſtall. *de divit. part. 3. cap. 15. per tot.*

2. Cum in pondere, numero & menſura, Reipublicæ fundamentum conſiſtat, quibus, ceu præcipuis columnis ſubductis, ipſum totum & Reipublicæ corpus conquaſſari & corruere neceſſe eſt. Dn. Knipſchilt. *de jur. Civit. lib. 5. cap. 23. n. 17.* Ideo regulariter hæc jura inter Regalia & inter curas regias à ſcribentibus numerantur, teſte Caſſiodor. *lib. 10. Var. Reſcript. 14.* Choppin. de Doman. *lib. 3. tit. 22. n. 1. in pr.* Azevedo *in l. 1. Recopil. lib. 5. tit. 13.* Schepliz. *ad conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6 n. 1.* Beſold. *in Theſaur. pract. lit. G. verb.* Gewicht. Anichin. ap. Novar. *tom. 3. Gravam. 72. num. 20. & 21.* Hect. Capyc. Latro. *Conſult. 2. num. 3.*

1. Huc

§. XIII.

1. Huc facit quod eleganter de translatione Regaliorum ſcribit, Lucas de Penna, cum in venditione aut conceſſione feudi, omnia quæ Rex ibi habebat, vendita & donata cenſeantur: Modo ejusdem naturæ & qualitatis ſint, quæ poſſunt per privatum ſive ſubditum poſſideri: At nullo pacto, quæ ſunt merè de Regalibus, ut puta, poteſtas legis condendæ, Tabelliones creandi, monetam cudendi & ſimilia; Quæ cum in privatum cadere non poſſint, Regem vendidiſſe aut donaſſe nullatenus affirmari poteſt.

2. *Ratio aſſignatur*; Quia iſta veluti Regis oſſibus cohærentia, à Regia poteſtate nequeunt ſeparari, Luc. de Penna *in l. 1. n. 18. C. de privileg. Scholar. lib. 12.* In hunc finē benè tradit in ſimili caſu Franciſcus Reverterius Præſes ſupremi Senatus Neapolitani: Quando Rex alicui Caſtrum concedit cum omni jure ſibi competente illud jus concedere intelligitur, quod Regi competebat, uti Domino Caſtri, non autem jus illud quod competebat Regi ut Regi. Reventer. *deciſ. 537. num. 2. ac Deciſ. 344. n. 2.* ubi Donat. Anton. de Marinis *obſervat. n. 1.*

3. Ita in terminis Ponderum & Menſurarum Don. Garſia Maſtrill. *de magiſtrat. part. 2. cap. 16. num. 95.* Afflictis *in Conſtit R. N. Rubr. de officio Bajulor. lib. 1. num. 4.* Horat. Montan. *de Regal. §. fin. ſub. num. 1.* Anichin. ap. Novar. *dict. Gravam. 72. num. 22. tom. 3.* Tapia *ad l. fin. cap. 2. n. 50. part. 1. D. de Conſtit. Princip.* Hect. Capyc. Latro, *Conſult. 2. num. 3.* cum variis Limitationibus.

CAP.

# CAPUT IV.

## *De Menſurarum Ponderum Uniformitate, Satui publico imprimis neceſſaria.*

### SUMMARIA.

§. 1.

*1. Vniformitas ponderum & menſurarum, in Republica maximè utilis eſt.*

*2. Superiorum cura, circa parilitatem ponderum & monetarum, in ſuis territoriis.*

*3. Ad faciliorem rationem expediendorum commerciorum.*

*4. Et ut fraudibus obvietur.*

*5. Ponderum & menſurarum varietas, grave Reipublicæ detrimentum affert.*

§. 2.

*1. Achæorum & Peloponenſium exemplo comprobatur.*

*2. Varietas in Imperio, utiliter ad omnimodam parilitatem reduceretur.*

*3. Id effecit in toto Imperio, Imperator* Carolus *Magnus.*

*4. Idem in animo habuit Imp. Carolus V. ſed impeditus ad effectum perducere nequivit.*

*5. Idem in Anglia effecit, Rex Richardus I.*

§. 3.

*1. Idem olim anniſi fuere Reges Galliæ.*

*2. Sed eorundem Edicta nondum ad effectum perducere licuit.*

*3. Vnde Nobilium Virorum quies cum plebeijs invicem turbatur.*

*4. Hodiè tamen unicum ponderum & menſurarum archytypum eſſe in* Galliis*, ſunt qui tradunt.*

*1. Secundum* Regni *Caſtellæ* Conſtitutiones*, uniformis eſt ponderum & menſurarum modus.*

*2. Idem obſervatur in Regno Hungariæ.*

§. 4.

*1. Magna felicitate in Ducatu Wirtembergico hoc opus perfecit, Dux Chriſtophorus, piæ memoriæ.*

*2. Similis uniformitas reperitur in Electoratu Marchiæ Brandenburgicæ.*

§. I. Vni-

§. I.

VNiformitas der Maß/ Gewicht/ Ehl und Eych/ ponderum, ulnarum, menſurarum quoad arida & liquida, in Republica ad tuendam quietem publicam maximè utilis exiſtit; Quâ de causâ haud dubié jam olim Verſiculi triviales & bené noti orti fuerunt:

*Una fides pondus, menſura, moneta ſit una;*
*Et ſtatus illæſus totius Orbis erit.*

quorum ſententia Germanicè ita reddita fuit.

So wir hetten einen Glauben/
Gott und Gerechtigkeit für Augen/
Ein Ehl/ Gewicht/ auch Müntz und Gelt/
So ſtůend es wol in dieſer Welt.

quos refert Jacob. Aleman. *in palæſtr. Conſult. 8. quæſt. princip. 14. fol. 920.* ac poſt eum Joan. Kizel *tract. de jur. monetar. claſſ. 1. theorem. 2. lit. D. in fin.*

2. Ideò curare debet Princeps & Status Imperii, ut menſura, ſtatera, & moneta quantum fieri poteſt in ſuo territorio una ſit & parilis, ac ad Vicinorum, quibuscum commercia agimus, rationem & uſum accomodetur. Deuteronom. *cap. 25. verſ. 13.* Amos. *cap 8. verſ. 5 & ſeq. arg. cap. ex part. 18. X. de cenſib.*

3. *Tum* ut commerciorum expediendorum facilior ſit ratio. Levit. *cap. 19.* Proverb. *cap. 20.* Michæ. *cap. 6.*

4. *Tum* ut fraudibus obvietur, ac incautiorum deceptio facilius evitetur. Reformat. guter Policey / de Anno 1530. tit. von Ehl/ Maß / und Gewicht. Joan. Althuſ. *in Polit. cap. 32. verb. menſuræ, fol. 481.* Adam Keller. *de off. Jurid. Polit. lib. 2. cap. 18. fol. 495.* Joach. Schepliz. *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 1. num. 1.* Dn. M. Lindenſpür. *ad Jus Wirtemb. fol. 260.* Claud. Bertazzol. *ad Conſil. Patris civil. 290. Lit. A.*

5. In-

5. Infinita enim ponderum & menſurarum varietas grave Reipublicæ detrimentum affert, quietem etiam publicam turbare ſolet, quorum uniformitas è contra concordiam publicam ſtabilitat, Joan. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 10. n. 169.*

§. II.

1. Hinc *Achæi & Peloponenſes*, quo conſpirantes inter ſeſe voluntates haberent, non modo eâdem religione, iisdem moribus, iisdem magiſtratibus, iisdem legibus, eâdem diſciplinâ, verùm etiam iisdem nummis, ponderibus, & menſuris uſi fuerunt. Polyb. *lib. 3. hiſtoriar.*

2. Horum varietas per Imperium miré varia eſt, & quandoque per unam provinciam multivaria; Ideo Juris Publici conſulti tradunt ac ſuadent, plané utiliſſimum fore, ſi hæc varietas ad omnimodam parilitatem in toto Imperio reduceretur. Joan. Limnæus *de Jur. Publ. lib. 4. cap. 8. n. 257.* Ming. *de Jur. territor. theſ. 72. Diſput. Baſiliens. tom. 5.* Schüz. *de Jur. Publ. diſput. 6. theſ. 20. lit. I.*

3. Ob id Imperator *Carolus Magnus* ponderum menſurarum, & monetæ parilitatem ſeu æquævitatem in toto Imperio conſtituit, teſte Aventin. *lib. 4. hiſtor. Bojar. fol. m. 287.*

4. Quod etiam Imperator *Carolus V.* in animo habuit, ſed variis de cauſis ad effectum perducere non potuit, prout conſtat auß der Reformation guter Policey zu Augſpurg: de Anno 1530. tit. von Ehl / Maß / und Gewicht.

5. Pariter in Angliâ *Rex Richardus I.* omnia commercia rerum venalium per totum Regnum uniusdem ponderis & menſuræ conſtituit. Matth. Weſtmonſter. *in hiſtor. ſub Anno 1193. & ſeq. fol. 259.* Knichen. *de jur. territ. cap. 4. num. 292.*

§. III.

1. Horum Exemplis & utilitate præfatâ admonitus olim Galliæ Rex Philippus Bellus, & Longus Pulchri filius, uterque Rex, ac longo poſt tempore Ludovicus XI. prudenti voto decreverant, omnia pondera & menſuras iisdem legibus exæquare, ac uniformitatem in tota Gallia conſtituere, ac jam jam Curatores nominati erant, at mors Ludovici ſuperveniens rem infectam reliquit Nicol. Gillius *hiſtor. in Longo.* Commin. *in Ludov. XI.* Joan. Bodin. *de Republ lib. 1. cap. 10. n. 169.*

2. Simili Voto *Franciſcus I. & Henricus II.* Galliæ Reges obnixé curarunt, pondera omnia & menſuras unam in formam redigere, ejusue causâ variâ edicta Regia conſcripta, *de la reduction des Poids, & Meſure, à une forme, & qu' en France oy aura qu' une forme d' aulne de longueur de trois pieds, 7. poulces, & 8. lignes à toiſe; qui ſera nommee l' aulne du Roy.* ac ne exinde Equeſtris ordinis privilegio quicquam derogatum eſſe videatur, ſimul hoc declarârunt, ut gentilitiæ procerum notæ ſuis ponderibus menſurisque imprimerentur, quorum poſterius in Curiâ conſcriptâ recitare jubebatur, attamen fruſtra hæc omnia, Edicta enim iſthæc necdum ad effectum perducere licuit. Renat. Choppin. *ad leg. Andegav. lib. 1. cap. 40. fol. 285.*

3. De quo maximé conquæritur idem Choppinus, cum ex tam multiformi rerum menſura Nobilium virorum quies cum Plebeis invicem quàm maxime turbetur. Renat. Choppin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 22. num. 2.*

4. Sunt tamen, qui tradunt, quod lege Gallica hodie unicus ſit ponderum & menſurarum architypus, qui ad inſtar Regiæ menſuræ (quæ proſtat Pariſiis in ædibus Conſularibus) tam in ſolidis, quam liquidis corporibus

compo-

componitur. Anton. Matth. *in addition. ad Guido. Papæ deciſ. 490.*

§ IV.

1. In Regni *Caſtellæ* Conſtitutionibus, Reges Hiſpaniæ ſumma cura providebant, ut ſubditi in toto Regno unica menſura & unico pondere juxta formam & modum à Lege præſcriptum uterentur: Quoniam ex diverſis Menſuris & Ponderibus lites non modicæ inſurgebant. *per l. 1. in Verbo:* Todos Vnos. *tit. 13. Recopil. lib. 5.* Contra *Thomam. de Aquino* qui diverſis menſuris & ponderibus eſſe metiendum & menſurandum, propter diverſitatem copiæ & inopiæ rerum, ſcribat. *in 2. 2æ. q. 67. act. 2.* Ita Alphonſ. de Azevedo *in Recopil. leg. 1. n. 3. lib. 5. tit. 13.*

2. Parilem ſollicitudinem habuerunt *Hungariæ Reges*, ut per totum Regnum Ungariæ, una eademque menſura, ad vendendum & emendum fruges, Blada atque vina formetur. Qua ubique in Regno emptores & venditores uterentur. De quo imprimis extat Conſtitutio Regis Sigismundi de Anno MCCCCV. ſcilicet: *Quod in omnibus Civitatibus, Caſtris, oppidis & villis generaliter ubicunque intra aubitum Regni tam in noſtris quam quorumcunque ſint libera ſtatera, ulna, menſura vini, frugum, & generaliter omnes res menſurabiles & ponderabiles, ponderentur, & menſurentur, ſecundum menſuram Civitatis Budenſis.* Conſtit. Sigismund. Regis Vng *de Anno MCCCCV. Decr. 2. art. 1. fol. m. 69.* ac Regis Uladislai *de Anno MDIIII. Decr. 5. art. 17. fol. m. 260.*

§. V.

1. Majori felicitate hanc uniformitatem *in Ducatu Wirtembergico* ad finem exoptatum perduxit ſempiternâ memoriâ digniſſimus Princeps *Chriſtophorus*, Is enim quamprimum poſt tot exantlatos labores & curas apud exteros Reges, divinâ gratiâ ad regimen pervenit, Du-

catum noſtrum è multis ditionibus ſeu ſuccreſcentibus membris, ob ſtatutorum & rituum diverſitatem nondum ſatis conſolidatum, ordinationum concordiâ coadunavit, nobisque unum Jus Municipale conſtituit; Ab hoc enim Principe ſeind alle heylſame ſatzungen geſchöpft und geordnet worden; h. e. *Omnes Ordinationes & ſtatuta ſalutaria, comprehenſæ fuerunt & conſtituta.* Qui pariter menſuris & ponderibus modum æqualē præfixit; Dann nach deme eine groſſe Ungleichheit in dem Land zu Würtemberg/ in Gewicht/ Maß/ Ehlen/ Eych ſich befunden/ gemeiniglich die Ort-Ambter mit denen benachbarten Anſtöſſern von vielen Jahren hero in dieſem Gewicht und Maß verglichen/ gegen andern Aemptern aber gantz ungleich weren/ hat J. Fürſtl. Gn. hierinn eine allgemeine Gleichheit in dem gantzen Hertzogthumb angerichtet/ und in richtigem Gang / als ob es von viel hundert Jahren hero alſo hergebracht/ h. e. *Poſtquam enim ingens diſparitas in Ducatu Wirtembergico, circa pondera, menſuras & ulnas extitiſſet; & præfecturæ limitaneæ ex pacto à multis retrò annis cum vicinis inito, idem pondus & menſuras æquales cum iisdem habebant, quæ cum ponderibus & menſuris aliarum præfecturarū non conveniebant; tunc temporis à Celſitudine ſua univerſalis æqualitas circa pondera & menſuras in toto Ducatu fuit inſtituta, & ita ritè obſervata, ac ſi per aliquot ſecula ita fuiſſet introducta.* Balthaſ. Bidenbach. *in vitâ Chriſtophori Duc. Wirtembergiæ fol. 37.* Ex eo Dn. Lindenſpür *ad Ordin. Wirtemberg. fol. 261. n. 5.*

2. Similis uniformitas in Electoratu Marchiæ Brandenburgicæ conſtituta fuit: Nemlich es ſolle jedes orth Landes ein Scheffel/ und durchauß eine gleiche Ehle ſein/ und angerichtet werden. h. e. *Scilicet, in quocunque loco Regionis, æqualitas modii & ulnæ inſtituatur.* Reverſ. de Anno 1540. 1572. & 1602. Schepliz *ad Conſuetud. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 1.*

# Caput V.

## *De Statuum Provincialium conſilio vel aſſenſu, in mutandis menſuris ac ponderibus.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Princeps etiamſi prudens, tamen Conſiliariis eget.*
2. *An princeps Imperii ad inſtituendam uniformitatem ponderum & menſurarum, ſubditorum conſenſum requirere teneatur?*
3. *In provinciis, in quibus inter principes & Status Conventio intercedit, in hiſce cauſis ſubditorum conſenſum & Conſilium adhibendi, quæſtio affirmanda erit.*
4. *In aliquibus provinciis Imperii hoc Ius vel pacto vel conſuetudine, velſingulari Imperatoris privilegio conſecuti ſunt ſubditi.*

§. 2.

1. *Quid ſi hæc obligatio mutua non intercedat, ut ſubditorum Conſilium exigatur?*
2. *Author & in hoc caſu affirmativam tuetur, quoad mutationem ponderum & menſurarum.*
3. *Princeps omnia ardua negocia cum conſilio & conſenſu Senatorum provinciæ expedire debet.*
4. *Senatores Provinciæ ſunt inter principem & populum interjecti ut mediatores.*
5. *Principum labores egent adminiculis.*
6. *Eaque Conſilio & judicio fiunt, etiam in firmitate ſua perſiſtunt.*
7. *Rex Coronandus promittet inter cætera, quod ſervare velit Legalem, juſtitiam, & ſervare pacem Eccleſiæ Dei, populoque ſibi ſubjecto.*

§. 3.

1. *Pontifex Romanus omnia ardua negocia coacto Cardinaliū Senatu expedire tenetur.*
2. *Horum conſenſus in rebus magni momenti pro ſubſtantia requiritur.*
3. *Cardinalis Gabrielis Palæoti ſententia in hâc re.*
4. *Recenſentur diſſentientes.*

§. 4.

1. *Exæquatio ponderum & menſurarum, concernit commercia ſubditorum, unde & illorum*

*judicium circa hanc rem erit explorandum.*

*2. Imperatores Romani, olim in hiſce negociis expediendis, Cives privatos & Civatum defenſores adhibebant.*

§. 5.

*1. Provinciales ex uſu ponderum & menſurarum longiſſimo, jus quæſiverunt, ac in quaſi poſſeſſione menſura conſueta exiſtunt.*

*2. Tempus immemoriale privilegii naturam induit.*

*3. Princeps ſubditis invitis Ius quæſitum auferre nequit.*

§. 6.

*1. Princeps per mandata ſua neminem intelligitur prægravare.*

*2. Omnes ferè principes in Regiminis ingreſſu, provincialibus jura & privilegia ſua conſervaturos promittunt.*

§. 7.

*1. Rex Hiſpaniarum Statibus provinciarum in Belgio unitis invitis, uniformitatem ponderum & menſurarum, imponnere non potuit.*

*2. Diſſentientes remiſſivè!*

§. I.

PОrro utcunq; Princeps ſibi prudens eſſe videtur, Conſiliariis tamen opus eſt. Audi Salomonem in proverbiis: Ne innitaris prudentiæ tuæ. *Proverb. 3.* Sed audiens ſapiens, ſapientior eris. Et ſi dilexeris audire ſapiens eris. *Eccleſ. 6.* Melior enim æſtimabitur, ait Rex Theodoricus, qui ſolus omnia ſibi non præſumit, apud Caſſiodor. *lib. 8. Reſcriptor. cap. 9.* Et hoc tantò magis verum eſt, ſi negotium determinandum ſit, quod univerſum ſubditorum ac Provinciæ ſtatum attingit. Nam etſi Plebs ſeparatim ſumpta, propter imperitiam aut vecordiam ardua quæque gerere nequeat: At in Comitiis publicis, univerſaliter cum optimatibus congregatis, ſapit, videtque non pauca. Præſertim ea quæ commercia concernunt. Grimald. *de optimo Senat. lib. 1.*

2. Hinc non abs re eſt; ut inquiratur; *An Princeps Imperii ad inſtituendam ponderum & menſurarum uniformitatem ſubdito-*

*ſubditorum conſenſum requirere teneatur? An verò modum menſurarum univerſalem invitis ſubditis dare poſſit?*

3. Iisdem in Provinciis, in quibus eine Landſchafft iſt/ als in der Marck Brandenburg/ in Pommern/ Bayern/ Würtemberg/ in der Graffſchafft Oſtfrießland; i. e. *In quibus Status provinciales vi Conventionis in deliberationem admittuntur, ut in Marchia Brandenburgica, Pomerania, Bavaria, Wirtembergia, & in Comitatu Friſiæ Orientalis.* Ac ubi per pacta tempore antiquata Princeps cum ſubditis convenit, quod in cauſis arduis & Provinciæ utilitatem concernentibus, ſubditorum Conſilium & conſenſum, i. e. Ihr vorwiſſen und Rath/ adhibere velit; Res plana eſt, daß hierin̄ mit der Landſchafft communicirt werden muß / umb ihr gutachten hierinn zuvernehmen/ i. e. *De hiſce rebus cum Statibus Provinciæ in primis communicandum, & eorum Conſilium percipiendū eſſe.* per ea quæ habet Beſold. *tract. de Conſiliar. cap. 19.*

4. Prout in variis Imperii provinciis Principes & Status Imperii omnia ea, quæ totam Provinciæ utilitatem aut neceſſitatem concernunt, cum conſilio Ihrer Landſchafft peragere tenentur, idque vel pacto, vel conſuetudine inveterata aut ex ſingulari Imperatoris privilegio, ſubditis conceſſo.

§. II.

1. Ubi autem hæc obligatio mutua non intercedit, nec in uſu eſſe ſolet, ut Princeps præcisè ad omnes actus, Provinciæ utilitatem attingentes ſubditorum Conſilium exigat, quo major eſt ſubjectio, und da nicht herkommens iſt/ allezeit eine Landſchafft zuſammen zu fordern/ h. e. *& ubi non eſt receptum, Status provinciales ſemper convocandi*; res erit majoris dubitationis?

2. At ego etiam hoc in caſu ſubditorum Conſenſum & Conſilium (Ihr vorwiſſen und gutachten) in mutatione

tatione ponderum & menſurarum, intervenire debere, æquum eſſe cenſeo, qui per Senatores Provinciæ, durch Ihren Außſchutz audiendi ſunt.

3. Quoniam Princeps omnia ardua negotia, quorumque labefactatione Reſpublica detrimentum capere poſſet, jure communi, ac ſecundum naturæ ordinem cum præſcientiâ, conſilio & Conſenſu Senatorum ac Ephorum Provinciæ expedire debet. *arg. l. humanum. 8. Cod. de legib. l. placet. 5. Cod. de SS. Eccleſiis.* Auth. *Habita. Cod. ne fil. pro patr.* Felin. *in cap. fin. num. 4. X. de offic. delegat.* Ripa *in rubro. de Conſtit. num. 20* Bald. Jaſon, Caſtrens. & Dd. *in l. placet. Cod. de S.S. Eccleſ.* Aymon. Cravett. *conſil. 404. n. 31.* Gilcken, *ad l. placet. 5. num. 4. Cod. de S. S. Eccleſ.* Anton. de Padill *in l. ſi univerſi. num. 14. Cod. de diverſ. reſcript.* Frideric. Pruckmann. *in tract. de abſolut. poteſt. cap. 4. membr. 1. effect. 3. num. 7.* Althus in Polit. *cap. 29. n. 7.* Knichen. *de Saxon. non provoc. Jur. Verb. Elector. cap. 5. num. 82.* Buxtorff. *ad Aur. Bullam. concl. 6. lit. D.* Schepliz. *ad Conſuet. Brandenb. part. 2. tit. 5. num. 14.* Gars. Maſtril. *de Magiſtr. lib. 3. cap. 3. num. 53. & ſeqq.* poſt alios Klock. *de contrib. cap. 4. n. 27.*

4. Senatores enim Provinciæ ſunt inter Principem & Populum interjecti, ac firmiſſimum vinculum reputantur, quo utrinque Princeps & Populus colligantur. Grimald. *d. Conſil. fol. 56. & 131.* Beſold. *eod. tract. cap. 19. num. 27.*

5. Ac cum (*juxta Cornelium Tacitum*) Graviſſimi Principis ſint labores, quéis orbem terræ capeſſit, eget adminiculis, ut domeſticâ curâ vacuus, in commune conſulat. Tacit. *Annal. lib. 12.* Hippolit. à Collib. *in Conſiliar. in princip.* Ac ita in ſpecie de præfecto Prætorio, aliisve ſupremo Principe inferioribus concludit Bald. *in cap. quanto num. 5. X. de jurejur.* quem refert & ſequitur Anton. de

ton. de Padilla, *ad l. ſi univerſi. 7. num. 14. & 15. Cod. de diverſ. reſcript.*

6. Nec dubium eſt, quin ea, quæ conſilio & judicio facta ſunt, etiam firmitate ſuâ atque effectu nitantur. *per l. dubium. 3. Cod. de repud.* Bl. & Salycet. *in l. nominationes, Cod. de appellat.*

7. Unde ſcribit Cardinalis Palæotus: *Hodiè in libro Pontificiali cautum legimus, quod Rex coronandus in manibus Metropolitani faciat profeſſionem, ac dicit, inter cætera: Quod ſervabit legem, juſtitiam, & miniſtrabit pacem Eccleſiæ Dei, populoque ſibi ſubjecto, ſicut in conſilio Fidelium ſuorum melius poterit invenire.* Pontifical. *in Rubr. de bened. & coronat. Reg. fol. 88.* Gabriel. Palæot, *de ſacr. Conſil. Conſult. part. 1. q. 3. act. 1. ſ. m. 37.*

§. III.

1. Hinc ſummus Pontifex, etiamſi apud Catholicos Rom. ſit caput Eccleſiæ Concil. Trident. Cardin. Polus *tract. de concil. quæſt. 5. num. 14.* Card. Ruin. *conſil. 109. vol. 5. num. 1.* Guilielmus Bailius *in Catechum. Controv. tract. 2. quæſt. 4. ſupra Concilium.* Jacobat. *de Concil. lib. 1. art. 1. n. 36.* Bellarm. *de Pontif. lib. 4. cap. 2.* Nodermannus *de Jur. Principat. theſ. 23. Diſput. Baſil. tom. 4.* Nec errare aut fallere poſſit in decretis, *Can. memor. Can. pudenda. Can. non turbatur cauſ. 24. quæſt. 1.* Bellarm. *d. cap. 2.* Cajetan. *in Operib. Tit. de author. Pap.* Bannes *ad Thomæ 2. 2æ. part. 1. art. 10. dubit. 2.* quos refert. & ſequitur Paul. Layman *in Theol. Moral. lib. 2. tract. 1. cap. 7. num. 2.* Omnia faciat, ut Deus, non ut homo, *Cap. inter. de translat. Epiſcop.* Nec ullus dicere poteſt, cur ita facis? Speculat. *tit. de legib. §. nunc oſtendendum.* Quod relativè deducit Georg. Ritter. *d. homag. cap. 4. n. 64.* Ille tamen omnia ardua negotia coacto Cardinalium Senatu expedire tenetur. Cardin. & Innocent.

*in cap. 2. X. de nov. op. nunciat.* Afflict. *deciſ. 289. n. 15.* Gilken. *ad d. l. placet. 5. n. 4. Cod. de S.S. Eccleſ.*

2. Adeò ut in negotiis maximi momenti, eorum conſenſus pro ſubſtãtia requiratur, illique in quaſi poſſeſſione hujus juris exiſtant. Jaſon. *ad d. l. placet. num. 13. & 14.* Roland. à Valle *conſil. 2. n. 101. vol. 101.*

3. Proinde cum Cardinalis Palæotus hanc quæſtionem examinat; *An Papa teneatur, in arduis negotiis Cardinalium ſententias explorare in foro juteriori ſeu conſcientiæ; Ita ut ſi Papa ſine cauſa eas explorare prætermiſerit, culpæ reus apud Deum conſtituatur: Ac inſuper ipſe Actus ab eo geſtus in foro exteriore ſubſiſtat? An verò talis omiſſio generaliter & in foro exteriore effectum operetur, ita ut actus ipſe nullus ſit?* Ille tandem cum Sylveſtro *in ſumma Verb. Papa. q. 15.* Concludit: *Papam poſſe neglectu hujusmodi conſiliis, ſe culpabilem Deo in foro interiori reddere: Verum non ideo pœnæ ulli exteriori ſubjiciendum.* Gabriel. Palæot. Card. *de Sacr. Conſiſtor. Cardinal. part. 1. q. 3. act. 7. fol. m. 44.*

4. Diſſentit Gilken. *in d. l. placet. 1. n. 7.* Mancin. *in ſacr. Jur. Controv. diſſert. 1. cap. 9. & 10. per tot.* eleganter & latè Anton. de Padill. *ad l. univerſi. 7. num. 10. Cod. de diverſ. reſcript.*

§ IV.

1. Quæ aſſertio, ſecundo ex eo magis firmatur, cum in menſurarum & ponderum exæquatione & uniformitate inſtituendâ & ſubditorum commercio imprimis agatur, quorum nemo meliori fundamento, quam incola cauſas allegare poteſt, an & cur hæc vel illa exæquatio expediat, nec ne? Variæ enim accidere poſſunt, quæ uniformitatem hanc ob detrimentum Provinciæ & incommodum ſubditorum propter commercium cum externis diſſuadeant. Reformat. guter Policey zu Augſpurg de Anno 1530. tit. von Ehl/ Maß/ und Gewicht. ibi. auß vielerley Urſachen.

2. Proinde

2. Proinde Imperatores olim Romani in ponderum & menſurarum cauſis & negotiis privatos cives, & civitatum defenſores requirebant & adhibebant. per text. *in l. jubemus 9. in princ.* ibi Cura & ſolertia defenſorum *Cod. de defenſ. Civitat. l. ſuſceptores. 10.* ibi præſentibus defenſoribus. *Cod. de ſuſcept.*

§. V.

1. De cujus aſſertionis veritate *Tertiò* tantò minus ambigendum, quod Civitates & ſubditi alicujus Provinciæ ex uſu menſurarum & ponderum temporis longiſſimi & immemorialis, utentium moribus comprobato jus acquiſitum habeant, ac in poſſeſſione vel quaſi menſuræ conſuetæ exiſtant.

2. Tempus enim immemoriale firmum jus tribuit ac privilegii naturam induit, adeò ut tanti temporis Poſſeſſores pro ſe quem titulum voluerunt, & quodcunque privilegium ſibi magis proficuum, allegare queant. *per cap. ſuper quibusdam. §. præterea, ubi Gloſſ. in verb.* non extat memoria. *X. de Verb. ſignif. c. duo ſimul. X. de offic. ordin. l. hoc jure. D. de aqua quotidian. & æſtiv. l. fin. ff. d. aquâ pluv. arcend.* Reichs-Abſchied. de Anno 1548. §. Wann auch / ibi daes ja in menſchen Gedächtnuß ꝛc. Baldus *conſil. 439. colum. 4. lib. 3.* Aym. Cravett. *conſil 10. num. 11.* Achill. de Graſſ. *in deciſ. 4. n. 6. titul. de jur. patron.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 800. num. 2. & 3. & cap. 971. num. 18. & 36.* Knichen *de jur. territ. cap. 3. num. 114. & ſeq.* Georg. Ritter. *de homag. cap. 3. num. 51.* Aloyſ. Ricc. *coll. deciſ. 778.* qui plures effectus temporis immemorialis per varias deciſiones recenſet. Caſp. Klok. *tract. de Contribut. cap. 16. ſect. 2. num. 113. & 120.* Ludov. Molina. *d. jur. Majorat. diſput. 583. num. 3.* Bened. Carpz. *in Jurispr. Forenſ. part 2. conſtit. 1. defin. 7. n. 12.* ubi tradit, quod tempus immemoriale etiam

malam fidem excludat. Anton. Faber. *in Cod. lib. 7. tit. 13. def. 2.*

3. Princeps autem etiam ex plenitudine poteſtatis non poteſt inauditis & invitis ſubditis, jus ſuum auferre. *arg. l. venditor. 13. §. ſi conſtat. 1. D. commun. præd. l. pen. & fin. D. de natal. reſtit. l. 3. Cod. de reſcind. vend.* Prukmann. *in tract. de abſolut. poteſtat. poſt al.* Vincent. Hondæd. *conſult. 86. num. 5. & ſeqq. vol. 1.* Conſil. Marpurg. *8. num. 60. volum. 3.* Petr. à Petra. *tract. de jur. quæſit. cap. 24. per tot.* Baro Enenkel. *tr. de privil. lib. 3. cap. 5. per tot.* Bened. Carpz. *in Juriſpr. forenſ. part. 3. conſtit. 31. defin. 14. n. 7.* qui de jure quæſito loquitur. Anton. Faber. *in Cod. lib. 4. tit. 5. defin. 2. num. 21.* Anton. Freundenb. *de reſcript. morat. Concl. 3. num. 39. ſeqq.* Mar. Giurba *deciſ. crimin. 1. num. 16. 93. per tot.* qui eleganter & pluribus hæc deducit.

§ V.

1. Hinc dicunt jura, quod Princeps per ſua mandata nunquam intelligatur aliquem prægravare. *cap. ad aures. de reſcript. cap. ex multiplici. d. decim.* Et non ferat Princeps moleſtè, ſuper illis conſuli. *cap. ſi quando X. de reſcript.* Bald. *conſil. 134. vol. 3.* Paul. Duran. *de condit. part. 1. cap. 2. num. 18. ac deciſ. Rot. Rom. 148. num. 28.* Tantò minus ſubditorum jus aut poſſeſſionem aut dominium immemorali præſcriptione acquiſitum intervertere. *cap. fin. cauſ. 9. quæſt. ult. §. fin. Inſtit. de his, qui ſunt. ſui vel alien. jur. l. 2. §. meritò 10. & §. ſi quis 16. D. ne quid in loc. publ. l. 4. Cod. de emancip. liber.* Bart. *in l. 2. Cod. de fund. patrim. lib. 11.* Bellon. *conſil. 35. in fin. & conſil. 39. in fin.* Surd. *d. conſ. 262. num. 65.* Georg. Everhard. *conſ. 19. num. 52. lib. 2.* Klok. *d. tract. cap. 16. ſect. 1. num. 139.* Alderan. Maſcard. *tr. de ſtatut. concl. 8. num. 52.* ubi tradit, quod ſi ſubditis longo uſu per conſuetudinem fuerit jus quæſitum, illud eis invitis aufferri

non

non poſſit. *per l. id quod noſtrum. D. de Reg. Jur. l. ſi poſt mortem. §. fin. D. d. poſſ. contr. tab.* allegans hoc in terminis, aſſentit Caccialup. *in l. omnes Populi. num. 106. in fin. D. de orig. Jur.* Joan. Andreæ *in tit. de cenſib. §. nunc dicendum, verſ. quid ſi Univerſitas.* quo facit Anton. Faber *in Cod. lib. 6. tit. 5. defin. 21.* Harppr. *in pr. tit. de empt. & vendit. num. 109. & ſeqq.* Carpzov. *in Juriſpr. Forenſ. part. 2. conſtit. 33. defin. 16. num. 3.*

2. *P*ræſertim cum omnes ferè *P*rincipes Imperii in regiminis ingreſſu *P*rovincialibus promittant, exindeque obſtringantur, eis ſua jura privilegia immunitates & conſuetudines conſervare ac in ſtatu ſuo manutenere, daß ſie jhre Underthanen bey jhren Gnaden/ Rechten und Gewonheiten laſſen wollen. *arg. l. cum ſatis. Cod. de agric. & Cenſit. l. pen. Dig. de ingen. manumiſſ. l. Barbarius. Dig. de offic. Præt.* Gloſſ. *in l. moveor. Cod. ſi ſerv. export. vend.* Speculat. *tit. de feud. rubr. de homag. num. 13. & 14.* Roland. à Valle *conſil. 1. num. 104. lib. 1.* Ferrar. Montan. *de feud. lib. 6. cap. 1. §. fin.* Cothman. *reſponſ. 9. num. 202. vol. 4.* Author. *Conſ. 5.* in causâ Braunſchweig/ contrà Braunſchweig *part. 2. num. 129.* Joan. Wames. *conſil. 3. num. 2. cent. 1.* Caſpar. Klok. *dict. tract. cap. 16. ſect. 1. num. 168.* bene Georg. Ritter. *tract. de homag. cap. 1. n. 38. per totum.*

§. VII.

1. Ex quibus fundamentis haud dubiè Hiſpaniarum Rex, Statibus Provinciarum in Belgio invitis & diſſentientibus uniformitatem (ein gemein Maß/ und Gewicht) per totum Belgium indicere non potuit; quam *Ordines ſeptendecim Provinciarum* etiam eâ de causâ admittere recuſarunt, ne exinde hæ ſeptendecim provinciæ, (quarum quælibet ſingularibus privilegiis & juribus gaudet) unirentur, ac ſuppreſſis ſingularum Provinciarū immuni-

munitatibus, in unius Regni formam redigerentur. vide Meteran. *lib. 2. hiſt. Belg. fol. 56. col. 1. à princ. referente* Klok. *d. tract. cap. 1. num. 272.* ac Dn. Lindenſpür, *ad Jus Wirt. fol. m. 260. n. 3.*

2. Diſſentientium rationes collige ex Gilken. *in l. placet. num. 7. Cod. de S.S. Eccleſ.* Maſtrill. *de Maſtr. lib. 3. cap. 3. num. 53.* Imprimis, quod Princeps ſubditis menſuræ modum dederit, Ergo etiam is, vel ejus ſucceſſor eundem auferre poſſit. Bocer. *in claſſ. 1. de ſtatut. diſp. 3. theſ. 42. Lit. A.*

# CAPUT VI.

## *De Iure & modo menſurandi Merces, ſi Contrahentes ſint ſubditi diverſorum Principum: Ac diverſitas menſurarum exiſtat.*

SUMMARIA.

§. 1.

1. *Mutatione menſurarum facta, an & forenſes in recipiendis certis modiis annuis, novam menſuram agnoſcere teneantur?*
2. *Quod affirmat Author.*

§. 2.

1. *Statutum circa abrogationem veteris modii eſt prohibitorium.*
2. *Item in rem, non in perſonam ſcriptum.*
3. *Hoc in caſu contractus juxta Statutum loci, ubi res ſita eſt, regulatur.*
4. *Hanc affirmativam Doctores communiter ſequuntur.*
5. *Iuxta eam in ſummis curiis deciditur.*
6. *Forenſes in Contractibus obſervare tenentur ſolennitatem illius loci, in quo contrahunt.*
7. *Idem Ius etiam à Clericos & perſonas Eccleſiaſticas extenditur.*

§. 3.

*Res & Contractus ſubſunt Iuriſdictioni ejus, in cujus territorio jacent, vel geruntur.*
2. *Ideoq; Statuto illius loci obſtringuntur.*
3. *Res ipſa afficitur, nullo reſpectu habito*

*habito poſſidentis.*

§. 4.

1. *Forenſis quoad rem ſitam in alieno territorio, iisdem Iurib. gaudet, quibus ſubditus loci.*
2. *Princeps de rebus in ſuo principatu ſitis, promiſcue diſponere poteſt.*
3. *Quoad Statuta rem ſubjectam concernentibus, forenſis habetur pro ſubdito.*
4. *Licet forenſis Regia dignitate emineat.*
5. *Statutum Mediolanẽſe, frumentum exportari prohibens, comprehendit quoque Bergomenſem, Reip. venetæ ſubditum.*
6. *Subjectionis realis effectus.*

§ 5.

1. *In Conventione de certis frumenti modiis ſolvendis, attenditur quoad menſuram, locus ſolutionis.*
2. *Idem judicatur regulariter in expenſis & damnis.*
3. *Cum vinum certæ ſpeciei promittitur, ſolutio fieri debet in eo loco, ubi dolium eſt.*
4. *Si Scholaſtico pro viatico ſit legatum ſtudiorum cauſa, ſolutio facienda eſt ibi, ubi operam dat ſtudiis.*
5. *Iuxta hanc ſententiam decidi ſolet.*
6. *Diſſentientes adducuntur.*

§. 6.

1. *Limitatio hujus ſententiæ affirmativæ.*
2. *Conſtitutio provincialis Wirtembergica circa hanc rem.*
3. *In ſolutione aliud eſſe non poteſt, quam in Conventione.*

§. 7.

1. *In Contractu Emtionis venditionis, cujusnam loci menſura attendenda ſit, loci Contractus, an rei ſitæ?*
2. *Statuitur menſurandum eſſe, juxta menſuram loci Contractus.*

§. 8.

1. *Ratio hujus aſſertionis affertur.*
2. *Doctores Conſentientes adducuntur.*

§. 9.

1. *In Contrarium afferuntur l. 16. C. d. præd. min. & l. 21. ff. de d. obl. & act.*

§. 10.

1. *Reſpondetur ad has Leges.*
2. *Contraria deciſio in Senatu pedemontano affertur.*
3. *Authoris judicium.*

§. 11.

1. *Intra quod tempus menſura fundi Empti fieri debeat?*
2. *Hic articulus à Doctoribus variis diſtinctionibus eſt involutus.*
3. *Author diſtinguit cum Antonio theſauro;*

4. *Aut*

4. *Aut prædium fuit venditum ad menſuram, nulla facta temporis mentione; & tunc ſi intra 60. dies menſura negligatur, nemo amplius auditur.*
5. *Aut prædium fuit venditum ſub expreſſa Lege menſurationis: & tunc menſura fieri debet intra anni ſpacium.*
6. *Aut Conventioni additum fuit, ut prædium quandocunque parti placuerit, menſuretur; tunc ad menſuræ excluſionem requiritur præſcriptio 30. annorum.*

§. 12.

1. *Quid ſi conventum ſit, ut intra tres menſes venditor prædiũ menſuræ ſubjicere teneatur?*
2. *Deciditur, elapſis tribus menſibus, venditorem circa menſuram amplius audiendum non eſſe.*

§. 13.

1. *Quid de Emtore, circa hanc controverſiam tenendum?*
2. *Deciditur Emtorem, non niſi longiſſimi temporis ſpacio, à jure menſurandi excludi.*

§. 14.

1. *Si in diviſione bonorum inter fratres, citra tamen determinationem temporis, menſurationis facta fuerit mentio, an poſt lapſos viginti annos, heredes alterius fratris defuncti, menſurationem demum petere valeant?*
2. *Menſuram adhuc ſuſcipiendam eſſe ſtatuitur.*
3. *Diſſentit Natta, remiſſivè.*

§. 15.

1. *Venditione ad menſuram facta, interim donec prædium menſuretur, an pœnitentiæ locus ſit?*
2. *Negativa ſententia adſtruitur.*
3. *Præjudicio munitur.*
4. *Diſſentientes adducuntur.*

§. 16.

1. *Qui ſe fundant in l. 31. §. 5. ff. d. Cont. Emt. vendit.*
2. *Reſpondetur ad hanc l. per diſtinctionem.*
3. *Ampliatur prior aſſertio.*

§. 17.

1. *Si tractu temporis, propter negligentiam agrimenſoris, in defectu erratum appareat, tunc menſuratio eſt redigenda ad juſtitiæ libram, & venditor pro rato precii ſoluti, damnũ reſarcire cogitur.*
2. *Quamdiu deceptis in menſuratione ſuccurratur?*
3. *Actio ſupplementi durat ad triginta uſque annos.*
4. *Nemo per errorem Iura ſua amittere debet.*

§. I.

CÆterum ſi contingerit, ut Princeps menſurarum varietatem in territorio abrogat, econtrà earum uniformitatem introducit, dubium ex facti contingentiâ oriri ſolet; *An hæc menſurarum mutatio Creditores quoque forenſes, qui prædia cenſualia in ſtatuentis territorio poſſident, ad obſervantiam obliget? ac an,* v. g. *Creditor forenſis Cenſualis, cui quotannis ex pacto debitor Cenſualis certos modios frumenti ſolvere obligatus à Debitore frumentum juxta novam menſuram accipere tenetur;* Und ob der Sültherr/ ſo ein frembder mit dem Sültgeber nach dem newgemachten Landmeß abzurechnen/ und ſich bezahlen zulaſſen ſchuldig ſeye? i. e. *An obſtrictus ſit dominus proprietarius forenſis, frumentum à Colono partiario juxta gnomonem in provincia reformatum in ſolutum accipere, & ad hujus normam calculum ſubducere?*

2. Quod haud dubiè ego *affirmativè* decidendum cenſeo.

§. II.

1. Siquidē *Primò*, hoc ſtatutum circâ abrogationem veterum modiorum eſt prohibitorium, ac plerumque hiſce verbis concipi ſolet, daß fürohin kein ander Meß in dieſem Hertzogthumb / als dieſes gegenwertige gebraucht werden ſolle/ h. e. *Ut in poſterum nemo alio gnomone in hoc Ducatu, quam hoc præſente reformato utatur.*

2. Ac non in perſonam, ſed in rem ſcriptum & conceptum;

3. Quo caſu contractus forenſis regulandus eſt ſecundum conſuetudinem aut ſtatutum loci in quo bona ſita reperiuntur; *per l. 2. D. quemadmod. teſtam. aper. l. ſi fundus Dig. de evict.* quæ eſt traditio originalis Bart. *in l. 1. Cod. de ſumm. Trinit.*

4. Quam Doctores communiter ſequuntur & ac-

curatè perſequitur Bald. *in ſpecie conſ. 461. in 2. dub. lib. 1.* Petr. Anchoran. *conſ. 327.* Andr. Tiraquell. *tr. de primogenit. quæſt. 46. num. 6.* Burſat. *conſil. 388. per tot.* Beſold. *conſil. 34. num. 8. & 9.* Prukmann. *conſil. 17. vol. 1.* David. Mæv. *ad Jus Lubecc. in prælim. quæſt. 4. n. 25.*

5. Ita in Curiis ſummis deciditur, tradente Guid. Papæ. *deciſ. 262. num. 2.* Flamin. Chartar. *deciſ. Genuenſ. 26. per tot.*

6. Sic etiam forenſes tenentur in contractibus obſervare ſolennitatem illius loci, in quo contrahunt. Roland. à Valle *conſil. 33. n. 6. lib. 3.* ubi teſtatur hanc eſſe claram & indubitatam Doctorum ſententiam, & illam ſequitur Cephal. *conſil. 32. num. 16. lib. 1.* Menoch. *conſil. 80. n. 8.* Aldran. Maſcard. *de ſtatut. concl. 7. num. 32. & ſeqq.* Caſp. Anton. Teſſaur. *quæſt. forenſ. 8. num. 10. & ſeqq.* ubi pulchré & diſtinctè hæc explicat. vid. David. Mæv. *in Jus Lubecc part. 1. quæſt. 4. per tot.*

7. Quin imò idem jus etiam ad clericos, & Eccleſiaſticas perſonas extenditur; nam licet ipſi jure Canonico à Jurisdictione ſeculari ſint exempti. *per cap. ſi Judex*, ubi Gloſſ. *de ſentent. excommuni. Cap. at ſi Clerici. Cap. Clerici X. de Judic.* Jaſon. *conſ. 121. dub. 1. lib. 4.* Cæpoll. *conſ. crim. 10. & 11.* Covarr. *pract. quæſt. cap. 31. num. 4.* Jacob Sbrozz. *tract. de Vicar. Epiſc. lib. 2. cap. 191. num. 3.* Joan. Aloyſ. Ricc. *Var. Reſol. 475. num. 1. & 2. ac in Prax. Eccleſ. deciſ 365. per tot.* attamen ſi cum Laicis contrahant, ſolennitates ſtatuti ad validitatem actus introductas ſervare tenentur, aliàs vitiabitur actus. Salicet. *in auth. caſſa. quæſt. penult. num. 15. Cod. de S.S. Eccleſ.* Abbas Panormitanus *in cap. perpendimus. in 9. quæſt. de ſent. excomm.* Ludovic. Roman. *con. 166. in 1. dub.* Natta *conſil. 280. num. 4.* Alderan. Maſcard. *d. tract. de ſtatut. concl. 7. num. 40.* Joan. Petr. Surd. *conſil. 1.* Joan. Mylius *in addition. ad Beroi. quæſt. 115.*

1. Quæ

§. III.

1. Quæ ſenetentia *Secundò* exinde corroboratur quod omnes res aut contractus, in Principis territorio ſitæ vel geſti, ſub territorio & jurisdictione ejusdem ſint loci, in quo res jacent, aut contractus celebrati ſunt. *text. in l. 1. & 2. D. de reb. auth. jud. l. 2. Cod. ubi de hered. agat. l. heres. 19. §. 1. & 2. D. de judic. cap. 2. X. de for. compet.* Etiamſi Dominus alibi domicilium ſuum habeat. *l. 2. Cod. ubi in rem. act.* Schurff. *conſil. 64. per tot. cent. 1.* Coler. *in Proceſſ. Execut. part. 2. cap. 1. n. 36. & ſeq.* Zanger *de Except. part. 2. cap. 1. num. 107. & paſſim.* Matth. Stephan. *de Jurisdict. lib. 1. cap. 29.* Rota Genuens. *deciſ. 105. in antiq.* Anton. Faber. *in Cod. tit. de Jurisdict. defin. 27.* Amat. *deciſ. Rotæ March. 81.*

2. Ergo etiam ſtatuto illius loci & Jurisdictionis obſtringuntur, adeoque ſtatutum illud ratione bonorum in territorio exiſtentium obligat etiam non ſubjectos, textus terminalis *in l forma 4. §. is verò qui 2.* ibi: agri enim tributum in eam civitatem debet levare in cujus territorio poſſidetur. *D. de cenſibus. l. ſi pendentes 28. §. ſi quid cloacarii 3. ibi.* confertur ex fructibus. *D. de Uuſufr.* late Natta, *conſil. 148. & 389.* Cavalcan. *deciſ. 3. num. 8. part. 1.* Andr. Gail. *lib. 2. obſervat. 124 num. 16.* Flamin. Chartar. *deciſ. Rotæ Genuens. 26. n. 8.*

3. Ipſas enim res afficit Statutum, ſivè à cive poſſideātur, ſive à Forenſi, quarū reſpectu generaliter Jurisdictio fundatur. *l. pupillo. D. de tut. dat. ab his. cap. fin. extrà de for. competent.* Andr. Gail. *dict. obſer. 124 num. 17.* Benedict. Carpzov. *in Iurispr. forenſ. part. 3. conſtit. 12. defin. 12. num. 4. & 5.* Joſeph Seſſe. *deciſ. Aragon. 129. num. 29. lib. 2.*

§ IV.

1. Hinc tradunt Doctores, quod Forenſis licet ſubditus non ſit, ſi tamen habeat rem in territorio, de quâ

Princeps diſponere vult, ex eo, quoad illam rem idem judicetur, de forenſi ac de aliis ſubditis. *per d. l. forma 4. §. is vero. l. 3. Cod. de natural. liber.* Novell. *89. cap. 2. §. 2.*

2. Ac poteſt Princeps de eâdem re ſicut de aliis bonis ſuorum ſubditorum ſtatuere. Ita Angel. *conſil. 73.* Alexander *conſil. 78. vol. 6.* Dec. *in cap. quæ in Eccleſia. col. 9. X. de conſtit. quem refert & ſequitur* Aymon. Cravett. *conſil. 201. num. 15.* Roch. *de Curt. de Statut. ſect. 9. quæſt. 12.* Bertazzol. *in conſil. criminal. 443. num. 6. lib. 2.* Alderan. Maſcard. *de ſtatut. concl. 6. ampl. 3. num. 44.* Caſpar. Anton. Teſſaur. *in quæſt. forenſ. 4. num. 4.* ubi tradit, quod ſtatuentes poſſint dare Regulam in bonis ſui territorii *lib. 2.* benè David. Mæv. *ad jus Lubecc. part. 1. in prælim. quæſt. 4. num. 22.* qui hanc opinionem veriorem & communiorem dicit; cui convenit Geminian. *conſil. 8. col. 1.* quâ ſcribit:

3. Quod forenſis cenſeatur ſubditus in ſtatutis rem ſubjectam concernentibus, & ſitam in eorum territorio, *arg. l. cum unus. 12. §. is qui 1. D. de reb. auth. jud. poſſid. can. illa. diſtinct. 12.* Rebuff. *ad conſtit. Regn. Gall. tr. d. lit. oblig. art. 2. Gloſſ. 1. num. 7.* Burſat. *conſil. 59. num. 36. lib. 1.* Alderan. Maſcard. *d. tract. d. ſtatut. concl. 8. num. 57.* Joſeph Seſſe *deciſ. Arragon. 100. num. 16.* qui deciſivè ſcribit, Flamin. Chartar. *deciſ. 26. n. 9. ac per totum.*

4. Etiamſi Forenſis Poſſeſſor Regiâ dignitate emineat, *cap. ult. X. de for. competent.* Paurmeiſt. *de jurisd. lib. 2. cap. 9. num. 118.* Georg. Ritter. *de homag. cap. 2. concl. 40. & 41.*

5. Sic ſtatutum *Mediolanenſe* prohibens frumentum exportari è ſtatu Mediolano, compræhendit quoque Bergomenſem Venetæ Reipublicæ ſubditum, qui frumentum natum ibidem in ſuis prædiis exportat, *per d. l. forma. 4. §. is vero. 2. D. de cenſ.* Alberic. de Roſat. *d. tr. de ſta-*

*tut.*

*tut. part. 2. quæſt. 137.* Alban. *conſil. 111. n. 6.* Anton. Teſſaur. *deciſ. Pedemontan. 152.* Joſeph de Seſſe *deciſ. 129. n. 21. lib. 1.*

6. Et hic eſt præcipuus effectus ſubjectionis realis, ratione bonorum in alterius territorio ſitorum, quorum intuitu etiam forenſis pro ſubdito habetur, ac quibusdam in locis homagium quoque reale territorii Domino præſtare tenetur, Paurmeiſt. *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. n. 118.* & ante eum Bald. *in l. 2. Cod. de oper. libert.* conſentit quoque Cothman. *reſp. 4. n. 224. vol. 4.* Vietor *de Exempt. Concl. 29.* quos refert, quoque Georg. Ritter. *de homag. cap. 2. concl. 41.*

§ V.

1. *Tertiò* firmatur hæc deciſio ex eo, quod ſi inter Creditorem & Debitorem de certis frumenti modiis præſtādis conventum fuerit, in Menſura locus ſolutionis attendi debet, *arg. l. ſi prædium 16.* ibi: in quâ ſitum eſt, *Cod. de prædiis & aliis reb. min.* Ant. Sola *ad Conſtit. Antiq. Sabaud. Gloſſ. 1. ſup.* 1. *part. decr. tit. de Cenſ. ſolut. num. 10.* Ubi tradit, quod Cenſus & Victualia menſurabilia, non exigi poſſint, niſi cum menſura Loci in quo debentur.

2. Nam etiam videmus in expenſis & damnis idem eſſe, quæ ſecundum locum in quo ſolvi debuit computantur, *cap. dilecti, X. de for. competent.* Hoſtienſ. *in ſumma, tit. de Emption. §. quibus. in fin.* Alberic. *in l. arbitrio. §. de eo in fin. D. de dol. malo.* Quam tamen aſſertionem, ita purè intelligendam non eſſe, ex ſequenti quæſtione patebit.

3. Pariter & cum Vinum certæ ſpeciei promiſſum eſt, puta quod in tali doliò eſt, eo in loco ſolvi debet, ubi dolium exiſtit *per text. in l. qui legatur, 38. ibi: ubi eſt, ubi petitur. Dig. de judic. l. cum res. D. de legat. 1.*

4. Sicuti cum quis Scholaſtico ſtudiorum causâ pro viatico legat; ibi ſolvendum eſt, ubi dat operam ſtu-

diis, *l. ſed etſi ſuſceperit. 52. §. ſi libertis. 1. ubi Angel. D. de judic.* Bart. *in leg. 1. D. de aliment. leg.* Ita tradunt Alciat, *in l. idem erit. 60. num. 5. D. de verb. oblig.* ac laté per textum *in l. vinum 22. num. 32. & ſeqq. D. de reb. credit.* Cævallos *in Commun. Opinion. quæſt. 733.* Oldrad. *conſil. 168.* Alexand. *conſil. 21. lib. 2.* Paris. *conſil. 64. num. 71. lib. 1.* Doctè & præclaré ut omnia Idem Andr. Alciat. *reſponſ. 697. per tot.* qui etiam contrariis reſpondet.

5. Et ſecundum hanc ſententiam decidi ſolet, atteſtante Oſaſch. Cacheran. *deciſ. 114.*

6. Diſſentit tamen Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 11. num. 19. & ſeqq.* Bertazol *de Clauſul. Claus. 20. gloſſ. 19. num. 9.* Firmum ergo manet, quod forenſis Creditor Cenſualis, cenſum annuum frumenti, juxta definitam & publicè probatam menſuram loci & rei ſitæ à Debitore cenſitico, von ſeinem Gültreicher / accipere teneatur.

§ VI.

1. Quod tamen eâtenus Limitandum, moderandum & *declarandum* judico, ſi modo inter veterem & novum modium æquivalentia aliqua per juſtum calculum ineatur, ne quiſpiam contrahentium in jure ſuo lædatur.

2. Ita Sereniſſimus Dux noſter CHRISTOPHORUS in mutatione univerſali ponderum & menſurarum Ducatus Wirtembergici talem æquivalentiam inſtituit, und haben die alte Meß und Eychen zu bezahlung der Frucht und Weingefäll gegen newen ſolcher geſtalten vergleichen laſſen / daß dardurch niemand beſchwehret worden; i. e. *Et curavimus, ut menſura vetuſta in aridis & liquidis, quoad exſolvendos reditus in frumento & vino, cum recentiori gnomone renovato ita æquaretur, ne quis exinde prægravaretur.* Ac ſimul in Conſtitu-

tione

tione iſta expreſsè ſanxit; daß die Frembde und außgeſeſſene Gültherren mit denen Gültgebern nach dem newen Land-Meß abzurechnen (und jhre Gülten darzu zuempfangen ſchuldig ſein ſollen. h. e. *Ut forenſes & extranei domini Cenſuales, juxta normam menſuræ provincialis reuovatæ cum colonis cenſiticis rationes ineant, & ſecundum hanc, cenſum recipere teneantur.* Fürſtl. Würtemb. Lands Ordn *fol. 161. & 162.*

3. Ratio in Contrarium vid. 1. apud Alciat. *in l. 60. num. 7. D. de V. O.* aliud non poteſt eſſe in ſolutione, quam in conventione. *l. f. l. Imperator d. E. V.* apud Mæv. *part. 4. tit. 12. art. 1. num. 27.*

§. VII.

1. Cæterum quæſitum etiam aliquando fuit; *An facto contractu venditionis aliquot jugerum prædiorum, vel plauſtrorum vini Menſura facienda ſit, ſecundum menſuram loci Contractus, an loci rei ſitæ?* V. G. Venit Heilbronnam Civis quidam Ratisponenſis Vinipola, vina generoſa empturus, offendit forte fortuitò Præfectum Civitatis Weinſpergenſis aut Lauffenſis, præclara Ducatus Wirtembergici Loca Vinifera, præcipuè verò generoſa Vina muſcata producentia, qui *P*ræfecti copiam, hujusmodi Vini generoſioris aſſervare ſolent. Ab eisdem vinipola aliquot Vini plauſtra etliche fuder Wein in Civitate Heilbronnenſi, certo determinato pretio emit. Quæſitum eſt, *ſi de plauſtri menſura nihil in ſpecie dictum fuerit, an de menſura Civitatis Heilbronnenſis vel Ducatus Wirtembergenſis Conventum aut cogitatum, aut juxta cujus loci menſuram, Vinum admetiendum ſit?*

2. Dico menſurandum eſſe Vinum Juxta menſuram Loci Contractus, ubi eſt facta conventio, propter reſponſũ *JCti Gai*; Qui interrogatus de hoc caſu à *P*artibus ita reſpondit: *Si fundus venierit; ex Conſuetudine ejus regionis, in qua negotium*

*gottum geſtum eſt, pro evictione præſtari oportet. in l. ſi fundus 6. D. de Evict.* Unde colligitur, & concluditur, quod evictionis nomine cautio præſtanda ſit, ſecundum conſuetudinem loci contractus: Locus enim contractus, regit, contractuum, judiciorum & agendi decidendique ordinem. Ea enim quæ ſunt moris & Conſuetudinis, in bonæ fidei judiciis debent venire. Juxta reſponſum Ulpiani *in l. quod ſi. 31. §. quia. 20. ibi:* quæ moris ſunt *D. de ædilit. edict.* Ac contractus dubii recipiunt modum & formam à Conſuetudine loci, *l. per. l. ſi quis. 24. in fin. ibi:* uſitatum eſt. *D. de Uſufr. l. & in contrarium 37. ibi:* quæ in regione *D. de Uſur.*

§. VIII.

1. Hujus Reſolutionis *Rationem* hanc adfert *Steph. Gratianus*: Quia in his quæ concernunt deciſionem contractus, circa deciſoria cauſæ & litis, quoad effectus cauſatos & cauſandos, ex ipſo contractu, ſecundum ipſius naturam, nullo facto extrinſeco occurrente, inſpicitur ſtatutum & conſuetudo loci contractus, quamvis alibi facienda eſſet ſolutio, prout eſt, quando agitur de menſuratione: Tunc enim tractatur de executione contractus, & de effectibus ab eo cauſatis. ex Rol. à Valle *conſil. 100. n. 13.* Gratian. *diſcept. forenſ. 11. n. 21.*

2. Ita in terminis Barbat. *conſ. 14. per tot. vol. 2.* Afflictis *deciſ. 363. num. 5.* Cævallos *Comm. contra Comm. cap. ſeu q. 733. num. 9.* Quem caſum ſe in praxi obtinuiſſe aſſerit. Roland. à Valle *conſil. 100. vol. 3.* Bertazzol. *de clauſul. cl. 20. Gloſſ 19. n. 9.* qui hanc opinionem veriorem dicit. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. 11. num. 19. & ſeqq.* unde *Bartolus* tradit, quod ea quæ reſpiciunt, ſolennitatem & ordinationem actus, aut litis deciſionem, ſemper attendatur ſtatutum aut conſuetudo loci contractus Br. *in l. cunctos n. 15.*

*C. de*

*C. de S. S. Trinit.* Villabos *in Comm. opinion. verb. vendita. n.* 27. Anton. Gabriel. *Comm. concluſ. lib. 6. Tit. de conſuetud. concluſ. 2.*

§. IX.

1. Ac quamvis Contrariam opinionem voventes pro menſuratione cum menſura rei ſitæ adducant Reſcriptum Impp. Diocletiani & Maximiniani *in l. ſi prædium 16. C. de præd. minor.* Ubi expreſsè conſtitutum eſt, ut Alienatio prædii à minori adulta venundati Decreto Præſidis Provinciæ, ubi prædium ſitum eſt, convalidanda ſit, ac locus rei ſitæ non verò locus contractus attendatur: Præterea reſpondeat JCtus Julianus; Quod unusquisque in eo loco contraxiſſe intelligatur in quo, ut ſolveret, ſe obligavit *per l. contraxiſſe 21. ibi*: ut ſolvent. *D. de O. & A.* quem textum maximè extollit Jaſon. *§. plus. num. 14. & ſeqq. Inſtit. de action. l. ſi merx. fin. ibi:* locus *quo peteretur D. de Condict. Tritic.* Oldrad. de Ponte *conſil. 168.* Alciat. *reſponſ. 697.* Fab. de Monte *tr. de empt. vendit. quæſt. princip. 5.*

§. X.

1. Veruntamen dicta Reſcripta cum Reſponſis intelligenda ſunt de foro competente, vel æſtimatione facienda, aut de auctoritate alienationi prædiorum minoris interponenda per eum judicem, ubi res ſita eſt, ſecundum Bârtol. *in l. ſemper in ſtipulationibus. D. de V. S.* At ubi non apparet, quid actum ſit, inter partes, ſemper loci conſuetudo attenditur. *per l. 1. in pr. ibi*: ex more regionis ubi Contractum eſt. *D. de uſur. l. ſi ſervus. 50. in fin. ibi:* regionis *D. de legat. 1.* Cacheran. *deciſ. 114. n. 4. & 5.*

2. Qui in fine dictæ deciſionis addit: Quod licet ipſe, cum aliquibus Senatoribus huic opinioni, tanquam veriori adhæſerit: Majorem tamen Senatus Excellentiſſimi partem, æquitatis quadam ratione motam,

Contrariam ſententiam ſecutam, ac decem illa jugera litigioſa, juxta menſuram rei ſitæ commenſuranda eſſe, deciſum fuiſſe.

3. Veruntamen ego in dicta controverſia, non tam Jus quam poteſtatem concludendi defuiſſe aſſero.

§. XI.

1. Porro de Menſura fundi empti intra quod tempus ea fieri debeat; Nunc pauca quædam conſideranda, occurrunt.

2. Qui articulus variis diſtinctionum membris involutus à Doctoribus reſolvitur propter textum notabilem *in l. quod ſi nolit. 3. §. ſi qui dicta. 22. D. de ædil. edict. ac l. qui gravatos ſe. 5. C. de cenſib. lib. 11. ubi Gloſſatores varia.* Natta *conſil. 569.* Dec. *conſil. 347.* Quatuor Caſus in hac quæſtione animadvertit & ſegregat Nicol. de Tedeſchis, *aliàs Abb. Panormit. in cap. per tuas. 5. num. 7. X. de donat.*

3. Hanc tamen difficultatem hiſce diſtinctionibus cum Antonio Teſſauro reſolvendam eſſe judico.

4. I. Si prædium venditum fuerit ad menſuram, nulla facta mentione, quod debeat menſurari, dum contrahentes ſibi invicem fidem habuerint de menſura congrua, ſcilicet tot vel tot jugerum: Tunc una vel altera pars, diffidendo de quantitate, prædium ut menſuræ ſubjiciatur, intra ſexaginta dies curare debet. Quod tempus ſi præterlapſum ſit, nemo ulterius auditur. *per dict. reſponſum Ulpiani in l. quod ſi nolit. 31. §. ſi quid ita. 22. ibi:* ſexaginta dierum præteriit. *D. d. ædil. edict.* M. Anton. Natta *conſil. 569. num. 10.* Caballin. *de ædidil. edict. cap. 2. num. 34.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 185. num. 1.* Veruntamen hunc textum tantum procedere in actione redhibitoria, rerum mobilium ob vitium & morbum aliquem cauſata, cenſet Menoch. latè *lib. 1. Arbitr. q. 22. n. 11.*

5. II. Si

5. II. Sin verò Prædium expreſsè emptum & venditum fuit, ut menſuretur, eo caſu menſura fieri debet intra anni ſpatium. arg. Reſcripti Imperatoris Theodoſii *in l. qui gravatur. 5. ibi*: quod intra annum. ubi Gothofr. *C. de cenſib. lib. 11.* Niſi una vel altera pars fuerit in mora adimplendi menſurationem, quæ parti moroſæ imputanda erit. Anton. Teſſaur. *dict. deciſ. 185. num. 1.* Natta *d. conſil. 569. num. 11.* Quoniam mora ſuo authori nociva eſſe debet, per Reſcriptum *l. 2. ibi*; qui moram menſuræ faciendæ non interponit. *C. de pericul. & comm. rei vendit.*

6. III. Quod ſi verò conventioni hoc additum fuerit; Ut prædium venditum, ad quamcunque partis requiſitionem, & quandocunque placuerit, menſuretur, tunc ad menſuræ præſcriptionem & excluſionem triginta anni præterlapſi requiruntur. Doctores *in cap. per tuas. X. de donat.* Auguſt. Bero. *quæſt. famil. 5. num. 1.* Teſſaur. *dict. deciſ. 185. num. 1.* Covar. *pract. quæſt. cap 3. num. 8.* De læſione in quantitate vide Ar. Pinell. *ad leg. 2. de Reſc. Vend. part. 3. cap. 1. num. 1.* Socin. Jun. *conſil. 43. n. 11. vol. 2.*

§. XII.

1. Sed dubium oritur; quid dicendum ſit, in caſu quo conventum fuerit inter partes, *ut venditor teneatur prædium infra tres menſes menſuræ ſubjicere; An elapſis hiſce tribus menſibus partes petere poſſint, ut menſura prædii ſuſcipiatur?*

2. Sanè cum hæc obligatio menſurandi principaliter venditorẽ reſpiciat, & hoc pactum in favorem Emptoris adpoſitum cenſeatur, ut ſcire poſſit quid quantumve ſua pecunia emerit, lapſis hiſce tribus menſibus, venditor ut prædium amplius menſuretur, petere non poteſt: Cum venditor ſua culpa & mora terminum præterlabi paſſus fuerit, ideò damnum hoc ſibi ipſi imputare debet. Igitur quicquid ſupererit in quantitate prædii

venditi, Emptori cedit. Anton. Teſſaur. *dict. deciſ. 185. num. 3.*

§. XIII.

1. Major autem eſt Dubitatio, de Emptore, *an ille elapſis tribus menſibus in contractu definitis prædii menſurationem, quocunque etiam tempore à venditore petere poſſit?*

2. Sanè cum venditoris ſit rem venditam tradere, & juxta pacta conventa, rei venditæ dominium in Emptorē transferre obligetur; Juri menſuræ & ipſi diviſioni ab aliis prædiis, non aliter niſi ſpatio triginta annorum præſcribi poſſe dicendum eſt, quo longiſſimo ſaltim temporis curſu, & non breviori termino, Emptorem à ſuo menſurandi jure excludi cenſeo. *per text. in l. ſicuti. & l. omnes. C. de præſcript. trigint. ann.* Decius *conſil. 347.* Natta *conſil. 569.* Proinde cum dubium in Senatu Pedemontano *Anno 1589.* diſputaretur, in hanc ſententiam referente Senatore Cacherano Domino de Oſeſcho, Domini Aſſeſſores tranſierunt; teſte Anton. Teſſaur. *deciſ. 185. n. 3.*

§. XIV.

1. Alius ſequitur *Caſus Dubius*; Pone, in lege diviſionis duorum fratrum illuſtrium, bona communia dividentium comprehendebatur, ut poſſeſſiones bonorum ſibi invicem aſſignatorum, per peritos agrimenſores abſque aliqua temporis definitione menſurentur. Lapſis annis viginti & ultra, ac uno ex fratribus defuncto, heredes ejus, cum de menſuratione facta non conſtaret, à fratre ſuperſtite, ut poſſeſſiones menſurarentur, petierunt? Quæſitum fuit, quid Juris?

2. Sanè menſuram jure peti & adhucdum ſuſcipiendam eſſe, latè & operosè deducit Auguſt. Bero *quæſt. famil. 5. per tot.* Hac motus Ratione, quoniam, quando is, contra quem poſt lapſum aliquot annorum, menſurationem fieri petitur, ſcivit vel ſcire debuit, menſura-

ſurationem eſſe faciendam, adverſus eum propter ſuam ſcientiam & malam fidem ſemper agi poteſt, ad triginta uſque annos, donec menſurationem amdimpleat. Panormitan. *ad cap. per tuas. 5. num. 6. verſ. quartus caſus. X. de donat.* Hoſtienſ. *ibidem, qui de jure Canonico.* Emptorem propter malam fidem venditoris ſemper agere poſſe tradit.

3. Diſſentit Marc. Ant. Natta *conſil. 569. num. 10.*

§. XV.

1. Quæritur ulterius: *An venditione ad menſuram facta interim donec prædium metiatur, pœnitentiæ locus ſit?* V. G. *P*amphilius vendidit Olympiæ prædium quoddã ſuburbanum aut Tuſculanum pro decem mille ſcutatis ſub conditione, ut menſuretur, dubitatur, an contractus interim donec menſuretur, ſit imperfectus, ut ab eo reſiliri liceat?

2. Reſpondetur quod Contractus imperfectus dicitur, quoad periculum, antequam fiat menſuratio, & traditio, cum illud pertineat ad venditorem *per l. 2. ibi:* Non ad Emporem qui moram menſuræ faciendæ non interpoſuit. *C. de pericul. & commod. rei vend.* Secus tamen erit quoad diſſolutionem contractus: Cum ille non poſſit reſolvi per pœnitentiam unius tantum Contrahentium partis, propter reſcriptum Imp. Gordiani *in l. 2. ibi:* pacto & conſenſu diſſolvi poſſe. *C. quand. liceat ab empt. reced.* Quando enim inter partes conventum eſt de re & pretio, etiamſi venditio illa eſſet conditionalis, non licitũ eſt à tali contractu uni tantum parti recedere; Cum hæc conditio non tam ſubſtantiam Emptionis venditionis, quæ eſt, conſenſus, merx & pretium, quam modum & qualitatem concernat. Cornæus *conſil. 311. vol. 2.* Jaſon. *conſil. 55. vol. 1.* ita Caſtrenſ. *ad dict. l. 2. C. quand.*

*liccat. ab empt.* Id quod *per text. in l. ſi quis vina. 4. in pr. D. de pericul. & comm. rei vendit. probatur*, Ubi reſpondet JCtus. quod re vendita ad pondus vel menſurā ad certum diem, ſi venditor non tradat, contractus non eſt reſolutivus, ſed is ad omne intereſſe tenetur. *juxta l. 1. D. de act. empt.* Nunquam enim in dubio, ea ſumenda eſt interpretatio, quæ venditionem conditionalem, tanquam conventionem odioſam facit. Ant. Faber. *in Rational. mod. dict. leg. ſi quis vina. 4. in pr.* Trentacinq. *lib. 3. Var. Reſolut. Tit. de Empt. Vendit. Reſolut. 5. num. 2.* Joan. Baptiſt. Hodierna *ad Surd. deciſ. 64. num. 2.*

3. Ac ita in ſupremo Regni Neapolitani Conſilio deciſum fuiſſe atteſtatur per rationes, Matth. de Afflictis *deciſ. 280.* ubi Cæſar. Urſill. *num. 2. ac deciſ. 194.* Capyc. *dec. 14.*

4. *Diſſentit* Decius *conſil. 179.* Joan. Petr. Surd. *deciſ. 64.*

§. XVI.

1. Qui fundamentum ſuæ diſſenſionis principaliter ponunt in Reſponſo JCti. Gaj. *in l. quod ſæpe. 31. §. in his quæ. 5. ibi:* non aliter videtur perfecta venditio, quam ſi admenſa. *D. de Empt. Vendit.* Ex quo textu Doctores colligunt, quod venditio ad menſuram facta, ſit conditionalis ac imperfecta donec admetiatur.

2. *Reſpondetur* communiter diſtinguendo; quod venditio ſit imperfecta quidem, reſpectu periculi, quod venditoris erit, non emptoris, donec res vendita traditur. Nihil enim ex parte venditoris in caſu propoſito amplius ſupereſt faciendum, niſi ut rem venditam tradat, ſi urgebitur ad tradendum. Anton. Faber *in Rational. part. 3. tom. 3. ad dict. l. quod ſæpe. 31. §. his quæ 5.* Stephan. Gratian. *cap. 549. num. 14. 16. & 17.* Ludov. Poſt. *Reſolut. 114. num. 6. & 7.* Secus tamen eſt, quoad pœnitentiam & reſciſſionem

ſciſſionem contractus, adeò ut in propoſito caſu venditori liberum non ſit reſilire, & rem venditam alii vendere, ut periculum à ſe arceat; Et hoc propter ſubſtantialia requiſita, quæ ad firmitatem & perfectionem Emptionis Venditionis hoc in caſu intervenerunt: ſcilicet, Conſenſus merx & pretium. Caſtrenſ. *ad dict. l. 2. in fin. C. de pericul. & comm. rei vendit.* Afflictis *deciſ. 280. num. 5.* Alex. Trentacinq. *tom. 3. V. R. tit. de Emption. q. 5. n. 2.* Aliter cenſet Gotofred. *ad d. l. quod ſæpe. 31. §. in his quæ. 5. lit. C.*

3. Et hoc adeò verum eſt, ut pro pretio convento pro re vendita, licet menſuratio adhuc non ſit facta, inſtrumentum venditionis liquidari poſſit, nec Emptor liquidationem impedire poteſt, ſub prætextu, menſurationis faciendæ, ſicuti in hiſce terminis deciſum fuit in S. C. N. atteſtante Vincent. de Franch. *deciſ. 292.* Joan. Bapt. Hodierna, *ad Surd. dec. 64. n. 3.*

§. XVII.

1. Quod ſi menſura defectiva reperiatur, propter errorem aut negligentiam Menſoris, ac illud lapſu temporis appareat, reformanda eſt menſuratio ad Juſtitiæ libram per Ratæ remedium, ac ipſe venditor damnum hoc pro rato pretii ſoluti reſarcire obligatur. *per text. in l. ſi venditor. D. de act. empt. l. ſi duorum. D. eod. tit.* Quoniam venditor non cenſetur rem venditam tradidiſſe, niſi de menſura appareat. *per l. ſuo victu. D. de oper libert.* Petr. de Benintend. *deciſ. 30.* Natta *conſil. 489. num. 1.* Joan. Baptiſt. Coſta *de ration. Ratæ. q. 35. num. 1.*

2. Dubium autem hoc loco occurrit: *Quamdiu Deceptus in menſuratione ſuccurratur?*

3. Sanè cum jus petendi ſupplementum menſuræ ſit perpetuum, ideò actio ſupplementi ad triginta usque annos perpetuos durabit. *per l. omnes. C. de præſcript. trigint. ann.*

*ann.* Nevizan. *conſil.38. num. 6.* Caballim. *de ædilit. edict. cap.2.num.36.* Error enim menſurationis vel calculi ſemper tolli & revocari, ac perpetuò emendari poteſt. *per l. emptor.* §. *Lucius.D.de pactis.l. 1. C. de error. calcul.* Burſat. *conſil. 68. num. 44.* Etiamſi ſæpe, & ſæpius, ac vicibus geminatis menſuratio peracta fuerit. Burſat. *conſil. 176. n. 68.*

4. Cum nemo per errorem rem ſuam aut jura ſua amittere debeat. *l. ſi procurator. D. de acquir. rer. domin.* Cephal. *conſil.308. num. 37. ac conſil. 466. num. 34.* Nec veritas per errorē rerum geſtarum vitiari debet vel poteſt. *princ. l. illicitas.* §. *veritas. 6. D de offic. præſid.* latè Jacob. Ayrer. *de error. calcul. num. 21. 27. & paſſim.* Weſenbec. *conſil. 47. num. 50.* Ita in terminis reiterandæ menſurationis Joan. Botta *conſil. 83. per tot.* Riminald. Junior. *conſil. 273. n. 27.*

# CAPUT VII.

## *De Remediis contra Defraudatores menſurarum Ponderum. Ubi Primò de Menſurarum publica collatione.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Principi incumbit, ponderum & menſurarum exactam habere curam.*
2. *Hac in parte mira fuit Romanorum ſollicitudo.*

§. 2.

1. *Remedium contra falſificationes præbent Imperatores Romani, reſcribendo, ut modii ænei vel lapidei, cum ſextariis & ponderibus, per manſiones & ſingulas Civitates collocentur.*
2. *Eos Iuſtinianus Imp. in Eccleſiis cujusvis Civitatis, conſervari juſſit.*
3. *Quod hodiè adhuc videre licet in templis quibusdam.*

§. 3.

1. *Ad Exemplum Conſtitutionum Imperialium, curare debet*

princeps,

*princeps, ut pondera, menſuræ &c. in omnibus Civitatibus publicè exponantur, eorumve Archetypus in publico aſſervetur.*

2. *In Ducatu Mantuano, publicæ menſuræ, in loco Guaſtallæ publico proſtant,*

3. *In Gallia menſura Regia, Pariſiis in ædibus Conſularibus publicè proſtat.*

4. *Apud Hebræos, menſura portæ affigebatur.*

5. *In Ducatu Wirtembergico, menſurarum & ponderum Archetypus, in Archivo principis Stutgardiæ aſſervatur.*

6. *Inſuper conſtitutæ ſunt duæ Civitates principaliores, quibus exemplaria ab Archetypo deſumta ſunt communicata, unde reliqua loca juſtam rectitudinem petunt.*

§. 4.

1. *Ratio redditur, quod quilibet privatus ex hoc Archetypo formam ſibi ſumere poſſit.*

2. *Deinde, ut ad normam modii affixi, negociatio inter privatos æqua ſit.*

3. *Denique, ne defraudatores ſub ignorantiæ prætextu, delictum excuſent.*

§ 5.

1. *Conſtitutio Brandeburgica circa menſuras.*

2. *Conſtitutio Wirtembergica circa eandem rem.*

§. 6.

1. *Quæ ſit pœna ejus, qui ponderum & menſurarum exemplar publicè affixum, refigit & corrumpit?*

2. *Talis devaſtator tenetur pœna albi corrupti.*

3. *Poſtmodum pœna eſt exaſperata, & ad Criminis falſi pœnam extenſa.*

§. 7.

1. *Hæ pœnæ jure conſtitutæ, utiliter extenduntur adverſus tales delinquentes.*

2. *Quoniam Iurisdictio læſa, acriter vindicanda.*

§. 8.

1. *Pro animo delinquentis, de Iure Civili pœna quoque variat.*

2. *Quæ pœna imponenda, hodie Iudicis arbitrio committitur.*

3. *Authoris ſententia circa pœnam infligendam.*

§. I.

Cum in Republica vix ac ne vix quidem majori occaſione & audacia contrahentes falſum committant, quam circà menſurandi & ponderandi actū,

 ideò

ideò publica utilitas requirit, ut Princeps curam menſurarum & ponderum exactam habeat; non minus enim expedit hæc juſta ſervari, quam monetam à falſificatione vindicare. David Mæv. *ad Jus Lubecc. part. 4. tit. 12. art. 1. num. 20.*

2. Quâ in re Romanorum ſolicitudo fuit, qui etiam hanc inſpectionem ædilibus demandaverunt, *per text. in l. item quæritur 13. §. ſi quis menſuras, 8. D. locat.* prout ſuprà *num. 3. diximus.* Ideò varia remedia præcavendæ iniquitatis contrà Defraudatores territorii Dominus uſurpare poteſt.

§. II.

1. *Primum remedium* Romani Imperatores nobis tradiderunt, ſuis Conſtitutionibus reſcribendo, ut *modii ænei, vel lapidei* cum ſextariis & ponderibus per manſiones & ſingulas Civitates collocentur. *text. in l. modios 9. ubi Gloſſ.* Bart. & Platea *Cod. de ſuſceptor. præpoſit.*

2. Quod etiam Imperator Juſtinianus in *Nov. 128. cap. 15.* conſtituit, & eos in Eccleſiis cujusvis Civitatis conſervari juſſit, idque majoris procul dubio religionis ergò, & ut tantò magis avertatur omnis ſuſpicio & metus corruptelæ ac falſificationis. Rittersh. *ad Novell. part. 3. cap. 15. num. 2.* aut quoniam menſura & pondus ſanctum quid in vitâ humanâ exiſtit, ut ea publicâ ſanctione munita & defenſa eſſent, *arg. §. ſanctæ. 10. ubi* Dn. Harpprecht. Schneidew. Tulden. *Inſtit. de Rer. Diviſ. l. ſanctum 8. cum l. ſeq. D. eod. tit.* Emanuel Suarez. *in Theſaur. Recept. ſentent. verb. Pœna.* Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. lib. 33. cap. 4. & 14.* Zaſius *conſil. 20. n. 1. & ſeqq.*

3. In hujus rei vivum teſtimonium hodie adhuc extant veſtigia in templis, præſertim Abbatiarum, teſte Dyoniſ. Gothofred. *ad l. pen. lit. Z. D. ad leg. Cornel. de falſ.*

1. Ideo

1. Ideo exemplo Imperialium Conſtitutionum Princeps territorii ad mercimoniorum promotionē accuratè & ſollicitè curare debet, ut pondera, menſuræ, tonnæ, ulnæ & ſimilia ex publico decreto aut inveteratâ Provinciæ conſuetudine probata, in omnibus Civitatipus publicè exponantur, eorumvé Archetypus ſeu certum Exemplar modiorum æneorum aut lapideorum, das Landtmeſʒ / ſub dio, vel in Curiâ, auf dem Rahthauſʒ (quod apud nos moris eſt) vel in mercatorum collegio extet & aſſervetur. Bartol. Bertazol. *tr. de Clauſul. 20. gloſſ. 19. num. 8.* Afflict. *in Conſtit. Regn. Neapol. lib. 1. rubr. 64. part. 2. num. 4.* Petr. Gregor. Toloſan. *in ſyntagm. lib. 36. cap. 1. n. 9.* ex eo Schepliz *ad Conſuetud. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 2. & 3. num. 3. & 4.* David. Mæv. *in Jus Lubecc. part. 4. tit. 12. art. 1. num. 22.* Joann. Gœddæus *ad l. Paul. 221. num. 3. D. de V. S.* Fr. Niger. Cyriac. *controverſ. 131. n. 4.*

2. Qui de Conſuetudine *Italiæ* hoc conteſtatur, ac quod menſuræ publicæ in loco Guaſtallæ publico, Ducatus Mantuani proſtent, aſſerit, ut ex iis certitudo haberi poſſet.

3. In Galliâ, Regia menſura tám in liquidis, quám aridis corporibus *Pariſiis* in ædibus Conſularibus publicé proſtat, ad quam reliquæ Civitates, quandoque etiam Principes ſuas menſuras & pondera componunt, teſte Anton. Matthæo *in addition. ad Guidonis Papæ deciſ. 490.*

4. Dicitur enim Menſura in Linguâ Hebraicâ, Schaar, quia Portæ affigebatur. Avenar. *in Lexic. verb. Schaar.*

5. In Ducatu Wirtembergico ita obſervatur ut menſurarum & ponderum Archetypus in Regiſtraturâ ſeu Archivo Principis, quod Stutgardiæ eſt, aſſervetur.

6. Inſuper, ſo ſeind zwey Läger Städte geordnet / alſʒ Stutgard und Tübingen / h. e. *Duæ Civitates principaliores,*

*ut Stutgardia & Tubinga ſunt conſtitutæ.* Quibus Exemplaria ab Archetypo, die Lägere-Gewicht/ Maß/ und Ehl/ h. e. *Pondera, menſuræ & ulnæ ab Archetypo deſumtæ, & ad probandum aſſervata*, ad cuſtodiendum tradita fuerunt, ab hiſce reliquæ Civitates, Monaſteria ac Pagi menſuras & pondera ſumere tenentur. Fürſtl. Würtemb. Lands-Ordn. *fol. 153. & 154.*

§. IV.

1. Hujus publicæ expoſitionis hæc Ratio redditur: *Tum* quod quilibet privatus ex hoc Archetypo formam ſibi ſumere poſſit, ac ſub oculis conſtitutis rerum omniũ modis, ſciat quid ſolvendum. *per d. l. modios. 9. Cod. de ſuſceptor præpoſit. & arcar.* Knichen *de jur. territ. cap. 4. num. 295.* Klock. *de contrib. cap. 1. n. 272.* Cyriac. *dict. cap. 31. num. 4.* Omnes enim ad communem terræ menſuram ſolvere tenentur, ut notatur. *in cap. ex parte. X. de cenſib. per l. Imperatores D. de contrah. empt.* Afflict. *in Conſt. Regn. Neapol. lib. 1. Rubr. 64. part. 2. num. 4.* Ac ſubditi formam & pondus ex hoc Archetypo publico ſumere obſtringuntur. Knipſchilt. *de Civit. Imperii lib. 5. cap. 23. num. 19.* Quo menſurarum & ponderum perpetua certitudo conſiſtat, cum propter continuum menſurarum uſum, facilis earum accedat devaſtatio & diminutio. Niger. Cyriac. *dict. cap. 130. num. 4.*

2. *Tum* ut ad normam modii affixi, negotiatio inter privatos æqua ſit, & juſta, falſum reprimatur, felicior commerciorum uſus exiſtat, & annonæ publicæ cura ritè adminiſtretur. Cagnol. *de Principe inſtit. num. 76.* Kekerm. *lib. 1. Polit. cap. 8.* Camman. *de regal. diſp. 6. θ. 42. per l. penult. D. de falſ. l. 1. Cod. de condit. in publ. hord.*

3. *Tum* denique ut defraudatores in menſurando & ponderando ignorantiæ prætextu delictum excuſare non

non poſſint. *d. l. penult. D. de falſ. d. l. modios. 9. ibi:* ſub oculis conſtitutis *Cod. de ſuſceptor.* Cum in actu publicato ignorantia ejus amplius prætendi non poſſit, ac ſcire, vel ſcire poſſe, in jure noſtro paria exiſtant, *l. 1. Cod. de pericul. tutor. l. ſi Titius. 48. D. d. fidejuſſ.* Jo. Baptiſt. Coſta. *de jur. & facti ignor. reſpect. 95. num. 5.* Prukman. *conſil. 21. num. 128. vol. 1.* Cacheran. *deciſ. 101. num. 28.* Gallin. *de Verb. ſign. lib. 5. cap. 16. num. 336.* Gratian. *diſcept. forenſ. 631. num. 1. & 2.* Anton. Freundenb. *tr. de reſcript. morat. Concl. 48. n. 29. & 30.*

§ V.

1. Cujus rei ſignlaris extat textus apud Schepliz. in dem Brandenb. Land-Recht *part. 4. tit. 6. §. 2. & 3.* ubi conſtitutum, daß die Wagen in den gröſſern und kleinern Städten alſo angeordnet werden / daß die vom Land und männiglich mit einzehlen Pfunden nicht mögen vervortheilt werden / h. e. *Ut libræ & bilances in omnibus Civitatibus, tam majoribus quam minoribus ita adornentur, ne ruri habitantes, per ſingulas libras ponderales injuſtas defraudari queant.*

2. In noſtro Ducatu Wirtembergico Sereniſſimus Dux Christophorus ita ſanxit, quod etiam uſu obſervari ſolet, daß durch die Obrigkeit jedes Orts das newe Landmeß und Eych auff ſonderbahre Tafeln gezeichnet / ſolche Tafel in einem jeden Cloſter / Stadt und Flecken / an die Kirchenthüren / Rhatshäuſer und gewohnliche Orth offentlich angeſchlagen werden / damit ein jeder ſich täglich darinn erſehen / und darauß erlernen möge / was das newe Landmeß und Eych ſeye / und wie viel Er deſſen geben und nehmen ſolle. i. e. *Oportere per quemlibet Magiſtratum cujusvis loci, menſuras renovatas & reformatas, tam in liquidis quam aridis, in peculiaribus tabulis ad id confectis, conſignatas, in quorumlibet Monaſteriorum, Civitatum, pagorum, foribus templorum, Curiis, & aliis locis conſuetis, publicè affixos habere; in hunc finem ut quilibet*

*libet pro lubitu facultatem inſpiciendi habeat, & de metro & menſura noviter introducta edoceri poſſit, quantum in negociationibus quotidianis juxta hanc normam præſcriptam, expendere vel accipere debeat.* Fürſtl. Würtemb. Lands-Ordn. *fol. 162.*

§. VI.

1. Hîc quæri poteſt *de pœnâ ejus, qui malo animo, menſurarum & ponderum Exemplar publicum præ foribus templi vel Curiæ affixum, refigit, devaſtat, aut alio modo corrumpit?*

2. Ac talem devaſtatorem tenet pœna de albo corrupto, *quinquaginta ſolidorum.* i. e. aureorum, *per l. ſi quis. 7. D. de jurisd. l. pen. D. de in jus vocand. §. pœnales. 12. Inſt. de action.* Zaſ. Harppr. Gomez. & Inſtitutiſtæ. *ad §. pœnales. Inſt. de action.* Anton. Uſill. *de action. in dict. §. n. 21.* Menoch. *in arbitr. lib. 2. caſ. 281. num. 1. & 2.* Cum jure Civili plerumque verbo ſolidi, aureus contineatur. *§. fin. Inſt. de pœn. temer. litigant. l. pen. & ult. D. de in jus vocand.* Cujac. *lib. 29. obſ. 31.* Clar. *in §. donatio, quæſt. 15. & 16.* Dominus Bocer. *tract. de donat. c. 3. n. 18. & 19.* Knichen. *de ſax. privil. non provoc. verbo. litis provocatoriæ. cap. 4. num. 22.*

3. Ac quoniam curſu temporis plures opum potentiâ freti, album Prætoris dilaniaverunt, nec illos ab hâc petulantiâ quinquaginta ſolidorum pœna diſtrahere potuit; Ideo contrà divitum aſtutiam jure etiam ſuccurſum eſt, ac cautum ut tales corruptores falſi quoque crimine teneantur. *per l. hodie. 32. in pr. ubi Gloſſ. & Dd. Dig. de Crimin. falſ.* cujus pœna gravior eſt. *l. 1. in fin. Dig. eod. tit. l. 8. Cod. eod. Gloſſ. in l. ſi quis id. 7. Dig. de Idict.* Hoſtiens. *in ſumma tit. de Crimin. falſ. num. 2. & 6.* Farinac. *in quæſt. crim. 150. num. 71.* Coraſ. *ad d. §. pœnales num. 3.* Uſill. *ibid. n. 26.* Dom. Harpprecht *ibid. num. 21. Inſtit. de action.*

§. VII.

1. Hæc pœna jure conſtituta utiliter extendi poteſt, adverſus

adverſus eos, qui ſtatuum Imperii menſuras publicè expoſitas & affixas, malo animo refigunt & deperdunt; (utilis enim actio tum competit, ſi præter verba legis, mens legislatoris non contradixerit. *arg. d. l. ſi quis id. 7. §. 2. Dig. de jurisd. l. pen. Dig. ſi quadrup. pauper. fec.* Bart. *in l. 1. Dig. de Obl. & action.* Dn. Harpprecht *ad §. ſequens 2. Inſt. de interd. num. 13.*)

2. Si quidem forma menſurarum & ponderum publicè probata in foribus Curiæ perpetuæ Jurisdictionis cauſa affigitur à Principe territorii. *arg. d. l. ſi quis id. 7. in pr. Dig. de jurisd.* quâ per devaſtationem contemptâ, meritò Principis & Domini territorii Majeſtas vindicanda eſt. *per l. ſi familia 9. ibi:* contempta *Prætoris* Majeſtas. *D. de jurisdict.* facit *l. hodie. pen. Dig. ad L. Cornel. de falſ.* Farinac. *in quæſt. Crimin. 150. num. 71.* Dn. Harppr. *ad §. pœnales 12. num. 7. & 8.*

§. VIII.

1. Attamen cum hæc menſurarum publica devaſtatio variâ intentione, quandoque dolo malo in deſpectum Principis, quandoque petulantiâ aliquâ aut vinolentiâ committatur, ac jus Civile contrà corruptores hoſce diverſimodè, vel quinquaginta aureorum, vel dupli, vel Legis Corneliæ de falſis pœnam ſtatuat, *d. l. ſi quis id. 7. in pr. D. de Jurisd. l. pen. D. ad leg. Corn. de falſ.*

2. Ideo hodie perpenſo ex delinquentis perſona judicio, quid ſtatuendum ſit contrà talem corruptorem, arbitrio Judicis meritò committi cenſeo. *arg. l. qui liberalitate. 2 §. 2. ibi. eraſo. D. de oper. publ. leg. 1. §. 1. D. de effractor.* Joan. Baptiſt. Aſin. *in prax. §. 8. cap. 1. num. 21. & ſeqq.* Anton. Uſill. *ad §. pœnales. 12. num. 33. & 34.* Menoch. *lib. 2. arbitr. caſ. 281. per tot.* Althus. *in Dicæolog. lib. 1. cap. 133. n. 35.*

3. Proinde ſi in facti contingentiâ ego reſponde-

rem;

rem, vix relegatione ad biennium aut quinquaginta aureorum mitiorem pœnam, habita ratione circumſtantiarum dictarem.

# CAPUT VIII.

## *De Secundo Remedio, ſcilicet de Inſignium Domini territorii impreſſione.*

### SUMMARIA.

§. 1.

*1. Secundum remedium contra depravatores menſurarum &c. eſt ſigni & notæ publicæ impreſſio.*

*2. Hoc moribus obſervatur in Regno Caſtellæ.*

*3. Menſura publica, per ſignum authenticum diſcernitur ab adulterina menſura.*

§. 2.

*1. Character & ſtigma publicum, fidem & probitatem menſurarum ſpondet.*

*2. Menſuræ publice non ſignatæ in falſi ſuſpicionem incurrunt, ideoque per Magiſtratum frangi poſſunt.*

*3. Hoc conſuetum eſt in Regno Hiſpaniæ.*

§. 3.

*1. Qui menſuras, licet privatas publicè non ſignatas tenet, puniri debet.*

*2. In Ducatu Ferrariæ Menſuræ & pondera quotannis ſub certa præſtituta pœna bullari debent.*

*3. In Ducatu Wirtembergico menſuræ quotannis publicè inſpiciuntur, & publicis ſignaturis deſtitutis utentes, arbitrariè puniuntur.*

*4. Simile obſervatur in belgicarum provinciarum Civitatibus.*

§. 4.

*1. Cujus inſigniis menſuræ & pondera ſint notanda.*

*2. Statuitur inſigniis domini territorii eſſe notanda.*

*3. Symbola & inſignia publica repræſentant ſignatum, ſcil. imperii & Iurudictionis quaſi poſſeſſionem.*

§. 5.

*1. Inter mercatores obſervatur, quod per ſigni impoſitionem in ciſtâ, merces probentur ejus eſſe, cujus eſt ſignum.*

*2. Addul-*

*2. Adducuntur Doctores conſentientes.*

§. 6.

*1. Si Civitas principalis menſuras ſuo ſigno notaverit, puniri ob id poteſt.*

*2. Singulis pannis, Regia ſigna, cum civitatis marca, ubi confecti ſunt, imponi ſolent.*

*3. Limitatur, niſi Conſuetudine aliud fuerit receptum.*

§. 7.

*1. Guido Papæus in villa ſua Sancti Albani, menſuras armis propriis ſignari curavit.*

*2. Idem Ius adjudicatum eſt Baroni Caſtri Rudolphi apud Bituriges.*

*3 Gentilitias procerum notas, ſuis ponderibus & menſuris Ius imprimendi, conceſſerunt olim Galliæ Reges.*

§. 8.

*1. Vlterius limitatur prior aſſertio, ſi per præſcriptionem immemorialem, vel conceßionem & delegationem principis, Municipes hoc Ius obtinuerint.*

*2. Quod obſervat conſuetudo Italiæ, præſertim Ferrariæ.*

§. 9.

*1. Quid obſervetur in Ducatu Wirtembergico circa hanc rem.*

*2. Civitates Municipales Wirtembergicæ, Ius ſignandi menſuras, ulnas & pondera, per gratiam & delegationẽ principis ſibi vindicant.*

§. 10.

*1. Ad Evitandas fraudes, talia ſigna impreſſa, ſtatis temporib. revideri conducit.*

*2. Quæ Reviſio tamen gratis fieri debet.*

§. I.

S*Ecundum remedium* contrà menſurarum & ponderum depravatores eſt, Menſuras, pondera, Tonnas & ſimilia, *publicâ notâ & ſtigmate ſignare*, quo publicè probatæ dignoſcantur, ac veræ ab adulterinis facilius ſecerni poſſint. *per text. in l. divinos. 2.* ibi. & teſſeræ deſignentur. *Cod. de frument.* Alexandr. Gloſſ. Bartol. Joan. de Platea *ad d. l. 2.* Guid. Papæ *deciſ. 490. num. 22.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. lib. 36. cap. 1. num. 11.* Schepliz. *ad Conſuetud. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 2. 3. & 4.* Paul. Chriſtinæus *deciſ. Belg. 79. num. 9. vol. 5.* David. Mœv. *ad Jus Lubecc. part. 4. tit. 12. art. 1. num. 22.*

Sarayn. *ad conſtit. Regn. Sicil. in Indice*, *verbo Pondus*. Quod moribus quoque Regni Caſtellæ obſervatur, teſte Alph. de Azevedo *ad leg. 1. Recopil. num. 2. lib. 5. tit. 13.* Hiſce adde Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 17. num. 3.* Knipſchilt. *de jur. Civit. Imp. lib. 5. cap. 23. ſub n. 19.*

3. Menſura enim publica exindé probatur idonea; ſi in ea ſignum Principis, vel publicum & authenticum & ſolitum illius loci appoſitum fuerit; ſiquidem in his, quæ ad utilitatem publicam pertinent, ſignum publicum eſt imponendum, alioquin ejusmodi menſura diceretur adulterina; *per leg. ſtigmata 3. Cod. d. fabricenſ lib. 11. d. l. divinos 2. Cod. de frument. Alexand. lib. 10.* Ita in terminis, Joan. Regnan. *tr. de menſur. num. 4. & ſeqq.* ac poſt eum Joſeph. Maſcard. *de probat. concl. 1048. n. 5.*

§ II.

1. Hujus impreſſionis ſeu ſignationis ratio hæc eſt, quoniam Principis teſſera & inſignia menſuris ac ponderibus extrinſecus impreſſa, dum in oculos omnium incurrunt, ſigna ſunt veritatis, ac pro menſurarum fide & probitate ſpondent, Character enim & Stigma publicum Rei valorem, fidem politicam, ac metalli probitatem indicat, prout in cauſâ monetali indicat. Ariſtotel. *lib. 1. Polit. cap. 5. ac lib. 5. Ethic. cap. 5.* Budel. *d. re monet. lib. 2. cap. 1. num. 4.* Carol. Molinæ. *d. mutat. monet. quæſt. 92. num. 694.* Joan. Kizel. *de jur. monet. claſſ. 5. quæſt. 1. num. 18.* Theod. Reinking. *tr. de jur. Retract. quæſt. 6. n. 215. & ſeqq.*

2. Quod ſi acciderit, ut Menſuræ absque publico ſtigmate reperiantur, hæ utique in falſi ſuſpicionem incurrunt, quas ceu ſpurias & minus legales, haud dubiè per Magiſtratum frangere licet, *per text. in l. item quæritur 13. §. ſi quis menſuras 8. ubi Gothofred. Dig. Locati.* Guido Papæ. *deciſ. 490. num. 2.* Joan. Regnaud. *d. tr. de menſur. num. 4.*

Joſeph.

Joſeph. Maſcard. *d. tr. concl. 1048. num. 5.* Dominus Lindenſpür. *ad ordin. Wirtemb. tit.* vom Gewicht/ Maaß/ *fol. 160.*

3. Ita in Hiſpaniæ Regnis conſuetum eſt, ac in eorum Conſtitutionibus ordinatum, ut Ponderibus & menſuris Regiis inſignia Regis, aut Domini loci, pro conſuetudine Civitatis imponatur. *per l. ſtigmata. C. de fabricenſ. lib. 11. arg. l. quintus. 21. §. ſin autem aurum. D. de aur. & argent. legat.* Alphonſ. de Azevedo *ad l. 1. Recopil. num. 2. lib. 5. tit. 13.* vide Petr. Rebuff. *ad l. Paulus. 321. n. . D. de V. S.*

§. III.

1, Præterea is, qui menſuras tenet, nec illas publico ſtigmate ſignare, ſeu (ut Itali loquuntur) *bullare, & juſtare* fecerit, meritò puniri debet, etiamſi menſuræ hæ ſaltem eſſent privatæ; ſiquidem menſuræ privatæ publicis adæquari debent, *d. l. modios 9. Cod. de ſuſcept. & arch. lib. 10.* Claud. Bertazol. *in addit. Patr. conſil. 290. lit. A.* ubi ita deciſum refert.

2. *In Ducatu Ferrariæ* Menſuras ac Staria (i. e. Staja) non bullata, nec juſtata poſſidens, pro qualibet vice, quo eisdem uſus fuerit, decem ſolidos pœnæ loco ſolvere tenetur, ideoque quolibet anno menſuræ & pondera bullari ac juſtari debent. Bartol. Bertazol. *conſil. deciſ. crimin. 290. num. 1. lib. 2.*

3. In Ducatu Wirtembergico juſſu Principis müſſen jährlichs in allen Städten und Flecken die Meß/ Eych/ Ehlen und Gewicht geſchawet werden/ welche jhre Zeichen nicht haben/ die jenige/ ſo ſolche gebrauchen/ werden darumb mit Ernſt (i. e. arbitrariè pro qualitate delicti) abgeſtrafft. i. e. *quotannis in omnibus Civitatibus & pagis, menſuræ in aridis & liquidis, ulnæ & pondera inſpici debent; omnium ſignis publicis carentium poſſeſſores, propterea rigidè puniuntur.* Fürſtl. Würtemb. Lands-Ordn. tit. vom Landmeß/ § und ſolle man/ *fol. 152.*

4. Pari modo in Belgicarum Provinciarum Civitatibus quotidiè fit, ut menſuræ publicis ſignis ſignentur, poſtquam bené & exacté juxta Statutam menſuram menſuratæ ſunt, atteſtante. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic. 79. n. 10. vol. 5.*

§. IV.

1 *Quæritur autem hîc de menſuris & ponderibus, cujus inſigniis illa notanda ſint?*

2. Certé menſuræ pondera & ſimilia inſigniis & Stigmate Domini territorii notanda ſunt. Quæ cura & ſollicitudo per Principis delegationem plerumque Magiſtratui Municipali cujusque Civitatis committitur. Nam is, qui Dominus eſt, ac jure territorii, de menſuris & ponderibus dicendi jus habet, ei conſequentia neceſſaria competit, inſignia quoque ſua imprimere. *per text. in d. l. divinos. 2. ibi*: & teſſeræ deſignantur, & noſtræ pietatis nomine cenſeantur, *ubi Gloſſ. Cod. de frument. Alexandr.* Wer Landes-Fürſt iſt / dem gebührt auch die Maas und Gewicht zu ſtempfen/ h. e. *Principi & Domino territorii competit etiam Jus menſuris & ponderibus inſignia ſua imprimendi.*

3. Quoniam ſymbola & inſignia publica, repræſentant ſignatum, nimirum Imperii & Jurisdictionis quaſi poſſeſſionem, ac dominium denotant. *per l. ſtigmata. 3. Cod. de fabricens. lib 11.* Bald. *in cap. un. num. 5. in fin. quid ſit inveſtit.* Andr. Knichen. *de jur. ſuperiorit. cap. 3. n. 411.* ac res illius eſſe dignoſcitur, cujus ſigno ſignata eſt, *l. quod ſi neque §. fin. Dig. de pericul. & commod. rei vendit. text. in l. decernimus. 10.* poſt medium, ibi: ut hujusmodi annotatione manifeſti ſint omnibus. *Cod. de aquæduct. lib. 11.* Cornæ: *conſil. 227. n. 1. vol. 1.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 64. & præſumpt. 90. num. 10.* Milanenſ. *deciſ. 12. num. 2.* Maſcard. *d. probat. concl. 160. num. 1. & ſeqq. & concl. 1052.* Weſenbec. *conſil. 21. num.*

*num. 68. in pr. lib. 1.* latè & eleganter Andr. Knichen. *in Encycloped. cap. 14. per tot.* ubi tradit. Quod arma & inſignia altioris dominii & poſſeſſionis ſint ſymbola. Dn. Knipſchilt. *de jur. Civitat. lib. 3. cap. 15. num. 21.* Hoppingk. *d. jur. inſign. cap. 6. num. 1036.*

§. V.

1. Nam inter Mercatores quoque jure obſervari videmus, quod per ſigni impoſitionem in Ciſta probetur, res & merces in eâ cõtentas eſſe ejusdem, per allegatos textus, Luc. de Penna, & Joan. de Platea *in d. l. ſtigmata. 3. Cod. de fabricens. lib. 11.* Jaſon. *conſil. 170. lib. 2.* Boer. *deciſ. 205. num. 9. & 10.* Afflict. *deciſ. 23. num. 3. & 4.* Purpurat. *conſil. 202.* Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. tit. des Juſtices, Rubr. 1. §. 8. num. 1.* Alberic. Gentil. *d. advocat. Hiſpan. lib. 2. cap. 10. in princ.* Maſcard. *de probat. Concl. 91. & 1052.* ubi etiam tradit, quod ex hoc oriatur plena probatio, quoad poſſeſſionem, & quoad dominium. Rota Genuens. *deciſ. 201. num. 2 & 3.* Laurent. *deciſ. Avign. 30. num. 1. & 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 500. n. 5. & ſeqq.*

2. Ac quod ponderibus & menſuris inſignia cujusque Magnatis ſint imprimenda, ſentit, poſt Bartolum & Rebuffum *in l. divinas. 3. Cod. de frument. Alexandr. lib. 11.* in terminis, ſed breviter, Renat. Choppin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 22. n. 2.*

§. VI.

1. Quod ſi acciderit, ut Civitas Municipalis inconſulto Principe, ſuo ſigno menſuras notare velit, debitâ pœnâ meritò affici poteſt, cum falcem in alienam meſſem immittat. *per t. tit. Cod. ut nemo privatus titulos prædiis ſuis vel alienis imponat.* Ubi arma alienis rebus inſculpi aut imprimi interdicitur, ac ſub gravi pœna prohibetur. Knichen *in Encyclop. cap. 14. num. 8.* Anton. Perez. *in Cod.*

*lib. 2. tit. 16. num. 1.* Imò ſi quis ſignum ſuâ authoritate imponeret, tanquam falſarius puniretur. teſte Bald. *in l. 1. Cod. qui res vend. non poſſ.* Petr. Rebuff. *tract. ne pannar. mercat. art.* 1. *gloſſ. 1. n. 8.*

2. Ideò in ſimili traditur, quod ad cognoſcendam approbationem pannorum Cuſtodes ſingulis pannis, Regia ſigna cum Civitatis ſigno, *la marque du Roy*, *& de la Ville* imponere tenentur, quo ſciamus locum, ubi panni confecti fuerunt. *per l. quintus 2. §. ſi autem aurum, D. de aur. & arg. leg. l. penult. Cod. de aquæduct. lib. 11.* Ita Petr. Rebuff. *d. tract. art. 1. Gloſſ. 1. n. 8. tom. 2. oper.*

§. VII.

1. Quod tamen *Limitatur*, niſi conſuetudine Loci aut *P*rovinciæ inveterata aliud receptum fuerit. Ex hoc fundamento *Guido Papæus* Aſſeſſor Parlamenti Gratianopolitani in Baroniâ ac Villa ſua *Sancti Albani*, Provinciæ Delphinatus in Gallia, mẽſuras inſigniis & armis propriis ſignari curat, eo ipſo atteſtante, *deciſ. Gratianopol. 490. n. 2. in fin.*

2. Pariter *P*arlamenti Pariſienſis Aſſeſſores jus ulnæ pannariæ ſignandæ adjudicarunt Baroni Caſtri Rudolphi, apud Bituriges, tradente Renat. Choppin. *tract. de doman. franc. lib. 3. tit. 22. n. 2.*

3. Ac jam olim Galliæ Reges ingenuè declararunt, ut Gentilitiæ Procerum notæ, ſuis ponderibus, menſuriſque imprimerentur, Idem Renat. Choppin. *citato loco.*

§. VIII.

1. Et hoc ulterius limitationem recipit caſu quo vel *præſcriptione immemoriali*, vel *jure conceſſionis & delegationis*, Magiſtratus Municipalis, Jus ſignandi menſuras ſuis armis, à Principe ac Domino loci obtinuit ac poſſidet, quo meritò utitur, ſicut in plurimis locis hodiè accidere aſſolet.

Ita

2. Ita de conſuetudine Italiæ præſertim verò Ferrariæ atteſtatur. Claud. Bertazzol. *ad Conſil. crim. deciſ. Patr. ſui 240. lit. A.*

§. IX.

1. In *Ducatu noſtro Wirtembergico* tempore quo menſurarum & ponderũ uniformitas introducta fuerat, ita conſtitutum & practicatũ erat. Es hat Ihre Fürſtl. Gn. Hertzog Chriſtoph von allem Meß/ Eych und Gewicht / in der geordneten gröſſen / lenge/ und ſchwehre von allen Gattungen dreyfache machen zurichten/ und verordnen / ſolche drey Formen mit denen Hirſchhörnern ( als dem Würtembergiſchen Wappen ) ſtempfen und bezeichnen / und die einen in Ihr. Fürſtl. Gn. Hof-Regiſtratur und Verwahrnuß aufheben: die andere zwey beeden Hauptſtätten / Stuttgardten und Tübingen ( als rechte Lägermeß / Eych / und Legerwicht) zuſtellen laſſen/ welche wolbewahrt und in keinen Weg/ weder gemehret noch geringert werden ſollen / und dieſes Hertzogthumbs Landmeß/ Gewicht/ und Eych ſeind ; von welchen beeden Haupt-Städten andere deß Hertzogthumbs Clöſter und Ampt-Städte/ ſolch Landmeß/ Eych/ Ehlen und Gewicht/ unter Ihr der Hauptſtatt Zeichen / nemlichen die unter der Steig zu Stutgarten/ und die ob der Steig zu Tübingen abhohlen. Die übrige Ampts-Flecken nachgehends müſſen jedes bey ſeinem Cloſter oder Ampts-Stadt/ darunter es geſeſſen/ hohlen/ die jhnen auch durch jhre hierzu beaydigte/ allerdings / wie ſie es in der Haupſtadt empfangen / und dargegen abgemeſſen/ abgeeycht und und abgepfächt/ mit ſein deß Cloſters oder Ampt-Stadt Zeichen / Geſtempf und Gemerck mittheilen und zuſtellen / h. e. *Sereniſſimi Ducis Chriſtophori Celſitudo gratioſè mandavit, ut omnis generis menſuræ, in liquidis & aridis, pondera item quoad conſtitutam magnitudinem, longitudinem & gravitatem, in triplo conficerentur, ordina-*

*ordinavitque ut his tribus archetypis, ſignum cornuum cervinorum, (quæ ſunt inſignia Ducum Wirtembergiæ) imprimeretur; quorum unus aſſervaretur in Celſitudinis ſuæ Archivo aulico; Reliqui verò duo traderentur duabus Civitatibus in hoc Ducatu principalioribus, ut vera & infallibilis norma ponderum & menſurarum in liquidis & aridis; hi gnomones archetypi ſollicitè cuſtodiri; & nullo modo neque minui, neque augeri debent; Et verè ſunt hujus Ducatus pondera, & menſuræ provinciales in aridis & liquidis: Ab hiſce duabus Civitatibus reliquæ Civitates & Oppida Monaſterialia & provincialia, normam Regionis communem menſurandi arida & liquida, ulnas item & libras ponderales, ſub prædictarum Civitatum ſignaturis, & quidem infra Clivum in parte Ducatus inferiore, à metropoli Stutgardia, ſupra Clivum verò in ſuperiore parte Ducatus à Tubinga petere neceſſe habent. Reliqui verò pagi & villæ exemplaria repetunt, à Civitatibus & oppidis ſuperioribus tam monaſterialib. quam provincialibus, ſub quibus degunt; quæ illis etiam, omnimodo, ut metiendo, menſurando, ponderando, ad normam archetypi, in Metropoli ſua competenti fuere approbata, ſub Civitatis Monaſterialis aut provincialis ſigno, impreſſione & marca, communicantur & extraduntur.* Fürſtl. Würtemb. Lands-Ordn. *tit.* vom Landmeß und Gewicht / *fol. 152. 153. & 154.*

2. Ideò Civitates Municipales Ducatus Wirtembergiæ jus ſignandi menſuras ulnas & pondera propriis inſigniis per gratiam ac delegationem Principis noſtri, non autem Jure proprio ſibi vindicant.

§. X.

1. Utile quoque eſt, imò neceſſarium, ut ad evitandas fraudes, menſuræ & pondera ſemel ſignata & publico ſtigmate notata, per Dominos Locorum vel per ipſas Civitates municipales ſtatis temporibus revideantur, an juſta adhuc exiſtant, & ſtigma publicum verum impreſſum ſit an falſificatum.

2. Ve-

veruntamen in reviſione menſurarum & ponderum, non amplius pretium aliquot à Domino loci vel Civitate exigi poteſt. Proinde cum *Baro quidem Regni Neapolitani* Univerſitatis Terræ Pratæ menſuras & pondera aliàs per ipſum adæquata & pretium reviſionis ſemel ſolutum, ſingulis annis denuo revidere ac reperiendo illa juſti ponderis, pretium adæquationis, vulgò *La Zeccatura*, exigere; conſequenter, ſubditos tali exactione gravare volebat; Ei in Tribunali Regiæ ſiciliæ hoc inhibitum fuit Joan. Maria Novar. *de gravam. Vaſall. tom. 3. Grav. 169.*

## Caput IX.

### *De Tertio Remedio, ſcilicet de Cuſtodibus Menſurarum.*

SUMMARIA.

§. 1.

*1. In benè conſtitutis Rebuspublicis, certi conſtituuntur menſurarum Viſitatores.*

*2. Hi quotannis mercatorum menſuras, ad publicum gnomonem examinant.*

*3. Repertas menſuras adulterinas publicè frangere ſolent.*

*4. Et quidem ante fores ipſius adulterantis.*

*5. Fraudantes inſuper pro qualitate delicti à Magiſtratu puniri ſolent.*

*6. Cuſtodes menſurarum negligentes in officio ſuo, puniri debent.*

§. 2.

*1. Viſitatores hi, lites in actu Viſitationis ortas, recurrendo ad Archetypum menſurarum, dirimere ſolent.*

*2. Omnes ad communem terræ menſuram ſolvere tenentur.*

*3 Cura inquirendi in falſas monetas juxta conſuetudinem Regni Siciliæ & Neapolitani.*

§. 3.

*1. Ius Conſtituendi menſurarum cuſtodes competit Domino territorii.*

*2. Inſpectio menſurarum eſt actus Iuriſdictionis, eive cohæret.*

*3. Magiſtratus Creatio, quales etiam ſunt menſurarum cuſtodes, ad curam principis pertinet.*
*4. In actu Viſitationis, pœna arbitraria vertitur.*

§. 4.

*1. Rex Galliæ Ius conſtiſtuendi Cuſtodes pannariæ inſpectionis, Civitati Dornethal concedere noluit.*
*2. Suprema Curia Pariſienſis, duplici arreſto hoc Ius, Baronibus Regni, Iura ſuperioritatis habentibus adjudicavit.*

§. 5.

*1. Limitatur prædicta ſententia, I. niſi Magiſtraſtus Municipalis hoc Ius ſibi per præſcriptionem immemorialem acquiſiverit.*
*2. II. Si decuriones Civitatum, hoc Ius adminiſtratorio titulo exercere velint.*
*3. III. Niſi princeps hanc curam Magiſtratui inferiori demandaverit.*
*4. Quod factum eſt, in Marchia Brandenburgica.*

§. 6.

*1. Sanctio Ducatus Württembergici.*
*2. In quibusdam Civitatibus Imperii obſervatur, ut rerum vendibilium menſuratio fiat in loco publico, menſura publica, per perſonam publicam.*
*3. Quo modo obviatur venditorum fraudibus.*
*4. Eadem obſervantur in Ducatu Würtembergico.*
*5. Alibi & hoc receptum eſt, ut omnium ponderum & menſurarum formæ, à certo aliquo jurato artifice conficiantur.*
*6. Hæc conſuetudo coercendis defraudantium machinationibus, maximè conducit.*

§ I.

PORrò ad occurrendum vendentium fraudibus in bené conſtitutis Rebuspublicis utiliter receptũ eſt, conſtituere Certos Menſurarum Cuſtodes ac Viſitatores Gewicht und Meßbeſchawer/quos Galli patriâ Linguâ (*les gardes*) vocare ſolent, teſte Petr. Rebuff. *tract. de pœnar. mercat art. 1. Gloſſ un. n. 4.*

2. Quo ſingulis annis per certas perſonas huic curæ publicè conſtitutas, Pondera menſuræ & ulnæ publicæ eorum, qui ad mercatus eunt, ibique emunt, vendunt, viſitetur, & ad gnomonẽ publicum probetur; Ac an

ſtigmate,

ſtigmate ſeu ſigno Principis notatæ ſint nec ne, animadvertatur.

3. Quod ſi Viſitatores iſti pondera & menſuras adulterinas depræhenderint, illas non tantum ſub dio, publicè, & quidem in foro frangere debent. *per text. in l. item quæritur. 13. §. ſi quis menſores. 8. D. locat.* Joann. Regnaud. *tr. de menſur. num. 6.* Alphonſ. de Azevedo *ad l. 2. Recopil. num. 3. lib. 5. tit. 13.*

4. Et quidem ad augendam fraudantis ignominiam fractio hæc fieri ſolet ante januam ejus, qui ejusmodi menſuris uſus fuerit, quod notat Joan. Molina *de Juſtit. & Jur. tom. 2. diſput. 701. n. 10.*

5. Etiam Cuſtodes iſti ipſos fraudantes Magiſtratui loci indicare tenentur, quo debitam pœnam ſecundum delicti circumſtantiam luant. *arg. l. pen. D. ad L. Corn. de falſ. l. annonam. 6. §. fin. D. de extraord. Crim.* Joann. Hering. *tr. de Molend. quæſt. 45. num. 22.* David. Mev. *ad Jus Lubec. lib. 4. tit. 12. art. 1. n. 24.*

6. Hoc ſi Cuſtodes Menſurarum omittant, aut negligenter officio inſpectionis præſint, ipſi debitâ pœnâ tenentur. *arg. text. in l. arbitro. 9. D. qui ſatisdar. tenent.* Ad exemplum Agrimenſoris *per text. in l. Dig. ſi menſ. falſ. mod. dixerit. l. ſi duobus 3. §. idem Pomponius. 4.* cum Gloſſ. notabil. *D. eod. tit.* Aretin. *in §. quædam. in fin. num. 28. Inſt. de act.* Hieron. de Monte. *tr. de fin. regund. cap. 33. num. 4.* Quos refert Vincent. Carocc. *d. locat. Conduct. part. 4. quæſt. 2. per tot.* prout in hiſce terminis tradit, Petr. Rebuff. *in tract. de pœnar. mercat. art. 1. Gloſſ. 1. n. 7. oper. tom. 2.*

§ II.

1. Præterea officio horum Viſitatorum convenit, ut ſi in ipſo Viſitationis actu dubium oriatur, an pondera vel menſuræ juſtæ ſint, nec ne, ipſi Viſitatores ad Arche-

typum menſurarum Principis & Domini territorii, an das jenige Orth/alda das Läger-Gewicht auffgehalten wird/ h. e. *Ad iſtum locum, ubi gnomon publicus, probationis ergò aſſervari ſolet*, recurrant, & exinde rei litigioſæ veritatem cognoſcant, *arg. l. modios. 9. Cod. de ſuſcept. & præpoſit. lib. 10.* Bart. Chaſſan. *ad Conſuetud. Burgund. rubr. 1. Tit. de Juſtices. verb. & Juribus. num. 97. fol. m. 90.* Rittershuſ. *ad Novell. part. 3. cap. 15. num. 2.* Andr. Knichen *de Jur. territ. cap. 4. n. 295.* Chriſtoph. Ming. *diſp. Baſil. d. jur. territ. concl. 72. in fin.*

2. Quoniam omnes ad communem terræ ſeu Provinciæ Menſuram ſolvere tenentur. *per cap. ex parte de cenſib.* ac per text. *in l. Imperatores. D. de contrah. empt.* Matth. de Affict. *ad Conſuet. Regn. lib. 1. rubr. 64. part. 2. n. 4.*

3. Ubi tradit ulterius, quod in *Regno Siciliæ & Neapolitano* cura inquirendi in falſas menſuras ad Bajulum ſeu Secretarium, in ipſâ urbe verò *Neapoli* ad Magiſtratum rationalium pertineat. Attamen ſi acciderit, ut in pago aliquo, nulla certa & definita menſura recepta ſit, in dubio ad menſuras Vicinorum locorum recurritur, eive ſtatur. *per dict. cap. ex part. 18.* ubi Canoniſtæ *X. de cenſib.* Ita Bart. Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. d. rubr. 1. tit. de Juſtices, verbo. ex Juribus. num. 97. fol. m. 90.* conſentit Joan. Saiſon. *ad Conſuet. Turonens. Tit. 2. art. 2.* ut & David. Mevius *ad dict. Jus Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. n. 25.*

§. III.

1. Competit autem jus conſtituendi menſurarum Cuſtodes & Viſitatores proprio jure non Magiſtratui Municipali, ſed Principi ac Domino territorii, vigore der Lands-Fürſtl. Obrigkeit / *ſive Superioritatis territorialis*, idque in neceſſariam conſequentiam ac conſervationem publicæ definitæ menſuræ & ponderis totius territorii.

2. *Tum* I. quod viſitatio & inſpectio eſt actus juriſdictionis.

dictionis, eive cohæret. *arg. cap. conquerente X. de offic. ordinnav.* Card. Seraphin. *deciſ. rotæ Roman. 417. & 433.* quem allegat Joan. Aloyſ. Ricc. *in Prax. for. Eccleſ. deciſ. 609. n. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 918. n. 19.*

3. *Tum*, II. quoniam hîc de Creatione Magiſtratus agitur; hi enim Cuſtodes & Viſitatores officium gerunt publicum; Magiſtratus autem creare ad Curiam & Curam Principis pertinet. *per leg. un. Dig. ad leg. Iul. de annon.*

4. *Tum* III. quod hoc in actu impoſitio pœnæ arbitrariæ vertatur, quæ pluries magnæ exiſtit, adeoque ut caſu eveniente ad corporalem pœnam extendatur. *arg. leg. in Dardanarios 37. Dig. de pœn.* junctâ *lege, ſunt quædam 9. Dig. de extraord. Crimin.* text. *in l. Lex Iulia. 7. §. hodie Dig. ad Leg. jul. Repetund.* Menoch. *lib. 2. arbitrar. caſ. 317. per tot.* Petr. Caball. *in Reſol. Crimin. caſ. 165. num. 10. & 11. ac reſol. caſ. 199. num. 5.* Laurent. Kirchov. *conſil. 33. num. 7. vol. 2.* Hartmann. *obſerv. tit. 49. obſerv. 1. num. 18.* acutè Bach. *part. 2. ad Treutl. Diſp. 32. theſ. 8. lit. K. fol. 1295.* latè & eleganter Dn. Harpprecht, *ad §. in ſumma 10. num. 14. & ſeqq. Inſtit. de injur.* Ita in termin. Petr. Rebuff. *tract. de pannar. mercat. art. 1. Gloſſ. un. num. 4. tom. 2. oper.*

§ IV.

1. Ita *Rex Galliæ* noluit concedere Civitati de Dornethal, ut Cuſtodes pannariæ inſpectionis ſibi ipſis propriâ authorithate eligeret, ſed hæc facultas à Rege impetranda erat, atteſtante eodem Petr. Rebuff. *dict. art. 1. Gloſſ. un. ſub num. 4.*

2. Pari modo ſuprema Pariſienſis Curia duplici arreſto hoc jus menſuras viſitandi, Baronibus Regni Jura Imperii ſeu ſuperioritatis in territorio habentibus, quoad ditionem propriam adjudicavit, referente Renat. Choppin. *tract. de demon. Franc. lib. 3. tit. 22. num. 2. in marginalib.*

*ginalib.* Utcunque hic diſſentiat Chriſtoph. Beſold. *conſil. 211. num. 10.*

§. V.

1. Prædicta tamen ſententia *limitatur I.* niſi Magiſtratus Municipalis Jus ſignandi menſuras vel Cuſtodes conſtituendi temporis præſcriptione immemoriali ſibi acquiſierint, quo ſpatio etiam Regalia acquirunt. *per cap. ſuper quibusdam. §. præterea X. de Verb. Sign.* ac per ea, quæ habet Cravetta, *de antiquitate. tempor. part. 1. in pr. num. 43. ac conſil. 349. num. 9.* Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. 19. cap. 1. num. 121.* Schrader. *tract. de feud. part. 10. num. 238.* ubi plures adducit. *latè* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. n. 132.*

2. *II. Limitatur* in caſu, quo Decuriones Civitatis jus viſitandi menſuras adminiſtratorio titulo exercere velint, videmus enim quotidie, quod in plerisque locis Magiſtratus Municipii ſtatis temporibus per ſuos Deputatos pondera & menſuras viſitare curent, quod non jure proprio ſed magis Principis territorii permiſſu & delegatione tacitâ peragunt per ea quæ infra *cap. 2. ſub num. 8. & ſeqq. & c. 4. n. 10. ſeqq.* dicuntur.

3. *III. Limitantur* prædicta, niſi Princeps territorii hanc curam menſurarum Magiſtratui in Civitatibus Municipalibus demandaverit.

4. Ita in Marchiâ Brandenburgicâ Elector in Statutis Provincialibus per expreſſum Senatui cujusque Civitatis hanc inſpectionem commiſit, dum ſanxit; Daß in etlichen Zeiten der Raht an jeglichen orthen ungewarnter Sachen umbgehen ſolle/ die Schaal/ Maß/ und Gewicht beſichtigen/ und fleiſſig auffmerckens haben/ und welcher befunden wird/ der unrechte Ehl/ Gewicht/ Scheffel und Maß habe/ den oder dieſelbe ſolle man zur gebührender Straff nehmen/ h. e. *Ut Magiſtratus cujusque loci ſtatis temporibus ex improviſo*

*proviſo circuire teneatur, ad inſpiciendum lances, ſtateras, menſuras & pondera, eaque omnia probè obſervandum; quemcunque verò repererint, qui injuſtis ponderibus, ſtateris & menſuris utatur, cum eosve ad debitum pœnam trahere debeant.* referente Joachim Schepliz. *and Conſuetud. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 4. num. 2.*

§. VI.

1. In Ducatu Würtembergico ità ſancitum eſt; Daß man jährlichs in allen Städten und Flecken / die Meß / Eych / Ehlen und Gewicht beſichtigen / ob ſie nicht geringer ſeyen und ihre Zeichen haben / und wo die ungerecht befunden / die jenige / ſo die gebraucht / darumb mit ernſt ſtraffen / damit Falſch und Betrug in alle Weeg verhütet werde. *ut quotannis in ſingulis Civitatibus & pagis; menſuræ in aridis & liquidis, ulnæ & pondera viſitentur; ne fortè diminuta ſint & corrupta, publicaque ſigna habeant: quod ſi adulterata reperiantur, ij, qui hiſce uſi fuerint, ob id ſeverè puniantur, ut falſitates & fraudes omnibus modis præcaveantur.* Fürſtl. Würtemb. Lands-Ordn. *tit.* von Landmeß / §. und ſoll *fol. 153.*

2. Quibusdam in Civitatibus Imperii ad evitandas in menſurando defraudationes, vendentibus & mercantibus integrum eſt, ut rerum vendibilium menſuratio, publico in loco fiat menſura publica, & quidem per perſonam huic curæ publicè electam & juratam, daß mit der Stadt Scheffel und auff der Stadt Waag die Wahren gemeſſen und gewogen werden / durch der Stadt-Meſſer und Wägmeiſter; h. e. *ut publica Civitatis menſura, merces menſurentur, & in publica ſtatera ponderentur, per publicum Civitatis menſorem & libripendem.* David Mev. *ad Ius Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 24.*

3. Et hæc laudabilis *Conſuetudo*, in multis bene conſtitu-

tutis Rebuspublicis recepta eſt, ad coercendas venditorum fraudes, ut omnes majores ponderationes, quæ ſuam habent quantitatem definitam, in loco publico ad id deſtinato, in der Stadt Wag / oder in dem Wag-Hauß i. e. *in publica Civitatis ſtatera, & ædibus ad ponderandum deſtinatis.* coram Præfecto ponderum vor dem Wag-Meiſter, ſuſcipiantur, Pro cujus juris conſervatione, & in compenſationem impendiorum certa pecuniæ ſumma Venditor ſolvere tenetur. vulgo daß Wag-Gelt vocatur: Knipſchilt. *de jure Civit. Imper. lib. 5. cap. 23. num. 29.* Quod inter modos augendi ærarium recenſet Caſp. Klock. *de ærar. cap. 17. num. 1. lib. 2.*

4. Quod etiam in patriæ Ducatu Württembergico uſu obſervari ſolet, daß mehrer Theil Wahren unter dem offentlichen Kauffhauß durch die geſchworne Meſſer und Wag-Meiſter gemeſſen / und abgewogen werden. *ut maxima pars mercium, ad ædes mercaturæ publicas, per menſores & libripendes juratos, menſurentur & ponderentur.*

5. Alibi & hoc quoque uſu obſervari conſuetum eſt, ut omnium ponderum & menſurarum formæ à certo artifice conficiantur, qui huic arti juratam fidem dedit, nec eadem in Urbe ab alio aut fabricari, aut aliundè allata ibidem uti fas eſt, prout hanc conſuetudinem refert, David Mevius *ad Ius Lubecc. d. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 22.*

6. Quæ conſuetudo ad coercendas defraudantium machinationes mihi ſummopere placet, imprimis ſi etiam ipſius artificis ſigno notentur, quod etiam in quibusdam Civitatibus Ducatus Württembergiæ ſimili modo practicari ſolet.

CAP.

# Caput X.

## *Quartum remedium de Conſtitutione Menſorum, & quinam ad hoc officium eligendi ſint?*

### SUMMARIA.

§ 1.

1. *Ad præcavendas contrahentium circumventiones, in quavis Civitate, certi menſores juratò conſtitui ſolent.*
2. *Hi lites ortas dirimere ſolent.*
3. *Et in jure paſſim vocantur arbitri.*
4. *Lege Manilia, ob contentionem quinque pedum, decempedator adiri ſolebat.*

§. 2.

1. *Nemo de hiſce litibus pronunciare valet, niſi hoc publica authoritate obtinuerit.*
2. *Hodiè hæc poteſtas conſtituendi competit principibus, & ſtatibus Imperii.*

§. 3.

1. *In Regno Galliæ menſores ſola Regis Authoritate conſtituuntur.*
2. *Qui tamen officium ſuum in ditionibus principum & Nobilium Galliæ minimè exercere audent.*
3. *ProRex in Regni Siciliæ Metropoli Meſſina, ſtatis temporibus eligit Credenzerium; quodq́; ſit ejus officium?*

§. 4.

1. *Plerumque locorum Magiſtratus oppidani hanc curam ſibi ſumunt conſtituendi menſores.*
2. *In Mechlinia de menſuris cognoſcunt Decanus, cæterique Lanificii jurati.*
3. *Quod tamen peragunt non jure proprio, ſed nomine adminiſtratorio.*
4. *Ex conceſſione & conniventia Domini territorii.*

§. 5.

1. *Quales ad Menſorum officium eligi debeant?*
2. *Totum hoc judicandi officium requirit artificem egregium, virum bonum & juſtum.*
3. *Apud Romanos menſorum functio honorifica erat, & immunitatibus gaudebat.*

§. 6.

1. *Menſorum officium non tantum in ponderando & metiendo, ſed & in judicando conſiſtit.*

2. *Non tantum de menſuris agri, ſed & de ſervitutibus modum dicit.*
3. *Licet eligatur menſor à Domino territorii, tamen mitti poteſt à Iudice & à partibus ad peragendum officium.*
4. *Exinde tamen Iudex dici nequit: ſed tantum nuncius.*
5. *Menſor relationem facere poteſt, parte etiam non citata.*
6. *Diſſentientes referuntur remiſſivè.*

§. 7.

1. *Menſoris aſſertioni erit ſtandum.*
2. *Pronunciat enim ut arbiter.*
3. *Gerit munus authoritate publica ordinatum.*
4. *Conſiſtit item in officio jurato.*
5. *Teſti uni creditur circa illa, quæ ſpectant ad officiū ſuum.*
6. *Diſſentit Scaynus remiſſivè.*

§. 8.

1. *Menſor publicus juramentum veritatis præſtare cogitur.*
2. *Facti veritas in menſurando, per evidentiam rei haberi poteſt.*
3. *Agrimenſores jurant, ſecundum judicium ſuum, ſe veritatem dicturos.*
4. *Alii in arte periti ſaltem jurant de Credulitate.*
5. *Caſſiodori judicium de agrimenſore.*
6. *Diſſentit Chaſſaneus remiſſivè.*

§. 9.

1. *Iudex loci exequitur, quod menſor metiendo pronunciavit.*
2. *Horum æſtimationi potius eſt ſtandum, quam teſtibus.*
3. *Hanc veram & communem eſſe opinionem aſſeritur.*
4. *Periti in arte participant de de Iudice & de teſte.*
5. *Imò ſunt quaſi Iudices.*
6. *Non tenentur reddere rationem ſuæ æſtimationis.*

§. 10.

1. *Requiritur, ut menſor à Domino territorii ſuſcipiatur, mediante juramento.*
2. *Ad ſimilitudinem teſtium.*
3. *Quilibet officialis publicus jurare tenetur.*
4. *Injurato non creditur, quoties aliquid à Lege alicujus conſcientiæ relinquitur.*
5. *Declaratur per exempla.*

§. 11.

1. *Menſor ſaltem jurat ab initio officii ſuſcepti, non circa ſingulos actus.*
2. *Et tamen ſinguli actus unam merentur fidem.*
3. *Idem obtinet in quibusvis aliis officialibus.*
4. *Hoc uſu communi locorum obſervatur.*
5. *In quibusdam locis receptum eſt, ut officiales & menſores, quotannis juramentum repetant.*

1. *Sin-*

§. 12.

1. *Singulare eſt, quod Menſori uni ſoli fides adhibeatur.*
2. *Quoniam publicè ſub publico juramento eſt receptus.*
3. *Et participat de Iudice & teſte.*

§. 13.

1. *An Menſor in ingreſſu officii ſui præſtet juramentum credulitatis an veritatis?*
2. *Affirmant prius ICti plurimi.*
3. *Ne ſi fallantur, quod facilè fieri poteſt, anceps perjurium ſubeant.*
4. *Medicus in arte ſua falli poteſt.*
5. *Periti in arte de judicio ſuo deponunt.*

§. 14.

1. *Autor diſtinguit cum Paciano, & juramentum veritatis requirit, in artibus his, quæ determinatè ſciri poſſunt.*
2. *Profeſſor dum fert teſtimonium de ſcientia diſcipuli, in actu præſentationis, tenetur jurare de veritate.*
3. *Vbi certa notitia in arte per peritum haberi nequit, ibi ſufficit juramentum Credulitatis.*
4. *In menſuratione facienda, Iudex partes citare debet ad locum.*

§. 15.

1. *Si de relatione Menſoris dubitetur, quidam ei onus aſſertionem ſuam probandi incumbere, ſtatuunt.*
2. *Author magis inclinat in ſententiam contrariam.*
3. *Præſumptio Iuris eſt probatio liquida.*

§. 16.

1. *Peritus in arte, plenam meretur fidem, circa artem ſuam.*
2. *Quod latè declaratur per Exempla.*
3. *Sufficere videtur unius Agrimenſoris atteſtatio.*
4. *Diſſentientes adducuntur remiſsivè.*

§. 17.

1. *Lite Exiſtente de finibus agri cujusdam, quisnam ſumtus agrimenſori ſuppeditare teneatur?*
2. *Quidam tenent, menſurationem eſſe faciendam, ſumtibus petentis.*
3. *Alii ſtatuunt, ejus expenſis ſuscipiendam eſſe metationem, cujus intereſt.*
4. *Verior tamen eſt ſententia, menſurationem eſſe peragendam ſumtibus communibus.*

§. I.

PRæterea, ad præcavendas contrahentium circumventiones, præter remedia hucusque relata, & olim & hodie receptum eſt, ut in quavis Civitate *certi Menſores* conſtituantur, qui de officio bonâ fide gerendo Magiſtratui juratò promittunt. Tales ſunt die geſchworne Feld-Meſſer / geſchworne Eycher und Wag-Meiſter: h. e. *agrimenſores, frumenti, ligni, fœni, vinique & liquidorum menſores & libripendes jurati*. Quibus exteri & forenſes in territorio alieno contrahentes menſurando & ponderando ſecurè confidere audent, utpote quorum fides publicè probata eſt *arg. princ. Inſt. de ſatisdat. tutor.*

2. Proinde ſi lis oritur inter contrahentes ratione menſuræ vel ponderis, ad hoſce Menſores & ponderatores publicè conſtitutos recurrendum eſt. per text. *in l. ſi quis ſuper. 3. Cod. de fin. regund. l. qui luminib. 11. §. ſi inter. 11. Dig. de ſerv. prædior. urb.* Azo. Weſenb. & Doctores *ad pr. tit. D. ſi menſ. falſ. mod. dixer.*

3. Quâ de causâ illi in jure paſſim arbitri dicuntur; Nam olim Agrimenſores motâ de finibus controverſiâ, ſumebantur arbitri quaſi terræ diviſores & finitores; Hinc agrimenſores dicuntur arbitri. *in text. l. de modo. 7. ibi:* de modo agrorum arbitri dantur. *Dig. fin. regund.* facit hûc Cicero. *de Leg. agrar.* Plaut. *in Penul.* eleganter Caſſiodor. *lib. 3. Variar. cap. 52.* quem refert quoque Gothofr. *ad d. leg. ſi quis ſuper. 3. Cod. de fin. regund.* Rutger. Rulandi. *de Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 20. n. 15.*

4. Scilicet Lege Manilia, cum de quinque pedibus erat contentio, ibatur ad arbitrum, qui & agrimenſor & Decempedator dictus, ut illos regeret, artèque ſuâ componeret. Ovid. *lib. 2. Faſtor.* *Aul.* Gell. *lib. 12. cap. 6.* Cujac.

6. Cujac. *lib. 5. obſerv. cap. 21. in fin.* quos refert quoquè latè Renat. Choppin. *tract. de doman. Franc. lib. 3. tit. 22. num. 3.* eadem recenſet Ruland. *d. tract. part. 1. lib. 4. cap. 20. num. 3.* ut & Joan. Hering. *tract. de molindin. quæſt. 45. num. 11.* eleganter quque Baptiſt. Aymon. *tract. de alluv. lib. 1. cap. 16. num. 3.*

§. II.

1. Nemo autem Menſoris munus ſubire, aut de modo agrorum, menſurarum, aut ponderum pronunciare poteſt, niſi hoc publicâ authorirate obtinuerit, & ad id, à Præſide & Rectore Provinciæ electus fuerit per text. notabilem *in l. ſi irruptione 8. ibi.* Præſes Provinciæ terminos per menſorem declarari jubet. *& cum §. 1. D. de fin. regund. text. in l. ſi quis ſuper. 3. Cod. eod. tit.* quo facit. *l. 1. §. & notandum 5.* ibi: á Prætore: *Dig. de inſpiciend. Ventr. leg. 2. Cod. de Iur. fiſci. lib. 10.* Bart. *ad præfatam Legem* de Calculatore loquens *num. 5.* Agenn. Urbicus *tract. de Conſtit. agror.* ibi ait: niſi ſacrâ præceptione firmatus ſit; quem refert. Baptiſt. Aymon. *d. tract. de alluvion. lib. 1. cap. 16. num. 6.* aliàs ejusdem Relatio nullam fidem mereatur. Bart. *in l. ea quidem Cod. de accuſat.* Cagnol. *in l. ſi librarius num. 2. Dig. de reg. Iur.* quos refert Herm. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 20. num. 2.* faciuntque huc ea, quæ habet & tradit. Decius. *in cap. propoſuiſti num. 15. X de probat.* Cephal. *conſil. 36. num. 2. lib. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 512. num. 8.*

2. Ad cujus ſimilitudinem hodie hanc curam & poteſtatem ſcilicet Menſores conſtituendi, Principes & Status Imperii in ſuo territorio, meritò & quidem fortiori jure ſibi vindicant, qui non ſolum tantam ſed longè majorem poteſtatem & Jurisdictionem in ſuis territoriis, quam olim Provinciæ Præſides obtinent; ſiquidem

dem hodie Status Imperii in ſuis Provinciis ſummi Imperii participes facti ſunt, ac Jura Regia per inveſtituram ac privilegia ipſis conceſſa autocratico jure exercent, tradente Hieron. Schurff. *conſil. 59. num. 2. & 26. cent. 1.* Henning. Gæden. *conſ. 1. num. 4.* Matth. Weſenbec. *conſil. 27. num. 29.* quos refert quoque Caſp. Klok. *tract. de Contrib. cap. 4. num. 526. 136. & ſeqq.*

§. III.

1. In *Galliæ Regno* hodie Menſores (*grands Agrenteurs*) de reſervatis Regis exiſtunt ac ſolâ Principis ſeu Regis authoritate inſtituuntur, qui privatorum agris modum dicunt, ac de Francico Agrimenſore extat conſtitutio ſingularis apud Petr. Rebuff. *tom. 3. Conſtitut. Regn. Gall.* referente Renat. Choppin. *de doman. Franciæ lib. 3. tit. 22. num. 3.*

2. Hi tamen officium ſuum in Dominio Principum ac Nobilium Galliæ minimè exercere audent, cum hoc Jus conſtituendi Menſores Equeſtri Ordini intactum remanſerit; *Et que le Jaugeurs & Meſureurs nouvellement erigez par le Roy, n' exercent aux villes & Villages de Seigneurs; Par Arreſt prononcé, en play doyent, pour le Sieur de la Trimoil le contre Renè Potier en la Chambre de l'Edict. de le 19. Auril 1602.* h. e. *Ne ſtereometræ vel alii menſores noviter creati à Rege, exerceant ſuum officium in urbibus aut pagis Dominorum Nobilium; Ita pronunciatum per arreſtum in cauſa quadam, pro Domino de la Tremoville, contra Renatum Potier in Camera Edicti, die 19. Aprilis 1602.* Prout deciſum fuit, eandemvè deciſionem refert Renat Choppin. *d. tract. de doman. franc. lib. 3. tit. 22. num. 3.*

3. In Regni Siciliæ Metropoli *MESSINA*, juris eſt, ut Porrex, (qui in omnibus & per omnia Regem Siciliæ repræſentat) ſtatis temporibus eligat *Credenzerium*,

*um*, qui Victualium menſuratores conſtituit, eiſvé menſurandi licentiam impartitur, propriâvé authoritate menſurantes incarcerat, falſas menſuras habentes coercet, ac de menſuris adulterinis cognoſcit, Piſtores ad ſolutionem frumenti à Mercatoribus empti adigit, & ne pretium frumenti ultrà taxam publicam creſcat, ſeu annona flagelletur, animadvertit, referente *Mario Giurba deciſ. criminal. 65. num. 7.*

§ IV.

1. Quamvis autem Principes & Status Imperii ſuperioritatis Jure in Civitatibus & Pagis Menſores juratos eligant, plerumque tamen accidit, ut Magiſtratus cujusque loci hanc curam ſibi ſumat, ac quibusdam perſonis integræ fidei Menſorum munus injungat, quò de menſuris cognoſcant, falsè menſurantes puniant, eoſvé ad dirimendas lites circa menſuram obortas mittat, ac eorum renunciatum exequatur. juxta *l. 1. Cod. de Irenarch. lib. 10.* eſt text. quoque *in l. hâc Edictali. §. his illud. Cod. de ſecund. nuptiis. leg. 1. §. & notandum 5. Dig. de inſpic. Ventr.*

2. Ita Mechliniæ de menſuris cognoſcunt Decanus, cæterique Laneficii jurati. teſte Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 57. num. 18. vol. 5.*

3. Hoc tamen non jure municipii, ſed magis adminiſtratorio nomine peragunt *arg. l. à Divo Pio 15. in princ. Dig. de re Judic. l. ſi quis ſuper. 3. Cod. fin. regund.* Adrian. Gylman. *in Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. num. 65. & 66.*

4. Et hoc quidem ex conceſſione vel conniventiâ Domini territorii ac ſuperioris. Cognitio enim de menſuris falſis tangit merum Imperium, ſiquidem corrumpens falſas menſuras, & pondera publica, de Lege Corne-

Corneliâ relegari debet; uti tradit Jacob Rebuff. *in l. quoties. num. 2. Cod. de ponderat. lib. 10.* Ubi *ejuſdem* additionator *Lit. C.* Paul. Chriſtin. *dict. deciſ. 57. num. 29. Vid. inf. cap. 1.*

§. V.

1. Ad menſoris officium eligi debet vir prudens, fidelis, optimé ſibi conſcius, probus & non ſuſpectus, integræ famæ & vitæ, qui mentis integritate exiſtat menſurarum & ponderum cuſtos; Quemadmodum talem deſcribunt Imperatores Valentinianus & Valens *in l. 1. §. ad iſtud.* Ubi Joan. de Platea *Cod. de condit. in publ. hord. lib. 10.* poſt *Agen. Vrbic* Hieron. de Monte *tract. de finib. regund. cap. 26. num. 9.* Franciſc. Marc. *deciſ. 179. num. 3. part. 2.* Hermann. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 10. num. 3.*

2. Totum enim hoc judicandi & renunciandi officium inter partes, & hominem & artificem exigit egregium, ut menſor virum bonum agat & juſtum, neque ullâ ambitione aut ſordibus moveatur, ſed opinionem & arti & moribus convenientem ſervet, qualem requirit Agennius Urbic. *de conſtit. agror.* & hoc ex eo Andr. Alciat. *diſpunct. lib. 3. cap. 15.*

3. Apud Romanos olim menſoris functio erat ſatis honorifica, adeò ut Corpus menſorum frumenti, die Frucht-Meſſer-Zunfft / ſeu frumentarii Menſores ex Reſcripto Divi Marci & Commodi Imperatorum, vacationem quoque à muneribus civilibus obtinuerint, per text. *in l. ab his oneribus 10. §. 1. Dig. de vac. muner. l. menſores. 26. Dig. de excuſat. tutor.* Gothofred. *ad d. l. ab his onerib. 10. §. corpus 1. Dig. de vacat. muner. lit. E.* Poncet. *de Jur. Municip. num. 55. in fin.* de quo etiam Renat. Choppin. *tract. de privil. Ruſtic. lib. 2. cap. 9. num. 22. in marginal.*

*nal.* Franciſc. de Amaya *in l. 1. num. 31. C. de condit. in publ. honor. lib. 10.*

§. VI.

1. Incumbit ulterius officio Menſoris, non tantum merces ponderare & agros metiri, ſed etiam quid, quantũvé Unicuique debeatur pronunciare ac quaſi Judicare. *per text. in l. ſi duobus. 3. §. idem Pomponius. 4. ibi.* renunciaverit. *Dig. ſi menſor falſ. mod. dixerit. l. de modo. 7. Dig. fin. regund.*

2. Nec de menſuris agri tantum, ſed etiam de ſervitutibus modum dicit. *per text. in l. ſive de itineris. 6. D. ſi menſ. falſ. mod. dixer.* Agennius Urbicus *de Conſtitut. agror. fol. m. 16.* Petr. Poncet. *de Jur. Municip. n. 49.* ac eundem quoq; allegat Andr. Alciat. *dispunct. lib. 3. cap. 15.* Petr. Gregor. Toloſan. *in ſyntag. lib. 5. cap. 5. n. 8.* Hieron. de Monte *tract. de fin. regund. cap. 101. num. 10.* eleganter & laté Baptiſt. Aymon. *tract. de alluvion. lib. 1. cap. 16. per tot.*

3. Quamvis autem Menſor olim à Præſide aut Rectore Provinciæ. *per leg. ſi quis ſuper. 3. Cod. de fin. regund.* ac hodie à Domino territorii eligatur, ille tamen lite obortâ, vel Judice, vel à partibus mittitur, ut eat viſum, ac inter cohærentias dicat, quid ſentiat, *per text. in l. hâc edictali. 6. §. his illud. ibi.* à partibus. *Cod. de ſecund. nupt. ac per l. 1. §. & notandum. 5.* ibi. à Prætore. *Dig. de inſpic. ventre.*

4. Nec tamen exinde Judex dici poteſt, ſed tantum *Nuncius*, cum nullam Jurisdictionem, ne quidem delegatam, ſed tantum notionem habeat. *arg. l. inſtar. 2. ibi,* computatio à tabulariis, *Cod. de Jur. fiſci.* ubi Angel. *in Apoſtill.* quem refert & ſequitur Andr. Alciat. *in Rubr. Digeſt. de offic. ejus, cui mandat. eſt juris dict. n. 52.*

5. Proinde Menſor relationem facere poteſt, etiam

N parte

parte non citatâ, ſicuti Nuncius; per tradita Angel. *in l. 1. §. Marcellus. D. ſi cui plus, quam per Leg. Falcid.*

6. Etiamſi diſſentiat aliquatenus. Coler. *d. Proceſſ. execut. part. 3. cap. 9. num. 118.* ac Rutger. Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 20. n. 5. & ſeqq.*

§. VII.

1. Præterea Menſoris proprium eſt, ut ſive quidpiam inter partes adprobet, ſivè improbet, ejus aſſertioni credendum & parendum ſit, ac quicquid renunciaverit, eidem ſtetur. Jacob. Rebuff. *ad l. 2. Cod. de ponderat. lib. 10.* Purpurat. *conſil. 306. num. 27.* Natta *conſil. 311. vol. 2.* poſt alios Herm. Stamm. *d. tract. lib. 2. cap. 20. num. 2.* Magon. *deciſ. 93. num. 18.* cum declaratione tamen, quam tradit. Hieron. Palma *conſil. 31. num. 18. & 19.*

2. Nam ſententia ejusdem eandem vim habet, qualem arbitrorum; Menſor enim arbitro comparatur, *per text. in l. de modo. 7. cum l. ſeq. Dig. finium regund.* text. *in l. inter Caſtellanum 44. Dig. de recept. qui arbitr.* Cujac. *lib. 10. obſerv. cap. 2.* Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 20. num. 15.* quibus adde Gabriel. *conſil. 168. num. 104. lib. 1.* Joan. Petr. Surd. *conſil. 452. num. 30.* quos refert. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 600. num. 25.*

3. Et tantò magis Menſoris aſſertioni credendum eſt, *Tùm*, quod ille munus publicâ authoritate ordinatum gerat, nullus enim metiendo alicui quidpiam aſſignare audet, niſi ſacrâ præceptione fuerit firmatus, ut loquitur Agen. Urbicus *de conſtit. agror.* quem allegat Baptiſt. Aymon. *tract. de alluvion. lib. 1. cap. 16.*

4. *Tum* quod Menſor juratum officium gerat, Menſor enim (prout omnes periti ad certum officium à publico aſſumpti) in officii principio ac ſuſceptione jurare tenetur de bonâ fide in menſurando, ponderando & renun-

nunciando adhibendâ, *per Nov. 8. in fin. Tit. de jurejur. quod præſtat. ab his.* Felin. *ad cap. propoſuiſti n. 9. in fin. X. de probat.* Petr. Rebuff. *tr. de pannar. mercat. art. 1. Gloſſ. un. num. 5. tom. 2. oper.* latè Herm. Stamm. *de ſervitut. perſonal. lib. 2. cap. 20. ſub. num. 3.*

5. Nam ſecundum *l. quoties. 2. Cod. de ponderat. lib. 10.* experto in ſuâ ſcientiâ credendum eſt, & uni teſti creditur circà illa, quæ ſpectant ad ſuum officium; ut ſæpiſſimè judicatum fuiſſe *in Curia Mechlinenſi*, quoad Medicum Civitatis & Chirurgum ſufficere unum ad deponendum de vulnere, & illius dicto ſtari, Jacob. Rebuff. *in d. l. quoties. 2. Cod. de ponderat. lib. 10. num. 6.* Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Cur. Belg. 57. num. 20. vol. 5.*

6. Diſſentit tamen aliquatenus *Joachim Scaynus*, qui tradit, quod periculoſiſſimum ſit, unius periti judicio ſtare, *in deciſ. Bonon. 12. num. 70.*

§. VIII.

1. Præterea Menſor publicus non Juramentum credulitatis ſed veritatis facti proprii vel modi adhibiti ſuæ artis præſtare debet; Bart. & Alexand. *in l. 1. §. omnem. in confirmat. Digeſt.*

2. Quoniam facti veritas in menſurando & ponderando per exiſtentiam & evidentiam materiæ infallibiliter haberi poteſt, Matth. Coler. *in Proceſſ. execut. part. 3. cap. 9.* Pacian. *de probat. cap. 27. n. 18.* Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 20. n. 8.* vide *infra n. 13.*

3. Exindè Felinus tradit, Agrimenſores jurare, ſe non præcisè, ſed ne anceps perjurium ſubeant, ſecundum Judicium ſuum veritatem dicturos *arg. l. 1. ibi.* renunciarunt prægnantem videri. *Dig. de ventr. inſpic.*

4. Id quod in aliis peritis; utpotè qui ſaltem de credulitate jurant, ſecus ſe habet. Felin. *ad cap. quia judicante*

*num. 1. X. de probat.* Coler. *ad idem cap. num.* 10. Herman. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 20. n. 3.*

5. Ideò Caſſiodorus ſcribit; *Agrimenſor oſtendit quod dicit, probat; quod didicit, via illi eſt ſua lectio, greſſibus ſuis concertantium Jura diſcernit, & more vaſtiſſimi fluminis, aliis ſpatia tollit, aliis rura concedit.* Caſſiodor. *lib. 3. variar. cap. penult.*

6. Quamvis Menſorem de Credulitate tantum ſecundum Judicium ſuum jurare diſſentiendo tradat Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. Tit. de Juſtices §. 6. n. 4. & 10.*

§. IX.

1. Hoc autem obſervandum eſt, quod Menſor metiendo, aut ponderator (Waagmeiſter) ponderando pronunciavit, per Judicem loci ceu ſententia executioni traditur. *per text. in l. ſi quis ſuper. 3. in verbis: ibi:* tunc agrimenſor ire præcipitur ad loca, ut patefactâ veritate hujusmodi litigium terminetur. *Cod. fin. regund. l. 1. §. & notandum 5. cum §. ſeq: Dig. de inſpic. ventr.* ſecundum ea, quæ tradit in genere de peritis in arte. Pantal. Cremens. *ad l. 2. Cod. de reſcind. vend. num. 294.* Cagnol. *ibid. num. 258.* Aretin. *Conſil. 83. num. 11.* Card. Seraphin. *deciſ. 665. num. 294.* Tuſch. *in Prax. lit. P. Concl. 286. num. 67.* Maſcard. *de probat. concl. 663. num. 1.* quos refert & ſequitur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 600. n. 5. 22. & 23.* qui omnio videndus.

2. Potius enim ſtandum eſt æſtimationi aut relationi factæ per peritos à Judice electos, quam Teſtibus. Beroald. *conſil. 102. n. 35. lib. 3.*

3. Et iſta eſt communis opinio & vera, pro quâ per Rotam Lancelloti deciſum fuit. Idem Anchor. *conſil. n. 330. num. 6.* Curt. Jun. *conſil. 165. num. 20.* Tuſch. *d. concluſ. 286. num. 67.*

4. Quoniam periti in arte participiant de Judice & de teſte; tradente Bald. *conſil. 445. num. 6.* Riminald. Junior.

Junior *conſil. 212. n. 16. lib. 2.* Alexand. *conſil. 179. in fin. lib. 2.* quos recenſet, illisque aſſentit, Stephan. Gratian. *d. diſcept. cap. 600. num. 24.*

5. Imò periti iſti ſunt quaſi Judices, nec propriè teſtes. *per text. in l. certi Juris. 17. ibi:* qui alicujus rei peritiã habent, de ea re judicant. *Cod. de judic.* Anan. *in cap. ſignificaſti. illat. 2. num. 20. X. de homicid.* Joan. Petr. Surd. *d. tract. cap. 263. num. 20.*

6. Quâ de cauſa ſunt, qui dicant, talem non teneri reddere rationem ſuæ æſtimationis, vel menſurationis, Idem Stephan. Gratian. *dict. tract. cap. 228. n. 23.*

§. X.

1. Præterea requiritur, ut Menſor aut Ponderator à Domino territorii ſuſcipiatur, *mediante Juramento*, de bonâ fide menſurandò, ponderando & renunciando, ſecundum *Gloſſ.* & Bart. *in l. comparitiones. §. omnes. Cod. de fid. inſtrument.*

2. Adhibentur enim quaſi teſtes, ideò ipſorum aſſertioni, niſi Juratæ non creditur. *l. jurisjurandi. 9. Cod. de teſtib.* Panormit. *in cap. quia judicante in pr. X. de præſcript.* Angel. Aretin. *in §. quidam in fin. Inſt. de action.* In hiſce terminis Matth. Coler. *ad cap. quia Iudicante X. de præſcript. n. 10.* Jerem. Setſer. *de Iurament. lib. 1. cap. 3. num. 28.* Herman. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 20. ſub num. 3.* Jacob. Rebuff. *ad leg. quoties 2. numer. 6. Cod. de ponderat. lib. 10.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 57. n. 21. vol. 5.*

3. Quilibet enim Officialis de publico aſſumptus jurare debet, quo aſſertioni ejus circà officium prolatæ credatur. *per Novell. 8. in fin. Tit. de Iuram. quod præſtatur.* Covar. *Var. Reſol. lib. 2. cap. 13. num. 4. & ſeqq.* Tiraquell. & alii, quos ille ibidem refert & ſequitur. *tom. 5. tit. de præſcript. gloſſ. 8.*

4. Cum ſemper quoties conſcientiæ alicujus quid à lege relinquitur, injurato non credatur. *per text. in l. Theopompus.* ubi Bart. & Doct. *Dig. de dot. prælegat.* Bald. *in cap. tuis. X. de teſtib.* Alexandr. *conſil. 71. num. 9. & 10. vol. 3.* Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. tit. de Iuſtices. Rubr. 1. §. 6. verb. per ipſorum Iuramentum. n. 1. & ſeqq.*

5. Quod laté in terminis per varia Exempla utpotè Judicis, Advocati, Apparitoris, Æſtimatoris & Agrimenſoris deducit Joan. Herm. Stamm. *d. lib. 2. cap. 20. ſub n. 3.*

§. XI.

1. Jurare autem Menſor & Ponderator tenetur, *de bonâ fide* menſurando & ponderando tantum in primordio & ſuſceptione officii ſui cum de publico aſſumitur, non verò circà ſingulos actus *per cap. veniens X. de Iurejurand.*

2. Ideoque omnes actus ac ſingulæ prædiorum menſurationes & ponderum renunciationes poſteà ſubſecutæ, eâdem æquitate, fidelitate & juſtitiâ peractæ cenſentur, eandemvé fidem merentur. *per Nov. 8. in fin. Tit. de Iurejur. quod præſtatur ab his.* quod eſt notabile dictum Felini *in cap. qui judicante. n. 1. X. de præſcript.*

3. Ubi extendit hoc generaliter verum eſſe in quocunque officiali, qui ſi juraverit in principio ſui officii, non cogitur in ſingulis renunciationibus jurare, allegando Nicol. de Neapol. *leg. 1. de ventr. inſpic.* Idem Felin. *in cap. propoſuiſti num. 9. in fin. X. de probat.* Petr. Rebuff. *tract. de pann. mercat. art. 1. Gloſſ. un. numer. 5. tom. 2. oper.* Alexand. Stiatic *pract. obſerv. cap. 16. num. 77.* Matth. Coler. *ad cap. quia judicante. num. 11. X. de præſcript.* Jacob. Rebuff. *in l. quoties. num. 6. Cod. de ponderat. lib. 10* Stamm. *dict. cap. 20. ſub. num. 3. fol. 544.* Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 57. n. 21. vol. 5.*

4. Et hoc uſu communi locorum obſervari teſtatur præallegatus Coler. *ad. dict. cap. quia judicavit, num. 11.*

Ita

Ita, quoad Agrimenſores, quoque in noſtrâ patriâ practicatur.

5. Quamvis & hoc in quibusdam Provinciis & locis receptum ſit, ut ſi per aliquot annos officium continuetur, Officiales & Menſores ſingulis annis Juramentum repetere neceſſe habeant, quam conſuetudinem quoque refert Natta *conſil. 57. num. 3. & ſeqq. tom. 1.* in Ducatu Wirtembergico idem obſervatur in Officiis. vide Lands-Ordn.

§. XII.

1. In Menſore ac Ponderatore inſuper hoc ſingulare eſt, ut *ei ſoli fides* adhibeatur; Ita hîc dicto unius, contrà Regulas Juris ſtatur. *per text. in l. ſi quis ſuper. 3.* Ibi: tunc Agrimenſor ire præcipitur ad loca, ut patefactâ veritate hujusmodi litigium terminetur. *Cod. fin. regund.*

2. Per rationem *tum* quod is, cujus aſſertioni ſtandum ſit, à communi totius Civitatis populo, & quidem publico juramento conſtituatur, juxta tradita Jacob. Rebuff. *ad l. quoties. 2. num. 4. Cod. de ponderat. lib. 10.* quem refert & ſequitur Paul. Chriſtin. *deciſ. Belgic. 57. n. 19. vol. 5.*

3. *Tum* quod talis in arte peritus de utroque & de judice, & de teſte participet, ſecundum Baldum, Alexand. Riminald. Gratianus *diſcept. forenſ. cap. 600. num. 24.* Cum ad alium cauſæ articulum quaſi judicandum aſſumatur; poſt plures eleganter Proſp. Farinac. *d. teſtib. quæſt. 69. num. 95. & ſeq.*

§. XIII.

1. Dubitatur autem; *An Menſor aut Ponderator in aſſumptione officii ſui præſtet iuramentum de Credulitate, an verò de Veritate?*

2. Equidem hoſce Menſores, ac omnes in arte peritos juramentum *credulitatis* tantum præſtare, plurimi magnæ authoritatis JCti tradunt: Et

3. Et hoc per rationem I. ne ſi fallantur, anceps perjurium ſubeant, nàm peritorum diſciplinæ & artes certis & indubitatis regulis non conſtant, ideoque impoſſibile eſt, ne aliquando fallant, aut fallantur.

4. Quemadmodum enim in Medico non eſt ſemper, relevetur ut æger, ſed imò ſæpè Manus Medici & Obſtetricum oculus fallitur, uti dicitur in *cap. cauſam matrimonii; extrà de probat.*

5. Ita quoque conveniens eſt, ut quoque cæteri Periti in arte, de judicio ſuo deponant, & non de veritate, quam certò percipere nequeunt, *per text. in l.* 1. *ibi.* prægnantem videri. *Dig. de ventr. inſpiciend.* Jaſon. *in Rubr. D. de jurejur. num. 4.* Alexand. *conſil. 141. num. 11. vol.* 1. Socin. *Reg. 362. fallent. ult. d. R. I.* Maſcard. *de probat. concl. 1034. num. 37. lib. 2.* Farinac. *de teſtib. quæſt. 69. num. 75.* Rener. Budel. *tract. de monet. lib. 1. cap. 27. num. 19. & ſeqq.* Althus. *in Dicæolog. lib. 3. cap. 32. num. 16.*

§. XIV.

1. Sané in hac Quæſtione placet Diſtinctio Fulvii Paciani; Quæ talis eſt. Ubi peritia conſiſtit in ea ſcientia vel in his artibus, quæ certas habent regulas, & determinate ſciri poſſunt, veluti Menſuratio, Arithmetica, Architectura & aliæ ſimiles artes, quæ poſſunt oculata fide cognoſci; Tunc neceſſe eſt, ut Periti, teſtimonium & judicium juratum ferant, de veritate, non autem de credulitate: Quia propter artem quam profitentur, infallibilem veritatis notitiam habere poſſunt. Bald. *in proœm. Conſtit. Digeſt. num. 16.*

2. Ita Doctor & Profeſſor in actu præſentationis quò fert teſtimonium de ſcientia diſcipuli, jurare debet de veritate, quod dignus ſit ad dignitatem Doctoralem, non verò de credulitate. Angel. *ad l. hac edictali. §. Ius illud num. 5. C. de ſecund. nupt.*

3. Vbi

3. Ubi autem notitia certa per in arte peritum haberi non poteſt, ſed tantum opinata, tunc Peritus non arctatur ad jurandum de veritate ſed ſufficit jurare de credulitate ſuæ artis. Quoniam non tenetur ſubire anceps perjurii periculum. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 47. n. 19.* Quod contingit in illis artibus quæ certis & indubitatis diſciplinæ regulis non conſtant, qualis eſt Phyſica, Chirurgia, Medicina, & cæteræ id generis artes. Nam quemadmodum in Medico non eſt ſemper ut relevetur æger; Imò ſæpe manus Medici & obſtetricum oculus fallitur. *per cap. cauſam. X. probat.* Ita quoque conveniens eſt, ut ipſi de judicio ſuo deponant, & non de veritate quam certò percipere nequeunt. Roman. *in l. 1. §. fin. n. 2. D. de Verb. obligat.* Unde Felinus tradit: quamvis peritus in arte tantum de credulitate deponat: Hoc tamen fallere, ſi deponeret ſuper re perceptibili, non ſolum judicio intellectus ſed etiam aliquo ſenſu corporeo: Quia tunc teneatur jurare, non ſolum, quod credat, ſed etiam, quod ita ſit. Felin. *in cap. propoſuiſti. num. 15. X. de probat.* Alexand. Stiatic. *in pract. jur. cap. 16. n. 77. & 78.*

4. Neceſſum eſt quoque, ut Judex committens menſurationem partes citet ad locum. Eſcolar. *cap. 32. num. 21.*

§. XV.

1. Quæritur autem, quid Juris, ſi dubitetur de Relatione Menſoris. v. g. *An Poſſeſſio tot jugera contineat, vel merces tot modiorum aut ponderum eſſe, præſertim ſi partes huic aſſertioni contradicant?* Sunt hic qui cenſent, Menſori incumbere onus probandi, ut doceat ſe rectè exiſtimaſſe Ita Bart. *in l. 1. Cod. de diſcuſſor. n. 30. lib. 10.* per illum text. in verbis: Et fidem facti non poterit approbare diſcuſſor; quem ſequitur Hieron. de Monte. *tract. de fin. regund. cap. 26. n. 12.*

2. In *contrariam* tamen ſententiam meritò inclino; *Primò*, quoniam officialis jurati aſſertio propter ſolum Juramentum ſtatur, id quod pro officiali præſumptionem juris inducit, quæ onus probandi in adverſarium transfert. *per l. fin. Dig. qui met. cauſa. cap. quia veriſimile 10. X. de præſumpt.* Menoch. *lib. 1. præſumpt. quæſt. 31. num. 8. & quæſt. 32. num. 5.* Anton. Freudenb. *tract. de reſcript. morat. concluſ. 22. n. 38. & 42.* latè in hâc materiâ Herm. Stamm. *d. tract. de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 20. ſub n. 3. n. 8.*

3. Præſumptio enim juris dicitur liquida probatio, imò Veritas ipſa & liquidiſſima probatio, rem faciens notoriam *per text. in l. 1. ibi*: Verum eſt. *Cod. de impub. & al. ſubſtit. l. Imperatores. 29. §. 1. Dig. de probat. l. 1. Cod. de condit. inſert. poſt alios.* Franciſc. Prukmann. *conſil. 36. num. 59. vol. 1.* Lubler. *tract. de incend. cap. 5. num. 21.* quos refert Sigism. Finkelthaus *obſerv. 89. n. 2. & 3.*

§. XVI.

1. *Secundò*, corroboratur hæc deciſio, quod Peritus in arte renuncians de re ad artem ſuam pertinente, plenam fidem mereatur, *per text. in l. 1. in pr. Dig. de Ventr. inſpic. leg. ſeptimo menſe. 12. D. de ſtat. hom. leg. in bono. 10. Dig. de bon. poſſ.* Unusquisque enim eſt, optimus artis ſuæ auctor ac diſceptator, ut ait Valer. Max. *lib. 8. cap. 13.* Plin. *lib. 1. ep. 10.* Maſcard. *de probat. concl. 1169. n. 1.* Vult. *ad l. fin. Cod. de Iurisdict.* Wehner. *conſil. franc. 108. n. 7. & 8.*

2. Et hoc latè & egregiè variis exemplis exornat Ann. Robert. *rer. judicat. lib. 2. cap. 16.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. 600. n. 5. 21. & per tot.* Ut enim de Advocatorum eruditione Judicant Jurisperiti, *per l. nemini 11. §. 1. Cod. de Advocat. diverſ. jud. arg.* traditorum à Georg. Bernh. Gualter. *de privil. Doctor. cap. 2. §. 4 fol. m. 30.* De corporis habitu atteſtantur oſtetrices & artis fideique peritæ.

*d. l. 1.*

*d. l. 1. Dig. de Ventr. inſpic. cap. propoſuiſti 4. X. de probat.* Rudolph. Forner. *rer. quot lib. 6. cap. 19.* De cauſis negotiationis Mercatores, Maſcard. *de probat. dict. concl. 1169. n. 13.* Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 19.* Trentacinq. *lib. 3. var. reſol. cap. 7. tit. de ſolut. num. 17.* latè in terminis Annæus Robert. *d. cap. 16.* De picturis Pictores, Plin. *lib. 1. epiſt. 10.* Ruland. *d. l. 4. cap. 21. num. 4. & per tot.* De Vulneris lethalitate Chirurgi deponunt, *per cap. ſignificaſti 18. X. de homicid. volunt. & caſ.* Conſtit. Crimin. Carol. V. *art. 149. ibi.* von einem oder mehr Wund-Arzt / Boer. *deciſ. 323. num. 10.* Clar. *recept. ſent. lib. V. §. homicidium. n. 34.* Farinac. *quæſt. crimin. 177. n. 105.* Bened. Carpzov. *in Prax. Criminal. quæſt. 26. n. 22. & 26.* De morbi qualitate Medici atteſtantur. text. *in l. ſemel. 6. ibi. medicis. Cod. de re milit. 36. lib. 12.* Anton. Gomez. *tom. 3. variar. reſol. cap. 3. n. 8.* Carpz. *in d. praxi. quæſt. 21. n. 7. & ſeq.* Operosè Finckelthaus. *Obs. 61. num. 10.* Wehner. *d. conſil. 108. n. 8.* Gualther. *d. tr. cap. 12. num. 72.* Idem. de Apparitore, ſaltuario, Nuncio, aliisve latè agit. Herm. Stamm. *d. tract. de ſervit. perſonal lib. 2. cap. 20. per tot.* rationem dubitandi cum ſolutione adducens, *ſub n. 4. & 5.* Pari quoque jure de certitudine agri menſurarum & ponderum Menſores judicant. *per text. in l. ſi irruptione 8. §. fin. D fin. regund. Leg. fin. Cod. de Jurisd. tot. tit. Dig. ſi menſor. falſ. mod. dixer.* Hieron. de Monte *tract. de fin. regund. cap. 32.* Ruland. d. Commiſſar. *part. 1. lib. 4. cap. 20.* Annæus Robert. *dict. lib. 2. cap. 16. fol. m. 489.* Herm. Stamm. *d. cap. 20. ſub n. 3.* in terminis quoque Paul. Chriſtinæus. *deciſ. Belgic. 57. n. 20 vol. 5.*

3. Ubi aliquoties de aſſertione unius Medici vel Chirurgi, etiam non jurati, quoad eundem actum judicatum fuiſſe teſtatur. Hinc Caſſiodorus tradit, quo Agrimenſor ſit judex utique Artis ſuæ cujus forum ſunt, a-

gri deſerti, cuivé committatur contentionum protervitatem circà fines obortam, abſcindere. Caſſiod. *lib. 3. var. Reſcript. penult.* quem allegat, quoque Baptiſt. Aymon. *tract. de alluv. lib. 1. cap. 16. n. 3.* Diſſentit aliquatenus Joan. Papon. *ad Conſuet. Borbon. art. 521. fol. m. 439.* Qui tradit, Quod ſoli menſorum, etiam juratiſſimo perrarò credi ſoleat. Abb. Panormit. *in cap. propoſuiſti X. de probat.* Niſi â partibus electus ſit, *per l. ſi irruptione. §. fin. D. fin. regund. arg. l. Theopompus. D. de dot. prælegat.*

§. XVII.

1. Quoniam autem Agrimenſori ad modum arbitri æquè ſalarium debetur, ſecundum veriorem opinionem. Florian. de S. Petro *in l. ſed etiam loci §. 1. per illum text. Dig. finium regund.* Natta *conſil. 59. vol. 1.* quos refert Vincent. Carroc. *d. locat. conduct. part. 1. Quæſt. 38. num. 1.* Ideo hanc Quæſtionem adponere libet; *ſi de finibus agri aut quantitate modiorum frumenti lis oriatur, cujus expenſis menſuratio ſit peragenda?* An *ſumptibus menſurationem petentis, an verò ejus cujus intereſt?* Et quidem menſurationem inſtituendam eſſe ſumptibus petentis plurimi cenſent; per Regulam, quod ſi quis quidpiam fieri efflagitat, id expenſis ejusdem fieri debet. *per leg. quoniam deberi. Cod. de teſtam.* Bald. *in l. 3. §. defendi. in fin. Dig. quibus ex cauſ. in poſſeſs. eat.* Aymon. Cravett. *conſil. 236. n. 15. lib. 2.* Munoz de Eſcobar *tract. de ratiocin. adminiſt. cap. 42. n. 7.*

3. Sunt alii, qui ſtatuant, hanc metationem ſeu menſurationem ejusdem expenſis ſuſcipiendam fore, cujus intereſt. per text. *in l. ſi duobus 3. §. 1. ibi.* cui menſuratio obfuit. *Dig. ſi menſor falſ. mod. dixer.* Salycet. *in l. ſi quis Cod. de fin. regund.* Cod. Theodoſ. tit. *de ſepult. in fin arg. l. 1. Dig. de contrar. action. tutel.* Boer. *deciſ. 51. in fin.* Georg. Lopez. *ad Leg. Taur. leg. 8. tit. 7. part. 7. Gloſs. in verbo, à Sabiendas,*

Hieron.

Hieron. de Monte *tract. de fin. regund. cap. 16. n. 11.* facit Caſtrenſ. *conſil. 423. colum. 5. lib. 1.* Joan. Aloyſ. Ricc. *coll. deciſ. 115.* Veriorem tamen eorundem ſententiam eſſe Judico, qui cenſent Menſori expenſas communibus ſumptibus ſolvendas eſſe; & hoc per text. clarum *in l. ſed. & loci. 4. §. 1. in fin.* ibi: condemnatio erit facienda ejus, qui non conduxit in partem mercedis. *Dig. de finib. regund.* latè Anton. Sola *ad Conſuet. Sabaud. Tit. de Cenſib. Gloſſ. un. part. 1. num. 20.* Nam in menſuratione agrorum, aliarumve rerum, quæ in commercium veniunt, utriusque partis intervenit æqualis utilitas, non autem unius magis, quàm alterius, ideo uterque etiam ſumptus elargiri tenetur. Ita Bart. *in l. ſi poſtulaverit. n. 2. Dig. d. adult.* Florian *ad d. l. ſed & 4. §. 1. Dig. fin. regund.* Jaſon. *in l. prætor. ait §. is verò n. 10. Dig. d. edend.* Nevizan. *conſil. 38. n. 8.* Quod verum eſt, etiamſi Menſor ab altera tantū parte ſolus cōductus ſit, condemnatio tamen mercedis facienda erit, etiam illius, qui non conduxit, & quidem in partem mercedis. *per. d. l. ſed & loci. 4. §. 1. in fin.* Nemo enim, ne quidem Actor, alteri imputare poteſt, cur id fecerit, ex quo, etiam ipſe lucrum ſentit. *per l.* cum in fundo. *78. §. quod ſi mulier. 2. D. Iur. dot.* Scilicet dum menſor ſuum miniſterium ad utriusque commodum accommodaverit. Speculat. *in tit. de Aſſeſſor. 5. ſalarium. num. 4.* Signorol. de Homod. *conſil. 74.* Qui diſtinguit inter mercedem & honorarium. Par. de Puteo, *d. Syndicat. cap. ſalarium. vers. an ſyndicatores n. 5.* Joan. Petr. Surd. *de aliment. tit. 1. quæſt. 86. per tot.* Sichard. *ad l. 1. & 3. Cod. fin. regund.* Schneid. *ad §. quædam actiones tit. de action. n. 22.* Dn. Joh Gothofred. *tr. de ſalar. cap. 9. n. 7.*

# CAPUT XI.

## *De effectu Juris ſtatuendi circa pondera. menſuras, ulnas.*

### SUMMARIA.

§. 1.

*1. Ius ſtatuendi circa pondera & menſuras, ex parte imperantis ſuperioritatem, ex parte verò Recipientis ſubjectionem probat.*

*2. Hoc etiam in Camera Imperiali ſolet obſervari.*

*3. Quod probatur exemplo Civitatis Erfurdienſis.*

§. 2.

*1. Cautela traditur, ad amovendam ſubjectionis aut Landſaßionatus quaſtionem, ut ii qui alterius territorio caſtra, pagos &c. poßident, diverſis ponderibus ac menſuris utantur.*

*2. Exemplo eſſe poſſunt, Civitates Imperiales in Ducatu Wirtembergico, Reutlinga & Heilbronna.*

§. 3.

*1. Civitas Municipalis vel alius mediatus, exiſtens in quaſi poſſeßione Iuris menſurarum vel ponderum, eo ipſo Iuriſdictionem, vel Superioritatem declarare nequit.*

*2. Ratio hujus aſſertionis eſt, quod talis Civitas, Iura hæc non Iure proprio, ſed ex conceßione Superioris vel aliunde exerceat.*

§. 4.

*1. Iuris præſumptio militat contra Civitates Municipales, quod ipſis per ſe talis, Iuriſdictio aut Superioritas non competat.*

*2. Conſules Civitatum, menſuras publicas ſtatuunt, cum authoritate Superioris.*

*3. Probatur Exemplo Civitatis Erfurdienſis.*

*4. Subditis altam Iuriſdictionem habentibus, tuitio quantitatis menſurarum diverſæ à Superioris, conceditur; diminutio autem vel augmentum ejusdem, ſine principis authoritate iis non permittitur.*

*5. Quod ita obſervatur in Regno Neapolitano.*

1. Li-

§. 5.

1. *Licet Ius habendi & concedendi menſuras in Comitatu Burgundiæ ſit mixti Imperii, tamen poſtmodum Edicto Regio inter Iura ſuperioritatis fuit relatum.*
2. *Ius Menſurarum à privatis acquiritur, vel per Conceſſionem principis.*
3. *Vel per uſum diuturnum & longiſſimum.*
4. *In Gallia omnes præſcriptiones reductæ ſunt ad triginta annos, nec requiritur in iis titulus aut bona fides.*

§. 6.

1. *Dominis poſſeſſionum, reditus ad menſuram in ſuis caſtris uſitatam, exigere non licet, ſi domino territorii competat Ius menſuras dandi.*
2. *Cenſus annuii & operæ debitæ juxta morem Conſuetum ſunt præſtandæ.*

§. 7.

1. *Menſura & pondera, Regio ſtigmate ſunt ſignanda, in ſignū tam ſuperioritatis quam ſubjectionis.*
2. *Conſuetudines Turonenſes confirmant hanc ſententiam.*
3. *Decretum Regni Neapolitani ejuſdem tenoris.*
4. *Diſſentit Charondas remiſſivè.*

§. 8.

1. *Princeps territorii, menſuras & pondera etiam Clericorum ſignare poteſt.*
2. *Per c. 2. X. Ne clerici vel Monachi.*

§. 9.

1. *Clerici mercaturam exercentes, ratione hujus Negociationis, ſtatutis Iudicis Secularis ſubjiciuntur.*
2. *Arreſtum Parlamenti Pariſienſis, per quod ita fuit pronunciatum.*
1. *Prædicta ſententia corroboratur per adducta præjudicia.*

§. I.

Effectus Juris ſtatuendi, circa pondera menſuras, ulnas, hic eſt, ut ex parte Imperantis, ſuperioritatem, ex parte verò recipientis, ſubjectionem probet. Nam is, qui ponderis & menſuræ ſuæ normam ex Archetypo Principis deſumere obſtingitur, eamve Principis ſigno notare tenetur, ejuſdem

dem Jurisdictionem agnoſcit, & actum ſubjectionis committit per textum in vulgatâ *leg. modio. 9. ibi iuſſimus collocari. & ibi.* ſciat, quid debeat, ſuſceptoribus dare. *Cod. de ſuſceptor. & præpoſit. lib. 10.* Gregor. Lopez. *ad LL. Tauri part. 7. tit. 7, leg. 7.* in Gloſs. *verb. Medidas ò Varas.* Marc. Anton. Surg. *d. Præfect. Prætor. lib. 1. cap. 7. n. 11.* quos more ſuo frequenter allegat. Andr. Knichen *de jur. territ. concl. 72. in fin.* Dn. Am. quondam meus, Philipp. Knipſchilt. *de jur. Civit. Imper. lib. 1. cap. 12. num. 77. & ſeqq.* Et propter hoc ſuperioritatis & ſubjectionis Jus, in conſuetudinibus Pictavienſibus diſpoſitum eſt; *Que la Meſure du Muſiner, doit eſtre eſtallonnès, ſur la meſure, en l' hoſtel de Ville, où du Seigneur Royal. où du Seigneur, qui a droit de meſure. Et le droict de moulage eſt, d' un boiſſeau de bled rez vn boiſſeau comble de farine.* h. e. ut modius molitoris ſit exactus ad archetypum modii Curiæ Civitatis, vel Officialis Regii, vel Domini cui Jus eſt ſtatuendi modum menſuràrum. Et Jus Molituræ dominicum eſt, loco modioli frumento complanati, recipere modiolum farina exaggeratum. Conſuet. Pictav. *tit. 1. art. 35.* Joan. Bouuot. *in Comm. Iur. Burg. tom. 2. Tit. de* Moulins. *fol. m. 550.* Quod ſubjectionis tecmirion etiam conſideravit & allegavit conſulens in causâ Mündelheim; apud Beſold. *conſil. 3. cap. 2. in fin.*

2. Ac quod ſubjectio exinde probetur Domini Camerales referendo & votando quoque obſervare ſolent, teſte Adrian. Gylman. *in Symphor. tom. 1 p. 2 tit. 6. Vot. 3. n. 29. fol. m. 48.*

3. Ac quod Civitas Erfurdienſis jus ponderum, ac menſurarum in ſuâ Civitate, ſola poſſedit, illud pro magno exemptionis ſigno contrà Archi-Epiſcopum & Electorem Moguntinum in Camerâ Imperiali adduxit, Referens apud eundem Adrian. Gylman. *in Symphor. tom.*

1. pax.

1. *part.* 1. *tit.* 2. *n.* 65. *& 66. fol. m.* 81. Ideò pro Cautela tradunt Juris publici Conſulti Comitibus, Baronibus, Civitatibus aliisve immediatis Imperji ſtatibus, ut ſi qui in territorio alterius Principis Imperii Caſtra, pagos; vel oppida poſſideant ac vereantur, râtione Landſaſſionatus, (der Landſaſſerey/) lites aliquando ipſis à Domino territorii moveri; Ideò quo promptam poſſint habere probationem, ſeſe de territorio non eſſe; maximoperè conducere non ſolum, ut ſingularia ſtatuta circà ſucceſſiones, Teſtamenta & Contractus recipiant vel condant, ſed etiam ut diverſis ponderibus ac menſuris utantur, ſiquidem menſurarum & ponderum conformitas probationem ſubjectionis valdè confirmat & adminiculatur, prout è contrà menſurarum diverſitas exemptionem arguit. *arg. d. l. modios.* 9. *in pr. l. jubemus* 9. *in princ. Cod. de defenſ. civitat.* Chriſtoph. Beſold. *ad Ius Municip. Wirtemb. diſp.* 5. *th.* 29. & hoc ex eo referens Dn. Lindenſpur. *ad ordin. Wirtemb. fol.* 260. Dn. Knipſchilt. *dict. tr. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 79.

2. Quâ de causâ Civitas Imperii *Reutlingenſis* in meditullio Ducatus Wurtembergiæ ſita, noluit unquam recipere menſuras ac pondera hujus Ducatus. Ac cum olim Civitas Imperii *Hailbronnenſis* uniformi menſurâ & pondere cum ſubditis hujus Ducatus uteretur, eandem uniformitatem ante quosdam annos mutavit.

§. III

1. Illud ceu ſingulare obſervandum eſt, in menſurarum, ponderum ac ſimilium jure. Quod ſi Civitas Municipalis vel alius quiſpiam mediatus in quaſi poſſeſſione juris menſurarum vel ponderum reperiatur in Civitate vel Pago, ac exinde jurisdictionem & ſuperioritatem ſuam declarare velit, quaſi proprio jure competat, exinde tamen nihil concludenter probari poſſe.

2. Quoniam talis jura ejusmodi vel ex gratiâ Principis territorii conceſſa poſſidet, vel in conſequentiam conceſſorum habet, vel exemptione obtinuit, quandoque etiam oppignoratione à Domino percepit; Aut ab ipſo tantum adminiſtratur, quod frequentiſſimè ac ut plurimum accidit; adminiſtratio autem jurisdictionis proprietatem non infert, ſed nudè tantum & ſine commodis Jurisdictionalibus permittitur. Bart. *in l. 1. Cod. de excuſ. mun.* Cephal. *conſ. 534. n. 151. lib. 4.* Sola *ad Conſtit. antiq. Sabaud. verb. Caſtellanis Gloſs. 1. n. 2.* Knichen. *de jur. territor. cap. 1. n. 385. & ſeqq.*

§. IV.

1. Et Juris eſt præſumptio, quod Civitates Municipales per ſe non habeant tales jurisdictiones aut ſuperioritates; nam quod Civitatem adminiſtrant & regunt, non poteſt dici Jure proprio ſeu proprietatis fieri, cum talis Civitas vel Mediatus Civis Dominum & ſuperiorem habeant, & ſola adminiſtratio nec jurisdictionem, nec ſuperioritatem tribuat, prout nec electio ſenatus, aut Officialium adjectio.

2. Ideoque Conſules Civitatum menſuras publicas ſtatuunt cum authoritate Principis ſuperioris, prout in terminis tradit Joan. Regnaud. *d. menſur. n. 4. in tractat. tractatuum tom. 12.* ſimiliter Adrian. Gylmann. *in Symphor. tom. 1. part. 1. tit. 2. n. 65. & 66.*

3. Ita jam olim hat das Stifft Meyntz dem Raht der Stat Erffurt / das Wägen / Gewicht / Maſſe / und Elen / ſampt der Krämer Prücken umb ein gewiſſes Gelt verſetzt / h. e. Capitulum Archi-Ducale Moguntinenſe, Senatui Civitatis Erfurdienſis, Jus librarum & ulnarum, unà cum ponte Mercatorum, pro certa pecuniæ quantitate oppi-

oppignoravit. Referens apud Adrian. Gylman. *in Symph. tom.1.part.1. tit.2.n.65. & 66.*

4. Et adhuc inſuper alii tradunt; ſubditis altam (ut vocant) Juriſdictionem habentibus ex longâ præſcriptione in ſuo territorio, ſuarum menſurarum quantitatem diverſam à Principali tueri licere; ut autem augeant vel minuant ſine authoritate Permiſſum non eſſe. Ita Gothofre *d. ad l. pen. §. in verb. publicè lit. A. D. de Leg. Corniel. de falſ.* Ita *in Regno Neapolitano*, multi Domini Civitatum & aliarum terrarum vel ſingulari privilegio vel titulo inveſtituræ à Rege obtinuerunt, ut de falſis menſuris & ponderibus cognoſcatur. Imò Particulares quoque ac Univerſitates quædam hasce jurisdictiones, à Regia Curia emerunt: Sicuti hoc & de ſua patria in ſpecie atteſtatur Camill. Borell. *de Magiſtr. Edict. lib.3. cap.15. n.15.*

§. V.

1. Quod bene quoque animadvertit *Henricus Boguet*; in Commentario ad conſuetudines generales *Comitatus Burgundiæ*; Quo jure, licet jus menſuras habendi & concedendi ſit mixti Imperii, ſeu mediæ jurisdictionis. Scil. *Auoir ſeetz & adjouſter meſures à bled & à Vin ſont par la Couſtume declarez eſpece de moyenne Iurisdiction*: i. e. *habere poteſtatem juſtificandi menſuras frumentarias & Vinarias, per conſuetudinem declaratur ſpecies mediæ Iurisdictionis.* Id quod poſtmodum Regio Edicto *Anno 1594. 28. Maij* publicato, inter jura ſuperioritatis relatum fuit. Semper tamen ſalvo manente Privatorum jure, qui uſum in contrarium habuerunt. Conſuet. Comit. Burg. *tit.7.§.1.*

2. Jus autem menſurarum à Privatis acquiritur, vel per conceſſionem Principis, prout alia quoque, quæ ſunt Jurisdictionis. *cap. cum contingat. X. de foro compet. l. 2. C. de fund. limitroph. lib. 11.*

3. Vel etiam per uſum diuturnum & longiſſimum. Siquidem ea quæ ſunt meri & mixti Imperii, Imò & Regalia præſcriptione longiſſima vel immemorali acquiruntur. *per. cap. irrefragabili. §. 1. x. de offic. ordinar. cap. ſuper quibusdam §. præterea X. d. V. S. l. ſervitutes prædiorum. D. de ſervit. t. t. C. de præſcript. 30. ann. l. Viros. C. de diverſ. offic. lib. 12.* Jaſon. *in l. Imperium. num 20. D. de Iurisdict.* Henr. Boguet. *ad dict. tit. 7. §. 1. num. 7. & 8.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 143.* Dn. Bocer. *eod. tract. cap. 4. num. 52.*

4. Sanè de Jure communi *Regni Galliæ*, omnes præſcriptiones reductæ ſunt ad triginta annos, quod tempus currit etiam abſque titulo, abſque bona fide, etiamſi res præſcribenda ſit furtiva. Quæ præſcriptio cum hiſce qualitatibus introducta & recepta eſt, & in quocunque malæ fidei Poſſeſſore, propter æquitatem civilem, utilitatis publicæ cauſa, ac ut aliquando ſit litium finis: *Pour mettre fin à la ſollicitude, & hazard des biens.* h. e. *ad finem imponendum ſollicitudini & periculo bonorum.* Et ne dominia tamdiu eſſet in incerto. *Car les Seigneurs ſont reputez les auoir abandonnè par un ſi long temps.* h. eſt. *Nam videntur Domini ea dereliquiſſe, per longum temporis ſpacium. per l. fin. C. de annal. except. l. 2. D. de aq. pluv. arcend. l. fin. D. pro ſuo.* Boer. *deciſ. 152.* Petr. Gregor. *in Syntagm. lib. 40. cap. 5. n. 23.* latiſſimè *poſt Coquille, Duret, & Labbè* Joan. Bouuot. *ad Conſuet. Burgund. Tit. de Præſcript. fol. m. 579.* Qui *fol. 580.* ſcribit: *Bref, par tel temps la mauuaiſſe foy eſt convertie en bonne foy* i. e. *breviter per tale tempus mala fides, convertitur in bonam fidem.*

§ VI.

1. Quæritur autem: *An caſu quo Dominus aut Vaſallus loci, in pago jus viſitandi pondera ac menſuras, & falſificantes puniendi, vel ex uſu inveterato, vel feudali conceſſione habeat, Dominus autem directus vel territorii jus dandi & principali ſtigmate ſi-*

te ſi-

*te ſignandi ſibi vindicat;* An *Dominus reditus ac decimas à ſubditis debitas, cum ſuis menſuris ad arbitrium fabricatis, aut in ſuo Caſtro uſualibus menſurare, ac ad earum modum & modium exigere poſſit?*

2. Reſpondeo Quod Non: *Tum, Primò* quod cenſus annuus, aut operæ debitæ quoad qualitatem, juxta conſuetum modum præſtandæ & exigendæ ſunt, ac intra conſuetos fines cohibendæ. *per. l. cum 23. §. 1.* Ubi Imperator Juſtinianus ibidem: *Caveant igitur poſſeſſionum Domini, in quibus tales coloni conſtituti ſunt, aliquam innovationem vel violentiam eis inferre. Si enim hoc approbatum fuerit & per Iudicem pronunciatum, ipſe Provinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat, & læſionem (ſi qua ſubſecuta ſit) eis reſarcire: Et ſic veterem conſuetudinem in redititbus præſtandis, eis obſervare. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Vult. *conſil. Marpurg. 30. n. 212. vol. 2.* Maul. *de homag. tit. 4. numer. 11.* Ex novitate enim arguitur fraus vel violentia quando contra antiquam conſuetudinem quidquam tentatur. Cravetta. *conſil. 238. n. 14.* Dn. Balthaſar. *de oper. ruſtic. cap. 11 & 12.*

§ VII.

1. *Tum, Secundò.* Quoniam in ſupremi Domini ſignum & teſſeram tam ſuperioritatis quam ſubjectionis, menſuræ & pondera, Regio aut Principali ſigno & ſtigmate ſunt ſignanda. *arg. l. modios. 9. ibi:* juſſimus collocari. *C. de ſuſceptoribus. lib. 10. & l. 2. C. de frument. Alexandr. lib. 11.* Ideô ea tantum pondera & menſuræ in territorio probanda ſunt & utendū iis Regulariter in Contractibus & negotiis, quæ per ſupremum Principem ſtabilita reperiuntur. *l. quoties 2. ibi.* per ſingulas Civitates conſtitutum, *C. de ponderat. lib. 10.* Ramirez. *de abſolut. poteſt. §. 26. n. 68.* Alphons de. Azevedo *ad l. 1. Recopil. n. 1. tit. 13. lib. 5.* Vnde

ſcribit Renatus Choppinus: *Quod Barones, etiamſi habeant in ſuis Iuriſdictionibus jus ponderum & menſurarum, ex privilegio, attamen illi novas & proprias menſuras conſtituere nequeunt, ſed eas obſervare obligantur, quæ à ſupremo Principe conſtitutæ ſunt.* Choppin. *ad Conſuet. Andegav. lib. 1.* Renat. *cap. 140. num. 4. & cap. 43. n. 16.* Quo faciunt tradita à Camill. Borell. *de magiſtr. edict. lib. 3. cap. 15. n. 7.*

2. Hinc in conſuetudinibus Turonenſibus conſtitutum eſt; ſequentibus: *Si le Seigneur inferieur, qui eſt tenu adjouſter ſa meſure au ſep & eſtalon de ſon ſuperieur, uſe de plus grande ou moindre meſure, il pert & eſt decheu de ſon droit de bailler meſures & eſt amendable d' amende arbitraire.* h. e. *ſi Dominus inferior, qui tenetur menſuram & pondus ſuum adæquare Archetypo ſui ſuperioris, utatur maiori aut minori menſura, amittit & excidit ſuo jure, dandi menſuras, & erit puniendus mulcta arbitraria.* Joan Saiſon. *ad Conſuet. Turon. tit. 2. cap. 2. art. 3. & 4.*

3. Proinde *in Regno Neapolitano* decretum fuit, ut Domini terarum utiles, ſeu Barones, pro receptione decimarum, quas ab eorum Vaſallis in victualibus exigere ſolent, Menſuris Regiæ Siclæ ſignatis & ſiclatis uti debeant, & non aliis ad eorum arbitrium fabricatis, quod ſi contrarium attentent, utique ſubditos gravant ac prohiberi poſſunt, ne id agant: ſicuti proviſum fuit per conſiliarium Ferdinandum Fornarium *die 7. Jan. anno 1582.* ad favorem Vniverſitatis *Vallis Vitulani*, Jo. Maria Novar. *tom. 3. Gravam. Vaſall. Grav. 33. per tot.*

4. *Diſſentit ac præjudicium* adducit Ludov. Charondas *lib. 2. Reſponſ. 85.* per rationem. *Quod menſura Domini erat menſura Domanialis,*

§. VIII.

1. Vlterius Quæritur; *An Princeps territorii de menſuris*

*ſuris & ponderibus quoque Abbatum, Sacerdotum & Clericorum, cognoſcere, eavè recognoſcere & ſignare poſſit?* Hunc articulum late examinat *Bartolomæ. Chaſſanæus* & cum eo *Joannes Petrus Fontanella*; Ac *imprimis* placet ſententia *Affirmativa*.

2. *Tum Primo* propter Decretum Eugenii Pontificis *in cap. Sacerdotibus 2. Ne Clerici vel Monachi.* Vbi expreſsè ſtatuitur, indignum eſſe ut Clerico ſubveniatur ab Eccleſia, qui in negotiis & officiis politicis, deprehenditur, ac per quem conſtat in Eccleſia ſcandalum generari, *Vbi Gloſſa notat*, Quod Laicus auctoritate hujus Canonis poſſit Clericum occaſione adminiſtratiōis capere, ceſſante privilegio Clericali. Bobadilla *in Polit. lib. 2. cap. 18. n. 99. & 129.* Eſcobar. *de ratiocin. cap. 7. num. 26.* Farinac. *in Crimin. Quæſt. 8. num. 98.* Hæc enim menſurarum proviſio & coercitio fraudantes pondera, etiamſi ſint Clerici, fit Jure defenſionis, & tuendi jura Reipublicæ, ne quies Populi turbetur. *arg. tr.* à Paul Layman *in Theolog. moral. lib. 4. tr. 9. cap. 4 n. 3.*

§. XI.

1. *Tum Secundò*, Quod Clerici exercentes aliquam mercaturam vel artem aut officium, Ratione hujus artis, officii vel negotiationis, ſubjiciuntur ſtatutis Judicis ſecularis, ejusque Legibus & pœnis obligantur. Ac propter utilitatm commerciorum & quietem Reipublicæ, appellatione Civium comprehenduntur. *arg. l. omnis 2. ibi*: mercatura: *De his 3. ibi* prædia poſſident *C. d. Epiſcop. & Cleric.* Guilielm. Benedict. *in Cap. Raynutius. Verb. & Vxorem Adelaſiam n. 459. usque ad n. 490.* Id quod illuſtratur exemplo *Militis*, qui exiſtens in Collegio aliquo, non poteſt declinare jurisdictionem Rectoris vel præpoſiti ipſius Collegii prætextu cujuslibet militiæ, vel cinguli vel dignitatis *per l. fin. C. de jurisd. omnium judic.* Bald. *ad ſpeculat. tit. d. Reo.*

Ever-

Everhardi *in Loc. Legal Loc. â. tanquam.* Quo caſu Clerici conſiderantur, non ut Eccleſiaſtici, ſed ut Cives: Cum aliàs, etiam Clericos eſſe partes Reipublicæ *Optatus* ajebat: *Eccleſia enim eſt pars Reipublicæ, & Religio debet eſſe in Republica, non è contra.* Proinde *Dominicus Soto,* Clericos, quamvis ſint ſacrorum miniſterio addicti, nihilominus, Veros cives eſſe, aſſerit *in oper de Iuſtit. & Iur. part. 4. diſtinct. 25. Q. 2. act. 2.* Ludov. Molina *diſput. 32. in fin.* latè Arniſæ *de exempt. Cler. cap. 3. n. 1. & ſeqq.*

§. X.

1. Ac cum Sacerdos quidam *in Civitate Heduenſi Ducatus Burgundiæ*, nomine cujusdam tertii, in domo ſua vinum vendebat, cujus menſura falſificata deprehendebatur; punitus fuit per *Vigobertum* Heduenſi Ballivum; ad cujus officium pertinebat dare *in Civitate Heduæ* pondera & menſuras. Ita in terminis tradit, & præjudicia hæc Supremæ Curiæ adducit Bartol. Chaſſan. *ad conſuet. Burgund. Rubr. 1. De juſticiis. §. 5. n. 89. & ſeqq. fol. m. 236.* Camil. Borell. *de præſtant. Reg. Cathol. cap. 71. n. 357.* Farinac. *in prax. Crim. Q. 8. n. 98.* Jacob Cancer. *3. Var. Reſol. cap. 9. n. 108.* Ferrer. *in Obſervat. cap. 429.* Joh. Petr. Fontanella *deciſ. 515. per tot.* Qui tamen poſt *triginta annos* hanc ſententiam, cum diſtinctione, an fraus in dividendis carnibus & piſcibus, inter ipſos Clericos; An verò inter Clericum & Laicum committatur, in concordiam reducere tentat, *ſub num. 20.* Quamvis latè diſſentiat Ignat. Lopez. Salſed. *in prax. Canon. cap. 55. in addit. fol. m. 202.* Varios conſentientes allegat quoque Barboſa *ad dict. cap. Sacerdotib. 2. X. Ne Clerici. n. 4. ac in cap. 2. num. 3. X. de Empt. vendit.* late Diana Anton. *part. 5 tr. 5. Reſol. 6.* Quibus tamen in genere latiſſimè reſpondet Doctiſſimus Arniſæus *tr. de exempt. Cleric. cap. 3. per tot. lib. 3. c. 15. n. 15.*

CA-

# Caput XII.

## *De pœna depravantis menſuras & pondera.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Falſificatores ponderum, menſurarum &c. tenentur pœna falſi, & quidem atrociori.*
2. *Quoniam delinquunt contra jus Divinum.*

§. 2.

1. *Vt & contra jus Civile.*
2. *Propterea puniuntur, reſtitutiõe dupli, & pœna quanti ea res eſt, quantumve damnum dederunt, cum deportatione in Inſulam, vel relegatione temporaria.*
3. *Hæc pœna in Curiis ſupremis quandoque obſervari ſolet.*
4. *Succeſſit tamen hodiè pœna fuſtigationis.*

§. 3.

1. *Puniuntur quoque tales corruptores ponderum & menſurarum, actione in factum pœnali, quæ contra eos competit.*
2. *Dardanarii propter falſum menſurarum modum, extra ordinem puniri debent.*
3. *Dardanarii qui dicantur.*

§. 4.

1. *Falſa pondera & menſuræ frangi aut comburi debent.*
2. *Quæ publicum rerum & commerciorum uſum impediunt, à Prætore è medio ſunt tollenda.*
3. *Iudex ſciens & patiens falſas menſuras, ipſe pœnam meretur, & de ſuo damnum illatum emendare tenetur.*
4. *Falſata pondera & menſuræ publicè frangi & comburi debent, ut hoc exemplo alii deterreantur.*
5. *Hoc ita obſervatur in regno Caſtellæ.*
6. *Quibusdam in locis menſuræ adulterinæ, palis publicis, patibulis aut poſtello appenduntur.*
7. *Pœna de Iure Canonico, ut talis falſificator, triginta dies in pane & aqua pœniteat.*

§. 5.

1. *Pœna falſificantium pondera & men-*

menſuras, de Conſtitutione Criminali Caroli V. Imperatoris, eſt arbitraria.

2. Pœna falſi hodie in genere eſt, arbitraria, & ad mortem uſq; extendi poteſt.

§. 6.

1. Obſervantia & præjudicia ſupremorum parlamentorum & judiciorum adducuntur.

§. 7.

1. Singularis pœna falſificatorum ponderum & menſurarum, in Regno Neapolitano & Siciliæ.

2. Quid obſervetur circa hoc delictum in Regno Hungariæ?

3. Quid Regni Scotiæ Legibus cautum ſit, circa hanc rem?

4. Quid Ducatus Ferrarienſis ſtatuto ſancitum ſit?

5. Quid in Electoratu Brandeburgico?

6. Quid de Iure Lubeccenſi?

7. Quid de Iure Poruſſiæ?

8. Mores Africæ circa hoc delictum.

9. Actio Civilis contra taliter delinquentes, datur ad intereſſe.

§. 8.

1. An is qui falſis ponderibus & menſuris ſcienter utitur, eâdem pœnâ puniatur, qua dolosè fabricans eas puniri ſolet?

2. Quidam Doctores hoc affirmant?

3. Verior eſt ſententia eorum, qui ſcienter abutentibus falſis menſuris, mitiorem pœnam imponunt, quam earundem corruptoribus.

4. Quæ obſervatur in Dicaſteriis Saxonicis.

5. Et huic ſententiæ Author adjicit calculum ſuum.

§. 9.

1. Corrumpens menſuras, delinquit gravius.

2. Scienter pondera & menſuras iniquas alteri commodans, tenetur actione de dolo, ad reparationem damni, & actione furti.

§. 10.

1. Si quis alteri ſcienter pondera & menſuras adulteratas commodat, tenetur actione de dolo malo.

2. Quando quis teneatur hac actione?

3. Ita deciſum eſſe in ſuprema Ducatus Burgundiæ curia, refertur.

§. 11.

1. Qui falſum inſtrumentum ipſe conficit, pœnam evitare nequit, ſi poſtmodum aſſerat in Iudicio, ſe eo uti nolle.

2. Delictum jam perpetratum omnem

*omnem excludit poſtmodum pœnitentiam.*

§. 12.

1. *An is, qui falſa pondera, menſuras &c. conficit, vendit aut locat, re poſtmodum comperta, pœnam falſi evitare queat, ſi ignorantiam prætendat, eamque probare velit?*
2. *Multi hoc affirmant, quoniam falſitas abſque ſcientia non punitur.*

§. 13.

1. *Ad infligendam pœnam in Crimine falſi, requiritur dolus malus.*
2. *Pœna præſupponit culpam.*
3. *Ignorantia, quæ in ſe eſt involuntaria, nullum inducit peccatum.*

§. 14.

1. *In dubio præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia.*
2. *Quod ampliatur procedere in delictis.*
3. *Ac in terminis menſurarum falſarum, ita docent Doctores.*

§. 15.

1. *Contrarium aſſeritur, ſcil. artificem adulterinarum menſurarum omninò puniri debere; quoniam quilibet de menſurarum æquitate & iniquitate prius cognoſcere tenetur, antequam eas aliis tradit.*
2. *Paria ſunt in Iure, ſcire & ſcire debere.*
3. *Ex eo, quod quis tenetur ſcire, præſumitur ſcire.*

§. 16.

1. *Qui menſuras fabricat, artis ſuæ ſolertiam & diligentiam exercendo profitetur.*
2. *Nemo affectare debet id, in quo intelligit, vel intelligere debet, imperitiam ſuam aliis periculoſam & damnoſam fore.*

§. 17.

1. *Tertiò, quoniam talis artifex neglexit menſuræ modum deſumere ex Archetypo Principis, publicè affixo, neque ſtigma ejuſdem imprimi curavit.*
2. *Hæc negligentia, ignorantiam planè excludit.*
3. *Quæ publica ſunt, & omnium oculis expoſita, ignorari non poſſunt.*

§. 18.

1. *Ea ignorare, quæ publicè manifeſta ſunt, habetur pro ignorantia craſſa ſupina & affectata.*
2. *Talem allegans ignorantiam, cenſetur allegare dolum præſumtum.*
3. *Proindeque tale factum illicitum, erit punibile.*
4. *Vbi quidpiam more ſolito eſt publica-*

*blicatum, ibi non excuſationi ſed condemnationi locus eſt.*

5. *Iura coercent quoque delicta involuntaria.*

6. *In Criminalib. pœnam corporis non contingentibus, lata culpa æquiparatur dolo.*

§. 19.

1. *Quartò, quoniam talis falſificator etiam in futurum nocet, & omnes decipit, qui tali menſura utuntur.*

2. *Falſa menſura non eſt menſura, & falſum pondus nullum cenſendum eſt pondus.*

§. 20.

1. *Qui operam dat rei illicitæ, ei omne id imputatur, quod ex ea re ſequitur.*

2. *Qui tale factum committit, quod quidem ſua natura capitale non eſt, ex eo autem cædes aut alia mala ſequi ſolent is propter ſolam culpam capitaliter puniri poteſt.*

§. 21.

1. *Reſpondetur ad contrariam primo loco adductam rationem, ignorantiam, quæ circa facta publica verſatur, excuſationem non mereri.*

2. *Illuſtratur hoc exemplo indebiti veri, quod per ſententiam fit debitum.*

3. *Item exemplo acquirentis in territorio Lundenſi, qui ob ignorantiam ſtatuti ejus Civitatis, non excuſatur.*

4. *Menſurarum juſtus modus in publicis Civitatum ædibus & templis proſtat, ut cuilibet ex Archetypo tali exemplum juſtum deſumendi conceſſum ſit.*

§. 22.

1. *Reſpondetur ulterius diſtinguendo inter ignorantiam invincibilem & vincibilem.*

2. *Fabricans aut vendens menſuras falſas, verſatur circa ignorantiam vincibilem, quæ non eſt excuſabilis, ideoque venia non eſt dignus.*

§. 23.

1. *Ad ſecundum pro Negativa adductum argumentum reſpondetur, quod intermittens id, quod publicè Lege cautum eſt exiſtat in lata culpa, conſequenter dolo præſumto, ideoq; pœna debita ſit plectendus.*

2. *Ignorans dolo non caret, ſi verſetur in actu per ſe illicito.*

§. 24.

1. *Reſpondetur ad tertium argumentum, nõ procedere, quando Lex allegant ignorantiam, reſiſtit.*

2. *Faciens rem prohibitam, dolosè facere cenſetur.*

3. *Vectigal ſolvere negligens, merces*

*ces committit, nec per ignorantiæ allegationem liberatur.*

4. *Diſſentientes allegantur remiſſivè.*

§. 25.

1. *Ampliatur, ut etiam ignorantia jurata allegantem non relevet.*

2. *Diſſentit Hippolytus de Marſiliis remiſſivè.*

§. 26.

1. *Is qui falſis & adulterinis menſuris vel ponderibus ignoranter uſus eſt, in mercatu publico, à pœna falſi hoc prætextu non liberatur.*

2. *Quoniam quilibet prius in menſurarum æquitatem aut iniquitatem inquirere debet, antequam publicè iis in foro utatur.*

§. 27.

1. *Deinde, quoniam pœnæ de Iure communi Criminum Reis conſtitutæ, afficiunt quoque ignorantes.*

2. *Denique, quoniam quando Civiliter tantum agitur ad pœnam pecuniariam, ſuſpicio falſitatis ſufficit pro falſitate.*

3. *Adducuntur Doctores, qui hanc ſententiam fovent.*

§. 28.

1. *Recenſentur diſſentientes.*

2. *Eorum rationes ſummatim adducuntur.*

3. *Iisdem reſpondetur.*

§. 29.

1. *Sententia ſuperius tradita, declaratur eatenus procedere, ut delinquens habita ratione circumſtantiarum arbitrariè, mulcta pecuniaria puniri debeat.*

2. *Ignorantia vincibilis, licet non excuſet à lata culpa, tamen liberat à dolo.*

3. *Cauſa injuſta licet non excuſet à toto, tamen excuſat à tanto.*

4. *Quoniam in cauſis pecuniariis lata culpa dolo aſſimilatur, ideò talis delinquens meritò extraordinariè eſt puniendus.*

5. *Referuntur Doctores aſſentientes,*

§. 30.

1. *Declaratur præfata ſententia, ulterius, ſi quis exhibeat eum, à quo deceptus eſt.*

2. *Quod ſi neminem exhibere poterit, habetur pro authore falſi.*

§. 31.

1. *Quoad irrogandam pœnam, an verba toties quoties, ſint referenda ad ſingulos metiendi actus, an verò ad ſingulos contractus, qui plures actus requirunt?*

2. *Affirmatur prius, quoniam tale*

*ſtatutum non tam contractū, quam factum ipſum punit.*

3. *Deinde quia abſurdum eſſet, æquali pœna afficere eum, qui uno actu falſum committit, ac eum qui ſæpius & iteratò id peregit.*

4. *Tertio, quoniam hic tot ſunt delicta quot actus, ideoque ſingulis delictis, ſingulæ ſunt imponendæ pœnæ.*

§. 32.

1. *An pœna graviori plectendus ſitis, qui utendo falſis menſuris, prima aut ſecunda vice in fraude deprehenditur?*

2. *Negatur; tum quod de correctione admonitus non fuerit, ideoque delictum præteritum ad exaſperationem pœnæ, allegari nequeat.*

3. *Tum quod in Crimine furti aſſidua attrectatio rei furtivæ, actiones furti non multiplicet.*

4. *Allegantur aſſentientes Doctores.*

§. 33.

1. *An is incurrat pœnam falſi, qui in re minima menſurando aut ponderando falſum commiſit? deciditur quod non.*

2. *Propter parvitatem materiæ, plurima in Iure ſunt impunibilia, quæ alias punirentur.*

3. *Nemo præſumitur pro minimo commodo falſum committere.*

4. *Deciſio hujus tenoris in Curia Neapolitana.*

5. *Declaratur hæc aſſertio, ut pro ratione circumſtantiarum, quandoque mulcta pecuniaria poßit imponi.*

6. *Illuſtratur exemplo rei minimæ furto ablatæ.*

7. *Mercatores in menſuratione pannos nimium tirantes & extendentes, arbitrariè puniuntur.*

8. *Diſſentientes.*

§. 34.

1. *An Mercator pondus juſto levius propria authoritate, adæquare & ad juſtam quantitatem, addendo aliquid, redigere poßit? Affirmatur.*

2. *Lex mutationem menſurarum prohibens, intelligit defraudationem aliorum, non verò reductionem ad juſtum pondus.*

3. *Quod eò magis procedit, ſi hæc correctio palam fiat.*

4. *Neque lex ullam pœnam hanc in rem ſtatuat.*

3. *Affertur deciſio in terminis.*

§. 35.

1. *Exactio pœnæ falſificationis non affert decepto præjudicium, quo minus contra lædentem agere poßit ad intereſſe.*

2. *Scien-*

2. *Scienter iniquè menſurando, alterum defraudans, furti actione conveniri poteſt.*
3. *Quod pro dupli reſtitutione accipit Author.*

§. 36.

1. *Quoniam Dominus territorii Iure ſuperioritatis, poteſtatem ſtatuendi de menſuris ſibi vindicat, ideoque ei meritò quoque coercendi poteſtas competit eos, qui contra Leges delinquunt.*
2. *Princeps, qui facit Legem, eandem quoque exequitur.*
3. *Fructus Iurisdictionis ad eum ſpectant, qui jurisdictionem exercet.*
4. *Quod ita obſervatur in Regno Neapolitano.*

§. 37.

1. *Exploditur diſtinctio Knicheni circa irrogandam pœnam falſificationis.*
2. *Item opinio Regnandi & Beſoldi.*

§. 38.

1. *Declaratur hæc ſententia, niſi Princeps alicui hanc poteſtatem per infeudationem aut alio modo conceſſerit, tunc enim Vaſallus pro modo conceſſionis hoc jus exercere poteſt.*
2. *Niſi rurſum prohibuerit, tunc enim cognitio & pœna ad principem pertinebit.*
3. *Conſilium in terminis, ſed diſſentit aliquatenus Beſoldus.*

§. 39.

1. *Plurimis in locis ex Conniventia principum mulcta pecuniaria pro falſificatione monetarum competũt Magiſtratibus Municipalibus.*
2. *Conſtitutio Ducatus Iuliacenſis circa hanc rem.*
3. *Statutum Electoratus Brandeburgici.*
4. *Conſuetudo Regni Scotiæ.*

§. 40.

1. *Sanctio Iuris Wirtembergici de irroganda pœna circa hoc delictum.*
2. *Iutellectus horum Statutorum traditur.*

§. I.

CÆterum ſi quiſpiam ſtateras, modios, libras, normas, ejusve generis menſuras corrumpat aut falſificet, dubium non eſt, quin hoc ſit ſpecies falſi & furti, isque falſi pœnâ & quidem atrociori tenebitur, nec immeritò.

2. Jure

2. Jure enim Divino crimen hoc abominale eſt coram DEO. Levit. *cap. 19. v. 35.* Deuteronom. *cap. 25. v.* 13. ac Salomon in Proverbiis inquit; Pondus & ſtatera ſunt judicia Domini. Proverb. *cap. 20. v. 10.* Ideò adverſus Dei ordinationem delinquit, qui pondere & ſtaterâ abutitur. Bartol. Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. rubr 1. tit. des juſtices. verb. & jurib. n. 97. fol. mih. 90.* Petr. Gregor. Tholoſan *in ſyntagm. lib. 36. cap. 1. n. 13.* Joan. Bonifac. *de furt. §. fraudulosa. 4. n. 50.* Jodoc. Damhoud. *in prax. Criminal. cap. 123. n. 2.* David. Mæv. *in Ius Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 7.* Unde de Fraudantibus menſuras & pondera ſequentia notabiliter ſcribit Beatus Hippolytus Epiſcopus: *Tunc ſiſtantur coram Iudicio Divino, ii qui habuerunt libram iniquam, ſtateras, menſuras, modios injuſtos, gement expectantes Iudicem Iuſtum.* B. Hippol. Epiſc. *de conſumat. mund. ap.* Margar. de la Bigne *in Biblioth. Sacr. tom. 7. fol. m. 13. B.* Qua de cauſa Fraudanti menſuras, etiam in foro conſcientiæ pœna imponi debet, ſecundum Ant. de Burgos *in cap. ut menſuræ, n. 1. X. de Empt. Vend. in Repetit. Iur. Can. tom. 4. fol. m. 519.*

§. II.

1. *Iure Civili*, depravatio Menſurarum ſummè civibus noxia & Reipublicæ pernitioſa exiſtit. Turbata enim rerum menſura, commercia hominum neceſſitatibus ſubvenientia, & omnia reliqua turbari, annonam inſuper cum pauperum oppreſſione onerari neceſſe eſt. *per text. in l. annonam. 6. §. 1.* ibi onerant ſtateræ adulterinæ *Dig. de extraord. Crimin.* Arnis. *de Iur. Majeſtat. lib. 1. cap. 1. n. 4.* Althus *in Polit. cap. 9. n. 14.* Reinking. *de jur. retract. quæſt. 6. n. 256.* Ahaſ. Fritſch. *ad Rayger. Theſaur. in Addit. 2. num. 1.*

2. Unde hoc crimen olim atroci pœnâ dignum viſum fuit. *Iure Iuſtinianeo* ſi quiſpiam pondera & menſuras

dolo

dolo malo corrumpat, aut emendo vendendo quicquam ſciens volensque iniquâ menſurâ vel injuſto pondere utatur, in falſi crimen incidit, ac furtum committit, ideò *dupli* reſtitutione & *pœnâ*, quanti ea res eſt, quantumve damnum dederit, punitur, ac præterea in Inſulam deportatur, ſeu magis relegatur tempore Principis arbitrio ſtatuendo. *per text. penult. ibi*: falſaſſent, corrumpunt. *Dig. ad L. Cornel. de fals. l. annonam. 6. §. fin. Dig. de extraord. cognit.* Dn. Harpprecht. *n. 34. & Doct. ad §. item Lex Cornelia. 7. Inſt. de publ. Iudic.* Farinac. *in oper Crimin. Quæſt. 150. n. 16.* Jodoc Damhoud. *in d. Prax. Crimin. cap. 123. n. 7. & 8.* Nicol. Bellon. *conſil. 43. n. ult.* Joan. Saiſon. *ad Conſuetud. Tourron. tit. 2. art. 2.* Petr. Gregor. Tholoſ. *in Syntagm. lib. 36.* Tiber. Deciàn. *in Prax. Criminal. lib. 7. cap. 22. num. 20.* Martin. Coler. *tract. de aliment. lib. 1. cap. 17. n. 34.*

3. Et hæc *pœna dupli* cum relegatione in ſupremis curiis quandoque obſervari ſolet, tradente Franc. Marc. *deciſ. Delphin. quæſt. 279. n. 5. part. 1.* Matth. Coler. *deciſ. 179. part. 1.* Saiſon. *ad Conſuet. Turronenſ. tit. 2. act. 2. fol. m. 34.*

4. At cum hodiè relegatio ſeu deportatio in Inſulam amplius non obſervetur; huic pœnæ fuſtigatio ſucceſſit. Sicuti de jure Saxonico, pœna falſificantis menſuras & pondera, iſt Staupenſchlag mit angehengter Landsverweiſung/ Weſenb. *in parat. Dig de falſ. n. 12.* Schneid. *ad d. §. item Lex. Cornel. 7. n. 10. Iuſtit. de publ. Iudic.*

§. III.

1. *Secundò*, competit quoque adverſus corruptores ponderum & menſurarum actio in factum pœnalis. *l. qui nomine. 25. Dig. ad Leg. Cornel. de falſ. l. annona 6. §. fin. Dig. de extraord. crimin.*

2. Dardanarii enim (die Fürkäuffer) propter falſum menſurarum modum ob utilitatem popularis an-

nonæ extra ordinem pro modo admiſſi puniuntur. *text. in l. Dardanarios 37. Dig. de pæn.* Cujac. *lib. 10. obs. cap. 19.* Farinac. *in oper Crimin. dict. quæſt. 150. n. 76. in princ. & circà fin.* Rittersh. *ad Novell part. 3. cap. 15. n. 4.*

3. *Dardanarii* enim ſunt & dicuntur, qui ob proprium commodum inſidiantur Annonæ, merces ſupprimentes, vel carius acerbiusve diſtrahentes, plerumque falſis utendo menſuris. Proinde cum ii jus publicum lædunt, nempe onerando annonam, eorum avaritiæ obviam itum eſt tam conſtitutionibus, quam mandatis Principum *per l annonam. 6. §. 1. ibi:* ſtateræ adulterinæ. *D. de extraord. crimin.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 3. cap. 3. num. 85.* Vid. Joan. Hering. *de Dardanar. cap. 3. num. 45.* Imò Fraudens pondera & menſuras, jus privatum quoque lædit; De quo eſt Gloſs. magna & ſingularis *in l. arbitrio 19. §. de eo. 3. D. de dolo.* Quæ tria capita Fraudantis conſtituit. Nempe *primò*, in venditore; *ſecundò* Emptore; *Tertiò*, in alio aliquo tertio, veluti, Qui contrahentibus falſa pondera commodavit. Cui adde *Quartò* eum, qui falſam menſuram vel falſum pondus retulit. Quæ capità ſingulariter explicat modo adductus Bargal. *dict. cap. 3. num. 88. & ſequentibus.*

§. IV.

1. *Tertiò*, debet prætereà Judex aut Officiarius Principis falſas quoque menſuras & pondera frangere, aut comburere. *per text. in l. item quæritur. 13. §. ſi quis menſuras. 8. ubi* Gothofr. *in Gloſſ. Dig. Locat.*

2. Omnia enim ea, quæ publicum rerum & commerciorum uſum impediunt à Prætore vel ædili Curuli, è medio tollenda ſunt. *arg. l. lectos. 12. Dig. de pericul. & commod. rei venditæ. l. 2. §. ſi quis nemini. Dig. ne quid in loco publ.* ne turpi lucro locus pateat. *per l. juſtiſſimè. 44. § proponitur. 1. Dig.*

*1. Dig. de ædilit. Edict.* Joan. Regnan. *de menſur. n. 6.* Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund. Rubr. 1. tit. de Iuſtices. verb. & juribus n. 97. fol. 90.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concl. 1048. num. 5.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. lib. 36. cap. 1. num. 16.* David. Mæv. *ad Ius Lubecc. dict. tit. 12. art. 1. num. 12.*

3. Quod adeo verum exiſtit, ut Judex ſciens & patiens menſuras illicitas, easque non puniens, ipſe tenetur & punitur, & de ſuo damnum illatum emendabit. *per l. aurum. 14. & fin. C. de ſuſceptor. præpoſit.* Maranta *in ſpecul. aureo part. 4. diſtinct. 11. num. 44.*

4. Hæc autem falſata pondera aut menſuræ publicè frangi, corrumpi, comburi ac perdi debent, propter Exemplum, quo hâc infamiâ cæteri corruptores menſurarum à propoſito malitioſo deterreantur. *arg. l. aut facta 16. §. 10. ibi:* exemplo opus eſt. *Dig. de pœn.* ut notat. Ludov. Molina *de Iuſtit. & Iur. tractat. 2. diſput. 701. num. 10.* Dn. Lindenſpür. *ad Ordin. Wirtemb. tit.* vom Gewicht. *fol. 262. num. 6. in fin.*

5. Quod imprimis *in Regno Caſtellæ* obſervatur, ut publicè frangantur menſuræ & ſtateræ adulterinæ. De quo eſt Conſtitutio *l. 2. tit. 13. lib. 5. Recopilat.* in verbis: *Que le quiebren publicamente la tal medida.* Et hoc juxta ſententiam *D. Gregorii* dicentis: *Ante omnia te volumus ſollicitè attendere ne injuſta pondera in exigendis penſionibus, ponantur: Sed ſi quæ talia inveniantur,* Frange & *nova conſtitue.* Gregor. *in Regiſtr. lib. 1. cap. 13. & 42.* Alphonſ. de Azevedo *ad dict. leg. 1. Recopil. num. 1.* De quo Juvenalis *in Satyra.*

*Et de menſura, jus dicere, raſa minora*
*Frangere pannoſus, vacuus Ædilis Ulubris.*

Juvenal. *in Satyr. 10.* Camill. Borell. *de Magiſtr. Edict. lib. 3. cap. 15. n. 22.* Jan. Langl. *in ſemeſtr. lib. 8. cap. 14. fol. m. 576.*

6. Nonnullis in locis laudabilis mos eſt, ut men-

ſuræ adulterinæ *palis publicis* , *patibulis* , *aut poſtello* an den Pranger oder HalßEyſen / aut aliis locis infamibus appendantur, quo defraudantium ignominia exindè augeatur , & hæc deceptio tantò melius coerceatur. David. Mæv. *ad Ius Lubecc. dict. tit. 12. art. 1. n. 13.*

7. Quartò, Jure *Canonico* diverſum Jus, & quidem ita *in Concilio Moguntinenſi* decretum eſt; Ut is, qui juſta pondera & menſuras lucri cauſâ mutare auſus fuerit, triginta dies in pane & aquâ pœnitere debeat. *per cap. ut menſuræ. 2.* ubi benè Anton. de Burges. *X. de empt. Vendit.* vid. etiam *Can. menſurarum. de pœnit. diſtinct. 1.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. lib. 36. cap. 1. num. 11.* Damhoud. *in prax. Crimin. dict. cap. 123. num. 6.* Menoch. *in arbitr. lib 2. caſ. 317. num. 3.*

§. V.

1. Quoniam ergò pœna defraudantium & corrumpentium menſuras publicas ſemper certa non fuerit, ſed diverſimodè determinata; Ideò *Caroli V.* Imperatoris Conſtitutio Criminalis pœnæ modum arbitrio judicis relinquit: Menſurarum enim defraudatores & corruptores, cæteris improbiores ſunt fures, imò peſſimum furtum committunt, cum ſub fide publicâ contrahentes decipiant, ideò meritò in eos arbitrariè tanquam in fures publicos animadverti poteſt. *per text. in l. ſi quis Uxori. 52. §. majora. 22. D. d. furt.* Damhoud. *in prax. crimin. cap. 123. num. 7.* Rittersh. *in Novell. part. 3. cap. 15. num. 5.* Joan. Bonifac. *d. furt. §. fraudulоſa. 4. n. 50.* Adeo ut pro cujusvis delinquentis diverſimodâ ratione, conditione & noxâ Reum pecuniariè punire, relegare, fuſtibus ſubjicere, aliisvé pœnis corporalibus, imò ob exceſſum enormem, ut qui pluries falſis menſuris furatus fuerit, *morte* plectere queat. *arg. l. in Dardanarios. 37. Dig. de pæn. junctâ*

*l. ſunt*

*l. ſunt quidam. 3. Dig. de extraord. criminib. l. lex Julia. 7. §. hodie. D. ad Leg. Iul. repetund.* Peinliche Halßgerichts Ordnung *art. 113.* Quo ſequentia conſtituta legimus: Welcher böslichen und gefährlicher weiß/ Maß/ Wag/ Gewicht/ Specerey/ oder andere Kauffmannſchafft/ fälſchet/ und die für gerecht gebraucht und außgibt / der ſoll zu Peinlicher Straff angenommen/ jhm das Land verbotten/ oder an ſeinem Leib/ als mit Rüthen außgehawen/ oder dergleichen/ nach Gelegenheit und Geſtalt der überfahrung geſtrafft werden: Und es möcht ſolcher falſch/ als offt gröſslich und boßhafftig geſchehen/ daß der Thäter zum Todt geſtrafft werden ſoll/ alles nach Raht/ wie zu End dieſer Ordnung vermeldet. Hoc eſt. *Qui fallendi animo pondera, menſuras, aridorum, liquidorum, vel ipſas merces, aromata, & quicquid vænum dari ſolet, adulterat, ac pro bonu juſtisque divendit, ad corporalem pœnam depoſci poteſt, velut in exilium mittatur, vel Virgis cæditur, ſive fuſtigetur; aut conſimili aliqua pœna, quam magnitudo delicti, & frequentia majorem exigit, vel minorem (ſi in re minima ſit) reddidit, affici debeat. Nam ſi diu ſatis, & in magni pretii-mercimoniis falſum* dolo malo *commiſerit, non injuſtum, neque legibus contrarium erit talem falſarium* Capitis damnare: *ut tamen nihil niſi diſertiſſimis Iuris Conſultis in Conſilium adhibitis decernatur. ubi* Remus. Vigel. ac Matth. Stephan. Menoch. *in arbitrar. lib. 2. caſ. 317. per tot* Farinac. *d. Quæſt. crim. 150. num. 76. in fin.* Schneidew. *ad §. fin. num. 15.* ubi Weſenb. *Inſt. d. empt. vendit.* Martin. Coler. *tract. de aliment. lib. 1. cap. 17. num. 34.* Matth. Coler. *lib. 1. deciſ. 179. num. 11.* Joan. Bonifac. *d. tract. §. 4. num. 50.* Schepliz. *ad Conſuetud. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 2. num. 5.* David. Mæv. *ad Ius Lubecc. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 8.* Articulum *Conſt. Crimin. 93.* late explicat Carpzov. *in Prax. crimin. q. 93. numer. 74. & ſeqq.*

 2. Ac

2. Ac in genere quod pœna falſi hodié ſit arbitraria & ad mortem usque extendi poſſit, tradunt Petr. Caball. *in reſolut. Criminal. 165. num. 10. & 11. & Reſol. 199. num. 5. ac Reſol. 206. num. 4. & ſeqq.* Gramat. *Vot. 25. n. 13.* Chriſtoph. Crus. *de indiciis lib. 2. cap. 35. num. 49.* Anton. Perez. *in Codic. tit. de falſ. num. 18.*

§. VI.

1. Quod imprimis ſuprema quoque Parlamenta ac *ſumma judicia* decidendo obſervant, teſte Franc. Marc. *deciſ. 279. part. 1.* Anton. Faber. *in Cod. tit. d. falſ. definit. 6. & 13.* Georg. Beat. *ſententiar. part. 4. de Criminal. tit. 44. per tot.* ubi refert, quod *Lanio*, per ſententiam Lipſienſium *Anno 1554.* qui falſis ponderibus, falſche Waag / und zweyerley Gewicht / i. e. *Falſa libra & duplici pondere, juſto uno, adulterino altero*, uſus erat, relegatione punitus fuerit. Ac quod Molitor *in Anno 1553.* Weiler falſche Scheffel und Metzmaß gebraucht / h. e. *Quoniam modio adulterino uſus erat*, pœnam virgarum ſuſtinuerit; Eadem pœna quibusdam mercatoribus, ob falſas libras & pondera dictata fuit. Bened. Carpzov. *in prax. Criminal. quæſt. 93. n 79 & ſeqq.* Qui *ſub n. 84.* atteſtatur, quod *in Anno 1624.* cuidam *Molitori* menſuram farinæ corrumpenti perpetua relegatio indicta fuerit; ac cum *Anno 1629.* in Olßnitz quidam Senatorii Ordinis falſum modium confecerat, eum ex Senatu removendum, & mulcta centum florenorum puniendum eſſe Scabinatus judicaverit. Pari modo, *Piſtores*, qui venalem panem minoris ponderis vendidiſſe deprehenduntur, pro primâ vice mulctâ pecuniariâ coercendos, pro ſecundâ vice banniendos fore *Curia Pariſienſis* judicavit *per leg. in excoctione. 2. ibi.* quadruplum *Cod. de excoct. & translat. milit. lib. 12. leg. jubemus. 16. Cod. de erogat. milit. annon. lib. 12.* tradente Joan. Papon. *in arreſt. lib. 6. tit. 1. arreſt. 7.* ac hujusmodi

hujusmodi pœnas ſæpius quoque illos coercuiſſe ſupremum *Mechlinenſe* Judicium, ſcribit Paul. Chriſtinæus *deciſ. Cur. Belgic. 199. n. 19. pag. 329. vol. 4.*

§. VII.

1. In Regno *Neapolitano & Siciliæ* ita per Imperatorem Fridericum *in Conſtit. Regni lib. 3. Rubr. 39. verb & legitima pondera.* Sancitum eſt, ut, quicunque fraudem in menſuris & ponderibus commiſerit, vel pannos tiraverit, pœna unius libri auri puniri debeat, quam ſi ſolvere nequeat, is appensâ menſurâ aut pondere falſo ejus collo, per totam civitatem fuſtigetur; quod ſi reiteratò in defraudatione deprehendatur, amputabitur ei manus; ſi tertià vice falſitatem commiſerit, ſuſpendatur. Robert. Marant. *in ſpecul. aur. part. 4. diſtinct. 11. num. 46.* Matth. de Afflict. *in Conſtit. Regn. dict. rubr. 35. verb. & legitima pondera. per tot.*

2. In *Regni Hungariæ* Conſtitutionibus ordinatum eſt, ut ſi quiſpiam in Regno alia menſura vel aliis ponderibus aut ulnis, niſi juxta Archetypum (*qui Budæ Regni metropoli* cuſtoditur) adæquatum utatur, etiamſi id per ignorantiam acciderit, in pœnam amiſſionis rei ponderatæ vel menſuratæ, perdendo pro parte ponderata vel menſurata incidat, ac totam rem veno expoſitam amittat: *Et hoc per Conſtitutionem* Sigismundi Regis *de Anno MCCCCV. art. 1. in fin. ap. Werbenz.*

3. In Regni *Scotiæ* Legibus conſtitutum eſt, ut is qui inæquali menſura aut pondere utitur, Regiæ Juſtitiæ *octo Vaccas* emendet pro transgreſſione. Statuta Reg. David. *ſecund. ap.* Skenæ. *cap. 14. fol. m. 51.*

4. In Ducatu *Ferrariæ*, ſingulari Statuto ſancitum fuit, ut is, qui menſuris non ſignatis aut falſis, (ſeu non bullatis & juſtatis, ut *Itali* loquuntur) uſus fuerit, in pœnam

nam decem ſolidorum, pro quâlibet vice incidat. Bartol. Bertazol. *conſil. crimin. deciſ. 209. ſub. num. 1.*

5. In Electoratu *Brandenburgico* ità ſancitum eſt in menſurarum falſificatores, daß wo einer mit falſcher Maß oder Gewicht betroffen / der ſolle ſeiner Wahren verluſtigt ſein. h. e. *Si quispiam deprehenſus fuerit, quod utatur falſificata menſura aut pondere, is pœna amiſſionis mercium ſuarum mulctandus erit.* Joach. Schepliz. *ad Conſuetud. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 2. & 3.*

6. Jure *Lubeccenſi* conſtitutum eſt, daß wann einer gleich rechte Maß führet / dieſelbe aber nicht voll gibet / der ſolle jedesmahls 2. Thaler Straff erlegen; Wer aber mit zweyerley Maaß und Gewicht betroffen wird / den ſoll man richten / gleich einem Dieb. h. e. *Rectâ licet utens menſurâ, ſed integrè non dimetiens metienda, quâvis vice duos thaleros ſolvito. Duplicem menſuram, pondus aut modium urſurpans, minorem cum alteri, majorem cum ſibi metitur aut ponderat, pro fure habetor & judicator.* Jus Lubecc. *lib. 4. tit. 12. art. 1. ubi* Dn. David Mævius *ſub num. 11. & ſeqq.*

7. Jure *Poruſſiæ* à Sigismundo Electore Brandenburgico Statutum fuit, quod ſi quis falſis ulnis, menſuris, libris, ponderibus fraudulenter abutatur, is criminaliter vel relegatione, vel pœnâ aliquâ corporali, putâ fuſtigatione, quin etiam ob frequentatam malitiam, quandoque ultimo ſupplicio puniatur. Jus Poruſſ. *lib. 6. tit. 8. art. 2. §. 1.*

8. De Africanis refert Joannes Boemus, quod *Ægyptii* eum, qui pondus, menſuram vel ſigna mutet, ambabus amputant manibus ut quæ corporis pars peccaſſet, eadem quoque plectatur, luatque per univerſum vitam pœnas triſtiores. Joan. Bohem. *lib. 1. de morib. Gent. cap. 5.*

9. Quod ſi quis civiliter agat contrà eum, qui falsâ menſu-

menſura in contractu uſus fuerit, ad intereſſe agi poteſt, ſecundum ea, quæ variè diſtinguendo tradit Marant. *in ſpecul. part. 4. diſtinct. 11. n. 46.* Joan. Regnaud. *d. menſur. n. 17. & 18. per tot.* Vincent. Caroc. *de Locat. part. 4. q. 2. per tot. fol. 979. vide infra cap. 13. per tot.*

§. VIII.

1. Quæritur autem; *An is qui falſis menſuris aut ponderibus ſcienter uſus fuerit, eadem pœna puniatur, qua doloſe fabricans menſuras depravatas puniri ſolet?*

2. Sane, ſecundum quosdam Doctores aſſeritur hac in caſu nihil intereſſe, utrum quis falſas menſuras & pondera doloſè confecerit, vel corruperit, an verò eisdem ſcienter *uſus* fuerit; Uterque enim in pœnam falſi arbitrariam incurrit, pariterque falſationis damnoſæ reus eſt. *per l. penult. §. 1.* ibi. corruperit, dolove malo fraudem fecerit. *Dig. ad leg. Corn. de falſ.* conſiderando ibi *verba finalia:* in Inſulam eos relegari, qui pondera aut menſuras falſaſſent; *juncta l. annonam. 6. §. 2. ibi.* qui falſas menſuras habuit, in Inſulam relegavit. *Dig. de extraord. cognit.* Uterque enim decipiendi animo verum immutat. *arg. leg. 1. cum ſeqq. Dig. ad Leg Corn. de falſ. leg. in falſos. 8.* ibi. uſu abſtinere. *Cod. ad Leg. Iul. de falſ.* Joan. Regnaud. *tract. de menſur. num. 19.* Jul. Clar. *recept. ſentent. §. falſum. num. 20. & 22.* Anton Faber. *in Cod. tit. de falſ. defin. 6. n. 1. ac defin. 10. n. 2.* Mar. Giurba *deciſ. criminal. 5. num. 2.* Bened. Carpz. *d. prax. crimin. quæſt. 93. num. 82.* David. Mæv. *ad dict. tit. 12. art. 1. num. 9.*

3. Veruntatem eorum aſſertionem approbo, qui mitiorem pœnam imponunt, ſcienter abutenti ponderibus & menſuris falſis, quàm ipſi falſificanti ac corrumpenti menſuras. *arg. l. majorem. 4. & d. l. ſi falſos. 8. Cod. de falſ. l penult. Dig. eod. tit. l. dardanarios. 37.* ibi. utuntur. *Dig.*

S *de pœ-*

*de pœn.* Jul. Clar. *dict.* §. *falſum. num.* 26. Martin. Coler. *tractat. de aliment. lib.* 1. *cap.* 17. *n.* 34.

4. Quod decidendo obſervare ſolent Dicaſteria Saxonica, teſte Matth. Coler. *deciſ.* 579. *n.* 10. & 11. Georg. Beat. *in ſentent. dict. part.* 4. *Crimin. tit.* 44. *per tot.*

5. Quam ſententiam ceu benigniorem, habitâ circumſtantiarum ratione lubens approbo. Nam is qui non falſificavit menſuras aut pondera, ſed falſa menſura ſaltem uſus fuerit, arbitrariè tantum punitur, ex benignitate, *arg. l. ſi falſas. Cod. ad L. corn. de falſ.* Quod convenit Speculo Saxonico *art.* 13. *lib.* 2. *ubi Additio Latin. lit. E.* Cum juxta quantitatem criminis, quantitas pœnæ quoque menſuranda ſit. Arnold. Raiger. *in Theſaur. Pract. lit. M. verb. Menſura.*

§. IX.

1. Cæterum Menſuras corrumpens eò gravius delinquit, quo *majorem menſurarum numerum* falſificavit, aliosvé menſuris adulterinis utendo, ad delinquendum invitat, promovet, ac occaſionem dat. Similiter, qui ſciens volens menſuram & pondera iniqua alteri commodato dat, ad defraudandum alterum, actione de dolo tenetur & obligatur perſonæ defraudatæ ad reparationem damni, ac furti actione conveniri poteſt, *per text. in l. ſi quis uxori.* 52. §. *majora.* 22. *Dig. de furt. text. in l. arbitrio* 18. §. *de eo.* 3. *ibi:* ſi decipiendi cauſa adfirmaſſet, ſe æqua pondera habere. *ubi* late Anton. Faber. *in Rationalib. Dig. de dol. mal.* Johan. Regnaud. *de menſur. n.* 16. Jodoc. Damhoud *in prax. crimin. cap.* 123. *num.* 8. Azevedo *ad leg.* 2. *Recopil. num.* 4. *tit.* 13. *lib.* 5.

§. X.

1. Quæritur ulterius; *Qua actione Titius poſſit convenire Pamphilium, qui ſcienter ac ſtudio, ei falſas menſuras aut adulte-*

*adulterata pondera commodavit, quo in pœnam fraudantis menſuras inducat?* Commodantem *actione de dolo malo* teneri Reſpondeo. *per text. in l. 1. D. de dol. mal.* Quo Prætor Edictum propoſuit adverſus doloſos, qui calliditate quadam vel malitia ſua officiunt: Et ſubvenitur læſis, ne malitia ſit lucroſa vel ſimplicitas damnoſa.

2, Dolus enim eſt machinatio quædam decipiendi alterius cauſa: Et tenetur actione de dolo, qui ſciens dedit majora vel minora pondera. *per text. in l. arbitrio 18. §. ab eo. 3. D. dict. tit.* Nam Imperatores, cum Veteribus Juriſconſultis, ita abhorruerunt à dolo, ut cuipiam etiam ex perſuaſione, cui dolus inerat, actionem dandam eſſe cenſuerint. *per. l. ſervus. 20. §. ſi perſuaſeris. 1. l. ſi legatarius. 23. l. cum quis 31.* cum quis perſuaſerit familiæ meæ. *D. eod. tit.* Nam ſi quiſpiam aliquid dicit, adfirmat, decipiendi cauſa, actione de dolo conveniri poteſt. *l. quod venditor 37. verſ. ſi vera. ibi:* decipiendi cauſa *D. eod. tit.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 3. cap. 3. num. 94. & 95.* Colleg. Argentor. & Dn. Franzk. *in Digeſt. de Dolo.*

3. Proinde cum caſus iſte *in ſuprema Ducatus Burgundiæ Curia* incidiſſet, ſcilicet: *Si l'on peut agir contre celuy, qui a donnè de meſures fauſſes ou des poids ſciemment, pour faire condamner celuy, à quil en a fait preſt, en quelque amende & fleſtrir ſa reputation?* h. e. *An quis poſſit agere contra illum, qui dedit emenſuras falſas, vel pondera ſcienter, ad hunc effectum, ut condemnetur is, qui ea commodavit, in aliquam emendam ſive mulctam & labem ignominiæ, vel everſionem exiſtimationis ſuæ.* Actionem de Dolo dandam eſſe, Deciſum fuit; atteſtante Joan. Bouuot *in quæſt Nobil. Deciſiv. Tom. 1. part. 3. lit. M. verb. Meſure Fauſſe fol. m. 180.*

§. XI.

1. Pari modo ei, qui *falſum Inſtrumentum* ipſe confecit

fecit, nihil prodeſt ad pœnam evitandam, ſi poſtmodum eo uti nolle in judicio aut coram Prætore aſſerat *per text. in l. ſi falſas. 8. Cod. de falſ.*

2. Siquidem delictum jam perpetratum pœnitentiâ non revocatur, nec nocentiam purgat, nec per eam crimen perpetratum tollitur. *l. qui ea mente 65. Dig. de furt.* Anton. Fab. *in Cod. tit. de pœnis. defin.* 2. Carpzov. *in prax. Criminal part. 1. cap. 18. num. 22. & 24.* Quoniam delicto conſumato, Pœnitentia efficere non poteſt, ut factum pro infecto, aut delinquens pro tali in rei veritate non habeatur. *l.* quid ſit. *17. D. d. ædilit. edict.* Chriſtinæ *Deciſ. Belgic. 98. num. 3. vol. 5.* Balthaſ. Roth. *de pœnitent. c. 25. n. 4.* ac ita judicatum fuit, teſte Anton. Fabr. *in dict. Cod. tit. de falſ. defin. 10.*

§ XII.

1. Quæritur etiam? *an is qui iniquas menſuras, bilances, pondera & ulnas conficit, vendit aut locat, fraude poſtmodum comperta, ignorantia ſeſe excuſare poſſit, ac eandem probando à pœna falſi arbitraria liberetur?*

2. Et quidem talem per probationem ignorantiæ in nullam pœnam incidiſſe, plures ſunt, qui hoc tradunt; Idque *Primò.* ex regulâ Juris, qua dicitur, Falſitatem non puniri abſque ſcientia *per text. in l. 1. §. fin. Dig. ad l. Cornel. de fals. l. nec exemplum 20. Cod. eod. tit.* Quæ qualitas eſt de ſubſtantia delicti ex quo ignorans non dicitur delinquere. *per leg. ex maleficio. Dig. de obligat. & action. leg. 2. Dig. ſi quis in Ius vocat.* Ripa *in l. fin. num. 48. Cod. de revocand. donat.* Menoch. *in arbitrar. lib. 2. caſ. 186. num. 12.* Farinac. *tom. 4. Criminal. quæſt. 149. num. 161.* Gramat. *conſil. crimin. 25. num. 1. & 2.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 637. num. 20.* Cum Ignorantia non ſit actus voluntatis, quia privat à cognitione. Dn. Thomas *in 2. 2æ. quæſt. 6.*

*art. 2.*

*art.* 2. Coſta. *ſuprà eund. inſpect.* 85. Franciſc. de Amaya. *in Obſervat. jur. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3. *&* 4. Scientem enim non ignorantem lex vult obligare. *l. generaliter ibi.* conſenſum enim non ignorantiam volumus obligari. 3. *Cod. de tabular. lib.* 10. Bart. Cæpolla. *conſil. crimin.* 24. *num.* 9. *&* 10. Roman. *conſil.* 473. *n.* 2. Honded. *conſult. deciſ.* 42. *lib.* 1. Surd. *conſil.* 25. *num.* 30. Mar. Giurba. *deciſ. criminal.* 14. *num.* 11. Joſeph. de Seſſe. *deciſ. Arragon.* 227. *per tot.* Hinc jura ſpeciatim ſentiunt, quod lex ſeu conſtitutio puniens recipientem Bannitum non includat eum, qui ignorans receptavit, *per l. Metrodorum in verb.* Sciens. *Dig. de pœn. cap. ut animarum. X. de conſtit. in* 6. Roman. *d. conſil.* 472. Felin. *in cap.* 1. *col. antep. X. de officio delegat.* Socin. *conſil.* 118. *col. pen. vol.* 1. Gratian. *conſil.* 49. *num.* 35. *quos refert* Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 8. *num.* 127. *& ſeqq.* Petr. Caball. *in reſol. Crimin. caſ.* 287. *num.* 4. *&* 29.

§. VIII.

1. Et hoc, *pro ſecundo* in præſenti caſu tantò magis dicendum, ut ignorans liberetur, quoniam in Crimine falſi, *ſcientia & dolus malus* quàm propriè requiritur, ad puniendum aliquem utentem falſis Inſtrumentis. *per text. in d. l. nec Exemplum* 20. *ibi*: cum non niſi dolo malo committatur. *l. majorem* 4. *Cod. de falſ.* Plot. *in l. ſi quando n.* 624. *Cod. unde Vi.* Anton. Gabriel. *Comm. concl. libr.* 7. *concl.* 5. Joan. Bapt. Coſta. *de jur. & fact. ſcient. in Verb. Error.* Capyc. *deciſ.* 67. *num.* 7. quos allegat. Honded. *conſult. deciſ.* 109. *num.* 16. *vol.* 1. Anton. Faber. *in Cod. tit. de falſ. defin.* 7. *n.* 3. Caball. *in reſolut. criminal. caſ.* 144. *num.* 7. *& ſeqq.*

2. Unde Julius Clarus *in §. falſum. num.* 5. tradit, quod is qui utitur falſo inſtrumento, non punitur, niſi ſciens illud eſſe falſum, & eo uſus ſit. Cujus ratio eſt, quia pœna præſupponit culpam. Riminald. Jun. *conſil.* 640.

*num. 72. vol. 1.* ſed in ignorante non conſideratur culpa, ubi autem nulla contraventionis culpa, ibi quoq; nulla infligenda eſt pœna, notabilis textus *in cap. meritò ; & illa cavenda 15. quæſt. 1. l. ſi qua pœna 244. Dig. de verb. ſign. l. aliud 131. Dig. eod. tit. leg. qui injuriæ 53. in pr. Dig. de furt* Aymon. Cravett. *conſil. 204. num. 21. ac Conſil. 6. num. 10.* Rimnald. *dict. conſil 640. num. 76.* Grammat. *conſil. crimin 25. n. 1. & 2.* Bertazzol. *conſil. crimin. 141. num. 1.* Coſta. *d. tract. de jur. & fact ignorant. cent. 2. diſtinct. 98.* Ioan. Gœdd. *in l aliud. 131. num. 5. & 6. Dig. de verb. ſign.* Cavalcan. *deciſ. 17. num. 38.* Mar. Giurba. *deciſ. crimin. 12. num. 25. & ſeqq. quod latè & eleganter deducit.* Georg. Mund. *tract. de diffamat. cap. 2. §. 2. num. 25. & ſeqq.* Joan. Wames. *conſil. 7. n. 7.*

3. Hinc *Caſiſtæ ac Philoſophi* dicunt: Ignorantia, quæ in ſe eſt involuntaria nullum inducit peccatum. Quod enim nullo modo cognitum eſt, non poteſt cenſeri voluntarium, proinde nec poteſt imputari. Covar. *in c. alma mater. §. 10. num. 13. & 14.* Leonard. Leſſ. *de juſtit. & jur. lib. 4. cap. 3. Dubitat. 14. n. 97.* Euſtach. de Sanct. Paul. *in ſumm. Philoſoph. part. 2. de reb. moralib. part. 3. tract. 1. diſput. prior. quæſt. 2. & 3.* Conrad. Hornæ. *in Ethic. lib. 2. cap. 5. num. 10. & ſeqq.*

## §. XIV.

1. Præterea, *Tertiò* hæc confirmantur ex eo, quod Ignorantia in dubio præſumatur, niſi probetur ſcientia. *cap. præſumitur de Reg. Iur. l. verius 21. Dig. de probat.* Roland. à Valle. *conſil. 45. vol. 1.* Cacheran. *deciſ. 24.* Maſcard. *de probat. concl. 879. num. 6.* Joan. Aloyſ. Ricc. *part. 1. deciſ. Archic. Neapol. 89. num 1.*

2. Quæ tantò magis in delictis requiritur, cum ea ſcientem tantùm obligent. *per. leg. ex malef. Dig. de Obligat. & action. l. fin. ibi*: adverſus ſcientes paratas eſſe.

*Dig.*

*Dig. de decret. ab ordin. faciend.* Joan. Aloyſ. Ricc. *coll. deciſ. 1380.* Burſat. *conſil. 311. num. 67.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 375.* Tuſch. *Lit. l. concl. 320.* Ac ubi ſcientia requiritur, ſi ea ab actore probata non ſit, ignorantia præſumitur, copiosè. Vicent. Honded. *conſult. deciſ. 91. num. 13. vol. 2.* Cephal. *conſil. 720. num. 20.* Turret *conſil. 9. num. 50. & 79. vol. 1.* Menoch. *2. arbitr. caſ. 348. num. 3.* Simon de Præt. *conſil. 81.* Et hoc maximè verum obtinet, ad Reum excuſpandum & delictum excludendum. *per l. verius. 11. Dig. de probat. cap. ignorantia. X. de Reg. Jur. in 6.* Marc. Anton. Peregrin. *conſil. 105. num. 15. lib. 2.* Gomez. *in Var. reſol. part. 3. cap. 3. n. 50.* Maſtrill. *deciſ. 216. num. 7. latè.* Mar. Giurba. *deciſ. Crimin. 5. num. 3. ac deciſ. crimin. 27. num. 20.* Quoniam ſcientia particularis & individua nunquam præſumitur in his, quæ nocent. Garcia. *de nobilitat. Gloſſ. 4. num. 19.* Joſeph. Seſſe *decis. Aragon. 143. n. 12.*

3. Ac in terminis falſarum menſurarum & ponderum ita cenſent. Natta. *conſil. 72. num. 3.* Navar. *in manual. cap. 17. num. 169.* Martin. Coler. *d. aliment. lib. 1. cap. 17. num. 34.* Nicol. Vigelius. *in genere loquens de excuſando falſo cent. 5. decis. 10.* Aloyſ. Ricc. *deciſ. Archic. Neapol. 89. part. 1.* qui de falſis dimiſſoriis ignoranter uſis ita decidit.

§ XV.

*1.* Hæc tamen *me minimè movent*, ut talem Artificem adulterinas menſuras & pondera perficientem, vendentem aut locantem à pœnâ liberare poſſim. *Et hoc* I. ex ea ratione, quoniam quilibet de menſurarum & ponderum ſuorum æquitate & iniquitate priùs cognoſcere debet, imò tenetur, antequam eas aliis tribuat. *per l. aurum. fin. ibi*: ex aliqua ponderum iniquitate illatum diſpendium. *Cod. de Suſceptor. & propoſit. l. 2. ibi*; neque fallatur. *Cod. de ponderat.*

2. Paria

1. Paria autem in Jure ſunt, ſcire, & ſcire debere, vel ſcire poſſe. *text. in l. quod te. Dig. de reb. credit.* Aut probabiliter id ſuſpicari poſſe ac debere. *per leg. ſi quis domum. §. 1. Dig. locat. l. 3. § ult. cum l. 4. Dig. quod vi aut clam.* Gloſſ. *in leg. qui cum 19. Dig. de Reg. Jur.* ubi ait, parem culpam eſſe, ſcire, & ſcire debere, Philip. Decius. *ad d. l. qui cum 19.* antiquus Doctor Cœpolla. *conſil. 26. numr. 22. latè* Tiraquel. *de pœn. temper. cauſ. 13. num. 22. & ſeqq.* Jodoc. Damhoud. *in Prax. Crim. cap. 123. num. 9.* Meichsn. *deciſ. Cam. 3. num. 21. tom. 3.* Reinking. *tract. de retract. quæſt. 7. num. 120.* Anton. Faber. *in Cod. tit. de falſ. definit. 7.* loquens de *Aurifice*, qui etiam ignoranter Regia inſignia perfecerat, nec tamen tradiderat. Ideò quod *Opifex* in perficiendo menſuras & pondera publicum Principis Archetypum debitè non obſervavit, utique pœnæ reus eſt; quilibet enim ſibi imputare debet, ſi non proſpexit, quod alius diligentior in ſimili negotio erat proſpecturus; quivè quod evenire poteſt (id eſt quod menſuris non juſtis tertius lædatur, vel inevitabiliter decipiatur) non proſpexit. *per text. in d. l. ſi quis domum. 9. §. 1. ibi*: quia hoc evenire poſſe, proſpicere debuit. *D. locat. l. in hac. Dig. de damn. infect. l. ſi idem 11. in f. Dig. de Iurisdict. l. ſocio ſuo 72. Dig. pro ſocio.* Bartol. *in l. 27. §. 2. Dig. ex quibus cauſis major. in integr. reſt.* Alexandr. *conſil. 52. col. 6. lib. 2.* Aymon. Cravett. *conſil. 170. num. 11.* Surd. *conſil. 391. num. 43. ac Conſil. 365. num. 30.* Dn David. Magir. *ad l. qui cum 19 num. 2. Dig. de Reg. Iur.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. 677. num. 7.* Ideò Doctores tradunt, ex eo, quo quis teneatur ſcire, quod præſumatur, quod ſciat. Gloſſ. *in cap. præſumitur X. de Reg. Iur. in 6 ubi*: Petr. Pek. *num. 3. per l. juris ignorantia. Cod. qui admitti.* Menoch.

noch. *conſil. 82. num. 176. lib. 1.* Beſold. *conſil. 91. numer. 98.* Petr. Caball. *in Reſolut. Criminal. caſ. 287. num. 7.*

§. XVI.

1. *Secundò*, in prædictorum confirmationem tantò minus Opifex, qui falſas & adulterinas menſuras fabricavit, prætextu ignorantiæ à pœnâ ſe eximere poteſt, cum artis ſuæ ſolertiã & diligentiam exercendo profiteatur; Dann wer Maß und Gewicht macht/der ſolle dieſelbe/ dem Eägergewicht nach redlich machen i. e. *Qui menſuras & pondera conficit, is ea juxta Archetypum juſtè conficere tenetur.* Ideo quod imperitiam aut negligentiã commiſit, juſtiſſimè ei imputatur, ne prætextu humanæ fragilitatis delictũ decipientis in periculo hominum innoxium ſit. *per text. in l. illicitas. 6. §. ſicuti. 7. Dig. de offic. præſid.* Cum imperitia cujusvis, præſertim autem artificis culpæ attribuatur, *text. in l. ſi quis. 9. §. Celſus. D. Locat. l. 7. in f. Dig. ad Leg. Aquil. l. imperitia. 132. ubi* Bronchorſt: Matthæi: Dn. Magir. *Dig. de Reg. Iur.* nec Excuſat ignorantia illum, qui ſcire debuit, ex facto ſuo inconſulto damnum contrahentibus contingere poſſe. *cap. ult. ubi* Gloſſ. *extrà de injur. & damn. dat.*

2. Nec quiſpiam id affectare debet, in quo intelligit aut intelligere debet, ſuam imperitiam aliis periculoſam, ac damnoſam fore, publicam menſurarum harmoniam turbare, multosve in falſi ſuſpicionem intrudere *per leg. idem juris. 8. §. 1. l. ſi ex plagiis 52. §. ſi in divo. 2. Dig. ad Leg. Aquil.* Franciſc. Ripa *tract. de Peſte part. ult. §. Medico num. 64.* Jodoc. Damhoud. *in prax. crimin. cap. 77. num. 23. & ſeqq.* Everh. Speckhan. *cent. 1. quæſt. 24* Gail. *2. obſ. 111. num. 25.* Bœkel *in Viſion. Publ. judic. disquiſit. 6. pag. 149.* quos refert. Dn. Harpprecht. *ad §. præterea. 6. num. 2. & ſeqq. Inſtit. ad Leg. Aquil.*

§. VII.

1. Præterea ac pro *Tertio*, præcipuè juvat quod talis artifex menſurarum modum ex Principis Archetypo, publicè in Curiis Civitatis affixo non deſumpſit, nec ſecundum ſtatutum loci, menſuræ aut ponderi Principis ſtigma imprimere curavit, culpæ Reus eſt. Nam in omnibus ferè Provinciis conſtitutum eſt, ut modii ænei vel lapidei, cum ſextariis atque ponderibus per manſiones & Civitates ſingulas collocentur, ut in exactione præſtationum, ſicuti quoque in commerciis obſerventur: Et ut eò ſanctior eſſet iſta obſervatio & à fraude alienior *in Eccleſia plerunque* adſervabantur. *l. fin. C. de ſuſceptor. lib. 10. Novell. 128. cap. 15.* Ahaſuer. Fritſch. *ad Rayger. Addit. 2. num. 2.* Anton. Sola *ad Conſuet. Sabaud. Tit. de cenſib. Gloſſ. un. pact. 1. num. 3. ubi de moribus Ducatus Sabaudiæ.* juxtà ea *quæ ſupra cap. 7. & 8. dicta ſtatuit.*

2. Quæ negligentia ignorantiæ prætextum non admittit, ſed illum penitus abſorbet, cum hoc in caſu lex ſolemniter publicata, ac ut *Caballus in Reſolut. crimin. 87. n. 7. loquitur, præconiƷata* ei reſiſtat, ſiquidem de re palàm factâ ignorantia non præſumitur, ac in facto publico ignorantia neminem excuſat. *l. ſi tutor. cum* Gloſſ. *ibid. Dig. de peric. tut.* Felin. *in cap. vigilanti. col. 4. x. de præſcript.* Decian. *conſil. 36. num. 9.* Paris. *conſil. 66. num. 95. vot. 3.* Tiraquell. *d. retract. tit. 1. §. 35. Gloſſ. 4. num. 33.* quos refert Martin. Mager. *de advocat. armat. cap. 8. num. 15.* Becc. *conſil. 6. n. 14.* quem allegat. Hieron. Palma. *conſil. 65. num. 15.*

3. Quoniam ea quæ publica ſunt, & omnium oculis expoſita, ignorari non poſſunt. Anton. Gabriel. *Comm. Concl. lib. 6. tit. de Reg. Iur. concl. 5. num. 19. & ſeqq.* Anton. Faber. *in cauſis Montuſfer. part. 1. pag. 154.* Meichs *deciſ. Cameral. 3. n. 21. tom. 3.* Reinking. *de jur. retract. quæſt. 7. n. 120.*

Unde

Vnde ignorantia conſtitutionis per publica loca publicatæ, aut quod patriæ juribus ſancitum eſt, planè intolerabilis eſt. *l. leges. 9. ibi* intelligi ab omnibus debent, *& ibi* ut inhibita declinent. *Cod. de legib. & Conſtit. Princip. l. 1. Dig. de jur. & fact. ignor. cap. 1. x. de poſtul. prælat. c. cum tua. x. qui matrim. accuſar. can. 1. diſtinct. 16. cap. qui dictis. x. de jur. & fact. ignorant. Clem. 1. de Iudic.* Abbas. *conſil. 35. vol. 1.* Gabriel. *dict. concl. 5. num. 15.* Martin. Mager. *dict. cap. 8. num. 119.* Joan. Petr. Fontanell. *d. pact. dotal. Clauſ. 4. Gloſſ. 15. n. 13.* Anton. Perez. *in Cod. tit. de conſtit. num. 9. ac in tit. de Iur. & fact. ignor. num. 2.*

§. XVIII.

1. Præterea ignorare quod publicè manifeſtum eſt, craſſa, ſupina & affectata eſt ignorantia, quæ in doli ſuſpicionem incidit. *d. cap. cum tua. cap. cum inhibitio. §. 1. x. de clandeſt. deſponſ. l. nec ſupina §. facti Dig. de ignor. jur. & facti.* Maſcar. *d probat. Concl. 879.* Donell. *in Comment. lib. 1. cap. 20. in fin.* ubi Hilliger. Thom. Sanchez. *tom. 1. Moral. lib. 1. cap. 16.* Joan. Wames. *conſil. 7. num. 8. & 9. cent.* 1. Franciſc. de Amaya *in obſ. lib 1. cap. 3. num. 9.* unde Hippolyt. de Marſil. *in l. qui ignorans. n. 32. Dig. ad L. Corn. de ſicar.* & ex eo Gail. *2. obſerv. 48. num. 16.*

2. Tradit, quod allegans talem craſſam ignorantiam, alleget dolum præſumptum, ſeu latam culpam, hoc eſt, ſe ignorare, quod omnes ſciunt, & ſic propriam turpitudinem, proindè audiri non debere. vide etiam Martin. Mager. *d. tract. de advocat. armat. cap. 8. num. 116.* Reinking. *d. tract. de jur. retract. quæſt. 7. n. 119.*

3. Et hæc ignorantia allegata pro exculpatione facti illiciti, habetur pro ſcientia præſumptiva, quæ utiq; eſt punibilis. *arg. l. falſus. 43. §. qui alienam. ibi*: quod cujus ſit ignoret. *Dig. de furt.* Joſeph. Seſſe *deciſ. Aragon. 227.*

 *num. 2.*

*num. 2. & per tot. ac tract. de inhibition cap. 5. §. 8. num. 99.*

4. Ac ubi quid juxtà ſolitum publicatum vel præconizatum eſt, ibi non excuſationi ſed condemnationi locus eſt; ut dicunt. Nell. *tract. de bannit. quæſt. 20.* Aug. Armin. *ad* Angel *de malefic. verb. dicto maleficio ſemp. aſſiſter. num. 28. verſ. quæro. fol. 80.* Petr. Caball. *in reſolut. Criminal. caſ. 287. num. 8.*

5. Nam involuntaria quoque delicta jura coercent, prout patet *ex l. 2. in fin. Dig. de termin. mot.* quoniam etiamſi non crimen, culpa tamen quædam in ignorantiâ fuit, quæ utique punitur. *arg. l. cum quæſt. 18. §. ſi injuria 3. Dig. de injur.* cum lex definiatur coercitio delictorum, quæ vel ſponté vel per ignorantiam contrahuntur. *l. 1. Dig. de legib.* Auguſtin. *in cap. 1. cauſ. 5. quæſt. 1.* Ariſtotel. *3. Ethicor. cap. 1.* Gothofred. *ad d. l. 2. Dig. de term. mot.* Cujac. *lib. 19. obſervat. cap. 10.* Franciſc. de Amaya *obſerv. jur. lib. 1. cap. 3 num. 1.*

6. Ac in Criminalibus quoque, ubi agitur de pœnâ non corporali, lata culpa etiam in delictis dolo æquiparatur. Jul. Clar. *in praxi crimin. §. fin. quæſt. 84. n. 1.* Anton. Faber. *in Cod. tit. de falſ. defin. 10. n. 7.*

§. XIX.

1. *Quartò*; ſupra dicta ſententia ulterius confirmatur ex eo, quod is qui menſuras & pondera illegitima, nec Principis inſigniis notata ignoranter conficit, & vendit, tot contrahentes vendendo decipiat, quot poſteà menſurando ſeſe invicem contrahendo defraudant, ac hæc falſitas etiam in futurum aliquo tempore nocere poteſt, quod ſufficit, ut quiſpiam etiam ordinariâ pœnâ puniri poſſit, *arg. l. arbitrio. 18. §. de eo. 3. ibi:* de dolo actione *D. de dol. mal* per ea quæ tradit Anton. Faber. *in Cod. tit. de falſ. defin. 7. num. 6.* Jul. Clar. *in prax. criminal. §.*

*falſum*

*fálſum num. 35. circâ fin.* Mutatâ enim vel turbatâ rerum menſurâ, commercia hominum neceſſitatibus ſubvenientia, & reliqua omnia mutari & turbari neceſſe eſt, juxta Reſcriptum Regis Theodorici apud Caſſiodor. *lib. 1. Reſcript. 10.* Arnis. *de jur. majeſt. cap. 1. num. 2. lib. 1.* Althuſ. *in polit. cap. 9. n. 14.* quos refert. Reinking. *de jur. retract. quæſt. 6. num. 256.*

2. Falſa autem menſura non eſt menſura, ac falſum pondus nullum cenſendum eſt pondus. Leviticor. *cap. 19. in fin. text. in l. Paulus. 221. Dig. de verb. ſignif.* Nec modius eſt, qui iniquus eſt. Gloſſ. *in l. 2. C. de hæred. act.* Et falſus denarius non eſt denarius. Et falſa ſententia, non eſt ſententia. Rebuff. *in d. l. Paulus 21.* Alphonſ. de Azeved. *ad leg. 2. Recopil. tit. 13. lib. 5. num. 3.* Ideò enim modius dicitur, quod juſtum modum, juſtamque menſuram ſtatuit & diſcernit, ac cuncta moderatur. Gœdd. *ad d. leg. Paulus 221. num. 2.* ſicuti adulterinus nummus, aut falſus, nullus eſt nummus; Paria enim ſunt non ſolvere, ac reprobos nummos ſolvere. *l. eleganter. §. qui reprobos Dig. de pignorat. act.* Quemadmodum paria ſunt, non ſatisdare vel non idoneè ſatisdare. *l. quotiens. D. d. his qui ſatisdar.* Gloſſ. *in l 2. C. d. hæretic.* Rebuff. Dn. Magir *ac* Doct. *ad d. l. Paulus. 221.* Jodoc. Damhoud. *in Prax. Criminal. cap. 123. num. 9.*

§ XX.

1. Ideò cum talis opifex fabricando menſuras adulterinas cauſam proximam & maximam occaſionem delinquendi & alios decipiendi præbeat, *arbitrariam* falſitatis pœnam meritò incurrit; Nam qui operam dat rei illicitæ, ei omne imputandum eſt, quod ex ea re ſequitur. *per cap. ſuſcipimus. 10. & cap. ſicut. ex literarum. 20. ubi etiam* Canoniſtæ, *x. d. homicid.* Ac cauſa cauſæ eſt etiam

 cauſa

cauſa cauſati. *per l. 15. D. ad L. Corn. d. Sicar.* Cum cauſæ & cauſativi idem ſit Judicium. *l. quo minus. D. d. Flumin. l. dotem quam dedit. 6. D. d. Collat.* vid. Bartol. Cæpoll. *conſil. crimin. 2. num. 12. lib. 3.* Surd. *d. aliment. tit. 1. q. 42. num. 49.* Andr. Gail. *lib. 2. obſerv. 88. num. 8.* Schickard. *in Logic. Iur. loc. 16. Regul. 1. num. 3.* Reinking. *d. Iur. retract. quæſt. 2. num. 356.* Georg. Mund. *d. diffam. cap. 5. §. 2. n. 99.* Et hoc bene exemplis illuſtrat. Joan. Aloyſ. Ricc. *deciſ. Archic. Neapol. 100. part. 1. per tot.*

2. Adeo quidem, ut is qui tale factum commiſit, quod ſua natura non capitale, at ſi ex eo cædes aliave damna Reip. pernitioſa crebro ſequi ſolent, etiam propter ſolam culpam criminaliter *imò capitaliter* puniri poſſit. *text. in l. 6. C. ad L. Iul. d. vi publ. l. 1. C. d. Cuſtod. reor. l. ſi quis aliquid. 38. §. 5. D. d. pœn. l. omne delictum. §. qui in acie. D. d. re militar. l. excipiuntur. D. ad SC. Syllan.* Bart. Tægues *tr. cauſ. criminal. part. 6. num. 12.* Herman. Gæhaus. *in Pericul. Acad. part. 2. quæſt. 37. fol. m. 180.* Qua ſane ratione Doctores tradunt, quod in delictis non corporalibus ſed pecuniariis, lata culpa æquiparetur dolo, eive omnino ſit coæva. Br. *in l. 1. §. 1. num. 1. D. ſi quis teſtam. lib.* Petr. Caball. *Reſol. crim. caſ. 31. num. 20.* Anton. Faber. *in Cod. tit. d. falſ. defin. 10. num. 7.* Ita in terminis Jodoc. Damhoud. *d. Prax. crim. 123. num. 9.* Mar. Giurba. *deciſ. crim. 5. num. 18.* Anton. Faber. *in Codic. tit. de falſ. defin. 7.*

§. XXI.

1. Nec adverſatur modo dictis, *Prima pro Negativa* de Ignorantia allata *Ratio*, quod ea in delictis puniendis excuſet. R. Enim *quoniam* Ignorantia excuſationem non meretur, quæ circa facta publica verſatur. *per l. ſi tutor. D. de pericul. tut.* Tiraquell. *de retract. tit.* 1. §. *35. Gloſſ. 4. n. 33* Hippolyt. de Marſil. *in l. qui ignorans. n. 23. D. ad l. Corn. de ſicar.*

*de ſicar.* ubi tradit; *Allegantem ignorantiam facti publici eſſe in dolo præſumpto, & in lata culpa, ideo eum audiendum non eſſe: per l. leges 9. ibi*: intelligi ab omnibus debeat. *C. de legib.* Cum paria ſint ſcire aut ſcire debere. *per text. in l. Regula 9.* ibi: diligenter inquirendo *D. de Iur. & fact. ignor.* Tiraquel. *de pœnis cauſ. 13. num. 22.* Joan. Bapt. Coſta *de facti ſcientia inſpect. 65. per tot.* Unde Caſtro Palao ſcribit; *Idem eſt, quoad peccatum, præceptum ſcire & illud ſcire debere. per l. quod te. 5. ibi:* ſed etiamſi, aliqua juſta *cauſa* ſit, propter quam intelligere deberes. *D. de reb. credit.* Quando ergò *ſcis præceptum, & exequeris non peccas.* Ergò *etiam peccas, quando debes ſcire. cap. ſi culpa X. de injur.* Ferd. de Caſtr. Palao. *in oper. moral. part. 1. tr. 2. diſput. 1. Punct. 15. n. 5.*

2. Id quod illuſtratur *Exemplo ex Anania* deducto: Nam indebitum verum, per ſententiam fit debitum, quando is, contra quem fuit pronunciatum, non appellavit: aut poſt appellationem, eam deſertam reliquit; Quia ſcire debuit, quod indebitum fit per ſententiam debitum. *per l. 1. C. de condict. indebit.* Ananias *conſil. 6. n. 5.* Flamin. Chartar. *deciſ. 109.*

3. Alio *Exemplo illuſtratur hæc aſſertio*; ſcilicet quod Acquirens in territorio *Laudenſi* non excuſetur ob ignorantiam ſtatuti ejus Civitatis: quia debuit ſe informare *de Statutis Laudenſibus*, & illa ſcire, unde ei non ſubvenitur remedio reſtitutionis in integrum ex clauſula generali. Alciat. *reſponſ. 33. num. 30. & ſeqq. lib. 2.* Sforzia Odd. *de reſtitut. part. 1. quæſt. 48. art. 1. n. 7.*

4. Menſurarum autem juſtus modius in publicis Civitatum ædibus vel Eccleſiis affigitur ac Conſtituitur, ut quilibet tam contrahentium quam fabricãtium, ex tali archetypo juſtam menſuram ſumere poſſit & debeat. *Novell. 128. cap. 15. ibi*: in ſanctiſſima unius cujusque Civi-

Civitatis Eccleſia ſervari. Guid. Papæ *deciſ. 490.* Fr. Marc. *deciſ. 279. num. 2. vol. 1.* Saiſon *ad Conſuet. Turonens. tit. 2. art. 2. Verb. Meſures à ble.* Ita *in Regno Neapolitano* menſuræ Regiæ lapideæ ſunt erectæ, in atrio Palatii Magnæ Curiæ Vicariæ. Cum armis & inſigniis Regiis, *juxta l. 2. C. de frum. Alexander. lib. 11.* Camill. Borell. *de Magiſtrat. edict. lib. 3. cap. 13. num. 9.* Ideo hujus modii ignorantiam & inſcitiam Fabricans aut Vendens Menſuras aut Stateras injuſtas allegare nequit pro remittenda pœna. Quoniam Ignorantia Conſtitutionis per loca publica factæ, non eſt tollerabilis, *per cap. 1. diſtinct. 16. cap. quod dictis X. de jur. & fact. ignor.* Gabriel. *lib. 6. comm. concluſ. Tit. de Reg. Iur. concl. 5. num. 5.* Nam quilibet præſumitur ſcire, quod publicè ſcitur. Natta *conſil. 251. num. 3.* Mart. Mager. *de advocat. armat. cap. 8. n. 119. & 120.*

§. XXII.

1. *Secundo*, diſcrimen habendum eſt, inter Ignorantiam invincibilem & vincibilem. *Ignorantia Invincibilis* meritò delinquentem excuſat; Quis enim poterit ejus rei Ignorantiam vincere, cujus nihil menti occurrit, per per quod illam vincere poſſit, acquirendo ſcientiam oppoſitam Palas *de legib. diſput. 15. ſect. 11.* Franciſ. Suarez. *de Legib. lib. 5. cap. 12. per tot.* Covar. *in cap. alma mater part. 1. §. 10. num. 6.* Gregor. Caraff. *de duello tr. 5. ſect. 1. q. 1. per tot. fol. m. 437.* Secus verò dicendum eſt de *Ignorantia vincibili*, dum Ignorans non adhibuit ſufficientem diligentiam, juxta qualitatem negotii ad illam vincendam; v. g. *Ut ſi habens officium aliquod, tantam diligentiam non adhibuit ad cognoſcenda ea, quæ pertinent ad proprium officium. §. præterea. Inſt. ad l. aquil.* latè Gregor. Caraffa *dict. tr. 5. ſect. 1. quæſt. 3.* Sanchez. *de matrimon. lib. 5. diſput. 32. num. 33.* latè Caſtro Palao. *in oper. moral. part. 1. tr. 2. Diſput. 1. Punct. 15. n. 5.*

2. Proin-

2. Proinde cum *fabricans aut vendens* falſas menſuras hanc ignorantiam facile vincere, eamque corrigere & fraudem evitare, potuerit nempe adæquando illas cum archetypo, utique venia dignus non erit. Præſertim cum ignorantia facti proprii *eo minus* Delinquentem excuſet, cum Tertio perinde damnum illatum ſit, contra tamen ſecus erit. *arg. l. quod venditor. 32. D. de dol. mal. l. ætate. 11. D. de interrog.* Georg. Mund. *de diffamat. cap. 2. §. 3. num. 96.*

§. XXIII.

1. *Ad ſecundum argumentum*, de dolo ceſſante in Ignorante *Reſpondetur*. Quod intermittens id quod publicè legibus præcipitur, exiſtit in lata culpa, & conſequenter in dolo præſumpto, qui utique pœnæ debitæ ſubiicitur: Joſeph. Seſſe *deciſ. Aragon. 112. num. 20.* Cœpolla *conſil. 37. num 3.* Dolus enim præſumptus dicitur machinatio calliditas & fallacia in alterius damnum ex probabili ſed non excuſabili conjectura ab homine prò veritate habita. *per l. 1. §. 1. D. de dolo.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 2. cap. num. 9.* Dolus autem præſumptus ſufficit ad condemnandum in pœna pecuniaria, juxta Hippol. de Marſil. *conſil. 7. num. 10.* Gabriel. *conſil. 169. num. 4. vol. 4.* Cum igitur Artifex falſificando menſuras iniquas & falſas, easque vendens, nec etiam adæquare cum *Archetypo* curavit, in lata culpa ac dolo præſumpto exiſtit, ideò merito tanquam culpæ Reus puniendus erit.

2. *Præterea* ſciendum eſt, quod Ignorantia à fraude & dolo non ſit libera, nec Ignoraus dolo careat, ſi in actu per ſe illicito verſetur. Hoc enim in caſu Dolus ſemper vel eſt notorius, vel ſanè indubitate præſumitur. *Gloſſ. in l. dolum. 6. C. d. dol. mal.* Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 7. num. 23.* Quæ dicitur præſumptiò juris, & probatio li-

V quiſſima

quidiſſima vocatur. *arg. l. licet Imperator. 74 Dd. legat. 1.* Curt. Jun. *conſil. 53. num. 10.* Georg. Mund. *de diffamat. cap. 2. §. 3. num. 95.*

§. XXIV.

1. *Tertium argumentum in contrarium* adductum ſcilicet, quod ſcientia non præſumatur, cum ſit facti, ſed ab actore cum allegante probanda ſit; Non ſubſiſtit, in eo caſu, quo Lex Ignorantiam alleganti reſiſtit; ut puta præcipiendo vel prohibendo aliquid, ut fiat vel ne fiat, publicata inſuper lege vel conſtitutione: Quo caſu ignorans, aut ignorantiam allegans in dolo eſſe dicitur & præſumitur. *per l. quemadmodum 7. in fin. ibi:* Malæ fidei namque poſſeſſorem eſſe, nemo ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur. *C. de agricol. & Cenſit. lib. 11. l. 27. D. de regul. jur. cap. 82. de Reg. Iur in 6.*

2. Sicuti alias dicimus, ut quoties quiſpiam rem prohibitam facit, Eum doloſé facere cenſeri. Frider. *de Proceſſ. extrahend. lib. 1. cap. 23. n. 18.* Georg. Mund. *d. diffamat. cap. 2. §. 3. n. 100.*

3. Hinc tranſeuns cum mercibus per locum ubi Vectigal ſeu Gabella ſolvitur, eam autem ſolvere neglexerit, merces in commiſſum cadunt, nec per ignorantiæ allegationem à commiſſo ſeſe liberare poteſt. *arg. l. commiſſa D. de vectigal. & commiſſ.* Franc. Revertor. *deciſ. Neapol. 552. num. 1.* Ubi Deciſionem adducit Don. Anton. de Marin. *obſerv. ibid. 552. num. 1.* Et ante hoſce Roland. à Valle *conſil. 54. num. 3. lib. 1.* Steph. Guazzin. *de confiſcat. bonor. concluſ. 13. ampliat. 82. n. 9.* Koppen. *deciſ. 50. n. 26.*

4. Diſſentit Abbas Panormit. *conſil. 68. num. 2. ac 35.* Menoch. *conſil. 98. num. 22.* latius Regn. Sixtin *de Regal. lib. 2. cap. 6. num. 193. & 194.* vide latè Henric. Klock. *de vectigal. theſ. 98. lit. B per tot.* Dn. Gölniz. *de jur. vectigal. cap. 5. num. 6. fol. m. 264.*

1. Et

§. XXV.

1. Et hoc adeò verum eſt, ut hæc ignorantia, *etiam per Iuramentum* probata, Delinquentem non relevet. Quamvis enim ignorantia regulariter per juramentum probetur *per cap. fin. X. qui matr. accuſ. poſſ. l. ſi tutor. 5. C. de pericul. tutor.* Honded. *2. Conſultat. 92. n. 15.* Joh. Bapt. Coſta *de facti ſcient. & ignorant. Inſpect. 84. num. 2.* Hoc tamen non procedit, quando Lex ſcientiam præſumit. *per cap. Vidua 4. X. de regular. vel* ſi de alterius præjudicio agatur. Dominic. *in cap. eos qui 2. de tempor. ordin. in 6.* ac ignorantiam alleganti ſpecialis aliqua præſumptio adverſetur. Cacher. *deciſ. 71. n. 3.* Menoch. *2. arbitr. caſ. 185. n. 7.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 11. num. 70.* Mund. *dict. cap. 2. §. 3. num. 102. vel* in ignorantia juris, quæ pro ſcientia habetur. vide Maſcard. *de probat. concl. 88 per tot. Qui ſub n. 11. tradit.* Quod ignorantia, ejus quæ publicè nota eſt, juramento non probetur. Honded. *1. conſult. 55. num. 65.* Petr. Peck. *ad cap. præſumitur. 47. num. 7. ubi pro & contra hoc diſputat.* Gail. *2. obſerv. 48. num. 23.* Quod variis ampliationibus & Limitationibus deducit Seraphin. *de privileg. jurament. Privileg. 4. per tot.*

2. Diſſentit Hyppolit. de Marſil. *in l. ſi quis ignorans in pr. D. de falſis.*

§ XXVI.

1. Ex quibus jam deductis facillimè etiam hæc quæſtio reſolvitur; *An is qui falſis & adulterinis menſuris vel ponderibus ignoranter uſus fuerit in mercatu publico*, zu offnem Marck / *impunè hoc committat, ac à falſi pœna ignorantiæ prætextu liberetur?* Et hoc utique *Negamus*;

2. *Tum* (1.) per rationem ſupra adductam; quod quilibet prius de menſurarum & ponderum æquitate vel iniquitate cognoſcere teneatur, antequam illis pu-

 blicè

publicè in foro utatur. *per l. aurum. fin. C. d. Suſceptor. l. 2. C. d. ponderat. lib. 10.* Paria enim ſunt in his quæ ſunt juris, ſcire vel ſcire debere, aut ſcire poſſe. *l. quod te. D. d. reb. credit. l. ſed non. D. d. acquir. vel omitt. hered.* Weſenb. *conſil. 8. num. 36.* Vult. *conſil. Marp. 22. num. 82. vol. 1.* Mar. Giurba. *deciſ. crim. 38. num. 24.* Jo. Bapt. Coſta *de facti ſcientia & ignorant. Inſpect. 65. per tot.* Cum ignorantia legis aut conſtitutionis publicatæ dicatur craſſa & ſupina, quæ neminem excuſat. *per cap. 2. ubi* Henric. Roich. *d. conſtitut. in 6. cap. cum illorum. X. d. ſentent. excommun. l. nec ſupina. D. d. Iur. & fact. ignor.* Capra *concl. 3. num. 2.* Farinac. *in Fragment. crim. verb. conſtitutio. num. 703. & ſeqq.* Barthol. Bertozol. *conſil. crim. deciſ. 494. n. 11.* Mar. Giurba. *deciſ. crim. 38. n. 24.* Quæ à canoniſtis ignorantia vincibilis dicitur, quia de facili vinci poteſt. Diſtinctè Claud. Bertazol. *ad conſil. crim. deciſ. Patrus 516. lit. B.* Lœl. Mancin. *in controverſ. ſacr. Iur. diſſert. 12. cap. 9. num. 43. & paſſim.* Qua de cauſa Menſurarum & ponderum archetypus publicè in valvis eccleſiæ à Magiſtratu affigitur, ne quiſpiam ſub prætextu ignorantiæ ſeſe à pœna falſi excuſare audeat. *per d. l. modios. 9. C. d. Suſceptor. lib. 10. Novell. 128. cap. 15. ubi* Rittershus. *&* Matth. Stephan. *ad Novell.*

§. XXVII.

1. *Tum (2.)* in confirmationem horum adduco, Regulam illam, quod pœna quæ Jure communi criminum Reis conſtituitur, ignorantes quoque afficiat. *l. 2. D. d. termin. mot. l. leges. 9. C. d. Legib.* Definitur enim lex, coercitio delictorum ſive ſponte ſive per ignorantiam committantur. *per l. 1 D. d. Legib.* Didac. Covar. *in cap. Alma mater. part. 1. §. 10. num. 9.* Bened. Carpzov. *in prax. crimin. quæſt. 61. num. 44.* ubi de adulterio loquitur. Unde cùm naturalis obligatio ſit ad pœnam, ille profectò qui

legem

ſegem frangit, quantumvis pœnæ ignarus, non ſecus obligatur quam ſciens. *arg. l. Imperatores.* ibi: ipſe te huic pœnæ ſubdidiſti. *D. d. Iur. fiſc. l.* 1. §. *beſtias. D. d. Poſtuland. Novell. 7. cap. 5.* Gomez. *d. action. ad §. omnium. n. 2.* Avilla. *tr. de cenſur. part. 2. cap. 5. dubit. 7.* quos refert. Lœl. Mancin. *diſſert. 12. cap. 9. n. 5. & ſeqq.*

2. (3.) *Facit* huc, quod ſi civiliter tantum agatur vel ad pœnam pecuniariam, ſuſpicio falſitatis ſufficiat pro falſitate; Per ea quæ tradit Aymon. Cravet. *conſil. 134. num. 26.* Curt. Jun. *conſil. 64. num. 5.* ſed parce. Cardin. Seraphin. *deciſ. 1254. num. 4.* latè Surd. *conſil. 173. num. 1. cum ſeqq. lib. 2.* Gratian. diſcept. *forenſ. 752. n. 5.*

3. Illa cenſet Jodoc. Damhoud. *in prax. crim. cap. 123. num. 9.* Diodor. Tulden. *in Codic. tit. d. falſ. num. 3.* Anton. Faber. *in Cod. tit. d. falſ. defin 10. num. 6. & 12. num. 7.* ubi mulctam pecuniariam utentibus falſo inſtrumento Senatus Sabaudiæ addixit. Anton. Perez. *in Cod. tit. d. falſ. num. 3.*

§. XXVIII.

1. Ab hac tamen ſententia recedunt, & quidem in terminis menſurarum Martin. Coler. *d. aliment. lib. 1. cap. 17.* ubi ita pronunciatum fuiſſe refert *ſub num. 34.* Nicol. Vigel. in genere loquens de falſo. *cent. 5. deciſ. 10.* Joan. Aloyſ. Ricc. de utente falſis dimiſſoriis. *deciſ. Neapol. 89. part. 1.* Coſta *de fact. & Iur. ignorant. inſpect. 5. num. 13.* Mar. Giurba *deciſ. crimin. 5.* de falſis teſtibus loquens *ſub n. 2. & 3.* Knichen. *d. Iur. territor. cap. 4. n. 298.*

2. Quorum Rationes in unum fere congeſſit. *Ioannes Bounotius:* ſcilicet, quod non contrahatur crimen, ſi voluntas nocendi non intercedat: Ac ea quæ ex improviſo caſu accidunt, plerumque fato non culpa imputentur. Quoniam ſine dolo malo, nemo delinquat

*l. in furti. D. de furt.* Ac Furtum, animum furandi requirat. *l. furtum. D. de uſucap* Propoſitum enim & voluntas diſtingunt maleficium delinquentis. *l. qui injuria. D. eod.* unde Seneca ſcribit: *Beneficium ab injuria diſtinguit, non eventus ſed animus.* Ac ita in cauſa Symphorien Mugnier in ſuprema Dyonenſi Curia *Anno 1599. 15. May* pronunciatum eſſe, aſſerit prædictus Bouuot. *quæſt. notab. deciſ. tom. 1. part. 2. lit. M. Verb. Meſure. quæſt. 1.*

3. Veruntamen hiſce Rationibus obviam itum eſt jam ſupra *num. 19. & ſeqq.* Habita ratione inter ignorantiam ſimplicem & ignorantiam affectatam, quæ pro ſcientia habetur præſumptivè, dum venditor merces menſurando illud ignorare prætendit, quod omnes venditores & Menſores ſcire debent. *l. nec ſupina. 6. Regula. 9. D. de jur. & fact. ignor.* Jo. Bapt. Coſta *de fact. ſcientia. in ſpect. 65. per tot.* Caſtro Palao *in oper. moral. part. 1. tract. 2. diſput. 1. Punct. 15. & 17.* Menoch. *lib. 2. præſumpt. 23. n. 61. & 66.* Joh. Bapt. Larrea *deciſ. Granat. 55. n. 29.*

§. XXIX.

1. Hanc tamen ſententiam, quâ conficientem vel utentem *at* ignoranter menſuris & ponderibus falſis pœna condigna afficiendum eſſe propter ſcientiam præſumptivam ſupra diximus; Eatenus *Declarandam* cenſeo. Quoad modum pœnæ I. ut tali modo delinquens *Arbitrariè tantùm* ac habita ratione circumſtantiarum haud aliter quam mulcta pecuniaria puniri poſſit. Anton. Faber. *in Codic. tit. d. Falſ. defin. 2. numer. 3. & defin. 12. num. 7.* Anton. Perez. *in Cod. d. Falſ. n. 3.*

2. Quoniam illi non ex proereſi & propoſito ſed magis ex ignorantia vincibili menſuris adulterinis contrahentes decipiunt, quæ licet non excuſet à lata culpa, attamen à dolo liberat, ideò mitigationem pœnæ quoq; meretur,

meretur, cum magis ex incuria hæc deceptio proveniat. Jul. Clar. *in §. fin. quæſt. 60. in fin.* Paul. Caſtrens. *inter conſil.* Zilletti *conſil. 45. num. 1.* Tiraquell. *d. pœn. temperand. cauſ. 43. num.* 12. *& 14.* Petr. Barboſa latè *in l. ſi mora. in prælud. n. 11. D. Solut. matrim.*

3. Et hoc eſt quod dici ſolet: *Licet injuſta cauſa excuſet, non tamen excuſat à toto ſed à tanto.* Bonacoſſa *in Comm. Opin. part. 1. verb. credulitas.* Maſcard. *d. probat. concl. 504. n. 14.* Tiraquel. *d. cauſ. 43. num. 10.* Anton. Faber. *in Cod. tit. d. falſis. defin. 7. num. 3.* Farinac. *in Prax. crim. quæſt. 90. num. 55.* Tuſch. *lit. E. concl. 1. num. 5.* Georg. Mund. *d. diffam. c. 3. n. 111. & 112.* Idque propter ſcientiam præſumptivam quam negligentem in actibus omnibus publicè notis habuiſſe Jura præſumunt, ex qua, ejusdem lata culpa ſatis apertè arguitur. *arg. l. falſus. 43. §. qui alienum D. d. Furt.* Joſeph. Seſſe. *deciſ. Aragon. 227. n. 2.*

4. Jn pœnis autem non corporalibus ſed pecuniariis, lata culpâ dolo aſſimilatur. *l. quemadmodum. 7. in fin. C. d. agricol. & cenſit.* Felin. *in cap. quarta. 4. col. 10. X. d. præſcript.* Anton. Faber *in Cod. tit. d falſ. defin. 10. num. 7.* Georg. Mund. *d. diffamat. cap. 2. §. 3. num. 99. & ſeqq.* Ideo meritò extraordinariè puniendus eſt *per l. 1. §. 1. ubi* Gloſſ. Bart. *& Dd ff. d. recept. arbitr.* Aymon. Cravett. *conſil. 203.* Boſſius *in Prax. crim tit. d. rapin. num. 30.* Joſeph. Seſſe *deciſ. Aragon. 227. num. 4. tom. 2.* Caſtro Palao *in oper. moral. part. 1. tr. 2. diſput. 1. Punct. 15. per tot.* Cum ad minus propter ignorantiam ejus, quod regulariter omnes de Civitate ſciviſſent, lata culpa hîc adſit, utique aliqua remonſtratione animadvertetur. Barbos. *ad l. mora. n. 13. cum ſeqq. D. ſolut. matrim.* Farinac. *d. quæſt. 90. num. 55.* Bartol. Bertazol. *conſil. crim. deciſ.* 19. *num. 4. ac conſil. 168. vol. 1.* Joſeph. Seſſe *deciſ. Aragon. 112. n. 21. & ſeqq. tom. 1.*

5. Ita

5. Ita cenſent quoque Ripa *de peſte n. 147.* Jo. Bapt. Coſta *in tr. aut ſciebat aut Ignorabat. Diſtinct. 83.* Ita in cauſa *De la Tornelle* ſupremus Sabaudiæ Senatus judicavit, condemnando Reum non tantum in litis expenſas, ſed etiam in mulctam pecuniariam juxta arbitrium Judicis, apud Anton. Fabr. *in Codice tit. de falſis definit. 10.*

§. XXX.

1. *Declaro* præfatam ſententiam; Niſi quis ſuam innocentiam probando, exhibeat eum, à quo deceptus eſt, menſuram adulterinam accipiendo; quo caſu ſeſe à pœna liberare poteſt. *per text. notabil. in l. majorem. 4. ibi:* Qui deceptus eſt, & innocentiam probat, & eum, à quo accepit, exhibet, ſe liberat. *C. ad l. Corn. d. falſ.* Marc. Anton. Natta *conſil. 72. num. 4.* Farinac. *in Crimin. quæſt. 159. num. 50. & 53.* Sufficit autem nominare Authorem, à quo menſuræ vel pondera adulterata & falſificata, commodato accepta fuerunt licet Author falſitatis non nominetur, juxta Boſſ. *in operib. tit. de falſis ſub num. 126.* Quibus in terminis *Marc. Ant. Natta.* ſcribit, quod merito excuſandus ſit, qui uſus eſt ſcopello vel ſtario pro juſto ſibi ipſi aſſignato & tradito ab honeſtis viris propter quod credere debuit, illa eſſe juſta & fidelia in menſurando, poſito, quod poſtea inventum fuerit contrarium; Præſertim ſi is nominat Authorem, à quo habuit: Quia tunc ei parcitur tanquam per alium decepto. dictus Natta *conſil. 72. per tot.* A quo conſilio, tanquam deciſivo, nefas cenſet recidendum eſſe, Fr. Niger Cyriac. *controverſ. forenſ. 131. num. 56.* Ita abſoluti fuerunt à Pœna Falſi *Domini de Scaronis*, pater & filius, dum ex proceſſu conſtabat, Dominos Scaronos, non portaſſe dictum quartarium in loco decimationis moliturarum, ſed ibi illud reperiſſe, & fuiſſe acquiſitum ibique portatum à Scarentiis primo conductionis

ctionis anno. Ita ut nominaverint Authorem ſuum; quo fundamento, modo dictos *Scaronos* defendit Franc. Niger. Cyriac. *controverſ. forenſ. 131. num. 24.* Ex eadem Ratione Locum tenens Criminalis *Cabillonenſis* abſolvit modo ante dictum Symphorinum Molitorem à pœna falſi arbitraria, *qu' il à dict, que le Iuge, à male juge*, h. e. *qui dixit, quod Iudex malè judicaverit. per d. l. majorem. 4. C. ad L. corn de falſ.* ap. Joan. Bouuot. *tom. 1. quæſt. Notab. deciſ. part. 2. lit. M. Verb. Meſure. in fin.*

§. XXXI.

1. Plurimis locorum ſtatutis conſtituta eſt certa & definita pœna, *toties quoties* quis falſo metiendi vel ponderandi inſtrumento uſus fuerit; Unde dubitandi occaſio orta, *an verba iſta*, Toties quoties ſo offt ſolches geſchicht/ *ad ſingulos metiendi actus referenda ſint? An verò ad ſingulos contractus, qui plures actus poſtulat?*

2. Et quidem *prius* ergo verius exiſtimo, *Tum primo*, quia ſtatutum non contractum ſed magis factum ipſum toties quoties quis falſum commiſit, punit; In omni autem diſpoſitione, verba de Jure communi ſecũdum ſubjectam materiam intelligenda ſunt, retento principali themate. Natta *conſil. 582. num. 1. & ſeqq.* Dec. *conſil. 379. n. 6.* Mantica *d. tacit. Convent. lib. 3. tit. 2. num. 37. & 42.* Paul. Duran. *deciſ. Rot. Rom. 245. num. 8.*

3. *Tum Secundò* quoniam abſurdum foret, æquali pœna afficere eum qui una menſuratione vel ponderatione falſum committit, atque eum qui ſæpius, etiamſi uno tempore id peregit. *per l. aut facta. 16. § quantitas. 7. D. d. pœn.* In omni autem diſpoſitione verba ita ſunt interpretanda, ut evitetur ſenſus abſonus & abſurdus. Gabrîel. *conſil. 97. num 1. lib. 1.* Menoch. *conſil. 924. num. 3.* Hieron. Palma *conſil. 5. num. 10.*

4. *Tum Tertiò*, cum hic tot ſint delicta quot actus, ideoque ſingulis delictis, ſua definita pœna imponenda eſt. Qualitas enim adjuncta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi. *ad l. in delictis. §. 2. D d. Noxal. act.* Ac virtualem ſenſum. per cap. intelligentia. *cap. propterea. X. d. verb. Signif.* Paul. Duran. *deciſ. 286. num. 10.* Ac ea eſt natura verbi (*quoties*) ut pluralitatem importet, & per conſequens infinitatem denotat. *l. filiæ meæ quotiescunque. 21.* text. *in l. in ſingulos. 8. ibi: quotiens. D. d. annu. legat.* Alex. *conſil. 149. col. 2. volum. 2.* Boer. *deciſ. 131. num. 10. & 22.* Ac *toties* pœna committitur, *quoties* contra factum fuerit, prout tradit Fulgos. *conſil. 112. poſt pr.* Ludolph. Schrader. *d. Feud. p. 2. pr. part. 9. pr. ſect. 11. num. 14.* poſt plures latè Martin. Mager. *d. Advoc. arm. cap. 12. num. 293. & ſeqq.* Cum pro diſparitate damni pœna falſi minui aut exaſperari debeat, ita in terminis David. Mœv. *ad Ius Lubec. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 14.* ubi præjudicium *ſub n. 16.* refert.

§. XXXII.

1. Quæritur ulterius; *An graviori pœna afficiendus ſit is, qui utendo falſis menſuris & ponderibus pro prima & ſecunda vice, punitus non fuit, aſt pro tertia vice in fraude deprehenditur?*

2. Reſpondetur, quod *Non*; ſed requiritur, ut falſarius de prima & ſecunda vice prius punitùs fuerit. *Tum*, quoniam pœna propriè infligitur ad emendationem vitæ: ille autem qui propter delictum admiſſum non punitus fuit, nec de correctione admonitus, ei delictum præteritum vix ad exaſperationem pœnæ allegari poteſt.

3. *Tum*, argumento deducto à crimine furti. Aſſidua enim contrectatio rei furtivæ, non multiplicat rei furtivæ actiones. *per text. in l. ei qui. 9. in pr. ibi: aſſidua* contrectatione. *D. de furt.* Contra *leg. inter omnes. 46. in §. fin. D. eod. tit.* Unde Jureconſulti dicunt, id quod accreſcit

ſcit rei furtivæ, cenſetur cum ipſa re furtum unicum. Ideò diverſæ actiones non dantur; Una, ſcilicet, ad rem ipſam, altera ad acceſſiones. *l. eum qui. 14. §. non ſolum. 15. D. dict. tit.* Idem dicendum eſt, ſi quis uno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit; Una enim tantum erit actio de occiſo. *l. illud. 32. §. fin. D. ad l. aquil.*

4. Ita in terminis Ponderum & menſurarum Matienzo *ad l. 19. Recopil. Leg. Hiſpan. tit. 11. Gloſſ. 3. lib. 5.* Alphonſ. de Azevedo *ad l. 2. Reopil. tit. 13. De los peſos. num. 5. lib. 5.* In terminis adulterii Didac. Covar. *lib. 2. Var. Reſol. cap. 10. num. 8.* Jul. Clar. *lib. 5. Verb. Adulterium. num. 11.* Dn. Bocer. *claſſ. 4. diſput. 12. in Addit. num. 12.*

§. XXXIII.

1. Aliud ſuccedit dubium; *An falſi pœnam incurrat is qui in re minima falſum commiſit menſurando aut ponderando?* Et hunc *vix puniendum* eſſe cenſeo;

2. Nam propter parvitatem materiæ plurima in Jure non conſiderantur ac impunibilia ſunt; quæ aliàs punirentur; Quoniam de minimis non curat prætor. *l. Scio. D. d. reſtitut. in integr. l. omnino. D. d. impenſ. in rem. alien. fact.* Cujus ea ratio eſt, quod parum aut nihil æquiparentur; *cap. multa. X. d præbend.* Ac nulla vel modica non differunt. *cap. cauſam. X d. probat. l. illud. §. ſi cujus dolo. verſ. minus. ubi* Br. Angel. & Caſtrenſ. *D. d. tribut. act.* Bl. *in auth. præterea. C und. vir. & ux.* Marſil. *in ſingul. 276. & 278.* Ac latè *in l. fin. in f. D. ad L. Corn. d. Sicar.* latè Petr. Caball. *in Reſolut. crim. caſ 260. num. 2.* Ripa *d. peſte. tit. d. præſerv. remed. num. 64.* Hinc parvus defectus non vitiat actum, ut nec ſolennis omiſſio obſit Gloſſ. & Bart. *in C. noſtratis. 30. quæſt. 5.* Sic in omni delicto etiam doloſo, ſi minimus ſit exceſſus, delictum dicitur leve. Abb. Panormit. *conſil. 25. lib. 1. dubit. 3.* Pari modo furtum rei minimæ vix pœna

 dignum

dignum exiſtit. Joan. Bonifac. *d. Furt. §. quod iure. 12. n. 44. & 45.* Sic Gabella impoſita ut ſolvatur de animalibus, non debet ſolvi de animalibus minutis. *per l. mortuo bove. D. d. legat. 2.* Bertach. *d. Gabell. part. 4. membr. 1. q. 2. n. 3.* Alber. *d. Statut. part. 2. quæſt. 214.* Bartol. Bertazol. *conſil. crim. 546 num. 3. & 4.* Nam minima & minuta non veniunt in pœna mortis, nec pœna in vulnere locum habet in vulnuſculo. Alexandr. *in conſil. 104. num. 7.* Cœpolla *conſil. 77.* Caſtrenſ. *conſil. 377.* Jo. Theod. Sprenger. *tr. de modico cap. 5. & 7. per tot.*

3. Huc facit quoque ea Doctorum aſſertio quod nemo præſumatur pro minimo commodo falſum committere. Bart. *conſil. 8. num. 6. & 7.* Alexandr. *conſil. 74. col. 2.* Cravet. *conſil. 75. num. 16.* Roland à Valle *conſil. 38. n. 37. vol. 1.* Bartol. Bertazol. *conſil. crim. deciſ. 38. n. 13.*

4. Ac ita deciſum fuit *in Curia Archip. Neapol.* teſte Joan. Aloys. Ric. *deciſ. 104. part. 1. per tot.*

5. Quod tamen eatenus *declarandum* judico, ut habita ratione circumſtantiarum & mercium, defraudatio in menſuris & ponderibus, etiam rei minimæ, quandoq; extraordinariè aliqua mulcta pecuniaria coerceri poſſit; caſu quo hæc falſificatio ſæpius repetita fuerit, præſertim in mercibus carioribus;

6. Quod ad exemplum rei minimæ furto ablatæ ita determinari poteſt. *arg. l. Sacrilegii. 6. in pr. ibi; modicum aliquid. D. ad L. Iul. pecul. l. 5. & 7. D. d. acquir. rer. domin.* per ea quæ habet Auguſt. de Armin. *ad* Angel. *de malefic. verbo: Quas ſi non ſolverit. addit. 2.* Hippol. Marſil. *in d. l. lege Cornelia §. divus. num. 12. D. ad L. Corn. d. Sic.* Joan. Bonifac. *d. Furt. §. 12. num. 45.*

7. Unde Mercatores, qui vendendo pannos, ipſos magnopere extendunt & tirant, cum fraudem in quanti-

quantitate rei committant, extraordinarie puniuntur. Quoniam non debent in menſuratione Pannos tirare & extendere, ſed tendere in tabula plana, cum Canna ſeu Vlna absque tiractione, ſeu extenſione; *juxta Conſtit. Reg. Neapol. Rubr. Mercatores. ubi* Matth. de Afflictis. *part. 3. Rubr. 35. v. Mercator. in notab. 3. num. 3.* Straccha *de mercat. part. 2. num. 6.* Maranta *in Specul. aureo part. 4. Diſtinct. 11. num. 47.*

8. Diſſentit aliquatenus Franciſc. Terzan. *apud* Bart. Bertazzol. *conſil. crimin. 534. numer. 11. & per tot.* vide Sprenger. *dict. tract. de modico cap. 8. per tot.*

§. XXXIV.

1. Illud quoque in dubium vocatur; *An mercator propriâ authoritate, pondus juſto levius adæquare eive ceram aut quid ſimile impunè addere poſſit?* Et hoc licere impunè in facti contingentia *affirmativè* reſolutum fuit; Sicut de tondente monetam, eamve ad æquum reducente, ſcribit Hippol. de Marſil. *ad l. qui falſam. D. ad L. Corn. d. falſ. n. 10.* Alciat. *conſil. 461. num. 2. & per tot.*

2. Quoniam lex vel ſtatutum prohibens ponderum vel menſurarum mutandi poteſtatem intelligi debet de his qui ea imminuunt, & in pondere cæteros defraudant, non verò qui ea ad juſtum pondus reducunt. *per l. pen. §. 1. ibi: corrumpunt, falſaſſent. D. ad L. Iul. d. falſ. l. in Dardanarios. 37. ibi:* propter falſum menſurarum modum. *D. d. pœn.*

3. Et hoc tanto magis eundem liberabit, ſi ceram palam appoſuit, ac in loco publico iſto pondere utatur; In actu enim palam facto, dolus abeſſe præſumitur. *arg. l. modios. 9. ibi:* ſub oculis conſtitutis. *C. d. Suſceptor. & præpoſ.* Abbas *conſil. 68. num. 3. & 4. vol. 1.* Paris. *conſil. 171. num. 16. vol 3.* Gratian. *diſcept. forenſ. 631. num. 1. & 2.* Anton. Freundenberg. *d. reſcript. morat. concl. 43. num. 29. & 30.*

4. Ac poſito, quod is, qui propriâ authoritate

 pon-

pondus adæquavit, malefecerit, eapropter tamen puniri non poteſt, poſtquam lex nullam pœnam ſtatuit. *per l. 3. §. divus. D. d. ſepulch. violat. l. at ſi quis. 14. ibi:* non rectè facere, at pœnam ſtatutam non eſſe. *D. d. Relig. & Sumpt. fun.* Andr. Alciat. *d. conſil. 461. n. 2.*

5. Ac ita decidendo Judæum liberavit. Bartol. Bertazol. *conſil. crim. deciſ. 38. per tot. lib. 1.* Hanc tamen adæquationem Domino territorii tantum competere, aut qui mixtum pagi imperium poſſidet, ac ut Galli loquuntur, *un Seigneur qui à toute moyenne & baſſe juſtice peut es gaudiller les meſures de ces ſubjects*, h. e. *Dominus, qui habet omnem mediam & baſſam Iurisdictionem, poteſt adæquare menſuras ſuorum ſubditorum.* cenſet Joan. Bouuot. *tom. 1. quæſt. Notab. deciſ. part. 3. lit. S. Verb. Seigneur en juſtice moyenne. quæſt.* 1.

§. XXXV.

1. Hoc inſuper obſervandum eſt, quod per pœnæ exactionem factam ab eo qui iniq; menſurando aut ponderando alios defraudavit, præjudicium non fiat, quo minus *pars læſa Iure Civili* contra deceptorem agere poſſit ad intereſſe: ac ſi ſit venditor ad repetendum id quod ob majora pondera & menſuras amplius mercis datum eſt; Sin verò Emptor ad petendum quod ob minora pondera minus acceptum eſt. *text. in l. arbitrio. 18. §. de eo D. d. dol. mal.*

2. Quod ſi quis ſcienter alterum iniqua, menſura defraudavit, is furti quoque actione conveniri poteſt. *per text. in l. ſi quis uxori. 52. §. majora. 22. D. d. furt.*

3. Quod pro dupli reſtitutione ego accipiendum cenſeo. *per l. penult. §. 1. ibi:* ejus dupli. *D. ad L. Corn. d. Falſ. vide quæ infra* de Agrimenſore *dicta ſunt cap. 13.* Robert Marant. *in ſpecul part. 4. diſtinct. 11. n. 46.* Dn. David. Mœv. *ad Ius Lubec. lib. 4. tit. 12. art. 1. num. 5. & ſeqq.* Celſus Bargal. *de dolo lib. 3. cap. 3. num. 84. & ſeqq.*

1. Pro

§. XXXVI.

1. Pro concluſione hujus materiæ de menſuris quæritur; *Cuinam competat menſuras & pondera falſificantes coercere & punire, ab eisve mulctam exigere?* Equidem cum poteſtatem ſtatuendi de menſuris & ponderibus, *jure ſuperioritatis Territorii dominus* ſibi vindicet, ei quoque meritò coercendi poteſtas competit, eos qui contra menſurarum leges delinquunt; Cujus enim Jurisdictio læditur, utique ille injuriam legem contraveniendo commiſſam debita pœna vindicare poteſt, ut debitam ultionem habeat ſuæ injuriæ. *l. cum emancipati. 2. §. emancipatus filius. 4. ibi:* magis enim vindictæ quam pecuniæ habet perſecutionem. *D. d. Collat. bonor. cap. 1. §. pen. quæ fuit prim. cauſ. 2 Feud. 24.* Natta *conſil. 580. num. 7.* egregiè Roland. à Valle *conſil. 73. num. 12. 14. & 15.* Hieron. Schurff. *conſil. 27. num. 5. cent. 1.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 266. num. 2.*

2. Sicuti enim Princeps legem facit, ita eam quoque exequitur, nec alius poterit de ea cognoſcere. *arg. l. cum quædam puella. 19. in pr. D. d. Iurisd.* ubi Alexand. *n. 6.* notat; Quod Iudex qui jurisdictionē præoccupavit in cognoſcēdo, præfertur alii in exequendo. Idem tenuerunt Specul. Joan. Andre. Alber. Butr. & Salicet. *quos citat & ſequitur* Jaſon. *ad d. l. cum quædam puella. num. 5.* & Cagnol *ibid. num. 25.* Si verò cognitio ſpectat ad principem, ergo etiam pœna ad eum pertinebit. Boſſ. *in prax. tit. d. pœn. n. 25.*

3. Fructus enim Jurisdictionis ad eum ſpectant, qui Jurisdictionem exercet. Pœnæ autem pecuniariæ ſunt fructus Jurisdictionis, quæ exactæ propter falſas menſuras & pondera fiſco inferendæ ſunt, & ad eum pertinebunt, qui fiſcalia jura poſſidet. *per text. in l. un. ubi* Jaſon. *D. ſi quis Ius dicenti non obtemp. l. qui reſtituere. D. de rei*

*vind.*

*vind.* ſicuti notatur *in tit. quæ ſint Regal. ibi*: mulctarum pœnarumque compendia. *lib. 2. feud. tit. 56.* ubi Joan. Paul. Balzeran. *in oper. feudal. fol. m. 393. B. l. mulctarum. C. de modo mulctæ.* Paris. *conſil. 106. num. 13. vol. 1.* Regner. Sixtin. d. Regal. *lib. 2. cap. 8. num. 25.* Bocer. *de Iurisdict. cap. 8. n. 27.* Ac res ad eum ſpectat, cujus induſtria capitur, ut in ſimili dicit Alexander. *in l. divortio. §. ſi vir. col. fin. D. Solut. matrim.* Ruin. *conſil. 193. num. 2. vol. 1.* Boſſ. *d. tr. tit. d. pœnis. n. 22.* prout hæc latius deducit. Petr. Surd. *conſil. 152. num. 21. & ſeqq.* *Nec immeritò*, mulctarum pœnarumque proventus fructibus fiſci cedunt; dum hiſce mediis etiã olim ſub Imperatoribus Palatia & Prætoria reparari mandato injunctum fuerit *l. fin. C. de offic. rect. provinc.* Item in uſum operis vel curſus publici, aliarumvè neceſſitatum applicarentur: *l. 5. C. de mod. mulct.* Et hodie quoque ad conſervandum regimen neceſſarii ſunt Joan. Van de Graef. *de Regalib. cap. 43. num. 4.* faciunt quæ tradit Menoch. *conſil. 604. num. 24.* Caſp. Klock. *tract. d. contrib. in conſil. annex. 3. quæſt. 4.*

4. Ita *in Regno Neapolitano*, Jus adæquandi menſuras & pondera, *in Curia Regia Siclæ* perficitur, ac Poſſeſſores falſarum menſurarum ibidem puniuntur, quod Jus Barones non aliter ſpeciali conceſſione regia exercere poſſunt. teſte Jo. Maria Novar. *tom. 2. Gravam. Vaſall. 169. num. 1. & 2.*

§. XXXVII.

1. Ex quibus jam dictis, *haud placet diſtinctio Knicheni*, qui coercitionem falſarum menſurarum tum demum Juri ſuperioritatis ſeu centenæ adjudicat, ſi de corporali pœna agitur; Ubi verò pecuniaria pœna irrogatur, Voigtheiæ Jurisdictionem menſurarum adſcribit. Knichen. *d. Iur. territor. cap. 4. num. 304.*

2. Pari

2. Pari modo diſſentit quoque ante allegatum Knichenium Joan. Regnaud. *d. menſur. num. 14.* Quibus aſtipulatur *Chriſtophorus Beſoldus*, qui diſtinctionem adducit inter *jus conſtituendi* pondera & menſuras: Ac inter *jus cuſtodiendi & inſpiciendi* menſuras & pondera jam conſtituta. In Verbis: Daß Mühlwerck von newem zu bawen/ Maaß/ Gewicht/ und Meß von newem anzuſtellen/ daß gehört dem Obern- oder Landtsherrn/ und regulariter nicht dem/ ſo allein die Nidergericht hat. Hingegen aber wa Mühlenen bereit gebawet/ Gewicht/ Maaß und Meß angeordnet/ iſt die cuſtodia, inſpectio und beobachtung dem nidergerichts Herrn nicht zu entziehen/ weil es ein Burgerliche und gar kein peinliche Sach iſt: Es würden dann circa ejusmodi res die Ordnungen enormiter und dergeſtalten überſchritten/ daß ſolch Verbrechen an Leib und Leben abzuſtraffen were. h. e. *Jus molendina de novo erigendi, menſuras pondera & ſtateras conſtituendi; competit domino territorii & Superiori, non vero ei regulariter, qui tantum habet Iuriſdictionem baſſam: E contrario verò, ubi molendina jam ſunt extructa, ſtateræ menſuræ & pondera conſtituta, ibi cuſtodia & inſpectio eorundem, ei qui baſſam exercet Iurisdictionem non eſt deneganda, quoniam cauſa eſt Civilis non Criminalis: Niſi ordinationes circa res ejusmodi enormiter excedendo ita violarentur, ut delicta talia in Corpore & Vita, capitaliter puniri neceſſe eſſet.* Beſold. *conſil. 211. ſub num. 8. & 10.* Cui tamen ex ſupradictis reſponderi poteſt. *Id verum eſſe niſi aliud vel* conſuetudine loci receptum, *vel* per inveſtituram Domini territorialis conceſſum ſit. Siquidem earundum par ratio, ut & Juris disſpoſitio exiſtit.

§ XXXVIII.

1. Hoc tamen eatenus *Declaro*, niſi Princeps poſtquam menſurarum & ponderum modum pœnalem publico

blico Edicto præſcripſit, Nobili vel Civitati municipali *per infeudationem aut quocunque alio titulo* pagum cum Jurisdictione *alta vel Baſſa* conceſſerit, quo caſu exactionem pœnarum vel mulctarum eorum qui menſuris vel ponderibus defraudant, juxta modum conceſſionis & attributionem Jurisdictionis competere cenſeo.

2. Nam princeps habens Vaſallum inveſtitum de Pago cum mero, mixtoq; Imperio vel omnimoda Jurisdictione, ſi poſtmodum prohibet menſurarum modum vel alium actum ſub certa pœna, cognitio & pœna ad eundem Principem pertinebit; Contraveniens enim edicto principis, eum contemnit & offendit, eique inobediens eſt; Attamen pœna delicti regulariter ad eum pertinet qui principaliter læditur, ut habeat ſuæ injuriæ ultionem. *per d. l. cum emancipati. §. emancipatus filius. D. d. Collat. bon.* Nec alteri confertur, quod alicui ad vindictam propriæ injuriæ debetur. *l. at ubi. D. d. petit. hered.* Brun. *conſil. 31. n. 15.* Natta *conſil. 580. num. 6.*

3. Ita in terminis conſuluit Petr. Surd. *conſil. 152. per tot. lib. 2.* Diſſentit aliquatenus Beſold. *conſil. 211.*

§. XXXIX.

1. Pluribus tamen in locis, præſertim in ſtatuum Imperii provinciis ex conniventia vel cōceſſione principis, mulctæ pecuniariæ exactio modica eorum qui menſuris aut ponderibus defraudant, *Magiſtratui Municipali* competit.

2. *In Ducatu Iuliacenſi* ita conſtitutum eſt, daß was falſch und aus Auffſatz ohnrecht auch Criminal befunden / daß ſolle durch unſern Befelchhaber geſtrafft; Was aber ſonſt ohngefährlich oder aus Nachläſſigkeit verſehen / und burgerliche Sachen und Straffen weren / ſolle durch die Burgermeiſter geſtrafft werden. h. e. *Quicquid falſi & ex propoſito*

*propoſito contra Leges fuerit commiſſum, in Iudicio Criminali determinandum, illud à Noſtris Officialibus puniri debet; quod verò citra animi proereſin, fortuitò & per negligentiam fuerit peccatum, in cauſis Civilibus, mulctas pecuniarias inferentibus, illius punitio Magiſtratui loci, & Conſulibus relicta eſto.* Policey Ordn. deß Hertzogth. Gülich. *tit.* von Beſichtigungen der Maaß und Ehlen. *fol. 32.*

3. In Electoratu Brandenburgiæ ſtatutum eſt, daß der Rath an jeglichen Orthen umbgehen/ die Schaal/ Maß und Gewichte beſichtigen/ und welcher befunden/ der ohnrechte Ehle Gewichte/ Scheffel und Maſſe hat/ den oder dieſelbe ſoll er in gebührliche Straff nemmen h. e. *Ut Magiſtratum cujuslibet loci, ſtatis temporibus circumire, & bilances menſuras & pondera inſpicere oporteat, quemcunque verò repererit, ulnis, ponderibus, modiis, & menſuris falſificatis uti, eundem vel eosdem debita pœna afficiat.* Joachim Schepliz *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 6. §. 4. & 5.*

4. Imprimis quoque laudanda eſt Conſuetudo *Regni Scotiæ*, dum Præfectus Cameræ Regiæ quolibet anno cum ſuis Adminiſtris iter ſuſcipiẽdo per præcipuas Regni Comitatùs falſitates menſurarum & ponderum per ſuos officiales inveſtigat, & defraudatores punit. De quo ſequentia in Conſtitutionibus Itin. Camerarii. *In omni Itinere, Clericus Camerarii deferat ſecum pondera & menſuras, & faciat, quod ſtrictiſſime examinentur pondera tonarum, & quod omnino concordent, cum ponderibus ſuis, & nec minus, nec plus:* Iter. Camerar. *cap. 30. apud* Skenæ. *in leg. Scot. fol. m. 168.*

§. XL.

1. Jus Wirttembergicum, poteſtatem puniendi falſificantes menſuras Magiſtratui municipali eatenus relinquit, daß in allen Stätten und Flecken die Meß/ Eich/

 Eln

Eln und Gewicht beſichtigt werden ſollen, und wa die ohngerecht befunden / ſoll man die jenige / ſo die gebraucht / darumb mit ernſt ſtraffē / damit falſch und Betrug in allweg verhütet werde. h. e. *ut in ſingulis Civitatibus & pagis menſuræ liquidorum & aridorum, ulnæ & pondera inſpiciantur, & ſi quæ archetypo non congruere reperiantur, eorum poſſeſſores pœna debita afficiantur, ut hoc modo falſitates; fraudes & doloſæ machinationes omnibus modis præcaveantur.* Ordinat. Wirttemb. *Rubr.* von Ehln und Gewicht. §. und ſoll man. *fol.* 153.

2. Quæ tamen ſtatuta ita accipienda eſſe judico, ut Magiſtratus municipalis in hujusmodi falſarios inquirere eosve debitâ pœnâ arbitrariè, habito reſpectu circumſtantiarum coercere queat; mulctam tamen pecuniariam ſibi ipſi reſervare non poſſit, niſi forte ſit modica ſumma; Alſo was under einem Gulden geſtrafft wird. h. e. *ſi mulcta ſit floreno uſuali minor.* In Ducatu autem Wirttembergico, was ſtraffbar under einem kleinen Frevel iſt / welcher iſt drey Gulden / fünffzehen Kreutzer. Das kan die Statt-Obrigkeit für ſich behalten. h. e. *Omnis mulcta, quæ ſummam fredi minoris, ſive trium florenorum, & quindecim Crucigerorum non attingit, cedit Magiſtratui Oppidano pro ſe.*

# CAPUT XIII.

## *De Agrimenſore ex falſa Relatione Parti obligato.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Menſor, qui in menſuræ renunciaciatione quempiam decepit, tenetur decepto, actione in factum.*
2. *Hæc actio magis naſcitur ex delicto, quam ex contractu.*
3. *Quid ſit menſoris officium, & quæ ejus qualitates eſſe debeant.*

4. Formu-

*4. Formula juramenti agrimenſoris in Ducatu Wirtembergico.*

§. 2.

*1. Agrimenſor renunciando fallens quempiam, à parte læſa conveniri poterit in id, quod ejus intereſt.*

§. 3.

*1. Quæ actio extenditur quoque ad agrimenſoris latam culpam.*

§. 4.

*1. Ratione hujus intereſſe, contra agrimenſorem fallentem jurari poteſt in litem.*

*2. Non tam favore domini, cui res ſua eripitur, quam odio agrimenſoris, qui contra officium defraudat.*

§. 5.

*1. Hoc juramentum defertur etiam ob latam culpam.*

*2. Quod negat Bartolus.*

§. 6.

*1. Prior tamen aſſertio rationibus firmatur.*

§. 7.

*1. Reſpondetur ad argumenta contraria.*

§. 8.

*1. In pœnis pecuniariis lata culpa dolum repræſentat.*

*2. Verba taxativa, verba æquipollentia non excludunt.*

§. 9.

*1. Leges propter culpam juramentum in litem denegantes, intelligendæ ſunt de culpa levi.*

§. 10.

*1. Præmiſſa locum habent extenſivè in quocunque alio, circa menſuræ renunciationem fallente.*

*2. Ut Architecto.*

*3. Redemtore.*

*4. Tabulario & calculatore.*

*5. Univerſaliter in omnibus, qui circa menſuras fallunt.*

§. 11.

*1. Idem obtinet in Diſcuſſore.*

§. 12.

*1. Menſor à partibus electus per imperitiam aut negligentiam falſam menſuram renunciãs, ſecurus eſt à pœna & damni præſtatione.*

§. 13.

*1. Limitatur hæc concluſio à nonnullis, niſi Iudex ex officio artificem elegerit.*

*2. Sed hæc limitatio reiicitur.*

§. 14.

*1. Aliud tamen erit in menſore publico & jurato, ſi judex eum elegerit.*

§. 15.

*1. Menſoris renunciatio efficaciam non habet, niſi ea à prætore, partibus ad id citatis, publicetur.*

*2. Quoniam enim juriſdictione deſtituuntur, opus habent confirmatione ejus, qui juriſdictione eſt munitus.*

3. *Declaratur, Niſi à Iudice menſor ſit miſſus, cum hoc mandato, ut quæſtionem* Controverſam *terminet.*

§. 16.

1. *Hoc prætoris decretum impeditur, per reclamationem partis, & provocationem ad peritiores.*

2. *Quo caſu victor expenſas erogatas recuperare poteſt, ab adverſario.*

3. *Menſurationis gravamen intra annum proponi debet, quandoq; etiam poſt annum.*

§. 17.

1. *Menſor officium ſuum etiam per ſubſtitutum expedire poteſt.*

2. *Menſor tamen hoc caſu tenetur de dolo ſui ſubſtituti.*

3. *Afferuntur rationes pro Negativa.*

§. 18.

1. *Reſpondetur per declarationem.*

§. 19.

1. *Actio quæ datur contra agrimenſorem, eſt ex delicto.*

2. *Quod ex propria mala electione provenit, in eligentis propriam culpam cedit.*

3. *Subſtitutus in officio ſuo delinquens de ſubſtituentis voluntate deliquiſſe cenſetur.*

§. 20.

1. *Duo Agrimenſores, quibus demandata eſt menſura, dolosè in officio verſantes, in ſolidum tenentur.*

2. *Singuli agrimenſores conveniuntur ex proprio dolo, qui eſt individuus.*

§. 21.

1. *Si actori ab uno ex Menſoribus fuerit ſatisfactum, tunc alter ab ulteriori petitione liberatur.*

2. *Hæc actio pœnalis eſt, ex parte illius, qui convenitur, ſed ex parte Actoris eſt rei perſecutoria.*

§. 22.

1. *Agrimenſor doloſus ſolidum Actori ſolvens, adverſus ſocium doli & commenſorem, regreſſum non habet, nec ab Actore ei cedi poteſt actio.*

2. *Dolus proprius nulli patrocinium afferre, aut eum indemnem conſervare poteſt.*

3. *Diſſentientes referuntur.*

§. 23.

1. *Agrimenſor dolosè renuncians, ultra damnum quod læſo reſtituere obligatur, tenetur de* Iure Canonico *pœna pœnitentiæ.*

2. *De* Iure Civili, *ut falſarius, afficitur pœna* L. Corneliæ *de falſis.*

3. *Secundum* Ius Saxonicum *fuſtigatur.*

4. *Moribus hodiernis arbitrariè punitur.*

§. 24.
1. *Actio hæc Prætoria in factum contra menſorem falſificantem, eſt ſubſidiaria.*
2. *Diſſentit Felinus.*

§. 25.
1. *Limitatur, niſi Emtor vel Venditor, non ſint ſolvendo, tunc enim menſor rectâ conveniri poterit.*

§. 26.
1. *Ratio dubitandi.*

§. 27.
1. *Reſpondetur huic dubio.*
2. *Diſtinguit Abbas panormitanus.*

§. I.

NUnc *de ipſo Menſore* conſiderandum *ad quid teneatur Is, qui in menſuræ renunnunciatione quempiam decepit aut falſum commiſit?* Sane Prætor *in factum* actionem propoſuit contra Menſorem, à quo falli nos non oportet. Nam intereſt noſtra, ne decipiamur in modi renunciatione, ſi fortè vel de finibus, contentio ſit, vel Emptor ſcire velit, vel venditor, cujusmodi ager veneat: Juxta Ulpiani reſponſum *in l. 1. in pr. D. ſi menſ. falſ. mod. dix.* Weſenbec. *ad hunc tit. in Paratitl. num. 1.* Hieron. de Monte *tr. de finib. regund. cap. 34.* Joan. Oetinger. *Cameræ Ducalis Wirtenb. quondam Secret. in tract. practicab. de finib. regund. cap. 16. num. 17.*

2. Naſcitur autem hæc actio magis ex delicto quam ex contractu, ſecundum *l. ſi duobus 3. §. 5. D. dict. tit.* Quoniam ex parte Actoris, eſt quidem rei perſecutoria attamen ex parte Menſoris eſt quodammodo pœnalis, ſecundum Abbat. Panormit. *ad cap. qui judicante. 9. num. 2. X. de præſcript.* Unde Menſor civiliter obligatus non eſſe, dicitur *in l. 1. §. 1. D. dict. tit.* Revera enim exinde naſcitur, quod nos fefellerit Menſor: Fallere autem ſcienter & ex calliditate eſt dolum committere *l. 2. D. de proxenet. ibi:* ex calliditate. Colleg. Jur. Argent. *lib. 11. tit. 6. theſ.*

*6.theſ.3.* Anton. Sola *ad Conſtit. Sabaud. Tit. de Cenſib. Gloſſ. un.part.3.num.4. fol. m. 131.* Siquidem Agrimenſor jurat de bona fide & legaliter menſurando, *per l.comparationes §. omnes ibi:* niſi juramento ante præſtito *C. de teſtib.* Camill. Borell. *Conſult. 84 num. 5.*

3. Menſoris autē officium, ejusque qualitates graphicè deſcribit Aggenus Urbicus ad Frontinum: *In judicando Menſor, bonus Vir & juſtus agere debet, nulla ambitione aut ſordibus moveri, ſervare opinionem, & arte & moribus omnis illi artificii veritas cuſtodienda eſt, excluſis illis ſimilitudinibus, quibus falſa pro veris ſubjiciuntur. Quidam enim per imperitiam, quidam per imprudentiam peccant. Totum autem hoc judicandi officium, hominem bonum, juſtum, ſobrium caſtum, modeſtum & artificem egregium exigit. Hoc autem poſſeſſores æquo animo ferre non poſſunt. Nam cum his veritas expoſita fuerit, adverſus ſinceritatem artis facere cogunt. Multa enim ſunt in profeſſione, quæ generaliter pro veris offeruntur: multa quæ ſpecialiter: Quædam, quæ argumentaliter: quædam conjecturaliter etiam mentiri artifices coguntur.* Aggen. Vrbic. *ad Frontin. in fin. fol. m. 158. apud Veget. Stenuich.* vide quoq; Caſſiodor. *lib.1. Reſcript.10.* Nam in controverſiis finalibus ad officium Judicis pertinet Menſores mittere & per eos dirimere ipſam finium quæſtionem, ut æquum eſt: Si ita res exigit, oculisque ſuis ſubjectis locis; reſpondit Vlpianus *in l. ſi irruptione. 8. D.fin. regund.* Cujus aſſertioni tanquam in arte periti creditur, ejusque renunciationi ſtatur *per l. 1 D. de ventr. inſpic. l. ſimul. C. de re milit.* latè Rmin. Jun. *conſil. 30. num. 21. & 22.* Sichard. *ad l. jusjurandi. 8 num. 5. C. de teſtib.* Imò Menſoris aſſertum non admittere ac amplecti pudor eſt. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic. 184. num. 2. vol. 2.* Quæ cauſa eſt, ut Menſores publici, non niſi jurati ad hoc officium admittantur; Et de horum officio ſequentia tradit Noſter

Oetinge-

Oetingerus, Secretarius Ducalis Wirtembergicæ Cameræ: Zu ſolchem Ampt wird ein frommer / redlicher / auffrechter / nüchterer / eingezogener und beſcheidener Mann / der ein geübter / trefflicher Meiſter dieſer Kunſt iſt / erfordert / dann es wird jhm in ſeiner Verrichtung und Außſpruch / wie einem jeden Meiſter in ſeiner Kunſt / Glauben zugeſtelt. Derhalben ſollen die Feldmeſſer / ehe ſie zu ſolchem Ampt angenommen / von verſtändigen mit Fleiß examinirt, und wann ſie für tauglich erkant / umb mehrerer Sicherheit willen / daß man umb ſo viel an jhrer Redlichkeit und getrewen Fleiß vergewiſſert / beaydiget und dieſe Form ungefährlich gebraucht werden. h. e. *Totum menſoris officium, hominem bonum, juſtum, ſobrium, caſtum, moderatum, & artificem egregium exigit; quoniam ejus relationi & ſententiæ, ut cuilibet artifici in ſua arte, fides adhibetur. Ideoque priusquam agrimenſoribus hoc officium concreditur, ii à peritis probè ſunt examinandi, & ſi idonei reperiantur, majoris ſecuritatis ergò, ut eò certius de eorum fidelitate & induſtria conſtare poſſit, juramento ad hanc functionem ſunt adſtringendi, juxta ſequentem fortaſſis formulam.*

4. Formula juramenti Agrimenſoris in Ducatu Wirtenbergico communiter hæc eſt: Ich Johann Burggs Burger zu Feierbach / gelobe und ſchwere zu Gott dem Allmächtigen / daß ich alles / was von deß Durchleuchtigſten Fürſten und Herren Herrn Eberharden Hertzogen zu Wirtenberg und Teck / meines Gnädigſten Fürſten und Herren / Amptleuten / auch einem Ehrſamen Gericht allhie / mir in meinem anbefohlenen Ampt und erlernter Kunſt auffgetragen / oder ſonſten von menniglichen und einem jeden inſonderheit von mir erfordert und begehrt wird / mit getrewem Fleiß auff mich nehmen / und nach meinem beſten Verſtand und Wiſſenſchafft / und diß Lands gemeinen Ordnungen / Satzungen

gen Statuten / und üblichem Gebrauch und Gewonheit / gemäß / verrichten / die beſorgende Stritt und Irrungen zwiſchen den Partheyen / ſo viel müglich hinlegen: einem jeden das ſeinige / was jhme von Recht und Billigkeit wegen gebührt / aus rechtem Grund der Kunſt unpartheyiſch zuſcheiden und darm.ſſen / und darinnen meine Dienſt dem armen ſo wol / als dem reichen / und dem reichen wie dem armen umb die Gebühr erweiſen / und niemanden übernehmen / und in dieſem allen kein falſch noch Argeliſt / oder eigen Nutzen gebrauchen / und alſo handlen und verfahren will / wie einem frommen / redlichen Meiſter dieſer Kunſt wol anſtehet / und ich es im Rechten und am Jüngſten Gericht gegen Gott zu verantworten getrawe / getrewlich und ungefährlich. h. e. *Ego N. Civis in N. juro per Deum Omnipotentem, quod omnia ea, quæ per Sereniſſimi Ducis ac Domini mei, Domini Eberhardi Ducis Wirtembergiæ & Tecciæ, &c. Domini & Ducis mei Clementiſſimi, Officiales, ut & honorabile hujus loci judicium, mihi circa officium & artem didicitam demandabuntur, vel alias ab omnibus aut ſingulis, deſiderabuntur, & requirentur, fideli induſtria in me ſuſcipere, juxta intelligentiam & ſcientiam meam optimam, hujus Ducatus communes ordinationes, Conſtitutiones & ſtatuta, uſitatam item obſervantiam & Conſuetudinem, expedire, contentiones & lites impendentes inter litigantes, quantum poſſibile, amovere, præcavere, & amicabiliter componere: cuique ſuum, quod ipſi ſecundum jus & æquitatem competit, ex fundamento artis, ſine ullo affectu, admetiri & adjudicare, hâc in re item officia mea, pauperi ut diviti, diviti ut pauperi, pro ſalario mihi conſtituto, impertiri nec quemquam in eo defraudare, & in his omnibus citra dolum malitiam, aut etiam affectationem proprii commodi, verſari, & in univerſum ita me gerere & rem peragere velim, prout bonum & probum & fidelem artificem hujus artis benè decet, & ego hujus meæ functionis, coram judice meo competente & etiam in ſupremo judicio, coram*

*Deo*

*Deo Omnipotenti, rationes reddere poſſe confido, omnia fideliter & ſine fraude.* Hæcce Joan. Oetinger *de finibus Regund. cap. 16. n. 15.*

§. II.

1. Hiſce præmiſſis *ſit Prima Concluſio*; Si Menſor, vel Agrimenſor (quem *Finitorem*, quaſi finium diremptorem appellat Cicero *de leg. Agrar.* & Plaut. *in Pœnul.*) Calliditate & doloſa machinatione in uſum aliorum, quempiam falsã menſuram vel terminos renunciando fefellerit; Prætor in eum, qui dolo rem peregit, ita animadverti voluit, ut conveniatur à Parte læſa, in id quod ejus intereſt, quantumvè damni ex falſa & doloſa relatione ſuſtinent. *per l. ſi duobus 3. §. Pomponius 2. ibi:* emptoris intereſſe *l. ſi menſor 5. §. 1. D. ſi menſor. falſ. mod.* ubi Anton. Faber *in Rational.* Abbas Panormitan. *ad cap. quia indicante. 9. num. 4. X. de præſcript.* Maranta *in Specul. Aureo part. 4. diſtinct. 11. num. 46.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. lib. 39. cap. 13. num. 12.* Vincent. Caroc. *de Locat. part. 4. quæſt. 2. num. 1.* Colleg. Argentor. *dict. tit. 6. num. 4.* Viſum enim eſt Jure Conſulto, abundè coerceri Menſorem, ſi dolus tantum malus puniretur ejus hominis, qui nullo ex contractu jure Civili obligatus erat, ut ad quod ejus fieri poteſt, officium liberaliter præſtitum, quam minimè ei ſit damnoſum *dict. l. 1. §. 1. D. dict. tit. l. ſed ſi quis ibi.* non damnoſum ſuum officium *D. teſtamen. quemad. aper.* Joan. Bonifac. *de furt. §. 4. num. 48.* ubi tradit. *Cum menſor operas ſuas loco beneficii præbeat, idcircò de dolo & lata culpa tantùm tenetur.* Matth. Weſenbec. *in Paratit. h. tit. n. 2.* ubi dubio adjecto reſpondet.

§. III.

1. Sit *Secunda* Concluſio; Hæc actio ad conſequendum Intereſſe, extenditur quoque *ad magnam negligentiam*, ſeu *latam culpam* Agrimenſoris, *V. G.* Si Agrimenſor men-

ſuræ renunciationem culposè diſtulerit, ex cujus dilatione & mora pars contendens damnum ſenſerit. *per l. ſi menſor 8. in pr.* ibi traxerit renunciationem *D. dict. tit.* Abb. Panormit. *ad d. cap. quia indicant 9. num. 4.* ubi Card. Paris. *num 3.* Tholoſan. *dict. lib. 39. cap. 13. num. 12.* Bonifac. *dict. verb. §. 4. num. 48.* Vincent. Caroc. *dict. tr. part. 4. q. 2. n. 1.* ubi tradit. *quod Imperitia Agrimenſoris culpæ non adſcribatur.* Anton. Faber. *in Rationalib. cum ibid. adduct. princip.* Dolus & calumniæ conjectura reſultat ex tarditate productionis jurium. Cacheran. *deciſ. 117. num. 9.* Jo. Ant. ab Eccleſia *obſerv. Forenſ. 53. num. 28.* Lata enim culpa in hoc edicto, plane dolo comparatur, ait idem Ulpianus *in dict. l. 1. §. 1. dict. tit.* Quoniam de jure jam conſtitutum erat, ut qui de Dolo tenetur, etiam latæ culpæ obnoxius foret. *per l. quod Nerva 32. ibi:* latiorem culpam *D. depoſit.* Et niſi hoc in Caſu fieret ad latam culpam progreſſus, ſequeretur juris correctio, vel exorbitantia à jure induceretur, ſicuti in terminis noſtris tradit Camill. Gallin *de verb. ſignif lib. 7. cap. 28. num. 17.* Siquidem in omnibus ferè juris partibus lata culpa Dolo æquiparatur. *l. is cui. 5. §. dolum. D. ut in poſſeſſ. legat. l. 1. §. is quoque D. de O. & A.* Non enim per hujusmodi taxativas locutiones excluduntur caſus ſimiles, & qui eandem habent juris & æquitatis Rationem. In terminis Agrimenſoris & Proxenetæ Bargal. *de Dolo lib. 5. cap. 3. num. 40. ac lib. 4. cap. 2.* Jerem. Setſ. *de jurament. lib. 5. cap. 6. num. 14. & ſeqq.* Anton. Faber *in error. pragmat. Decad. 1. & 2. Error. 76. ac in* Rational. *ad dict. l. 1. §. 1. lit. A.* Franzk. *ad dict. tit. num. 5.* Ac cur Agrimenſor non teneatur de Levi & Leviſſima culpa latius deducit Card. Paris. *ad cap quia indicante 9. num. 3. X. de præſcript.*

§. IV.

1. Sit *Tertia* Concluſio; Hujus Intereſſis æſtimatio

adeò

adeò competit læſo, ut contra Agrimenſorem ex callidi-tate falſam menſuram renunciantem, *poſſit jurari in litem*, ſuper quantitate & qualitate damni illati, & expenſarum erogatarum: Etiam pro quibuscunque Vicibus & quantitatibus, quibus læſus ex falſis menſurationibus & ſimilibus dicitur, Actorem fuiſſe ex illis deceptum & læſum. *per. l. nummis 3. ibi:* niſi quod ſua interfuit *D. de in lit. jurand. cap. final. ubi gloſſ. in Verbo Teſtes ait*. Intereſſe quod ſurgit ex maleficio, probatur per jusjurandum X. de his quæ metus cauſ. Joan. Bapt. Plotus *ad l. ſi quando C. unde vi §. 43. num. 18.*

2. *Ratio autem*, in qua fundatur hæc aſſertio eſt *odium erga Menſorem doloſum:* Nam hoc juramentum inductum fuit, non tam favore Domini cui res ſua eripitur, aut qui per fraudulentam menſuram decipitur, quam in odium Agrimenſoris qui contra officium Boni Viri, Dominum defraudat, ad compeſcendam ejusdem improbitatem quæ cauſa eſt, ut hæc probatio Intereſſe proprii privilegiata inventa ſit, ſecundum quam creditur proprio teſtimonio partis, adverſus Communes Regulas juris *in l. nullus D. de teſtib. l. in omnibus. C. de teſtib.* Celſ. Bargal *de dolo lib. 6. Reg. 8. num. 8.* Farinac. *in terminis, Termini motoris. quæſt. crim. 168. num. 114.* Anton. Faber. *ad l. ſive 2. §. Interdum 1. in princip. D. de in lit. jurand. in Rational. Tom 3.*

§. V.

1. Sit *Quarta* Concluſio; Hoc juramentum in litem defertur quoque propter latam culpam Agrimenſoris: Quod tamen controvertitur ac diſputatur à nonnullis: *An ob latam quoque culpam Agrimenſoris falſam menſuram referentis, juramentum in litem deferatur?*

2. Quod *Negat* Bartolus *in l. tutor qui repertorium 7. num. 2. D. de adminiſtr. tutor.* Qui non paucos habuit ſuæ

opinionis Aſſeclas. Per *Rationem* quod ob dolum præſumptum nunquam juretur in litem: ergo nec ob latam culpam, quæ dolo præſumpto æquiparatur; ſecundum Ceſ. Bargal. *de dolo lib. 2. cap. 3.* Bero *conſil. 295. vol. 1.* Et hoc eo magis negandum videtur, propter Reſponſum Jure Conſulti *in l. actionibus 5. D. de in lit. jurand.* ubi Marcianus, *ob ſolum dolum jurari in litem. Non etiam ob culpam* aſſerit. *Quæ verba taxativa*, ſolum duntaxat, tantum, & ſi quæ ſunt ſimilia, ſolent in legibus noſtris eſſe præciſa, & caſus alios excludunt. *l. non ſolum. § tale. D. de liberat. legat.* Ea enim eſt natura dictionum taxativarum, ut includant expreſſa, & non expreſſa excludant; Vel, ut omnia alia excludant, præter expreſſa *l. qui ſella 7. verſ. qui actum. D. de S. P. R.* Joan. Bapt. Aſinius *de execut. §. 2. q. 4. num. 4.* Fr. Niger. Cyriac. *Controv. 103. num. 86.* latè Otto Philip. Zepper. *de Interpret. Verb. 47. per tot.* Præterea benè in terminis *Matthæus Weſenbecius* ſcribit; *Quam non, ſine magna cauſa permittendum ſit Actori, ut pro ſuo arbitrio & affectione litem æſtimet, ac Iudex quodammodo in propria cauſa fiat.* Et hoc eo magis dicendum erit, quod actio hæc in factum pariens juramentum in litem ob defectum probationis oriatur ex delicto, & loco pœnæ jusjurandum hoc admittatur. Lata autem culpa, in pœnalibus, dolo nunquam æquiparatur. *pr. l. in lege D. ad l. Cornel. de Sicar.* Ita cenſent cum Bartolo, *Accurſ. Caſtrenſ. Iaſon. in l. ſi menſor. 5. D. de in lit. jurand.* Philip. Cornæ. *conſil. 318. vol. 4.* Celſ. Bargal. *de dolo lib. 6. Regul. 8. num. 12.* ubi de crebriori Doctorum obſervantia atteſtatur. latiſſimè Seraph. de Seraphin. *de privileg. jurament. Privileg. 31. n. 20. & pl. ſeqq.* Pruckman. *conſil. 2. num. 328.* Schrad. *de feud. part. 10. ſect. 4. n. 185.* Benenckendorff. *ad Seraphin. dict. Privileg. 31. n. 21.* In terminis Agrimenſoris Hieron. de Monte *tr. de finib. regund.*

*gund. cap. 33. num. 1. & 2.* Joan. Bapt. Plotus *ad l. ſi quando. §. 6. num. 30. C. unde vi* Menoch. *2. Arbitr. Caſ. 208. n. 14.*

§. VI.

1. Verum enim verò *Contraria aſſertio* juri & legibus magis eſt conſentanea: Ac propter Latam quoq; culpam juramentum in litem deferri, vera & communis eſt Doctorum concluſio. *Tum, Primo* quod lata culpa non ſolùm dolo comparatur, ſed eſt quoque dòli ſpecies, quod aperta voce probat. Celſus *in l. quod Nerva 32. D. depoſiti.* unde Accurſius rectè latam culpam, dolum præſumptum vocat *in d. l. quod Nerva.* Ac Jure Conſultus *quoque in l. 1. §. 15. D. de O. & A.* Latam culpam, magnam negligentiam appellat, quæ in crimen doli incidat. *l. magna. 226. D. de V. S.* ubi Alciat & Gæddæus. *Tum Secundo*, quoniam in Depoſito contra non reſtituentem, juratur in litem; *per l. 1. §. in depoſiti 26. ibi.* in litem juratur *D. depoſiti* idque propter fidem ruptam, de cujus violatione ibidem agitur. Secundum Ulpianum *in l. Ei qui 5. in pr. ibi:* de fide rupta *D. eod.* Quæ fides rupta conſideratur, non tantum in dolo, ſed etiam in lata culpa; Quæ idcirco in depoſito præſtanda eſt, etiamſi contractus iſte ſolius Deponentis gratia celebratus ſit. *d. l. quod Nerva 32. D. eod. tit.* Joan. Coraſ. *lib. 4. miſcell. cap. 2. num. 11.* Anton. Faber. *in Ration. ad dict. l. Ei qui. 5. in pr. Tom. 3.* Quæ *Ratio* concludendi etiam in Agrimenſore prævalet, qui falsâ renunciatione ſua per magnam negligentiam facta, fidem rupit, & Actorem fefellit. *Tum Tertio*, propter Clariſſimum Reſponſum Ulpiani *in l. 1. §. 1. D. ſi menſor. falſ. mod.* ubi expreſſe JCtus *Menſoris culpam latam, dolo comparat, in æſtimando damno & intereſſe Actoris læſi*; Cum noſtra interſit, ne fallamur, in modi renunciatione ab eo in quem plena fide confidimus. Nam is quoque in crimen incidere

cidere dicitur, qui latæ culpæ Reus eſt, ſicuti dicitur quoque *in d.l. 1. §. 15. D. de O. & A.* Ac quod etiam propter latam culpam illatum, actor damnum & ſuum intereſſe contra Reum juramento in litem probare & æſtimare poſſit, reſcripſit Imperator Antoninus *in l. 2. ibi:* ſi verò neque dolus neque lata culpa *C. de in lit. jur.* Anton. Faber *in Rational. ad d. l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.*

§. VII.

1. *Nec* quicquam movet *in Contrarium* ſupra allata juris *Ratio*, quod in Caſu Agrimenſoris agamus in pœnalibus & delictis; Si quidem actione Prætoris contra Menſorem, quæ magis ex vero delicto quam ex contractu oritur, In pœnalibus autem latam, culpam dolo malo æquiparari communis eſt Doctorum aſſertio. *per dict. l. in actionibus 5. §. 1. ibi:* non etiam culpam. *D. de in lit. jur.* ubi propter Verba taxativa, in pœnalibus, lata culpa excluditur. Cum cauſa quælibet, etiam injuſta excuſet à Dolo & conſequenter à pœna doli; ac in delictis Dolus pro ſubſtantia requiratur. *Tot. Tit. D. dol. mal.* Clarus *in Pr. Crimin. §. fin. q. 60.* Bargal. *de dolo lib. 5. cap. 2. n. 20. & 25.* Reſcriptum Imperatoris ſingulare quid ſtatuere, ajunt contrarium ſentientes, cujus dolus & contumacia, repertorium non perficientis, aut rem adulti non reſtituentis, meritò arbitrio Domini, punienda erit. *in dict. l. 2. C. de in lit. jurand. l. tutor qui repertorium 7. ibi:* in id quod intereſt. *D. de adminiſtr. tut.* Bero *conſil. 128. num. 18. vol. 3.* Cavalcan. *de tutel. num. 59.* Imò, quod dolus latæ culpæ non æquiparetur, etiamſi ſaltem de pecuniaria pœna agatur, deducit Joan. Bapt. Plotus. *ad l. ſi quando §. 6. num. 32. C. unde vi.* Qui in terminis Statuti Verba facit, *ſub num. 30 & 31.* Ideò *de Statuto ita diſponente intelligendus erit.*

Hiſce

§ VIII.

1. Hiſce enim in contrarium adductis *ſequentia* ut adnimadvertantur, *reponimus.* Quod licet hoc in caſu ſimus in pœnalibus, attamen cum de pecuniaria tantum pœna agatur, lata culpa ſine dubio dolum repræſentat, & propter præſumptionem, doli vim & efficaciam inducit. *per l. 1. §. non autem D. ſi quis teſtam lib eſſe.* Guttierez. *de tutel. part. 2. cap. 1. num. 18.* Unde diſpoſitio dolum puniens, latam quoque culpam comprehendit. *l qui ædes D. de incend.* Joan. Corraſ. *in miſcell. lib. 4. cap. 2. n. 11.* Leubler. *de incend. cap. 4. num. 8. & ſeqq.* unde Antonius Faber ſcribit: *Nec Doli mentio etiam reſtrictivis verbis facta, latam culpam unquam excludit, quippe, etiamſi non ſemper dolus eſt, ſemper tamen dolo proxima eſt doloque comparatur, imò etiam dolum repræſentat*, ſicuti ait JCtus *in l. non ſimiliter 4. D. de magiſtr. conven. l. quæſitum §. illud D. de precar.* Anton. Faber. *Decad. 76. Error. Pragm. 3.*

2. Quod verba Taxativa concernit, earum hæc eſt natura, ut verba æquipollentia aut ſimilia, vel eandem naturam habentia minimè excludant. Cæpolla *conſil. Criminal. 33. num. 7.* Nicol. Everh. *in Top. legal. Rubr. à Natura Verb.* taxat. Montan. *de tutel. cap. 37. num. 66.* quod pateſcit *ex l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* Quo loco, quamvis Menſor de dolo, duntaxat teneri, dicatur: Hoc tamen mox ad latam culpam, propter ſimilitudinem extenditur, cui dolus comparatur. Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l. 1. §. 1.* Eodem modo, quamvis juxta *l. ob æs. 12. C. de præd. minor.* Prædia minorum vendi poſſint, tantum propter æs alienum. Quæ tamen taxatio nihil impedit, quin ea & ob alias & ſimiles cauſas propter paritatem rationis puta dotis, alimentorum Vendi aut oppignorari poſſint Guttierez. *quæſt. Iur. Civil. 15. num. 23.*

 *lib. 3.*

*lib.3.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 2. *num.* 10. Latiſſimè Otto Philipp. Zepper *de interpret. verb. cap.* 46. *num.* 23.

§. IX.

1. Ac quamvis in quibusdam legibus reſponſum fuerit, propter culpam, juramentum in litem non deferendum eſſe. Veluti *in l.* 4. *in fin. cum l. in actionibus §. ibi: non etiam ob culpam. D. de in lit. jurand.* Hoc tamen de levi tum culpa intelligendum eſſe cenſeo cum Anton. Faber *in d. l. in actionibus* 5. *verſ. ſed in omnibus fol.* 201. *in Rational. Tom.* 3. Quotiescunque enim culpa ſimpliciter nominatur, levis tantum culpa intelligitur. *per l. contractus* 23. *D. de R. I. l. in venditionem §. per D. de reb. auth. jud. poſſid.* Proinde in jure, id ſine culpa fieri dicimus, quod ſine levi culpa fit, quamvis non fiat ſine culpa leviſſima. *l.* 3. §. *at hoc edicto. D. naut. caup. ſtab.* Petr. Faber. *ad l. contractus D. de R. I.* latè Celſ. Bargal. *de dolo lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 17. *& ſeqq.* Ita in terminis Agrimenſoris Coraſ. *dict. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 11. latiſſimè Jerem. Setſer. *de jurament. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 10. *& ſeqq.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l.* 1. §. 1. *D. ſi menſor. falſ. mod.* Plot. *de in lit. jurand. ſeu ad l. ſi quando* §. 43. *n.* 18.

§. X.

1. *Sit quinta Concluſio*, per modum *Extenſionis*, in *Architecto, Diſcuſſore, Tabulario*, vel quolibet alio, qui in menſuræ renunciatione fefellit. Nam cum Jureconſulti Romani, juris condendi poteſtatem non habuerint, nec directas actiones, quas Lex aut Edictum non dat, dare queant; Ideò ad exemplum directarum actionum utiles actiones præbere ſolent *per l. ſi menſor* 5. *in pr. D. ſi menſ. falſ. mod.* Quibus permiſſum eſt, ut ſuis interpretationibus Jus Civile augeant. *l.* 2. § *poſt originem D. de orig. jur.* Anton. Faber. *in Rational. ad l. fin.* §. *dict. tit. fol. m.* 2079. Weſenbec. *ibid. in Paratitl. ſub n.* 4. Anton. Uſill. *de action.*

*in proem.*

*in proœm. num. 41.* Tenetur igitur hoc Edicto, quilibet, etiamſi Menſor non fuerit, attamen in modo fefellit.

2. Jdeò Architectus ſi dolo malo in lineamentorum directu fefellit & ordinatione ſtructuræ quempiam decepit, hac actione tenetur.

3. Redemptor item, qui opus alteri ſuis cæmentis ædificans alicui ex calliditate damnum dederit, Convenitur. *per l. redemptores. 39. D. de rei vindic.* Nam Divus Severus adverſus Architectum & Redemptorem actiones dandas eſſe decrevit. *in l. vel. cujus 7. §. 3. D. ſi menſ. falſ. mod.* Cum novum non ſit, ut Decreto quoque Imperatoris, utiles etiam actiones inducatur. *l. ſi cum emptore 16. D. de pactis. l. ex nomine 8. C. de hered. vel act. vend.* Faber *in Rational. ad d. l. fin. §. 4. in fin.* Dicitur autem *Redemptor*, qui certo pretio opus aliquod faciendum, ſuo periculo conduxit. De quo *in l. ea lege. 51. §. fin. ibi: opus vitioſum D. locat. l. cum quidam. 17. §. pen. ibi:* negligenter. *D. de uſur.*

4. Ex eadem æquitatis Ratione, *Tabularius* quoque & Calculator qui falſum numerum ceu calculum renunciavit, hac utili actione tenetur, ſi quisquam exinde deceptus & læſus fuerit. *per l. fin. §. fin.* ubi Anton. Faber. *in Rational. D. dict. tit.* Gloſſ. *in cap. quia indicante. verb. Agrimenſor X. de præſent.* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 33. num. 1.* Colleg. Argentor. *lib. 11. tit. 6. num. 4.*

5. Univerſaliter igitur hoc Edicto tenetur, non ſolum is, qui in agro metiendo, verum etiamſi fefellit, in menſura Ædificii, vini vel frumenti: Sive de tineris latitudine, ſive de ſervitute immittendi projiciendivè quæratur, ſive aream vel tignum vel Lapidem metiendo mentitus fuerit: vel cujusvis alterius rei etiam in ponderibus conſiſtentis, tenebitur. *per l. ſi duobus. 3. §. idem Pomponius. 4. l. ſi menſor. 5. §. hoc judicium. 2. ibi:* ædificii, vini fru-

ni, frumenti. *cum l. ſeq D. ſi menſ. falſ. mod.* ubi Anton. Faber. *in Rational.* Raph. Fulgos. *ad d. l. ſi menſor. 5. qui in fine* ſcribit: *Et nota finem hujus legis contra Practicatores Fabricatorum noviter murorum, qui me pridie deceperunt, in menſura murorum, quos fabricari feceram. Et contra Computatores petiarum, qui falſum numerum renunciant.* Oldendorp. *claſſ. 3. act. 15. §. 4. numero. 1.* Joan. Bonifac. *de furt. §. Fraudulosa. 4. num. 49.* Qui in fine tradit: *In ſumma, in quacunque falſa renunciatione, ſivè ea conſtet in pondere, ſive in numero, vel in menſura, hac actio conceditur.* Frantzk. *in Digeſt. ad dict. tit. D. ſi menſor. falſ. mod. in fine.* Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. lib. 39. cap. 13. num. 12.*

§. XI.

1. Idem dicendum eſſe cenſeo de *Diſcuſſore* ſi malè quempiam in cenſum retulit calliditate inductus, *per l. 1. C. de diſcuſſorib. lib. 10.* Hieron. de Monte *dict. cap. 33. num. 10.* vel de *Rationali*, cui commiſſa eſt cognitio & diſceptatio Rationum Fiſcalium vel publicarum, quæ jam ab aliis disjunctæ ſunt & tractatæ *l. cum poſt. 26. C. de appellat. per l. 2. C. de Apoch. publ. lib. 10.* De quo Symach. *in Reſcript. lib. 4. epiſtol. 71.* ac Caſſiodor. *lib. 4. Reſcript. 38.* ſtatuitur, itaq; quod ſi Diſcuſſor inique computationem fecerit, tenetur, præter reſtitutionem damni illati, ad ſolutionem eorum, in quibus fecit alterum debitorem Fiſcalem, ita ut talione mulctetur in quantitate adſcripta, juxta Regulam ut quod quisque juris in alterum ſtatuerit, eodem jure puniatur. *per d. l. 2. C. de diſcuſſor. cap. 1. diſtinct. 1.* Roland. à Valle *conſil. 66. num. 56. lib. 1.* vide omnino Franciſ. de Amaya *in Codice tit. de Diſcuſſ. lib. 10.*

§. XII.

1. Sit *Sexta Concluſio*: Si menſor à Partibus electus fuerit, vel in eum *Partes mutuo* conſenſerint, nec Dolo, nec

nec Lata culpa; ſed bona Fide, ut vel per imperitiam vel per negligentiam male in officio verſatus fuerit, ac falſam menſuram renunciaverit, non ſolum à pœna ſecurus erit, ſed etiam à damni præſtatione liber exiſtet. Doloſè autem feciſſe dicitur Agrimenſor, ſi modo animo aliquid fecit, ac referendo fefellit: Et Bona fide, quando per errorem vel imperitiam, Caſtrenſ. *in l. quamvis D. de condit. & demonſtr.* Anton. Sola *ad Conſtit. Sabaud. Tit. de Cenſ. ſolert. Gloſſ. un. part. 3. num. 4. fol. m. 130.* Joan. Bonifac. *de furtis. §. 4. num. 48.* In terminis Æſtimatoris Joachim. ſcayn. *deciſ. Bonon. 25. num. 8.* Viſum enim eſt Prætori ſatis abundeque coerceri Menſorem, ſi dolus malus ſolus, cum lata culpa conveniatur ejus hominis, qui civiliter obligatus non eſt, ſed magis operam beneficii loco partibus præbuit. *l. 1. §. 1. ibi*: beneficii loco *D. ſi menſ. falſ. mod.* Nam ſibi debet imputare Dominus vel Partes, qui talem Menſorem vel imperitum aut ſomnolentum adhibuerunt *d. l. 1. §. 2. ibi*: Si imperitè verſatus eſt, ſibi imputare debet, qui eum adhibuit; ſed etſi negligenter, æque Menſor ſecurus erit. *D. dict. tit. l. 1. §. is quoque D. de obligat. & act.* Joan. Papon. *ad Conſuet. Borbon. §. 521. in med.* Joan. Bonifac. *dict. §. 4. num. 48.* Vincent. Carocc. *de locat. part. 4. quæſt. 2. num. 7. fol. m. 979.* Quo modo Jure conſulti reſpondere ſolent de illo, qui minus diligenti Amico rem ſuam cuſtodiendam tradidit *arg. l. quod. quis 203. D. de R. I.* Nam nec Depoſitarius, niſi de dolo tenetur, cujus nulla utilitas in negotio commiſſo verſatur. *l. 1. §. is quoque D. de O. & A. §. præterea. Inſtit. quib. mod. re contr. oblig.* Anton. Faber *in Rational. ad dict. §. hæc actio 2. fol. m. 2069.* Anton. Sola *ad Conſuet. Sabaud. tit. de cenſ ſolut. Gloſſ. un. part. 3.* qui ſub *num. 4.* tradit; Quod ſi damnum patiar citra Dolum Menſoris, ex relatione nullam habeo con-

tra eum regreſſum, niſi adverſario non exiſtente ſolvendo. *l. ſi duobus. 3. §. 2. D. ſi menſor. falſ. mod.* Et hoc ante eum Felin. *ad cap. quia judicante. num. 3. X. de præſcript.* Quod tamen non ita planum exiſtit, juxta tradita Anton. Fabri *in Rational. dict. l. ſi duobus. 3. §. 2. lit. A.* Et hoc comprobat quoque text. *in l fin. in pr. D. de eo per quem fact.* Vincent. Carocc. *de locat. part. 4. quæſt. 2. num. 7. fol. m. 980.*

§. XIII.

1. *Limitant* quidam hanc Concluſionem niſi ipſe *Judex* Agrimenſonem aut artificem ad metiendum aut inſpiciendum ex officio elegit; Quo caſu Talem Menſorem de relatione per imperitiam aut negligentiam facta teneri, cenſent. *per l. ſi duobus 3. §. idem Pomponius 4. D. ſi menſ. falſ. mod.* Joan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. c. 521.* Quod perpetuò menti tenendum eſſe, commendat Aretin. *in §. quædam in fine num. 28. Inſtit. de action.* dicens ſe hoc in facto habuiſſe. Felin. *dict. cap. quia judicante. num. 2. & 3.* Hieron. de Monte. *tr. finium regund. 33. n. 4.* Carocc. *dict. tr. part. 4. quæſt. 2. num. 7. fol. m. 980.*

2. Veruntamen contrarium ex ipſo adducto reſponſo elucescit. Quo Ulpianus ipſe dubitans, ex Pomponii mente reſpondit: ſi à Judice Menſor adhibitus contra Titium renunciaverit eum Actori tum dolo malo ad intereſſe teneri. Chaſſan. *ad Conſuet. Burg. Rubr. de Juſtitia §. 6. verſ. Par les ſermens num. 4. fol. m. 318.* Et hoc per Rationem manifeſtam quoniam factum, Judicis hoc caſu, ſicuti in pleriſque aliis, ſit factum partis *per l. ſi ob cauſam 13. C. de evict. l. 1. C. ſi in cauſ. jud. pig. cap.* In omni enim caſu, actio ex hoc edicto, neceſſaria & danda eſt ei, qui per falſam denunciationem doloſè deceptus eſt, etiamſi Menſor à Judice detur *arg. l. 1. §. hæc actio 2. ibi:* ſcit. Prætor *D. ſi menſor. l. ſi irruptione 8. §. ad officium 2. ibi:* menſores mitte-

mittere *D. finium regund.* Ita latè Cardin. Petr. Paul. Pariſ. *ad cap. quia indicante. 9. X. de præſcript. ſub num. 6.* ubi tradit nihil intereſſe ſive relatio facta ſit in judicio ſive extra judicium. Fulgoſ. *in d. l. ſi duobus 3 §. idem. D. ſi menſor.* Anton. Faber *in Rational. ad dict. l. 1. §. hæc actio 2. ac ad dict. l. ſi duobus 3. §. idem Pomponius 4. fol. m. 2072.*

§. XIV.

1. *Declaratur* tamen hæc Concluſio, *in Menſore publico & jurato*, qui peritiam in officio profitetur, aſt ſua imperitia vel negligentia in relatione menſuræ quempiam decepit, vel cuipiam damnum intulit: Quo caſu Menſor, etiam à Judice electus, Parti ſua imperita renuntiatione læſæ, intereſſe & damnum reſarcire tenetur. Agrimenſor enim publicus ad officium à Judice eligitur, nec ei niſi juratò defertur officium menſoris de bona fide & diligentia adhibenda. *arg. l. comparationes 20. ibi:* gratia tenti. *C. de fid. inſtrum. l. ab hac edictali 6. §. 1. ibi:* Sacramento interpoſito *C. de ſecund. nupt.* Hieron. Cagnol. *ad l. 2. n. 259. C. de reſcind. vend.* ubi plura de Relatione *ſub num. 263.* Anton. Sola *ad Conſtit. Sabaud. Tit. de Cenſ. ſolut. Gloſſ. un. part. 1. num. 23.* Cum enim perito hæc commiſſio menſurandi à Judice demandanda ſit, ſecundum Bartol. *in l. 1. D. de ventr. inſpiciend.* Imperitia autem culpæ annumeretur *in l. imperitia 132. D. de Regul. Iuris.* Ideò unicuique ſua culpa nocere debet, non alteri *l. factum 155. D. dict. tit.* Nemo enim debuit officium ſuſcipere, quod ſciret, ſe bene & feliciter expedire non poſſe; Cum non exiguam culpam committat is, qui ſibi temerè artificium aliquod arrogat, cujus tamen imperitum ſe eſſe novit. Unde Medicus ſi per imperitiam malè hominem curaverit, actione L. Aquiliæ tenetur. *l. idem juris 8. D. ad l. aquil.* Philipp. Matthæ *ad l. ferè in omnibus 108. num. 7. & ſeqq. D. de R. I.*

In

In terminis Agrimenſoris latè Card. Pariſ. *ad cap. quia indicante. 9. num. 13. X. de præſcript.* Camill. Borell. *conſult. 84. num. 5. & 19.* Anton. Sola *dict. loc. n. 23.*

§. XV.

1. Sit *Septima Concluſio*: Quod Menſoris aut Tabularii vel Architecti renunciatio efficaciam non habeat *niſi ea à Prætore* partibus citatis & auditis, *publicata* ſit, & ejus judicio comprobata fuerit. *text. in l. ſi irruptione 8. in pr. ibi:* Præſes Provinciæ terminos per menſorem declarare jubet *& §. 1. ibi*: Ad officium de finibus cognoſcendis pertinet Menſores mittere. *D. finium regund. ubi* Anton. Faber *in Rational.* eſt quoque *text. in l. 1. in pr. ibi:* niſi intimentur & ex deſcriptione eorum fuerint receptæ ſententiis. *C. de apoch. publ. lib. 10. l. un. C. de error. Calcul.* Ita namque reſcripſit Imperator Gordianus: *Inſtar rei judicatæ obtinere minime poteſt computatio Tabularii, niſi ſententia Procuratoris fuerit comprobata in l. 2. C. de jur. fiſc. lib. 10.* Parlador. *2. Rer. quotidian. cap. fin. part. §. 6.* Joan. Papon. *in terminis ad Conſuet. Borbon. §. 521.* Guttierez. *lib. 2. Pract. quæſt. civil. 37.* Cujus aſſertionis hæc *Ratio* eſt.

2. Quoniam cum hi Agrimenſores vel Tabularii jurisdictionem non habeant, vel partes ad paritionem cogere vel debitores compellere ad debitum ſolvendum poſſint, ſed Prætori menſuræ modum renunciare aut calculi quantitatem & qualitatem referre debeant, non eſt mirum, ſi eorum menſuratio vel computatio, rei judicatæ inſtar, non obtineat, niſi ab eo qui jurisdictionem habet, id quod factum eſt, fuerit confirmatum. Unde cum *Sichardus noſter, P P. Tub.* quæſtionem examinat; *An iudex ſententiam ferre debeat, de terminis ponendis, ante Menſoris relationem?* Reſpondit: *Ego ſane de facto aliter facerem; Id quod etiam conſuetudo Germaniæ uſurpat. Mitterem*

*:terem enim Agrimenſorem qui poſt menſurationem ponat terminos, tanquam certos, deinde referat hoc Iudici, qui factum agrimenſorum per ſententiam confirmet, ut ſic ſemper ſententia ſit certiſſima.* Sichard. *ad l. ſi quis. 3. num. 7. C. fin. regund.* Nam hujusmodi Menſores vel Calculatores actui adhibentur, non tanquam Judices, ſed tanquam teſtes & Periti in arte. *per l. 3. C. de tabular. lib. 10. l. 2. C. de reſcind. vendit.* Munoz. de Eſcobar. *de ratiocin. cap. 31. num. 18. & 42.* Stephan. Gratian. *diſcept. 235. num. 29. & ſeqq.* late Franciſc. de Amaya *ad l. inſtar. 2. C. de jur. fiſc. lib. 10. num. 11. 42. & paſſim.*

3. Hac tamen *Declaratione* adjecta, niſi Judex Menſorem eum hac expreſſa clauſula & conditione elegerit & miſerit, ut quæſtionem controverſam terminet. De quo extat Reſcriptum Imperatoris *in l. ſi quis. 3. ibi*: Quæſtio terminetur *C. finium regund.* ac reſponſum Ulpiani *in l. irruptione. 8. in pr. ibi*: Præſes Provinciæ terminos per menſorem declarari jubet. *D. eod. tit.* ubi Anton. Faber. *in Rational. fol m. 958.* Rayger. *in Theſaur. Pr. Verb. peritus, in fine.* Franciſc. de Amaya *ad dict. l. inſtar. 2. num. 41. & 42.* Agrimenſoris enim antiquitus magnam fuiſſe poteſtatem ac quicquid in finalibus controverſiis ille, ſanxiſſet judicii authoritatem habuiſſe conſtat ex Reſcripto Cæſaris apud Caſſiod. *lib. 3. var. Reſcript. penult.* Idque ex Aggeno & Frontino comprobat. Jo. Bapt. Aymus *de alluv. lib. 1. cap. 16.*

§. XVI.

1. Cæterum Prætoris Decreti efficaciam Pars læſa impedire poteſt, ſi reclamat & petit, ut erronea relatio emendetur, quæ ex falſa relatione Menſoris à Judice publicata eſt: adjuncta petitione ut negotium hoc peritioribus committatur & prædium iterum menſuretur *arg. l. qui gravatos 5. ibi:* Competitionis habeat facultatem *C. de*

 *cenſib.*

*cenſib. lib. 11.* Abb. & Felin. *ad cap. quia judicante num. 3.* ubi Paris. Cardinal. *num. 6. X. de præſcript.* Bartol. *ad l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* Hieron. de Monte *de fin. regund. cap. 26.* Quod conſuetudinibus Borboniæ conſentaneum eſt, quibus receptum eſt: *Que à rapport de Iurez, deuement fait, doit eſtre adjouſtrè Foy, s' il n' en eſt demandè l' amendement.* h. e. *Quod relationi juratorum debito modo factæ, debet adhiberi fides, ſi per eos non petita fuit pœna.* Cons. Borbon. § 521.

2. Quo caſu Victor ſcilicet, qui palmam obtinuit, expenſas erogatas ab adverſario recuperabit Bald. *in l. 3. C. ad l. jul. de adult.* Nevizan. *conſil. 38. num. 8.* Ant. Sola *ad Conſuet. Sabaud. Tit. de cenſ. ſolut. Gloſſ. un. part. 1. n. 25.*

3. Quod menſurationis gravamen intra annum proponi debere & poſſe, conſtat *ex d. l. qui gravatos 5. C. de cenſib. lib. 10.* ubi Jacob Rebuff. *num. 7.* modo hoc gravamen extrajudicialiter contigerit, quod etiam poſt decem dies opponi potes. Anton. Teſſaur. *deciſ. 239. n. 11.* Ita Judicatum fuiſſe tradit Camil. Borell. *conſult. 84. num. 18.* Imò ſententiam per Calculatores latam non tranſire in rem Judicatam, niſi Judicis ſententia & partium conſenſu Ratiocinia ſint approbata, *per l. cum putarem. 36. D. famil. erciſc.* tradit latius Alphonſ. de Azevedo *ad leg. 22. tit. 6. lib. 3. num. 5. & 6.* Cardinal. Pariſ. *ad cap. quia indicante. 9. num. 6. X. de præſcript.* Diſſentit aliquatenus Abb. Panormit. *ad dict. cap. 9. num. 4. q. 3.* Quod ſi ipſe Judex, animadvertit, iniquam aut erroneam Menſoris relationem eſſe, ex officio eam reiicere poteſt, juxta Felinum; Qui tradit; *Quod ſi apparet, quod Relatio Peritorum non fuerit bona vel propter imperitiam vel aliter, Partes lædat, Iudex debet revocare ſententiam, propter Conſilium magis peritorum.* Felin. *in cap. propoſuiſti num. 10. X. de probat.* Card. Alban. *ad Bartol. in Rubr. D. ſi menſ. falſ. mod. num. 1.* vide Herm. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 20. ſub num. 9.*

1. Sit

§. XVII.

1. Sit *Octava* Concluſio: Menſor officium menſurandi ſive per ſe, ſive per *ſubſtitutum* expedire poteſt *arg. tot. tit. X. de officio delegat.* Hieron, de Monte *de finib. regund. cap. 31. num. 4.*

2. Quo tamen caſu ſi Menſor, qui mandata de menſura agenda ſuſcepit, illud alii commiſit, ſi ſubſtitutus dolo malo in re demandata verſatus fuerit, de dolo tenetur, & omne intereſſe damni dati per falſam ad menſurationem præſtare tenetur, ita namque Jure Conſultus Paulus: *Sed ſi Ego tibi, cum eſſes Menſor, mandaverim, ut menſuram agri ageres: Et Tu id Titio delegaveris, & ille dolo malo aliquid fecerit: Tu teneberis: Quia dolo malo verſatus es qui tali homini credidiſti. per text. in l. vel per literas 2. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* ubi Anton. Faber *in Rational.* Joan. Bonifac. *de furtis. §. 4. num. 48.* Joan. Oetinger *de finib. regund. cap. 16 n. 20.* Quod tamen in controverſiam ducere poſſumus ac ſollicitam dubitationem admittit; ſcilicet, *an Dominus de dolo ſui ſubſtituti in menſurando teneatur?*

3. Ac videtur dicendum *quod Non. Nam* is qui negotium ſibi commiſſum alii committit & delegat, negligere illud magis quam dolo facere cenſetur. *l. cum hi 8. §. Prætor D. de tranſact.* Atqui Menſor tantum de dolo & lata culpa, minime verò parti & actori læſo de negligentia tenetur, juxta *l. 1. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* vide *ſupra §. 3.* Ac cum *dolus* ſit quid perſonaliſſimum nec dolus Titii ſit dolus tuus, adeò, ut pœna delicti ſuum Authorem egredi non debeat. *l. ſancimus C. de pœnis.* Mar. Giurba *conſil. deciſ. 36. num. 36.* nec Dolus tranſeat ad heredem niſi calculi potius quam maleficii ratione *l. ſabinus 29. D. de dolo.* Ideò ultra perſonam dolum committentem actio non extendatur; Cum Vitia perſonalia, perſonam

 non

non egrediantur. *l. ſi ex doli §. fin.* ibi: Procurator ex ſuo dolo tenetur *D. de dolo malo.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 2. cap. 6. per tot. ac lib. 6. Regul. 23. num. 3. & 5.* Tiraquell. *de retract. conſang. §. 24. Gloſſ. num. 8.* Ita in terminis Delegati Alexand. ab Imola *ad l. hoc edicto 2. n. 10. D. quod quisq; jur.* Geminian. *conſil. 114.* Jacob Strozzi. *de poteſt. Vicar. lib. 3. q. 29. n. 3.*

§. XVIII.

1. Veruntamen hoc Dubium Reſolvitur, *Primò*; hac declaratione: Qui eligit Menſorem, eligit induſtriam, fidem & diligentiam certæ perſonæ, quæ perſpectivam experientiam profitetur. *arg. cap. fin. X. de offic. delegat.* Felin. *ibidem num. 4.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. cap. 92.* Maſcard. *de probat. concluſ. 595.* Quandoquidem autem magna ſit differentia inter artifices, ingenii, naturæ, doctrinæ & inſtitutionis; *l. inter artifices 36. D. de ſolut.* ac plerunque robur hominis, ætas temporis, opportunitasque naturalis, cauſam operarum immutare ſoleat, reſpondente Ulpiano. *in l. ſi non ſortem 26. §. liberto 12. verſ. ſed ſi operas. D. de condict. indeb.* Gail. *lib. 1. obſ. 97.* latè Herman. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 2. num. 7.* Proinde is, qui ad menſurandum prædium electus eſt, non debuit, quod fidei & induſtriæ ſuæ commiſſum erat, alii committere & tali homini credere, qui poſtea dolo malo in re commiſſa verſatus fuit. In eo enim, ipſe Delegans videtur dolo malo verſatus eſſe, qui id fecit, aut ſaltem in ea eſſe culpa, quæ ſit lata & dolo proxima, propter quam teneri debeat hoc edicto. Nam ſi dolo proximum eſſe creditur, quod intempeſtive miſericordiam fecerit depoſitarius erga ſervum depoſitum, eumque à Domino vinctum liberaverit; ita ut eo nomine depoſiti actione teneatur *l. ſi hominem 7. in pr. D. depoſiti*, Multo magis dolo proximum eſt, ſi menſor ad agrum menſurandum electus, & qui ex

ea cauſa,

ea cauſa, fidem ſuam obſtrinxit, alium delegat, qui dolo malo falſum modum renunciat; ſicuti ratiocinatur Anton. Faber *in Rational. ad dict. l. vel per literas 2. §. 1. D. ſi menſ. falſ. mod. ac in d. l. ſi hominem. 7. D. depoſit. Tom. 3. Rational. part. 2. fol. m. 352.* Quo facit id quod in terminis haud diſparibus, Bartolus: *Ut operæ fictè ſint eadem, duo copulativè requirit. 1. ut hoc inter contrahentes agatur. Et. 2. ut ſubſtitutus cum ſubſtituente ſit ejusdem peritiæ.* Bart. *in l. nemo 5. num. 4. & 5. D. de duob. reis.* ſubſtituens ergò non alium quam ejusdem Conditionis & peritiæ ſuo loco ſubſtituere poteſt, neque etiam alium quam in omnibus æque habilem *per l. Thais ancilla 41. §. ſorore 4. ibi: eos non placere ſibi D. de fidecommiſſ. libertat.* & per Reſcriptum clariſſimum *in l. ibi:* tam moribus optimis quam ſcientiam peritiamque ſuarum facultatum periculo *C. de præpoſit. ag. in reb. trad. DD. arg. cap. 1. §. firmiter de probib. feud. alien. per Fr. lib. 2. F. 55.* Felin. *in cap. fin. num. 4. X. de officio deleg.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 6. num. 45. & ſeqq.* Herman. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 2. num. 7.* Kinſchot. *reſponſ. 95. num. 7.* Franc. Reverter. *deciſ. S. C. Neapol. 325. in pr.* ubi Donat. Ant. de Marinis *in obſerv. 325.*

§. XIX.

1. Præterea *Secundo* obſervandum eſt, quod actio ex hoc edicto, quæ datur contra Agrimenſorem, oriatur ex delicto, quamvis ad pecuniarium tantum intereſſe & reſarciendum damnum tendat, Dominus autem vel ſubſtituens aut delegans ex delicto, facto ac culpa ſui ſubſtituti tenetur, eumque periculo ſuarum facultatum ſubſtituit. *per text. in l. nullus 60. ibi:* periculo ſuarum facultatum. *C. de decurion. lib. 10. l. ad ſimilitudinem 21. C. de epiſcop. & Cler.* Petr. Barboſa *ad l. ſi mora 10. n. 38. D. ſolut. matrim.* Menoch. *2. Arbitr. Caſ. 345. num. 9.*

2. Hujus juris Conſtituti hæc Ratio exiſtit; Quoniam id quod ex propria mala & ſiniſtra electione provenit, in ejusdem propriam culpam cedit, quod imperitum ſubſtituerit: Electio enim mala eſt ſpecies culpæ. *l. nam & 21. §. mandato 3. D. de negot. geſt.* ideoque quoque damnum exinde proveniens reſarcire obligatur. *d. l. 1. §. hæc actio 2. ibi*: ſibi imputare debet. *D. ſi menſ. falſ. mod.* Unde pro ſimilis caſus deciſione extat reſponſum. Modeſtini *in l. fin. D. de cuſtod. reor.* Non eſt facile, Tyroni, Rei cuſtodia credenda. Nam ea prodita, is culpæ Reus eſt, qui eam commiſit. Herman. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib. 2. cap. 15. num. 1.*

3. Rationem Rationi addo ex Baldo: Quia ſervus vel ſubſtitutus in officio ſuo delinquens de Domini ſui ſubſtituentis voluntate deliquiſſe cenſetur. Bald. *in l. obſervare D. de offic. Proconſ.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 27. n. 22. & per tot.* Mar. Giurba *conſil. deciſ. 36. per tot.* Jacob. Sbrozz. ſuam opinionem declarat, niſi Epiſcopus foret in culpa eligendi Vicarium. *dict. lib. 3. quæſt. 30. n. 1.* latè Franciſ. de Amaya. *ad dict. l. nullus 60. num. 44. C. de decur. lib. 10.* Ita deciſum fuiſſe in Rota Romana teſtatur Seraphin. Razzal. *deciſ. Rotæ 527. per tot.* Alexand. Ludoviſ. *deciſ. R. R. 233. per tot.* Et ego latius egi *in tr. mox prodituro. de Adminiſtris.*

§. XX.

1. Sit *Nona* Concluſio, ſi duobus agri menſura demandata eſt, & ambo doloſè fecerint, *uterque in ſolidum* tenetur, ac adverſus ſingulos in ſolidum agere poſſum, propter Reſponſum Ulpiani *in l. ſi duobus 3. in pr. D. ſi menſ. falſ. mod.* Concordat. *l. 1. §. ſi apud duos l. ſi duo §. quod ſi lancem D. depoſit. text. in l. eandem 9. ibi:* utriusque fidem in ſolidum ſecutus *D. de duob. reu.* Cephal. *lib. 1. conſil. 36.* Alciat. *ad l. 4.*

§. *Cato*

§. *Cato D. de verb. oblig. num. 9.* Joan. Bonifac. *de furt.* §. *4. num. 48.* Card. Paris. *ad cap. quia indicante. 9. num. 7. X. de præſcript.* Celſ. Bargal. *de dolo lib. 6. Regul. 5. n. 1.*

2. *Ratio* hujus Concluſionis eſt, quoniam ſinguli Agrimenſores conveniuntur ex proprio dolo. Dolus autem uniuscujusq; individuus eſt, & quilibet damnum mihi agenti in ſolidum dedit. Dolus enim non poteſt pro parte committi, cum ſit actus individuus: Ac Dolus conſiſtat in facto: Facta autem diviſionem non recipiunt; Cum ſecundum naturam, impoſſibile ſit, ut quispiam pro parte facere poſſit; Quoniam natura non patitur, ut motus in partes dividatur. *l. ſtipulationes non dividuntur. D. d. V. O.* *Gomez. 2. Var. Reſol. cap. 10. num. 24.* Parlador. *lib. 1. rer. quotid. cap. 6. in pr. num. 5.* Joach. Scayn. *deciſ. Bonon. 80. num. 85.* Ideo uterque tenetur, juxta Reſponſum Pauli *in l. electio 26.* §. *1. ibi:* ſi plures dolo fecerint, eligere debet actor *D. de nexal. action.* Raphael. Fulgos. *ad dict. l. ſi duob. 3. in pr. ubi ait: quod delictum non poſſit committi niſi in ſolidum.* Ac adverſus ſingulos danda mihi eſt actio in ſolidum, ut ſui quisque facti & doli pœnam luat. *per l. ſi communis familia. 9. D. dict. tit.* Alciat. *in dict.* §. *Cato. num. 90. & ſeqq. D. d. V. O.* Caballin. *de divid. & individ. part. 3. num. 198.* allegatus à Bargal. *dict. Regul. 5. num. 4. & 5.* Guttierez. *de tutel. part. 1. cap. 15. num. 26.* Kinſchot. *reſponſ. 39. num. 7.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l. ſi duobus 3. in princip.* licet diſſentiat Guttierez. *dict. tr. cap. 15. num. 21.* Qui beneficium diviſionis contutoribus attribuit, late quoque Fr. de Clapper. *deciſ. Aquens. cauſ. 62. q. 4. num. 4. per l. plures 37. in pr. ibi:* periculo ſocietatem *D. d. adminiſtr. tut.* Cævall. *Commun. contr. comm. q. 845.* diſtinguit Vincent. Caroc. *de excuſſ. part. 2. q. 8. n. 18.*

*1. Li-*

§. XXI.

1. *Limitatur* tamen hæc concluſio, ſi Actori jam ab uno ex menſoribus ſatisfactum ſit, quâ ſolutione præſtita, alter ex menſoribus ab ulteriori petitione liberatur & actio expirat. *per d. l. ſi duobus 3. in pr. ibi:* denegari oportet. *D. ſi menſ. falſ. mod. l. 1. §. ſi plures D. de eo per quem factum.* Et hoc exemplo duorum Tutorum, quorum unus vel ſolvendo intereſſe vel rem reſtituendo, alterum penitus liberat. *in l. ſi pluris D. de dol. mal.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 6. Regul. 5. num. 8.* late Alphonſ. Olea *de ceſſ. action. tit. 5. q. 6. num. 13. & ſeqq.*

2. Hujus aſſerti *Ratio* hæc eſt, quod actio hæc pœnalis quidem eſt, ex parte illius, qui convenitur; quia in dolũ & factum ejus concepta eſt & ad eum puniendum *l. hujus actionis 9. §. 1. D. quod falſ. tut auth.* Sed ex parte Actoris eſt rei perſecutoria, cum non detur alii, quã ei cujus inter eſt *l. ſi duobus 3. §. 1. ibi:* cujus interfuit. *l. ſi menſor. 5. §. ſi cum falſus. D. ſi menſ. falſ. mod.* Ergò ſi actor ab uno ex Menſoribus, actionem conſecutus fuerit, nihil debet ab alio conſequi: Ne alioquin ipſe in dolo ſit, qui bis idem conſequi velit contra bonam fidem. *l. ſi quis dolo 51. in fin. D. de re judicat. l. bona fides. 57. D. de Reg. Iur.* ubi Decius tradit: quod ſolutione ejus quod debetur, omnis obligatio tollatur. Nam ubi ſemel fuit datum & ut oportebit datum, bonæ fidei adverſum eſt, quod idem bis exigatur. Dyn. *in cap. bona fides. de R. I. in 6.* Ferrar. *ad dict. leg. 57. in pr.* Anton. Faber. *in Rational. ad l. ſi duobus 3. in pr. D. dict. tit. fol. m. 2071.* Et hoc in pœnis quoque procedere; quoniam de hominis facto ſæpius quæri non debet; tradit *per l. omnes C. de pœnis* Decius *ad dict. l. bona fides 57.* Roman. *conſil. 213.* Cornæ. *conſil. 33. num. 21. lib. 2.* Montan. *de tutel. cap. 39. n 126* variè diſtinguit Petr. de Bella Pertica *in quæſt. deciſ. 396. ex oper. deſumpt. qui tamen nobiſcum tandem tranſit.*

1. Quæ-

§. XXII.

1. Quæritur autem; *Quid ſi unus ex duobus Menſoribus doloſis læſo Actori ſolidum ſolverit; An agri menſor ſolvens adverſus ſocium doli, utpote ſuum Commenſorem regreſſum habeat, ut ei ab actore læſo cedendæ ſunt actiones?* Hanc Quæſtionem reſoluit Ulpianus exemplo à Tutoribus deſumpto *in l. 1. §. plane 14. D. de tutel. & ration. diſtrah.* Plane (reſpondit) ſi ex dolo communi conventus; præſtiterit Tutor neque mandandæ ſunt actiones, neque utilis competit; Quia proprii delicti pœnam ſubit, quæ res indignum eum fecit, ut à cæteris quid conſequatur, doli participibus. Nec enim ulla ſocietas maleficiorum vel communicatio juſta damni ex maleficio eſt. Facit Reſponſum prædicti Ulpiani *in l. neque. 57. D. pro ſocio, l. ſi à reo 70. in fin. ibi:* flagitioſæ rei ſocietas. *D. de fidejuſſ.*

2. *Ratio* hujus aſſerti eſt, ne cuiquum proprius dolus patrocinium adferat, aut eum indemnem conſervet. Dolus enim impunitus permanere non debet *l. in delictis 4. §. cum Dominus D. de noxal. act. l. ſi procurator. D. de except. doli.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 6. Regul. 44.* Ita in terminis Bart. *in l. 1. num. 8.* Curt. Jun. *num. 11. C. de tranſact.* Alexander, *in l. ſi quis nec cauſam D. de reb. credit.* Nicol. Boer. *deciſ. 59.* Ronchegall. *ad l. Eandem 9. D. de duob. Reis num. 221.* ubi tradit, quod cum non niſi in ſolidum delinquatur, ideò in ſolidum quoque convenitur. Eamque communem opinionem dicit. Paul. Montan. *de tutel. cap. 39. num. 44.* qui ſub *num. 145.* hoc verum eſſe dicit, etiamſi dolus in omittendo conſiſtat *per l. ſi plures 24. ibi:* altero auctore, cum altero agi poteſt *D. de teſtam. tutel.* Cels. Bargal. *dict. lib. 6. Reg. 5. num. 9.* Guttierez. *de tutel. part. 1. cap. 15. n. 29.* Anton. Faber. *decad. 80. Error. Pragm. 6. circa princip.* Schiffordegk. *lib. 1. controverſ. tract. 3. q. 3.* Steph. Gratian.

*diſcept. forenſ. 409. num. 15.* latè Alphonſ. Olea *tr. de ceſſ. jur. tit. 5. quæſt. 6. num. 13. & ſeqq.* Dn. Joan. Brunneman. *in Cod. ad l. cum alter. n. 3. C. de fidejuſſ. qui contrariis reſpondet* Diſſentit Marc. Anton. Eugenius *conſil. 20. num. 65.* Anton. Maria Corat. *Comm. opin. tit. 12. num. 54.* Diſtinguit Bouadilla *in Polit. lib. 3. cap. 18. n. 68. lit. B.*

§. XXIII.

1. *Sit Decima* Concluſio: Quod Agrimenſor falſas dolosè renuncians menſuras, ultra omne damnum quod parti læſæ reſarcire tenetur, tanquam falſarius, ſecundum *Ius Canonicum*, puniatur jejunio pœnitentiali: quo per triginta dies pane & aqua veſci obligatur. *per cap. 2. X. de Empt. & Vendit.* Quem tamen pœnæ pœnitentiæ modum ab Eccleſia receſſiſſe, tradit Auguſt. Barboſa *ad dict. cap. 2. n. 1.*

2. *Iure verò Civili* Menſor ac quilibet alius falſum modum & modium mentiens tanquam Falſarius pœna L. Corneliæ de falſis afficitur; *per l. annonam §. 2. D. de extraord. crimin.* Quæ eſt relegatio & bonorum publicatio *l. 1. §. fin. D. ad l. Cornel. de falſ.* ac reſtitutio dupli rei falſificatæ, juxta *l. pen. D. eod. tit.* Anton. Sola. *ad Conſuet. Sabaud. Rubr. Cenſ ſolut. Gloſſ. un. part. 3. num. 6.*

3. Secundum *Ius Saxonicum* falſificantis pœna eſt fuſtigatio & virgarum Cæſio. Specul. Saxon. *lib. 2. art. 13.* Matth. Coler. *deciſ. 179.* Chriſt. Cruſ. *de indiciis part. 2. cap. 35. num. 52.* Hodie tamen univerſis ferè Gentium moribus *Pœna falſi exiſtit Arbitraria*, quoniam aliter dolus, aliter negligentia aut imperitia magna animadvertitur & punitur. *Conſtit. Carol. art. 113.* Menoch. *lib. 2. Arbitrar. Caſ. 317. per tot.* Anton. Sola *dict. Gl. un. part. 3. ſub num. 5.* Quemadmodum etiam Juris Canonici pœnitentiales Canones amplius non ſunt in uſu, ſed omnes pœnitentiæ impoſitæ pro peccatis, ab ipſis Canonibus ſunt arbitrariæ Confeſſoribus.

ribus. *per cap. quæſitum & cap. deciſ. qui X. de pœnitent.* Barboſa *ad dict. cap. ut menſuræ. 2. num. 5.*

§. XXIV.

1. Sit *undecima* Concluſio; *Hæc actio* Prætoria in factum contra Menſorem falſam menſuram metientem ex dolo, vel lata culpa eſt tantum *ſubſidiaria*, ac tum demum competit, ſi Principalis contrahens ſolvendo eſſe deſierit. Ita namque *Ulpianus* in facti contingentia conſultus reſpondit: *ſi cum modus renunciatus eſſet, ac Emptor cum Venditore egiſſet; Agere poterit etiam cum Menſore. Sed ſi nihil ejus intereſt, condemnari Menſorem non oportet. Quod ſi non de toto modo, qui deerat, cum venditore egerit, ſed de minore? Conſequenter*, ſcribit Pomponius, *de reſiduo agi poſſe.* Reſponſum extat *in l. ſi menſor. 5. §. ſi cum 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* Hæc enim actio non datur, niſi ad id quod intereſt, nec alii quam cujus intereſt. *l. ſi duobus. 3. §. 1. eod. tit.* Hieron. de Monte *de finib. regund. cap. 33. num. 8.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. leg. ſi menſor. §. 1. fol. m. 2077.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. cap. 16. n. 23* Non enim regulariter mihi competit actio, ſi intereſſe deſierit. *per l. ſi procuratorem. 8. §. mandati. 6. D. mandat.* Dn. Joan. Brunneman. *ad l. ex conventione. 11. C. de pactis.* Proinde ſi Menſor falſum & minorem modum renunciaverit, & ob id venditor minus pretii ab emptore conſequutus fuerit: vel è contra, falſum & majorem modum retulerit, & ob id emptor plus agri acceperit, neutro caſu Menſor tenebitur; Quia Emptor poteſt id quod pluris dedit, ab emptore condicere vel venditor poteſt propoſita actione ex vendito, id quod pluris dedit, ab Emptore vindicare. Propter reſponſum Ulpiani *in dict. l. ſi duobus 3. §. ſed ſi. 3. ibi:* quia ex vendito actio adverſus emptorem adeſt. *D. dict. tit.* Id quod dilucide exemplificat Abbas Panormit. *in cap. quia judicante*

 *num. 9.*

*9. num. 9. X. de præſcript.* Aliter poſt eum Joan. Bonifac. *de furt. §. fraudulosa 4. num. 48.* Petr. de Bella pertica *quæſt. deciſ. 395. ex ejusdem oper.* Maranta *in Specul. Aureo part. 4. diſtinct. 11. num. 46.* Nam ſi Emptor vel venditor ex alia Civili actione, *V. G.* Ex empto, demum ſibi per falſam menſurationem factum reſarcire poteſt; ceſſat hæc actio, cum ejus nihil interſit. Siquidem generaliter extraordinaria remedia, ubi ſufficit ordinarium, dari non ſolent. *per l. in cauſa 16. in pr. D. de minor.* Weſenbec. *in Paratit. D. ſi menſ. falſ. mod. num. 5.* Contard. *ad l. diffamari in limit. num. 97.* Sforz. *Odd. de reſtitut. part. 1. q. 17. art. 1.* Accurdemus actionem honorariam ei, qui habet ipſo jure Civilem, & ex ipſo contractu E. V. eſt enim hæc actio bonæ fidei, cui non convenit, ex dolo menſoris, lucrum facere emptorem. Anton. Faber *in Rational. ad dict. l. ſi duobus 3. §. ſed ſi 3. D. d. menſ. Falſ. fol. 2073.* Anton. Uſillus *de action. §. aliæ autem num. 2. & paſſim.* In terminis Agrimenſoris Joan. Oetinger. *de finib. regund. cap. 16. num. 21. ac lit. Q.*

2. Diſſentit Felinus, qui cenſet, quod Menſor doloſus propter falſam relationem recta via teneatur. Abb. Panormit. *num. 4.* & Felin. *in cap. quia indicante. 9. X. de præſcript. num. 2. & 3.* Hieron. de Monte *dict. cap. 33. n. 4.*

§ XXV.

1. *Limitant* Jure Conſulti hanc Reſolutionem; ſi ipſe Venditor vel Emptor ſolvendo non fuerint, ex quorum Bonis Actor intereſſe conſequi poſſit: Quo caſu ipſe Menſor doloſus *in ſubſidium* tenetur, & in reſiduum cum effectu conveniri poteſt. In terminis textus *dict. l ſi duobus §. 2. ibi*: Niſi venditor ſolvendo non fuerit *cum ſeqq. §. 3 ibi:* ſolvendo non ſit. *D. ſi menſ. falſ. mod.* Nam quid detrahes nudo? ait Oldendorpius; quid exiges ab eo qui nihil habet? Juxta Regulam; Inanis eſt actio, quam

excludit

excludit inopia debitoris. Oldendorp. *Claſſ. 3. act. 15. in Pract. num. 4.* Abbas Panormit. *ad cap. quia indicante. 9. num. 4. X. de præſcript.* ubi tradit, tunc competere hanc actionem, quando non eſt remedium actori contra partem. Card. Pariſ. *ad dict. cap. quia indicante num. 6.* Bonifac. *de furt. dict. §. 4. num. 48.* Anton. Faber. *in Rational. ad l. ſi menſor. 5. §. ſi cum. 1. D. dict. tit. fol. 2077.* Hier. de Monte. *dict. cap. 33. num. 8.* Vincent. Carocc. *de locat. part. 4. quæſt. 2. num. 7. fol. m. 979.* Joan. Oetinger. *dict. cap. 16. lit. Q.*

§. XXVI.

1. *Nec evertit hanc limitationem* hæc Ratio; Quod Agrimenſor doloſè menſuram renuncians, ex proprio dolo parti læſæ æque principaliter obligetur, quam pars contrahens quæ ex falſa renunciatione lucrum percepit. *per l. ſi duobus 3. in pr. D. ſi menſor. l. electio 26. §. 1. ibi:* ſi plures dolo. *D. de noxal. act.* Bargal. *de dolo. Regul. 5. num. 4. & 5.* Anton. Faber. *ad d. l. ſi duobus 3. in pr. in Rational.* vide ſupra *hoc cap. 13. §. 20.* Ideò per inopiam Emptoris aut contrahentis, Agrimenſorem teneri, iniquum eſſe videtur. Paupertas enim unius, non debet oneri & damno eſſe alteri, cum paupertas & difficultas explicandæ pecuniæ, debitorem non liberet, *l. continuus. 137. §. illud. D. de evict.* Ideò quamvis venditor non ſit ſolvendo, à quo Emptor pecuniam condicere poteſt; Non tamen ex inde danda eſt actio contra Menſorem. Sufficit enim ad liberationem Menſoris, ne ex hoc edicto teneatur, quo poſſit agere contra venditorem. *d. l. 3 §. Pomponius D. ſi menſor.* Una igitur actione electa, altera extinguitur per *l. pen. C. de fidejuſſor.*

§. XXVII.

1. Huic dubio reſpondetur *ex l. nam is 6. D. de dolo.* Paria namque ſunt, nullam habere actionem, vel aliqua-

lem ſed inanem. Inanis autem eſt actio quam debitoris inopia excludit; Nec ulla Ratio exiſtit, cur prætextu conditionis denegetur ei actio ex hoc Edicto, contra Menſorem: Qui non ideo tam propter Venditoris paupertatem tenetur, quam propter dolum ſuum proprium, qui impunitus foret, ſi paupertas Venditoris vel Emptoris inanem & inutilem faceret condictionem. Anton. Faber *in Rational. ad l. ſi duobus 3. §. Pomponius 2. lit. A. D. ſi men.* Præterea ſeparatæ ſunt Venditoris & Menſoris obligationes, & longè ex diverſis cauſis oriuntur, ex quibus uterque convenitur: Quod cum evenit, ſola electione & conventione unius, alius non liberatur, ſed tantum perceptione. *per l. perceptione 4. D. de his qui dejecer. vel effuder.* Effectus ſiquidem actionis non tam in condemnatione, quam in exactione conſiſtit. *l. à Divo Pio. 15. D. de re judicat. l. pen. C. de execut. rei judicat.* Anton. Faber. *in Rational. ad d. l. ſi menſor. 5 §. ſi cum 1. D. ſi menſ. falſ. mod.* Joan. Oetinger Secret. Wirtemberg. *Camer. de finib. regund. cap. 16. num. 22.*

2. Quamvis Diſſentiat *Abbas Panormitanus* diſtinguendo; An Relatio Menſoris quempiam lædat extrajudicialiter ſine judice; quod tum demum teneatur in ſubſidium: Secus verò ſi menſor damnificaret per relationem Judicii factam, quo caſu eum mox principaliter conveniri poſſe cenſet, cum Gloſſa *in d. l. ſi duobus 3. §. Pomponius.* ubi Florianus. Abb. Panormit. *in dict. cap. quia judicante 9. num. 4.* quibus reſpondet Card. Pariſ. *in dicto cap. quia iudicante 9. ſub num. 6.*

CAP.

# CAPT XIV.

## *De Lapide terminali, ejusque motione & propulſione.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Crimen termini moti tam atrox eſt, quam menſuræ falſificatio.*
2. *Primævo mortalium ſeculo, crimen termini moti planè erat incognitum.*

§. 2.

1. *Poſtquam diſtingui cœperunt dominia, etiam agris termini ſunt poſiti; actio finium regundorum, & crimen de termino moto, originem ſumſit.*
2. *Reipublicæ intereſt, ne rerum dominia ſint in incerto.*

§. 3.

1. *Modus ſignandi terminos ab antiquo.*
2. *Per ramos, columnas, ſtatuas, montes, fluvios, foſſas.*

§. 4.

1. *Arbores & arbuſta, petræ, itinera & viæ publicæ, rivi, ſepes, ſepulchra.*
2. *Communiter per lapides.*
3. *Apud Romanos lapis terminalis erat pro perpetuitate, quem ut Deum coronis & victimis venerabantur.*
4. *Antiqui lapides hos inviolabiles eſſe voluerunt.*

§. 5.

1. *Vocabulum terminus, unde derivetur.*

§. 6.

1. *Definitio termini finalis.*

§. 7.

1. *Termini dividuntur in naturales & artificiales.*
2. *Qui ſint limites naturales.*
3. *Qui ſint termini artificiales.*

§. 8.

1. *Dividuntur item in publicos & privatos.*
2. *Terminorum publicorum duodecim genera.*
3. *Qui ſint termini privati.*

§. 9.

1. *Quot modis turbentur & confundantur termini finales.*
2. *Ut conſerventur termini finales, eligendi ſunt viri terminales jurati, & quid ſit horum officium.*

§. 10.

1. *Lapidum finalium poſitio fieri debet partibus ad id citatis, & in eorum*

*in eorum præſentia.*

§. 11.

1. *Termini finales certo ſignaculo ſunt notandi.*
2. *Arboribus ante miſſis plerumque cruces inciduntur.*
3. *Hodie termini lapidei, non ſemper ſigno crucis, ſed alio aliquo ſigno vel ſtigmate notantur.*

§. 12.

1. *Quomodo & quare ſignentur termini domaniales.*
2. *Princeps in alterius principis territorio bona Civica poſſidens, arma & inſignia ſua lapidibus terminalibus incidere nequit.*

§. 13.

1. *De Conſuetudine hodierna communi, lapidibus terminalib. teſſeræ & notæ ſubſterni debent.*
2. *Lapis teſtibus carens, pro vulgari habetur.*

§. 14.

1. *Durationis immortalis ergò, quædam materia aliæ, quæ conſumi nequeunt, teſtium loco lapidibus ſupponuntur.*
2. *De numero teſtium ſeu lapillorum, in terminorum poſitione obſervando, attendendus eſt mos Regionis & locorum, ubi ponuntur.*
3. *Vnde oriatur diverſitas illa ſignandi & apponendi lapillos.*

§. 15.

1. *Lapide terminali fixo, inſtrumentum inſuper eſt conficiendum.*
2. *Hodiè lapides ritè fixi, cum ſuis adjacentibus confinibus in librum Civium ſcribuntur & aſſervatur in publico.*
3. *Finium mutatio non præſumitur.*

§. 16.

1. *Terminorum finalium cura & poſitio, eſt actus Iurisdictionis territorialis.*

§. 17.

1. *Cuſtodia terminorum finalium, prædiorum privatorum incumbit ei, qui publicè Imperio praeeſt.*
2. *Gravitas Criminis, apud Romanos, cum invaduntur fines publici.*

§. 18.

1. *Commendatur ad exemplum Romanorum cura terminorum finalium.*
2. *Secretio agrorum, quatenus permittatur poſſeſſorib. privatis.*
3. *Lapides & termini finales, authoritatem & fidem publicam merentur; quorum cauſa viri terminales ſunt conſtituti.*

§. 19.

1. *Effectus præcipuus & dominiorum diſtinctio.*
2. *Deinde, ut quis propenſior circa culturam agrorum reddatur.*
3. *Item ut negocia hominum certiore ordine tractarentur.*

2. *Termi-*

4. *Termini legitimè poſiti, non modicum habēt effectum in probando territorio jurisdictione & confinibus.*

5. *Declaratur, Confinia & jurisdictionem territorialem, etiam aliis modis probari poſſe.*

6. *Requiritur, ut lapides, alios lapides terminales, recta linea reſpiciant.*

§. 20.

1. *Quibus modis territorialis Superioritas probatur, iisdem etiam probantur termini finales.*

2. *Si fides lapidum finalium propter antiquitatem in dubium vocetur, tunc confines probantur per famam publicam, & vicinorum atteſtationes.*

§. 21.

1. *Si flumen alveum ſuum mutet, an termini confinales quoque mutentur?*

2. *In flumine publico confinia cōſtitui, ac ſuper illis finium regundorum agi poteſt.*

3. *Si flumen eſt loco termini, Iurisdictio utrique Domino Vicino, uſque ad medium fluminis competit.*

§. 22.

1. *Si fluminis mutatio facta ſit impetu, tunc termini confinales non mutantur, nec Iurisdictio nec dominium.*

23.

1. *Licet alveus fluminis induſtria humana avertatur.*

2. *Diſſentit. Johann. Aymus.*

§. 24.

1. *Si verò fluminis mutatio fiat pededentim, per alluvionem, tunc mutari terminos, Iurisdictionem & dominium, ſtatuunt Doctores.*

§. 25.

1. *Verum ſententiam contrariam, per alluvionem ſcil. nec confines limitaneos ampliari, nec territorium aut Iurisdictionem mutari vel extendi, ut æquiorem & communiorem defendit Author.*

2. *Agri limitati, per menſurarum extremitates, ſuos ſtatutos habent terminos, ideòq; incrementum ex alluvione accipere nequeunt.*

3. *Limites finales non demonſtrationis, ſed taxationis gratia ſunt poſiti, ideò per extrinſecum augmentum, extenſionem non admittunt.*

§. 26.

1. *In omnibus diſpoſitionibus limitatis, ceſſat & prohibitum eſt Ius accreſcendi.*

2. *Ius alluvionis Iuri accreſcendi*

*comparatur.*

3. *Requiritur ad cohibendum accretionis incrementum, per alluvionem, ut territorum certa menſura ſit taxatum.*

§. 27.

1. *Territorum eſt Iurisdictionis ſubjectum occupans, Iurisdictio autem inhæret prædiis confinalibus.*

§. 28.

1. *Limites provinciarum finales temporis curſu non intereunt, nec Iure præſcriptionis amittuntur vel mutantur.*
2. *Ne maxima oriatur confuſio inter Confinantes, magno cum Reipublicæ damno.*
3. *Fines privatorum prædiorum, ex contrahentium conſenſu facilè mutantur.*
4. *Domini Confinales terminos in communi & pro indiviſo poſſident, ideò eos ut rem propriam præſcribere nequeunt.*
5. *Inter confinantes ſocietas quaſi eſt, qui non ſuo ſed communi nomine poſſident, idcòque nec præſcribunt.*
6. *Affertur præjudicium in hac ipſa materia.*
7. *Diſſentit Carolus Molinæus.*

§. 29.

1. *Ampliatur aſſertio Negativa, procedere etiam in præſcriptione tanti temporis, cujus non extat memoria in contrarium.*
2. *Contrarium ſentit author.*
3. *Ampliatur ſecundò, quoad eas res & jura procedere, quæ finib. territorialib. cohærent.*
4. *Quæ ſint cohærentia finalium limitum, arbitrio Iudicis cõmittuntur.*

§. 30.

1. *Limitatur prædicta reſolutio non procedere, in terminis finalibus turbatis dubijs & controverſis.*
2. *Quando termini finales non conſiderantur tanquam fines, ſed tanquam ſolum proprium, quod ut proprietas occupatur, tunc admittitur præſcriptio.*

§. 31.

1. *Finium mutatio non præſumitur.*
2. *Ab hac præſumtione receditur, per contrarias præſumptiones & conjecturas.*

§. 32.

1. *Terminis & lapidibus motis vel turbatis, ſi de authore conſtet, in dubio præſumitur vicinum id perpetraſſe.*
2. *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*

§. 33.

1. *Pendente reviſione, nihilominus termini finales ſunt figendi.*

2. *Revi-*

2. *Reviſio executionem ſententiæ prolatæ non impedit.*
3. *Reviſio ſurrogata in locum ſupplicationis, quæ olim de Iure Civili locum habebat.*
4. *Adducuntur præjudicia diverſorum regnorum.*
5. *Afferuntur præjudicia in terminis lapidum finalium.*
6. *Statutum Ducatus Würtembergiæ circa hanc rem.*

§. 34.

1. *Quidam contrarium tenent, & ſententiæ executionem, tam de Iure Communi quam Camerali, ſuſpendendam eſſe defendunt.*
2. *Quoniam 1. lite pendente nihil ſit innovandum.*
3. *Quia 2. reviſio prioris ſententiæ naturam appellationis imitari ſolet.*
4. *Adducuntur Receſſus Imperij, præjudicia Cameralia, & Doctores conſentientes.*

§. 35.

1. *Reſpondetur ad Contraria.*
2. *Diſpoſitio circa hanc rem in Receſſu Imperii noviſſimo.*

§. 36.

1. *An ratio Status in Imperio exigat, ut reviſione pendente, ſuſpendatur?*
2. *Argumenta executionem ſuadentia proponuntur.*
3. *Contraria argumenta, ſuſpenſionem ſuadentia.*

§. 37.

1. *Tota hujus difficultatis deciſio relinquitur arbitrariæ determinationi Imperatoris & Imperij.*

§. I.

NOn modicam affinitatem cum Menſurarum falſitate, *Terminorum motio* habet, adeò ut hujus criminis Reus propter gravitatem admiſſi, atrocem quoque animadverſionem ſubeat. Et quamvis de Terminis finalibus jam antea latius ſcripſerit Farinac. *quæſt. crimin. 168.* Menoch. *2. Caſ. 393.* Paris de Puteo *de finibus Feudorũ. per tot.* Hieronymus de Monte *de Finib. Regund.* Rutger. Ruland. *in tr. de Commiſſar. part. 2. lib. 6. cap. 1. & ſeqq.* ac Joan. Oetinger. Camer. Ducal. Wurtemberg. Secretar. *tr. de finib. regund. integrum & practicabilem conſcripſerit.* Non piget tamen, ob menſurarum conformitatem, etiam de Termino confinali, ejusque poſitione & amotione, ſpici-

 legia

legia quædam colligere & huic tractatui inſerere.

2. Primævo mortalium ſeculo cum Homines cunctis agris & arvis pro ut unicuique placebat, communiter uterentur, Delictum termini moti, planè incognitum fuerat, quo tempore, ſicuti Virgilius cecinit:

*Nec ſignare ſolum, aut partiri limine campum*
*Fas erat, in medium querebant,*

Virgil. *lib. 1. Ænead.* Nec Meum, nec Tuum, dicebatur, ex quibus duobus Verbîs, uti hoc crimen, ita quoque alia plurima pullularunt delicta. Homines enim (*teſte Seneca.*) quietiſſimè viverent ſi hæc duo pronomina è medio tollerentur, & è mundo abigerentur. Nam nec apud *Getas* agros fuiſſe terminis diſtinctos, teſtatur Horatius.

*Et rigidi Getæ*
*Immetata quibus jugera liberas*
*Nec cultura placet, longior annua.*

Horat. *lib. 3. ode. 24.* Id quod jam olim tempore *Cornelij Taciti*, apud Germanos in uſu fuiſſe legimus: De quibus ita dictus author: *Nullas Germanorum Populis urbes habitari, ſatis notum eſt, ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti ac diverſi, ut Fons, ut campus ut nemus placuit.* Tacit. *de morib. German. cap. 16.*

§. II.

1. Veruntamen aucto Mortalium numero, dehinc diſcretæ Gentes, Regna condita, conſequenter diſtincta dominia cæpere, & agris *termini poſiti* fuerunt. *per l. ex hoc jure 2. ubi Caſtrens. D. de Iuſtit. & Iur.* Tunc actio finium regundorum, & crimen de termino originem ſumpſit. Joan. Bonifac. *de furt. §. Poſſeſſione 9. num. 65.* Ac quoniam communio, neceſſariò diſcordiam parere ſolet, Hinc Imperantes quietis publicæ cauſa do-

miniorum diſtinctionem non aliter quam Terminorum poſitione rite fieri poſſe cenſuerunt. Nam Plato lapidem terminalem à DEO firmatum eſſe cenſet, quo amicitiæ & inimicitiæ terminentur. Plato *de legib. Dialog. 8.* *Romulum* quidem fundatorem imperii Romani, Terminos agro Romano nullos poſuiſſe, ut cuilibet advenarum in nova formanda Civitate, ex alterius paupertate diteſcere liceret, Plutarchus *author eſt in Problemat. ſeu quæſt. Roman. 14.* Quod jam ante Romulum, ſub Rege Saturno in uſu erat: Quoniam aureo illo ſeculo, quo Saturnus vixit, Italiamque incoluit, nullum in ejus finibus furtum commiſſum perhibetur, aut quia nihil erat (*ait Macrobius*) ſub illo cujusquam privatum. Macrob. *lib. 1. Saturnal. cap. 8.* Nam, ſicuti *Virgilius* canit;

*Nec ſignare ſolum, aut partiri limite campum*
*Fas erat.*

*Numa* verò *Pompilius*, ſecundus Romanorum Rex, juſtitia Clarus, ſuum agrum à Vicino, ſignis interpoſitis diſtinxit atque ſeparavit, Halicarnaſ. *hiſtor. lib. 2.* *Qui* etiam DEO Termino ſacellum in monte *Tarpeio* erexit, idque Jovi Terminali tanquam Pacis cuſtodi conſecravit, Plutarchus. *Quæſt. Roman. 15.* Virgil. *lib. 1. Georgicor.* Joan. Coras *ad l. 2. §. Deinde cum. D. de origin. jur. num. 3.* Joan. Bonifac. *dict. tr. §. Poſſeſſione 9. num. 65. & 73.* Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. lib. 39. cap. 13. num. 6. & 7.* Ad dividenda igitur dominia & Regna, Termini inventi fuerunt. Hieron. de Monte *de finib. cap. 15. num. 1.* Ideò Deus Terminus, præſes Pacis & arbiter Juſtitiæ *à Plutarcho* vocatur. *in Numa Pompilio* Dominiorum enim & territoriorum diſtinctione poſitis terminis finalibus, genus humanum conſervari, propter Jurisdictionum diviſionem tradit Beſold. *de jur. territor. cap. 2. num. 3. in pr. oper. polit.* Unde non malè Dominium derivari poteſt

teſt ex *Hebræo*, Domem, quod in Piel, domuit, ſeu compeſcuit, ſignificat. Quaſi Dominii diviſione omnes Gentes compeſcantur Becman. *de origin. latin. ling. verb. Dominus*. Tholoſan. *lib. 1. Syntagm. cap. 12.* Forſter. *de domin. cap. 1. num. 3.*

2. Noſtra enim intereſt & Imperantium, agros, limitibus certis diſtinctos habere, ut fiat ſeparatio ejus, quod eſt meum, ab eo, quod eſt tuum: Cum Reipublicæ utilitatem reſpiciat, ne dominia rerum ſint ſub incerto. *l. 1. D. de Vſucapion.* Agri qui nimis vaſtam habent amplitudinem, vix virilem reſpiciunt culturam. *l. Gajus §. Titius D. de legat. 2.* Anton. Uſill. *de action. §. quædam. n. 37. & 38.* late Petr. Heig. *lib. 1. quæſt. 19. n. 32. & ſeqq.*

§. III.

1. *Signa* terminorum à naturæ ductu deſumpta olim erant valdè ſimplicia.

2. *Primis illis temporibus*, antequam lapideus limes poneretur, Ramus ex arbore decerptus cum fructibus, ad agros ſeparandos figebatur: Qui quidem ramus & præſertim olivæ, Termes propriè appellatur. Unde Horatius.

*Germinat & nunquam fallentis Termes olivæ*,

Horat. *Epod. Ode 16.* Per *Colūnas* quoq; Antiqui terminos poſuerunt, Qui mos inoluit, pro terminis agrorum columellas figere: Hinc factum eſt, ut Regionum & Regnorum fines, terminique celebres, Columnæ appellati fuerint; ſicuti in Hiſpania, *Columnæ Herculis* cum eo usque Imperium Romani amplificaverint: In Africa ſub *Atlante* monte: in Aſia ad *Euphratem* ad fluvium & ſupra Armeniam Terminos Imperii Romani, *Columnæ* deſignabant. Unde Virgilius *lib. Æneid.*

*Atrides Protei Menelaus ad uſq; columnas*
*Exulat.*

Boni-

Bonifaci. *dict.* §. *Poſſeſſione 9. num. 67.* Ex eadem finium regundorum ratione & *Statuæ* erectæ: ſicuti *Theſeus*, cum Megarenſium agrum Attico adjunxiſſet, celebrem illam ſtatuam pro termino erexit his inſcriptis verſiculis: *Quæ ad Orientem ſolem ſpectant, hæc non Peloponeſus ſed Ionia: Quæ verò ad Occidentem, Peloponeſus eſt, non Ionia.* Plutarch. *in Theſeo.* id quod *Patavini & Travisi* olim cum in libertate dominarentur, imitati ſunt: teſte allegato Bonifacio, *in dict. §. 9. num. 67.* Erant quoque *Montes & Fluvij.* pro Termino Imperii notati & habiti: Taurum enim Montem, Imperii Romani terminum appellat Livius *hiſtor. lib. 7.* Ac apud *Iuſtinum* de *Nino* Rege legimus: *Hic primus* (inquit) *intulit bella finitimis & rudes adhuc ad reſiſtendum, Populos ad Lybiæ Terminos uſque perdomuit.* Juſtin. *hiſtor. lib. 1.* Imperator item Auguſtus, Fluviis ingentibus, foſſis, montibus, obtectis, terra deſerta & invia vallavit Imperium; teſte Herodiano *hiſtor. lib. 2.* Qui inſuper *Iſtrum & Euphratem* fluvios, ſeu terminos duos à natura conſtitutos Imperio defixit, juxta Imp. Julianum *lib. de Cæſar.* Et hoc jam ante Populo Iſraëlitico prædictum fuit. *Deuteronom. cap. 11.* ſcilicet: *à Deſerto & à Libano, à flumine magno Euphrate, uſque ad mare occidentale, erunt Termini veſtri.* Unde hoſce Terminos finales, immutabiles & æternos vocat Baldus *in cap. cum cauſam. num. 3. X. de probat.* Gryphiand. *de Inſulis cap. 14. num. 92.* vide Jul. Cæſar. Bulenger. *de Imper. Roman. lib. 3. cap. 8. & 9.* Joan Oetinger. *de finib. regund. lib. 1. cap. 18. per tot.*

§. IV.

1. In multis locis apud antiquos, etiam *Arbores & Arbuſta* pro Termino fundi, aut prædii, ac confinium judice, notata & deſignata fuerunt; Sext. Jul. Frontin. *de Limit. lib. 1. in fine.* Majorag. *lib. 4. miſcell. cap. 8. Nihil*

*hil*

*hil enim intereſt*, ait Jureconſultus Ulpianus, *Arbores quis in confinio ponat, an Ædificium in l. hæc actio 2. D. fin. regund.* Hieron. de Monte. *de finib. regund. cap. 17. num. 5. & 7.* Et ante eum Paris de Puteo *de finib. feud. cap. 3. num. 5.* Unde ſine dubio, *Arbores terminales* nomen ſumpſerunt, vulgò apud nos dicti Grentz-Bañm / oder Lauchen. de quibus ita *Iulius Paulus*; de pœna eorum, qui arbores terminales evertunt, ſcribit *in l. 5. recept. ſentent. tit. 22. §. 2.* Ideò Frontinus tradit: *Frequenter Viæ, Limites finiunt, juxta quas, Arbores ſolent eſſe latiores, ſub quas defigere terminos, ſacrificii cauſa poſſeſſores conſueverunt.* Frontin. *de limit. lib. 2.* *Arbores* autem iſti *Terminales* in multis locis, præſertim in patria Wurtembergia, vocantur communiter lauchen oder lochen / weil man ſolche Bäum / mit eingehawenen Löchern mercket oder bezeichnet. i. e. *quoniam tales arbores inciſis foraminibus ſignantur & obſervantur.* Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. M. verb.* Marckſtein *27.* Proinde de hiſce *perforatis arboribus Terminalibus* ſequentia notabiliter & imprimis practicè refert *noſter Ioannes Oetingerus*: ſo man aber die Bäum / welches offtermahlen / ſonderlich in den Wälden / zugeſchehen pflegt / zu Vermarckung der Güter / Grund und Boden / und anderer Rechten ordnet / ſo werden dieſelbe inſonderheit von den Untergängern gezeichnet / gewohnlich aber eiñ Creutz darein gehawen / und in deſſen Mitte ein Loch gebohret / und daher lochen und Lochbäum genent / die ſind entweder eigen oder gemein / die eigne Lochbäum ſtehen zwar am Undermarck aber gantz auff deß einen Eigenthumbs Herren-Boden / darumb ſie demſelben allein zugehörig / und hat der anſtoſſende Nachbar keinen Theil daran / welche alſo gezeichnet werden / daß die Lauchen nur auff einer Seitten gegen dem Eigenthumbs-Herrn die Bäum unbemerckt und frey gelaſſen

laſſen ſein. die gemeine Lochbäum aber ſtehen mitten auff dem Unterziel/ und ſind beyden Eygenthumbs-Herrn theilſamlich zuſtändig/ daran jedem der halbe Theil gehört/ darumb ſie hinden und vornen in der mitte deß Baums dem geraden Untermarck nach/ gelaucht werden ſollen. Wann ſich aber die Marckung wendet/ und nicht ſtrack für ſich gehet/ ſo wird ein Ecklochen gemacht/ und alſo bezeichnet/ daß ſie einen Winckel beſchleiſt: die Lochen ſollen auffs wenigſt in fünff Jahren einmahl ernewert/ und wider ausgehawen werden. Dann ſie ſonſten verwachſen/ ſonderlich wann die Baüm geſund/ und nicht alt ſein/ an denen die ausgehawene Creutz etwan durch länge der Zeit/ ſo ſie nicht erſucht werden/ dermaſſen überwallen/ daß man gar kein Zeichen von auſſenher ſehen kan/ und offt wol etliche Zoll tieff in den Baum hawen müß biß man dieſelbe antrifft. i. e. *quod ſi verò arbores, quod ſæpius, præſertim in ſylvis accidere ſolet, ad terminationem prædiorum & fundi aut aliorum jurium, ordinantur, eæ ab agrimenſoribus ſingulariter notantur, plerunque verò iis inciditur ſignum crucis, in cujus medio foramen terebratur, unde & arbores perforatæ vel terminales ſeu finales dicuntur; hæc aut ſunt propriæ aut communes; Arbores propriæ in termino quidem ſunt poſitæ, ſed in fundo proprietarÿ, ideòque hæ ad eundem quoque ſolum pertinent, nec vicinus de ÿs quicquam participat; notæ in ÿs ponuntur â foras, ê regione confinÿ, ut eas liberas, in parte qua latus contingit proprietarium, â nota derelinquat: Communes verò arbores in medio, confinÿ ſunt radicatæ, pertinentque ad utrumque dominum & confinem pro diviſo, unde & quilibet horum, earum dimidiam partem poſſidet, ideoque & notantur, â facie & â tergo, juxta lineam termini directam; quod ſi terminus â linea declinet, nec rectam ſequatur, tunc nota angularis inciditur, & ita ſignatur, ut angulum efficiat: Oportet autem cæſuras has ad minimum ſin-*

*gulis quinquenniјs renovari, & de novo incidi; quoniam alias cortice renaſcente obducuntur, præſertim ſi arbores ſint novellæ, nulloque vitio laborantes, in quibus notæ inciſæ, niſi ſedulò conſervetur inciſura, tractu temporis, tegumento recenti per repullulantiam coticulæ ita velantur, ut earum extrinſecus ne Veſtigium quidem cerni poſſit, ſed ſæpius novo vulnere, aliquot digitos alto, earum radiј aperiri debeant.* Joan Oetinger *de finib. regund. lib. 1. cap. 18. num. 13. & ſeqq.* Et Petræ quoque in Confinibus conſiſtentes, pro terminis habentur & obſervantur juxta dictum Frontin. *dict. tr. lib. 1. in fine* Hier. de *Monte in dict. cap. 17. num. 6.* Quæ Landtgrentzſtein vocantur. Alibi, pro terminis erant, *itinera & viæ publicæ, rivi, ſepes, imo etiam ſepulchra & Fontes,* Item *Foſſæ,* Landtwehren / Landtgräben / quibus territorium Civitatis Hallenſis in Sueviacircumſeptum eſt. Beſold. *de territor. cap. 2. num. 3. in oper. polit.* Quæ etiam adhuc multis in locis pro confiniis cuſtodiuntur, Toloſan. in *Syntagm. jur. lib. 39. cap. 13. num. 5.* Hieron. de Monte *dict. cap. 17. num. 9.* Nam etiam viæ publicæ dividunt Territoria. *juxta l. ſi plus. §. via publica. D. d. aq. pluv. arcend.* Par. de Puteo *de finib. feud. cap. 16. num. 3.* De hiſce variorum generum finibus ita Aggenus Urbicus: *Fines hiſ ſignis antiqui dividebant; Foſſis manu factis, Arboribus antemiſſis, Fluminum intervenientium curſu, Iugis quoque montium, quæ ex eó nomine accipiuntur, quod continuatione ipſa jungantur: ſuperciliis, nec non itineribus vel divergiis aquæ, quæ aut loci natura aut ſolers procuravit antiquitas.* Aggen. Urbic. *ad Sext. Iul.* Frontin. *de re agrar. fol. m. 146.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. cap. 13. per tot.*

2. Communiter tamen uſu invaluit, apud antiquos ut pro terminis *Lapides* ad denotanda confinia deſignentur. Joan. Oetinger. *de finib. regund. cap. 2. n. 9. ac*

*cap.*

*cap. 17. num. 1.* Hieron. de Monte *dict. tr. cap. 15.* Qui ſub *num. 7.* aſſerit; *Quod quamvis lapides aliquando pro limite ponantur, aſt in confinibus Civitatum & caſtrorum fines non ita ſtricti ſunt; quoniam Montes & flumina plerunque pro finibus judicantur.* Nam & Jacob & Laban ejus ſocer, ſua bona dividentes, tumulum lapideum, loco termini conſtruxerunt, ſic enim legimus, *Geneſ. cap. 31. Tumulus iſte* (inquit) *& lapis ſint in teſtimonium, ſi aut Ego tranſiero illum pergens ad te, aut tu, præteriens malum mihi cogitans, Deus Abraham, & Deus Nachor judicet inter nos.* Idem, *Iacob*, dicitur erexiſſe lapidem in ſignum, fundens oleum deſuper. *Ioſuæ cap. 2.* Dominus præcipit poni, & erigi duodecim lapides, ut ſint ſignum memorabile, ſeu commonefactorium hiſtoriæ tranſitus per Jordanem. *Ioſuæ cap. 24. Ioſua* moriturus erigit lapidem prægrandem, ſub quercu, quæ erat in ſanctuario Domini, ut eſſet in teſtimonium fœderis icti cum Domino. *1. Reg. 7. Samuel* in memoriam auxilii divini contra Philiſtæos erigit lapidem, & nomen ejus vocavit, Lapidem adjutorii. Quod poſtmodum in omnibus fere locis obſervatum fuit, ut perpetuitatis cauſa *ſtipites lapidei* pro finibus arrogandis adponerentur, qui lapides humo defoſſi pro terminis obſervabantur juxta Gloſs. *in cap. cum cauſam X. de probat.* Guid. Papæ. *deciſ. 183. num. 1.* Ferrar. *in Prax. in libell. de act. reali. verb. ceu cohæreat. num. 3.* Joan. Bonifac. *de furt. §. Poſſeſſores 9. num. 78.* Qui ab antiquis magna religione culti fuerunt; de quibus ita *Ovidius.*

*Nox ubi tranſierit, ſolito celebretur honore*
*Seperat judicio, qui Deus arva ſuo.*
*Termine ſive Lapis: ſive es defoſſus in agro,*
*Stipes, ab antiquis, tu quoque nomen habes.*

Ovidius, *Faſtor. lib. 2.* vide Thyſium *ad A. Gell. lib. 12. cap. 6.*

3. Inde Romanis pro perpetuitate erat *Lapis Terminalis*; Termini quippe primum lapidei conſtituti ſunt. Nam Lapis aut ſtipes ad finium diſcretionem defodiebatur, ita ut ſuper terram extaret: Quem ut *Deum* & coronis & victimis venerabantur. Unde Tibullus:

*Nam veneror, ſeu ſtipes habet defoſſus in agro:*

*Et terminus Deus*: In cujus tutela, fines agrorum poſiti credebantur, ac proinde ſacra ei fieri ſolita *X. calend. Martij, id eſt XX. Februarij*, quæ Terminalia dicta ſunt. Vide Platon. *de legib. lic. 8.* Halicarnaſs. *Antiquit. Roman. lib. 2. in fin.* Ruland. *de Commiſſar. part. 2. lib. 6. cap. 2. num. 4.* Audiamus de hoc Deo Termino *Poëtam*:

*Nec Populos, Urbesque, & Regna ingentia finis:*
*Omnis erit ſine Te, litigioſus ager.*
*Nulla tibi ambitio, nullo corrumperis auro:*
*Legitima ſervas, credita rura fide.*
*Nec Tu vicino, quicquam concede roganti:*
*Ne videâre hominem, præpoſuiſſe Iovi.*
*Et ſeu vomeribus, ſeu tu pulſabere raſtris,*
*Clamato, tuus eſt, hic ager ille Tuus,*

Virgil. Maro. *Faſtor. lib. 2.* Joan. Coras. *ad l. ex hoc. 5. D de Iuſtit. & Iur. num. 8. & 9.*

4. Quæ cauſa eſt, ut antiqui, ſacros hoſce Lapides id eſt, inviolabiles eſſe voluerunt; Sicuti ex Juvenali conſtat; dum ſcribit:

*Aut ſacrum effodit de limite, ſaxum.*

Juvenal. *ſatyra ult.*

Eodem modo Alemannorum & Burgundorum confinia, Lapides Terminales olim diſtinguebant; apud Ammian. Marcell. *hiſtor. lib. 18. cap. 4.* Id quod in hunc uſque diem ubique fere locorum uſurpatur; *arg. l. in finalibus 11. ibi:* Vetera momumenta *D. fin. regund.* ſecundum Gloſs.

*in*

*in cap. cum cauſam X. de probat*: Guid Papæ *deciſ. 193. num. 1.* Ferrar. Papiens. *in prax. libell. de actione real. verb. cui eo-hereat. num.* 3. Joan. Bonifac. *de furt.* §. *Poſſeſſiones 9. n. 78.*

§. V.

1. Vocabulum Termini originem traxiſſe videtur à vocabulo *Termes* qui erat ramus cum fructibus ex arbore decerptus nec foliis repletus, nec minus glabro, præſertim olivæ ad agros ſeparandos defixus. juxta Horatium *in verſiculo:*

*Germinat & nunquam fallentis termes olivæ.*

Horat. *lib. Epodon. Clauſul. cap. 16. num. 45.* Qui tanquam *Ramus olivæ* tam fidelis & certus erat ut ſpem Domini nunquam falleret. Joan. Bond. *in notis ibidem num. 45.* De hinc poſtea cæteri limites & metæ, quamvis Lapideæ, termini dicti ſunt. Unde *termino*, *determino*, *extermino*, & alia hujuſmodi devenere vocabula, Gerh. Joan. Voſſius *in Etymolog. lit. T. Verb. Termes.* ſicuti conſtat ex Ovidio *in faſtis*:

*Termine, ſive lapis ſivè es defoſſus in agris,*
*Stipes, ab antiquis, tu quoque nomen habes.*

Et Tibullus:

*Nam Veneris ſeu ſtipes habet deſertus in agris*
*Seu Vetus, in trivio, florida ſerta lapis.*

Joan. Bonifac. *tr. de furt.* §. *Poſſeſſionibus 9. num. 66.* Proinde Termini dicuntur extremitates & ultimæ quaſi lineæ, quibus quantitas clauditur. Nam linea dicitur, quod litem agris dirimat, juxta illud Virgilii *lib. 12. Æneid.*

*Limes erat poſitus, litem ut diſcerneret agro.*

Quod repetiit Pontifex *in cap. forus X. de V. S.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntagm. Iur. lib. 39. cap. 13. num. 2. & 3.* vel aliter & quidem realiter, *Terminus* vocatur, *quod menſuram terræ definiat*, quanta ſcilicet, unicuique habentium

agros finitos debeatur, atque ita certamen agrorum tollat, dum quiſque ſuis finibus contentus acquieſcere, nec ſupra menſuram juris ſui affectare debeat; *ſecundum cap. ſi quis Epiſcopus cauſ. 7. quæſt. 1.* Cornæ. *conſil. 158. lib. 1.* latè Joachim. Scayn. *deciſ. Bonon. 10. num. 38. & ſeqq.* Hieron. de Monte. *de finib. regund. cap. 15. n. 3.* Quæ tamen realis derivatio, utpote ex *Iſidoro*, malo latinitatis authore, non placet Alciat. *in l. quinque pedum pen. D. fin. regund.* & Joan. Oetinger. *de finib. cap. 2. lit. G.* Cum tamen certum ſit, & communiter à ſcriptoribus obſervetur, *ut in derivationibus vocabulorum conjecturari liceat.*

§. VI.

1. *Terminus Finalis* rite definiri poteſt, *limes agrorum poſſeſſionumque finium cauſa poſitus, quo fines cujusque prædij dignoſcantur.* Joachim. Scayn. *deciſ. Bonon. 10. num. 38.* Joan. Bond. *ad Horat. lib. 2. carmin. ode 18. num. 24.* Germanicè com̃uniter vocatur ein Marckſtein/ deductum ab vetuſtiſſimo vocabulo Marck. Unde terminatum oritur Marckſcheidung. Gloſs. *in ſpecul. Saxon. art. 59. n. 2.* vel magis Saxonicè ein Mahlſtein/ vom Wort/ Mahl/ daß iſt ein Zeichen oder Gemerck/ ſeu lapis finalis. Sachſ. Landrecht. ſeu ſpecul. Saxon. *art. 59.* Nominantur quoque Termini Finales à Saxonibus Weichbild; quaſi dicas, ein Bild dem man weichen ſolle/ arcens vicinorum Jurisdictionem. *Heig. lib. 2. quæſt. Iur. 2. num. 57.* Gryphiand. *de Weichbild. cap. 75. num. 8. &c.* Ubi tradit: Weichbild heiſt ſo vil/ als weit ein Gebiet umb ein Statt gehet. h. e. *Weichbildum tantum ſignificat, quantum in diſtrictu civitatis comprehenditur.* Gloſs. Jur. Sax. Feud. *art. 9. & 12.* Schneidew. *ad §. quædam num. 22. I. de action.* Rutg. Ruland. *de commiſſ. part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 5.* Joan. Oetinger. *de finib.*

*nib. lib. 1. cap. 2. lit. E. Limes autem, ſecundum Urbic. ad Sext. Jul.* Frontin. *de re agrar. fol. m. 146.* vel aliter ab aliis: *Terminus eſt ſignum quod agrum ab agro dividit, ſic dictus, quod fines agrorum propter limitare iter, maximè teruntur.* Varro. *de latin. lingua. lib. 4.* Oetinger. *dict. cap. 2. lit. G.* Montanus vero, *Terminos* dicit, *eſſe ſigna, cujuscunque finis demonſtrativa per l. Divus 2. in pr. D. de term. mot. cap. forus X. de V. S.* Hieron. de Monte *de finib. regund. cap. 15. num. 2.* Farinac. *in criminal. quæſt. 168. num. 112.* Termini enim ſeu limites ſunt *quævis ſigna ſeu ſignacula*, quæ agros & fines à ſe invicem diſtinguunt; veluti Pali, Botones, ſepes, Foſſæ, viæ publicæ ſepulchra & ſimilia Sext. Jul. Frontin. *de limitib. lib. 1. in fin.* Tholoſ. Gregor. *dict. lib. 39. cap. 13. num. 8.* Auguſt. Barboſa *ad cap. cum cauſam 13. num. 7. & 12. X. de probat.* Monumenta quoque pro Terminis ſunt, & habentur, tanquam fines & termini quia permanent & docent, quouſque protendantur fines. *per l. in finibus 11. ibi;* vetera monumenta *D. finium regund. l. ſucceſſionum 2. C. eod. tit.* Hieron. de Monte *cap. 15. num. 5.* Vivius *comm. opin. concl. 870. num. 5.*

§. VII.

1. *Dividuntur* Termini in *Naturales* & *Artificiales.* Joan. Bonifac. *d. furtis §. Poſſeſſiones 9. num. 68.* Mynſing. *cent. 6. obſervat. 25.* Beſold. *de jur. territor. cap. 2. num. 3 in oper. polit.* Secretarius noſter Oetinger *de finib. lib. 1. cap. 2. lit. I.*

2. Naturales limites ſunt quos Deus & natura ipſa conſtituit tales ſunt Montes, colles, rigores, valles, Saxa, Arbores, viæ regales, Fontes, amnes, rivi, flumina, Petræ & ſimilia. Bald. *conſil. 420. vol. 1. ac conſil. 445. vol. 5.* Hier. de Monte *dict. tr. cap. 24.* Gryphiand. *de Inſul. cap. 24. num. 91.* Hæc ſunt naturalia ſigna, & proinde

proinde perpetua & immutabilia, opinione & præſumtione hominum, propter immortalem durationem, ideò terminis immobilibus accenſentur à Parid de Puteo *de finib. feud. cap. 1. num. 1. & 20* Maſcard. *de probat. concl. 393. num. 9. ac concluſ. 403. num. 8.* Garſia *de Expenſis cap. 27. num. 44.* Proinde hoſce fines à natura poſitos, æternos dixit. Bald. *in dict. cap. cum cauſam. X. de probat.* Cravetta *conſil. 949.* Hier. á Monte. *dict. tr. cap. 17. num. 3. & 11.* Joan. Oettinger. *de finib. lib. 1. cap. 2. lit. l.* Et hi ſunt termini naturales, quos Deus ſingulis Regionibus & Provinciis conſtituit. *Pſalm. 74. verſ-* 17. *l. 5. D. de juſt. & jur.* Eoque immutabiles & perpetui. Et quamvis illudere videatur Seneca hoſce Gentium Terminos naturales in *Quæſt. Natural. lib. 1. in præfat.* Dum ſcribit: *O quam ridiculi ſunt mortalium Termini? Ultra Iſtrum Decus non exeat: Strymo Thracas includat; Parthis obſtet Euphrates: Rhenus Germaniæ modum faciat; Pirenæus medium inter Gallias & Hiſpanias jugum extollat: Inter Ægyptum & Æthiopias harenarum inculta vaſtitas jacet.* Hoc tamen de fortuita & inconſtanti Gentium migratione intelligendum. Ideò notabiliter dicit Bald. *in cap. cum cauſam. num. 3. X. de probat.* Quod fines territoriales, ut montes & flumina ſint invariabiles, vel ſitu perpetuo, vel immutabili rerum natura: In quibus optime locum habet illud Gloſſæ: ſemel verum, ſemper verum. Et in Montibus quod olim verum & juſtum fuit, etiam hodie præſumitur eſſe tale, quia montes ſunt æterni. Alciat. *2. præſumpt. 13. n. 2.* Et curſus fluviorum perennis exiſtit. *l. 1. §. 2. D. de flumin.* Gryphiander. *de Inſul. cap. 14. num. 92.*

3. *Artificiales* terminos dico, qui hominum ope & induſtria poſiti & fixi ſunt. Quales ſunt lapides finales, Burgi, clauſuræ, ſacellæ, foſſæ, viæ parvæ & vicinales,

cinales, cruces & ſimilia ſigna manibus aut induſtria mortalium erecta. Quæ mutabilia ſunt, & lapſu temporis pereunt vel mutantur, vel perduntur, aut ad minimum ita obfuſcantur, ut eorum origo ferè ignoretur. *arg. l. fin. ibi: ſepem fixerit. D. fin. regund. l. 1. & 2. ibi: deſerant. C.* de fund. limotroph. *lib. 11. cap. longinquitate cauſ. 12. Q. 2. cap. ex literis X. de probat.* Bald. *conſil. 286. vol. 2.* Joan. Bonifac. *dict. §. 9. num. 68. & 69.* Hier. Monte. *dict. tr. cap. 15.* Joan. Oetinger. *dict. cap. 2. lit. E.* Unde hujus diviſionis occaſione ſcribit Baldus: *Quod Termini poſiti ab homine ſint mutabiles: ſed illi qui à natura conſtituti ſint, ſicuti montes & flumina, immutabiles præſumantur.* Bald. *ad l. in finalibus. 11. D. fin. regund.* Hier. de Monte. *dict. tr. cap. 21.*

§. VIII.

1. Dividuntur præterea *Termini finales*, in *Publicos* & *Privatos*. Quæ diſtinctio *à Numa Pompilio*, Secundo Romanorum Rege originem traxiſſe, ex Dionyſio Halicarnaſſeo conſtat; qui Jus Terminale non ſolum in privatis agris, ſed etiam in publicis complexus eſt, ut Populus Romanus agrum à vicino & publicum à privato veluti Dii Terminales diſcernerit Halicarnaſs. *hiſtor. lib. 2. prop. fin. Publici Termini* ſunt, qui Regna, Ducatus, Comitatus, territoria & alia ſuperioritatis jura diſcernunt; quorum alii ſuperioritatem territorialem, alii jus conducendi, alii jus ſecuritatis Foreſti, venandi, decimandi, paſcendi & ſimilia denotant & ſeparant. Knipſchilt. de *civitat. Imper. lib. 2. cap. 5. num. 216.* Hieron. de Monte *de finib. regund. cap. 17.* Beſold. *de jur. territor. cap. 2. num. 3. & 4. in oper. polit.* Hi termini Finales publici, propriè *Territoriales termini* vocantur à Boet. *de Geometr. lib. 2.* Cujac. *lib. 10. obſervat. cap. 2.* Coras. *ad l. ex hoc iure. D. de Iuſtit. & jur.* Et Germanicè Bannſtein dici merentur; Bann

enim extremitatem territorii denotat, ac Banniti dicuntur, ij qui finibus excluduntur. Gail. *de Pac. Publ. lib. 1. cap. 1.* Ruland. *dict. part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 7. lit. B.* vide Dan. Heider. *in actis Lindav. fol. m. 291. in fin.* Terminorum publicorum *duodecim genera* numerat noſter *Oetingerus* V. G. und erſtlich werden etliche durch Menſchen Hand auffgerichtet / daß ſind geſetzte Marckſtein / deren zwölff Geſchlecht ſein / als Banſtein / welche Zwing und Bann / oder die hohe Ohrigkeit ſcheiden / daher mans auch Oberkeitſtein nennt. etlicher Orthen heiſt manns Landſtein Landgräntz und Land-Marcken / und wo man an den Gräntzen keine Stein ſetzt / ſondern Gräben auffwirfft / und dücke ſtarcke Häger zeucht / werden ſie Land-Gräben und Land-Wehren genennet. Gleit-Stein / welche das Gleit und die gleitliche Obrigkeit bemercken; Freyhungs-Stein / die ſonderbahre Freyheiten / deren man ſich in einem gewiſſen bezirck gebrauchen kan / bedeuten. Forſt-Stein ſind die / ſo die forſtliche Obrigkeit und Jagen unterſcheiden / heiſſen auch Jag-Stein / wiewol die Forſt-Stein etwas mehrers auff ſich haben. Marckungs-Stein / ſo einer Statt oder Dorffs Zwing und Bann / die man Marckung nennet / unterſcheiden; Zehend-Stein / die den Zehenden und Zehend-Recht ausweiſen. Weid-Stein welche den Vich-Trieb und Weidgangs Gerechtſame bedeuten / der wird auch ein Tratt-Stein genandt. Güter-Stein / die Gärten / Äcker / Weingärt / Wieſen / Felder / Wald / und andere ligende Güther von einander abſondern / werden auch genent Scheid-Stein welche die Weite der Straſſen und Weeg verziehlen; Waſſer-Stein / ſo die Flüß / Bäch / Fiſchwaſſer und Fiſchentzen untermarcken. Loch-Stein / welche in den Bergwercken die Fund und Ertz-Gruben mit jhren Maſſen und Mehrzielen unterſcheiden /

werden

werden auch Schnur-Stein genennt / weil man die Gruben und Gäng / mit angeſchlagenen Schnürlen marſcheidet und verſteint. h. e. *Et primò quidam per manus hominum eriguntur, qui ſunt lapides terminales poſiti, quorum duodecim ſunt genera: ut lapides territoriales, qui territorium, diſtrictum vel Superioritatem territorialem determinant; unde & lapides ſuperioritatis vocantur; alicubi & locorum appellantur lapides, termini & limites Regionis, & ubi in finibus Regionum nulli ponuntur lapides, ſed foſſæ fodiuntur, dumeta vel vepreta denſa plantantur, vocantur foſſæ & defenſiones & munimenta limitanea Regionis. Lapides qui conductum & Ius conducendi ſignificant. Lapides immunitatum, jura ſingularia, privilegia & immunitates, quibus in certo aliquo diſtrictu homines gaudent, denotantes. Lapides foreſtales, quibus termini Iurisdictionis foreſtalis & venationum diſcernutur; vocantur etiam lapides venationum, licet foreſtales aliquantum plus comprehendant. Lapides terminales & limitane, civitatis alicujus vel pagi diſtrictum & bannum ſive ut vocant marcam dividentes. Lapides decimales, decimas & jus decimandi & denotantes. Lapides paſcuorum, jus agendi & paſcendi jumenta connotantes; Lapides prædiorum hortos, agros, vineas, prata, campos, ſylvas, & hujusmodi generis fundos ac bona immobilia â ſe invicem ſeparantes; vocantur etiam terminales, quod itinerum & viarum latitudines terminent. Lapides aquarum, flumina rivos, piſcinas limitantes. Saxa terminalia, quibus in re metallica fodinarum areæ & capita dimetiuntur; vocantur etiam lapides & termini funiculares, quoniam cuniculi ac venæ, ductis funiculis terminantur, extremitatesque earum lapide notantur.* Joan. Oetinger. *in dict. tr. lib. 1. d. cap. 2. num. 9.*

3. *Termini privati* ſunt ſignaculo, quæ prædiorum agros, prata, vineas ab aliorum privatorum prædiis ſegregant & diſtinguunt. Oetinger. *dict. lib. 1. cap. 17. num. 2.* damit

2. damit ein jeder wiſſe wie weit ſich ſeines Nachbars Guth erſtrecke/und niemand in der Erndt oder Herbſt ubervortheilt werde. h. e. *ut quilibet ſcire poſſit, quouſque prædia tam propria quam vicinorum ſe extendant, nec quisquam tempore meſſis vel vindemiæ defraudetur.* Dn. Speidel. *in ſpecul. lit. M. verb.* Marckſtein *49.* Ex qua cauſa, ſcilicet, ut Dominus quisque ſua ſorte contentus eſſet, nec res alienas appeteret, hanc publicos agros à privatis ſeparandi curam, Imperator *Divus Pius*, *Præſidi Provinciæ* ſingulari reſcripto demandavit, quo publici Imperii reditus potius augeantur, juxta Ulpianum *in l. ſi legatum 5. §. finis 1. ibi:* curabit Præſes Provinciæ, fines publicos à privatis ſeparare. *D. de operib. publ.* Quod Regis Numæ ſeculi monumentum Romani ad ætatem quoque Imperatorum ſervarunt. Halicarnaſs. *dict. lib. 2. in fin. fol. m. 72.* *Aliter* hos Terminos finales, ſcilicet, in Publicos, Privatos, communes ac Mixtos, diſtinguit Ruland. *dict. cap. 3. num. 18.*

§. IX.

1. Cæterum Termini finales variis modis turbantur & confunduntur, veluti *aratione, Fluminis irruptione, everſione, chasmate, terremotu, motione, vel ſuperveniente aliqua confuſione.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. jur. lib. 39. cap. 13. n. 11.* quamvis Terminis enim, alioqui vetuſtiſſimis ſtãdum ſit: attamen deſtinatione Dominorum vel Succeſſorum, illi ſubjiciuntur mutationi. *per l. in finalibus. 11. D. fin. regund.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 4. num. 211.* Imò etiam Lapides terminales lapſu temporis ſæpe pereunt, obfuſcantur aut mutantur, ut eorum origo ignoretur. *juxta l. fin. ubi DD. D. fin. regund. cap. longinquitate. cauſ. 12. Q. 2. cap. ex literis. X. de probat.* Mynſinger. *cent. 6. obſerv. 25. num. 4.* Lapides enim vitam, ſenectutem, & mortem patiuntur; ac eos parere ex Theophra-

ſto & Mutiano refert Plin. *lib. 3. hiſtor. natur. cap. 18.* contra tamen diſſentit Bern. Cæſius *de mineral. lib. 1. cap. 4. num. 16.* Hinc ſenio confectus *Magnes*, non trahit ferrum. Cardan. *ſubtilit. lib. 7.* . Ac quamvis Lapides nec vivere nec ali quidam aſſerant, cum anima careant. Cæſius *dict. tr. lib. 5. cap. 1. num. 4. & 5.* Hi tamen, etiam Lapides ſeneſcere, neceſſum eſt, ut concedant: Non quod illis aliquid loco alimonii deficat, ſed quod materia illorum vel diſſolvatur vel corrumpatur, adeò ut Mors quoque ſaxis & lapidibus adveniat id eſt diſſolutio, & abolitio. Rutger. Ruland. *de commiſſion. part. 2. lib. 6. cap. 4. num. 13.* Proinde quo Termini finales, ab omni falſitate aut fallacia firmiter tuti exiſtant, cautelæ quædam uſu imprimis *obſervantur:* & quidem *Primò* Ut ad figendos hoſce Terminos *viri Terminales*, bonæ fidei & famæ ſpecialiter jurati eligantur, & in hunc finem ad Terminos finales in confinibus vicinorum figendos & refigendos mittantur, qui vel officio judicis vel à partibus ipſis ad inſpiciendos demetiendos & judicandos confines controverſos deputantur. *reſponſum Ulpiani in l. ſi irruptione. 8. ibi*: menſores mittere, ut æquum eſt. *D. finium regund.* Sichard. *ad l. ſi quis 3. num. 3. & 7. C. famil. erciſc* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 1. cap. 11.* Unde de Menſore ita Aggenus Urbicus: *Totum hoc judicandi officium, hominem bonum, juſtum, ſobrium, caſtum, modeſtum, & artificem egregium exigit.* Aggen. Urbic. *in Sex. Iul. Frontin. in fin.* dann die Vntergänger ſeind erkieſte Richter vnd geſchworne Schiedmänner / welche die Marckſtein ſetzen vnd die nachbarliche Stritt in den ligenden Güttern entſcheiden. Die heiſt man Steinſetzer / Landſcheider vnd Vmbgänger / weilen ſie jährlich die Marckung umbgehen / vnd die Grentzen der Felder zubeſichtigen pflegen; ſo man

auch untergehen heiſt; darzu gemeinglich drey oder vier/ auch etwan mehr- nach dem ein Ort Volckreich iſt/ aus dem Gericht Rath und der Gemein/ darzu allerzeit/ wa mans haben kan/ deß Feldmeſſens erfahrne und bawverſtändige Werckmeiſter verordnet werden. i. e. *Agrimenſores enim ſunt iudices electi, & arbitri Iurati, qui limites ponunt, & vicinorum controverſias in prædijs confinibus dirimunt: hi vocantur limitum terminatores, Geometræ & agrimenſores; quoniam quotannis circumferentiam & diſtrictum loci circumeunt, & terminos agrorum viſitare ſolent; quod etiam circumire & limites viſitare dicitur; ad hoc munus plerunque tres aut quatuor vel etiam plures, juxta loci frequentiam, è judicio, conſilio & plebe, ſi haberi poſſunt Geodeſiæ & Architecturæ periti artifices vocantur.* Fürſtl. Würtemb. Landrecht *part. 1. tit. 8. §.* erſtlichen. *Ac* Fürſtl. Würtemb. Baw-Ord. *fol. 1. & 2.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. lib. 1. cap. 16. num. 4. & ſeqq.* Ruland. *de commiſſion. part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 15.* ubi tradit, *quod inter viros Terminales, unus ad hanc inſpectionem electus à tribus milliaribus loci controverſi, ſeorſim ut habitaret, neceſſum ſit.* Quid autem ij, qui poſitioni Terminorum interſunt, obſervare & notare debeant, tradit Schneidev. §. *quædam actiones.* Rubr. *de act. fin. regund. num. fin.* Hier. de Monte. *dict. tr. cap. 32.*

§. X.

1. *Secundò* neceſſe eſt, ut lapidum finalium poſitio fiat *citatis partibus*, ac in præſentia partium, quo quilibet, ſua cauſæ merita in confinibus controverſis oculari inſpectione præhabita proponere poſſit. *per text. in l. ſi quis ſuper 3. ibi:* ſi altera pars ſe ſubtraxerit. *C. finium regund. l. ſi irruptione. 8. ibi:* oculisque ſuis ſubjectis. *D. finium regund.* Afflict. *deciſ. 316. num. 4.* Hieron. Cagnol. *ad l. 2. num. 262. C. de reſcind. vendit.* Hier. de Monte. *dict.*

*tr.*

*tr. cap. 31. num. 4.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. jur. lib. 39. cap. 13. num. 11. in fin.* quod latiſſimè diſputat Ruland. *dict. part. 2. lib. 6. cap. 7. per tot.* Camill. Borell. *controverſ. 84. num. 11. & ſeqq.* Unde *Oetingerus* noſter ſcribit: es iſt inſonderheit zuwiſſen/ daß alle Stein-Satzungen in beyſeyn der Parteien/ die darmit intereſſirt ſeind/ und mit jhrem einwilligen müſſen vorgenommen werden/ ſonſt dieſelbe nicht gültig und an jhnen ſelbſt nichtig ſeind; auch von den Untergängern nicht angenommen/ ſondern caſſiert und außgeworffen werden ſollen. h. e. *ſpecialiter ſciendum eſt, omnes lapidum terminalium poſitiones, in præſentia partium, quarum intereſt, conſentientium, peragi debere, alias actus iſti eſſent invalidi, & ipſo jure nulli; Nec etiam termini ab agrimenſoribus recognoſcantur & approbentur, ſed potius caſſentur & exterminentur.* Joan. Oetinger. *dict. tr. cap. 17. num. 45.* Dn. Speidel. *in Specul. l. M. verb.* Marckſtein. latè Rutger. Ruland. *dict. part. 2. lib. 6. cap. 5. num. 9.* ubi tradit, *Quod ad lapidum finalium poſitionem, etiam proximè prædia poſſidentes citandi ſint.* Eorumque prædiorum Termini melioris informationis gratia inſpiciendi ſint. Ruland. *dict. lib. 6. cap. 9. lit. B. in fine.*

§. XI.

1. *Tertio* neceſſum eſt, ut Termini etſi Finales *certo aliquo ſignaculo* notentur: quo veri à falſis dignoſcantur; olim enim communiter in uſu erat, ut lapides Terminales ſigno *Crucis* notarentur. Ruland. *dict. de formulis tr. part. 2. lib. 6. cap. 3. formul. 5.* Quod ſubſecutis temporibus quoque obſervatum. Hinc in ardua quadam causâ à Camera Imperiali Commiſſario injunctum fuit, ut inquireret; ob die Stein ſo Güther zuunterſcheiden pflegen/ kein Creutz auffhaben/ h. e. *an lapides qui prædia terminare ſolent, ſigno aliquo crucis ſint notati.* prædictus Ruland.

land. *de commiſſar. part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 22. lit. C.*

2. Quæ *Crucis* annotatio præcipuè uſurpatur, ſi pro confinibus Arbores figuntur de quo Hieronymus de Monte: *In Sylvis conſuevit plantari arbor, appellata,* vivace, *& nemoribus quercuum vel fagorum, ubi enim plantantur arbores diverſi generis, ſolet fieri in Arbore, quæ dividit territoria Magna quædam Crux, quæ ſignum eſt, quod arbor illa fuit plantata pro territoriorum termino; quod tum ſignum eſt fallax & in hoc periti quoque decipi poſſunt; dum ruſtici pro lubitu & voluntate arboribus grandævis, ad aquirendas aliorum ſylvas, Cruces incidere ſoleant*: Hieron. de Monte. *de finib. regund. cap. 19. num. 4.*

3. Hodiè tamen Termini iſti Lapidei non ſemper *Cruce* ſed aliquo alio *ſigno vel ſtigmate* multò apparenti, præſertim ſigno aut literis pagi aut Civitatis marcari ſolent, ut eis plena fides adhibeatur Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 17. num. 2. & cap. 18. num. 3.* Interjectis quibusdam lapidibus concomitantibus & ſecundariis; de quibus ſequentia noſter *Joannes Oettinger.* Aber heutigs Tags pflegt man ein Runſen / ſo man eine Schlaiffen nennet / entweder gerad oder krumm / oder eckicht wie die Marckſcheidung gehet / darauff zuhawen / das man ſehen kan / wo die Marckſtein hinweiſen / welches der richtigſte Weg iſt / die Marcken zubezeichnen / und von den umbgängern fleiſſig in acht genommen werden ſoll. Darnach pflegt man ins Gemein die jenige Stein / welche man zu Anfangs / oder in ein Eck / oder an das Orth der Marckung ſetzet / Haupt-Stein / Eck / und Orth Stein zunennen. Die andere / ſo mit anlauffen / und darzwiſchen ſtehen / heiſt man Läuffer / die etwas klein / und nicht gewapnet ſein. h. e. *hodierno die lineola quædam, quam rimulam aut foſſulam appellant, lapidibus limitaneis, vel recta vel curva, aut etiam angularis,*

*juxta*

*juxta ductum extremitatum confinium, incidi ſolet, ut eò melius dignoſci poſſit, quo termini iſti tendant & monſtrent; hic modus ſimpliciſſimus & optimus eſt ſignandi limites, ideoque ab agrimenſoribus diligenter attendi debet. Deinde lapides iij, qui in principio vel in angulo, vel in confinio locorum ponuntur, communiter lapides principales & angulares vocari ſolent; reliqui verò minores, qui inter principales inſiti, nec ullis inſignijs aut armis notati reperiuntur, concomitantes, ſecundarij & intermedij appellantur.* Hæc Oetinger. *de finib. regund. cap. 17. num. 6. & ſeqq.*

§ XII.

1. Quod ſi agamus de diſtinguendis duorum & plurium Principum ac Comitum territoriis, *Lapides iſti Dominales*, ſeu Domaniales vulgò Herzligkeit-Stein oder Grentz-Stein/ olim nominibus Dominorum, hodiè verò eorum *Armis & inſignijs* ſignantur, per Reſcriptum *Imperatorum Theodoſii & Valentiniani in l. diurnos: ibi*: teſſeræ deſignentur *l. 2. C. de frument. Alex. lib. 11.* Chaſſan. *in Cathal. gl. mund. part. 1. conſider. 38. concluſ. 55.* Franc. Marc. *part. 1. deciſ. Quæſt. 170. in pr.* Theod. Höppingk. *de jur. Inſign. cap. 10. num. 113. Tum 1.* Quod Domini terrarum exinde demonſtrare voluerunt, ut omnibus nota ſit, natura & qualitas horum Terminorum. *Tum. (2.)* ut quilibet ex hiſce inſignijs inciſis cognoſcere & diſcernere poſſit, quid ſit publicum quid privatum confinium, cujusque Principis aut Domini hoc territorium exiſtat. *Tum (3.)* Ne evellens aut amovens hujuſmodi lapides, conventus in judicio de termino moto, excuſationem ignorantiæ objicere poſſit. Ruland. *dict. part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 27.* De quo ſignandi more ita *Noſter Oetingerus.* Die Bann und Oberkeit-Stein/ die man auch Gräntz und Land-Stein heiſt/ anbelangt/ ſcheiden ſelbige

die Länder / Fürſtenthumb / Herꝛſchafft und Gebiet von einander / darumb ſie auch mit der Herꝛen Wappen bemercket / und gewapnete Stein genennt / und mit derſelbigen zuthun und einhelligem Willen an den Gräntzen auffgerichtet werden. Dannenher / wo man eines Herꝛen Wappen an den Marckſteinen gehawen findet / iſt ein Anzeigen und Beweiß / daß jhme der Enden / gegen ſeiner Seitten / die Ober- und Herꝛlichkeit zugehörig ſey. h. e. *Lapides domaniales & territoriales, in confinijs provinciarum poſitos, quod attinet, ij provincias, principatus, dominatus & ditiones â ſe invicem ſeparant, quare etiam inciſis inſignijs dominorum notantur, lapides armati vocantur, eorumque unanimi conſenſu & ſumtibus communibus, in confinijs eriguntur. Unde ubi domini alicujus inſignia in lapidib. terminalib. inciſa reperiuntur, indicio hoc erit & documento, â latere iſto, loci illius ſuperioritatem, ſibi competere.* Joan. Oetinger. *dict. tr. cap. 17. num. 14. & ſeqq.* Unde in facto conſultus de hoc lapidum genere ſcribit Regner. Sixtinus: *Lapides quos Domini Caſtri H. terminos eſſe aſſerunt, eorum non habere Inſignia ſed lapides eſſe vulgares, bene conſiderandum. Mos enim in plurimis locis obſervatur etiam hodiè, maximè in finibus territoriorum Principum, qui Inſignia ſua, ut fines cognoſcantur, lapidibus inſculpere ſolent.* Cum Rulando, Sixtin. *conſil. Marpurg. 8. num. 38. vol. 3.* Tilman. de Benign. *deciſ. Camer. Syntag. 4. Decad. 4. vot. 2. num. 36.* Inſignia enim Principis, Domini aut Civitatis in Curia, mœnibus aliisvè in locis poſita vel depicta, Wappen an den Stätten / Thoren / Thüren / Uhren / Kirchen / Rathshäuſern / Tabernen / Grentzſteinen / h. e. *inſignia & arma in civitatum portis, valvis, horologijs, templis, Curijs hoſpitijs publicis, & ſaxis limitaneis, depicta & inciſa*, jurisdictionem probant. Bartol. *de inſign. num. 2.* Fr. Mar. *part. 1. deciſ. q. 98. in fine.* Weſenbec. *conſil.*

*ſil. 21. num. 68.* Joan. Oetinger. *dict. cap. 17. lit. H.* Hinc Mœniorum aut territorii dominium eſſe Principis, cujus arma & inſignia ineis depicta ſunt, latè deducit Andr. Knichen. *in Epops. Dauth. num. 289.* Theod. Höppingk. *de jur. inſign. cap. 13. num. 108.* Quo loco tamen hoc obſervandum erit, quod Principes aut Dominus Superior, in alterius Principis Superioris territorio *Bona Civica* poſſidens, abſq; ullo ſuperioritatis aut exemptionis jure, arma & inſignia ſua lapidibus terminalib9 incidere nequit: Nec ut illud committat, ei indulgendum erit; Id quod pro ſingulari cautela annotandum, ne Princeps aut Dominus forenſis longiſſimo temporis curſu, hâc armorum inciſione exemptionem à territoriali jurisdictione acquiſiviſſe prætendere poſſit. Anton. Capyc. *deciſ. 189. num. 8.* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 75. n. 17.* Quod ſequentibus noſtro idiomate aſſerit quoque *Ioannes Oetingerus:* darumb wann ein Fürſt oder Herꝛ/ in einem andern Gebieth/ Güeter und darauff kein Obrigkeit hat/ das ſie nicht beſonders exempt und privilegiert ſeind/ ſo iſt ihme nicht zugeſtatten/ daß er ſolche mit gewapneten Steinen vermarcke. Dann er ſonſten durch die Verjährung eine Gerechtigkeit/ oder Herꝛligkeit erlangen köndte. i. e. *Ideò ſi princeps vel dominus in alieno territorio, fundos & prædia, citra jurisdictionem poſſideat, quæ etiam ſingulariter exemta & privilegiata non ſunt, concedendum ei non erit, ut lapides armatos in limitibus ponat; Nam alioqui mediante præſcriptione facilè Ius Superioritatis territorialis ibidem aſſequi poſſet.* Oetinger. *dict. cap. 17. num. 17.*

§. XIII.

1. Præterea, *quarto* communi conſuetudine hodierna neceſſum eſt, ut lapidibus terminalibus, *parvi lapilli* tanquam teſſeræ & notæ ſubſternantur. Paris de

 Puteo

Puteo *tr. de finib. feud. cap. 1. n. 21. Qui tradit:* quod lapides qui adponũtur, pro finibus, habeant alios parvos lapides, etiam ibi affixos, qui vocantur, Indices, oſtendentes locum, quem ſignant: quod eſt de Conſuetudine, & ſolet de hoc fieri inſtrumentum, quando affiguntur per Judicem vel per Arbitros. *arg. l. inter Caſtellanum. 44. D. de recept. arbitr. Ac capit 7. num. 1. & ſeqq.* Maſcard. *de probat. concluſ. 400. num. 2. & 4.* Menoch. *conſil. 21. num. 30.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 4. num. 66.* Choppin. *ad leges And. lib. 4. tit. 39. num. 11.* Lapides enim terminales, non modicam fidei ſuæ Virtutem ex appoſitione parvorum lapillorum ſumunt. Quos vulgò *Indices* vocamus, idque ex eo dictum eſſe cenſeo, ut indicent, eorum vim, ſignificationem & efficaciam, Hieron. de Monte. *dict. tr. cap 17. num. 3.* vel *ſecundum Puteum*, ut tanquam Indices, locum oſtendant quem ſignant. Pariſ. de Puteo *dict. cap. 1. num. 21.* Alii lapillos iſtos, *Teſtes*, vocant ſic dicti, quod quaſi de hiſce Lapidibus finalibus teſtificentur, lapides iſtos eſſe terminos ac ritè fuiſſe poſitos. Hier. de Monte. *dict. tr. cap. 18. num. 1.* Quo vocabulo etiam nos Germani utimur, dum hoſce lapillos Zeugen / vocamus. Rutg. Ruland. *de Commiſſar. part. 2. lib. 6. cap. 3. num. 12. Itali* verò eos vocant, *La Guardia*, quod cuſtodiam ſignificat, quaſi lapidum finalium efficaciam & fidem cuſtodiant & conſervent. Hier. de Monte *dict. cap. 18. num. 1. Gallica lingua* lapilli iſti *La Guarde*, vulgariter *les Garens*, appellantur; à cuſtodiendo ita dicti; Ideo lapides finales plantati in confinibus, etiam ab antiquo, niſi gardas habeant pro territoriorum Limitibus non judicentur; ſicuti deciſum fuiſſe in ſuprema *Delphinatus* Curia, refert. Franc. Marc. *part. 2. deciſ. quæſt. 416. In Ducatu Wurtembergico* viri terminales die Untergänger

tergänger *vocabulo technico*, lapillos iſtos, Ayer i. e. ova nominant, ac lite de veritate lapidis finalis, mota in cooperiendo lapide, mox inveſtigare ſolent, ob der Stein ſeine Ayer habe oder nicht / *id eſt*, *an lapis indices & teſtes ſuos habeat, vel non.*

2. Quæ ſi deficiant, lapis pro vulgari lapide für einen Feldſtein judicatur. Sicuti reſpondit Menoch. *conſil. 21. num. 30.* Rutg. Ruland. *d. part. 2. lib. 6. cap. 11. num. 1.* Dn. Speidel. *in ſpecul. V.* Marckſtein. *49. à pr.* Lapidibus namque terminorum ſignum habentibus, ſtandum erit, licet partes quæ litigant non poſuerint, & eos pro terminis non habeant; ſecundum Papinianum in *l. in finalibus 11. ibi*: ſi non varietate ſucceſſionum poſtea permutatos probetur *D. fin. regund.* juxta Cornæ. *conſil. 313. n. 12. vol. 1.* Qui ſub *num. 7.* tradit: *quod quando excavatur locus* (germanicè wann man einen geſetzten Stein auswirfft / i. e. *ſi lapis poſitus è terra ejicitur. in quo dicebatur eſſe terminus, ſi ibi reperitur lapis cum lapidibus parvulis hinc inde ad cuſtodiam adjectu qui ſignant lapidem medium fuiſſe poſitum pro fine terminante, & deſignante, iſtud videbitur evidens ſignum diviſionis territorij aut bonorum.* Paris de Puteo *de finib. feud. cap. 1. num. 21. ac cap. 3. num. 10.* Hier. de Monte *cap. 19. num. 1. & 2.* latè Maſcard. *de probat. concluſ. 400. num. 2. & 4.* De quo ſequentia *Noſter Oetingerus*: es werden aber nicht allein die Marckſtein für ſich ſelbſten / alſo mit Kennzeichen notirt / ſondern auch ihnen etliche Steinlein / als rechte Zeugen beygelegt / welche gewiſe Kundſchafft und Zeugnus geben / das ſie rechtmäſſig geſetzt und bekräfftiget ſein / darumb nennen wirs Zeugen / und die Italianer *Guardia.* und wann in Erhebung der Marckſtein keine Zeugen bey denſelben gefunden werden / daß iſt / wann ſie ohne Eyer ſeyn / wie die Untergänger zureden pflegen / ſo ſind ſie unkräfftig /

kräfftig / und nicht gültig / ſie weren dann für bekantliche Marcken von Alters jederzeit gehalten worden. Etliche nehmen zwey / etliche drey Steinlein / zu zeugen / ſonderlich zu den Orthſteinen / die ſie aus eim breiten Stein oder Blatten von einander ſchlagen das ſich / wann man dieſelbe erſuchet / die Stuck recht wieder zuſammen fügen / die legt man im eingraben alſo bey und neben die Marckſtein / daß man wol ſehen und Urtheilen kan / wo ſie hinzeigen. h. e. *Non ſolum autem lapides terminales per ſe, talibus ſignaculis notantur, ſed apponuntur ijs etiam aliquot lapilli, qui certo teſtimonio & documento eſſe poſſunt, quod juſto & debito modo poſiti & confirmati fuerint, propterea hos lapillos nos teſtes vocamus, Itali verò Guardia dicunt, quod ſi elevatis terminalibus, nulli reperiantur teſtes, hoc eſt, ſi ovis carent, ut agrimenſores loqui amant, tunc ij invalidi ſunt & nihil operantur, niſi ab antiquo ſemper pro notoriis limitibus fuerint habiti; quidam autem duos, aliqui tres ſupponunt lapillos loco teſtium, præſertim lapidibus angularibus; & ſunt iſti lapilli fragmenta è lapide majori, vel lateritio & cocto, quæ hoc modo fracta ſunt, ut aptè rurſum conjungi queant veteres ſciſſuræ; reponuntur verò in foſſa quadam, juxta & ad latus terminalium, ut ex eorum locatione benè colligi poſſit, quid indicent, & quo monſtrent.* Hæc Joan. Oetinger. *de finib. regund. lib. 1. cap. 17.*

§. XIV.

1. Quibusdam in locis, loco horum lapillorum, aut cum iſtis lapillis, Ziegelſtein / Gläſer ja gar Kohlen / zerkniſchte Eyerſchalen / Kalch i. e. *lapides cocti, vitra, imò carbones, putamina ovorum comminuta, calx, propter immortalem durationem* ſupponuntur. Id quod jam olim in uſu erat. Ita namque Siculus Flaccus: *quando* (inquit) *ſignum in terminis voluntarium eſt, non neceſſarium, aliquibus terminis nihil ſubditum eſt. Aliquibus verò, aut cineres, aut carbones,*

*aut*

*aut teſtes, aut vitra fracta, aut oſſa ſuccenſa, aut calcem aut gypſum, ſubſternere inventum eſt.* Sicul. Flacc. *de agror. condit. & conſtit. limit.* Et hæc ſigna etiam tempore *B. Auguſtini* & ante eum pro certiſſimo lapidum terminalium Indice habita fuerunt. Damhoud. *in Prax. Crimin. cap. 127.* Joan. Oetinger. *dict. cap. 17. num. 10.* latè Werlich. *in Chron. Auguſtan. part. 1. cap. 4. fol. 25.* De Carbonibus fixo lapidi terminali ſupponendis ſequentia ſcribit B. Auguſtinus: *quid (inquit) in Carbonibus? Nonnè miranda eſt, & tanta infirmitas, ut ictu leviſſimo frangantur, preſſu facillimò conterantur; Et tanta firmitas, ut nullo humore corrumpantur, nulla* ætate *vincantur, uſque adeò, ut eos ſubſternere ſoleant, qui limites figunt ad convincendum litigatorem, quisquis, poſt quantalibet tempora extiterit, fixumque lapidem limitem non eſſe contenderit? Quis eos in terra humida infoſſos, ubi ligna putreſcerent, tam diu durare incorruptibiliter poſſe, niſi rerum ille corruptor, Ignis effecit!* B. Auguſtin. *de Civitat. Dei. lib. 21. cap. 4. circa medium.* Qui *B. Auguſtini* locus convenit cum dicto Boetij *lib. 2. de Geometr.* Ubi tradit: *ſemper ſignum in omnibus terminis poſitum eſt. aut aliquot carbones, aut cineres, aut Teſtas aut oſſa, aut vitrum, aut maſſas ferri* &c. *Ratio* cur olim veteres, terminis finalibus pro Indice, *vitra, oſſa,* præcipuè verò *Carbones* ſupponebant, in perduratione & incorruptibilitate conſiſtebat, quo lapides finales hæc ſigna pro teſtibus perpetuis, & Indicibus quaſi immortalibus haberent.. Proinde *Cherſiphron Architectus*; Templi *Dianæ* Epheſiæ, fundamenta jacturus, quo diuturnius eſſet, loco paluſtri opus, carbones ſubſtravit, rejecta ligni materia, ſoliditatem accipere humori inviolabilem, exiſtimans. Plinius *Rerum natural. lib. 36. cap. 14.* Laert. *in Vita Ariſtip. lib. 2.* Leon. Coque *ad dict. Auguſt. cap. 4. lit. θ. fol. m. 950.* Et Mos iſte ſubſternendi *Carbones,*

*nes*, loco lapillorum, pro teſtibus finalibus, adhucdum hodie in plurimis locis obſervatur. De quo *Noſter Oetingerus:* es brauchen etliche zu ſolchen zeugen / Ziegelſtein oder Gläſer / oder auch Kohlen / die man vor alters für gewiſſe Wahrzeichen zu rechten Marckſteinen gehalten. Dahero man nachgehents / wann man in vielen Jahren zu den Marckſteinen geraumbt und die Aſchen und Kohlen geſehen / ſie als unverwerffliche Marckzeichen gehalten. h. e. *quidam pro ſupponendis teſtibus, lateribus coctis, vitris, aut etiam carbonibus utuntur, quæ omnia olim pro certis & indubitatis indicijs, lapidum terminalium fuerunt habita; unde ſi poſt effluxos multos annos, denudabantur tales lapides, & cineres vel carbones reperirentur, ea pro infallibilibus indicijs terminalibus habebantur.* Oetinger. *de finib. regund. cap. 17. n. 20.*

2. Proinde circa lapides atteſtantes quæſitum aliquando fuit: *quot teſtes ſeu lapilli, in omni lapidum terminalium conſignatione requirantur?* ſanè hæc quæſtio *certâ regulâ* definiri non poteſt. Sed potius ad conſuetudinem cujusque loci reſpiciendum eſſe cenſeo. Sicuti in finalibus quæſtionibus vetera monumenta ſequenda ſunt; reſpondente Papiniano *in l. in quæſtionibus. 11. ibi:* vetera monumenta. *D. finium regund.* Ita quoque ob paritatem rationis & naturæ qualitatem, amborum finalium quæſtionum, in ponendo numero lapillorum teſtimonialium mos regionis, civitatis aut pagi ſervandus & obſervandus erit. Ea enim quæ longa conſuetudine comprobata ſunt, ac per annos plurimos in civitate obſervata; non minus, quam ea quæ ſcripta ſunt jura, ſervantur. juxta Hermogenianum *in l. ſed & ea. 35. cum leg. ſeq D. de legib. l. ſi ſervus 50. §. fin. ibi*: deinde conſuetudo regionis in qua verſatus es *D. de legat. 1.* Joan. Bapt. Larrea *deciſ. Granat. 62. num. 1.* Chr. Creſpi de Valdaura *deciſ. obſerv.*

*ſerv. 1. num. 89. & ſeqq.* Nam non tantum quælibet Natio, quilibet diſtrictus, ſed etiam quodlibet dominium ſuas proprias apponendi lapillos conſuetudines habet. Cujus aſſertionis Exempla varia paſſim ſunt obvia.

3. Exinde autem illa ſignandi & apponendi diverſitas lapillorum oritur, quod collegia illa Agrimenſorum ſunt privata, (quæ licita eſſe conſtat ex *l. ſodales. 4. ibi*: ad negotiationem aut quid aliud) *D. de Colleg. & corporib.* ac inter ſeſe tantum, certum ſignandi modum conſtituunt, quem ita ſecretum eſſe volunt, ut alicui pandere nefas & perjurium eſſe putent; Plures tamen lapillos quam unum ſubſternere communiter placuit. Ita parcè Paris de Puteo, *de finib. feud. cap. 1. num. 21.* latius Rutger. Ruland. *de commiſſar. part. 2. lib. 6. cap. 3. n. 15. & ſeqq.* De quo ſignandi modo *Noſter Oetingerus* in hac finium regundorum materia verſatiſſimus practicus ſequentia tradit: es kan keine gewiſſe Weiſe/ wie die Marckſtein zubezeugen/ fürgeſchriben werden/ weilen die Untergänger ihre privata und ſonderbahre collegia haben und alles unter jhnen gar geheimb halten. Etliche nemmen zwey/ etliche drey Steinlein zu Zeugen/ ſonderlich zu den Ortſteinen/ die ſie auß einem Breiten Stein oder Blatten voneinander ſchlagen/ das ſich/ wann man dieſelbe erſucht/ die Stück wider recht zuſamen fügen: die legt man im Eingraben alſo bey und neben die Marckſtein daß man wol ſehen und urtheilen kan/ wa ſie hinzeigen. h. e. *quid lapidibus terminalibus loco teſtium ſit ſubſternendum, certus modus præſcribi nequit, quoniam agrimenſorum collegia ſunt privata & ſingularia, in iisque cuncta ſecretò tractantur aliqui duos, quidam tres lapillos, terminalibus præſertim angularibus, ut teſtes adjungunt, quos contundendo diminuunt, ex lapidibus latioribus, aut lateribus coctis, cum tali fractura, ut ſi olim rurſum effodiantur,*

 *fragmenta*

*fragmenta invicem quadrent, & veteres juncturas admittant; hæ particulæ terminali applicantur, & â latere in foſſa reponuntur, ut ex loci ſitu haud difficulter judicari poſſit, quò monſtrent & tendant.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. lib. 1. cap. 17. num. 9. & 13.*

§. XV.

1. *Quintò*, neceſſum eſt ad roborandam terminorum finalium fidem, ut lapides poſiti & fixi, etiamſi certo ſignaculo aut Inſigîis notati ſint, *in inſtrumentum* redigantur; ac locus iſte cum ſuo circuitu, adjectis confinibus ſcripto mandetur *arg. l. inter Caſtellianum D. de recept. arbitr.* Aggen. Urbic. *ad Frontin. de re agraria. cap. ſuſcepimus 1. fol. m. 145. in oper. veget.* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 17. num. 4.* Maſcard. *de probat. concluſ. 499. per tot.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. cap. 19. num. 3.* Inſtrumenta enim & ſcripturæ inventæ ſunt, ut omnia perpetuæ memoriæ conſecrentur *per l. 1. C. de edict. Div. Hadr. toll. l. divo D. de quæſt.* Menoch. *conſil. 147. num. 4.* Romanis mos erat valde celebris & reipublicæ proficuus, agrorum limitatorum monumenta publicè cuſtodire id eſt, in tabulis æneis ad æternitatem fixis cuſtodire; quæ formæ dicebantur. Flacc. Sicul. *de condit. agr. lib. 1.* Aggen. Urbic. *de controv. agros.* De quibus æneis tabulis ita reſpondet Venuleius: latè Barnab. Briſſon. *ſelectar. antiquit. lib. 4. cap. 5.* *Qui tabulam æneam, leges, formamve agrorum, aut quid aliud continentem refixerit, vel quid inde immutaverit, lege Iulia Peculatus tenetur.* Sunt verba Jureconſulti *in l. qui tabulam 8. ubi late* Dion. Gothofred. *D. ad l. Iul. pecul.* Jacob. Cujac. *lib. 10. obſerv. cap. 2.* *Ideò in controverſiis inſpici ſolebant, ut ſi quæſtiones* de modo inter poſſeſſores eſſent, per formarum fidem lis dirimeretur. Veluti cum quis majorem locum in territorio habere dice-

diceretur, quàm in formis contineatur, cæteris qui minorem locum poſſiderent, integrum locum adſignare compelletur; de qua eſt textus, *in l. de modo agror. D. fin. reg.* ac reſponſum Ulpiani *in l. Forma. 4. §. 2. ibi:* in publicis tabulis *D. de cenſib.* Petr. Faber. *ſemeſtr. lib. 1. cap. 22. à princip.* vel, ſi fluminis irruptione fines turbati eſſent, ut facilius quisque revocata modi controverſia ad æs publicum, & adhibito menſore modum ſuum agnoſceret, ut ait Ulpianus, *in l. ſi irruptione D. eod.* Et has tabulas apprimè obſervandas à Papiniano dictum eſt, *in l. in finalibus D. eod.* & ab Imperatore ſancitum, *in l. 2. C. fin. regund.* Joan. Aymus *de jure alluvion. lib. 1. cap. 2. num. 7.* Ex hiſce enim tabulis æneis, controverſiæ de agrorum modo finibusque, decidebantur. Cum ex modo illo, qui ære ſcriptura continetur, forma liquet; ait Agg. Urbic. *ad Frontin.* latè Barnab. Briſſon. *antiq. ſelectar. lib. 4. cap. 5. & 6.*

2. Veruntamen Mos iſte incidendi terminos finales & limites in tabulis æneis ab aula receſſit; ac ſolent lapides iſti ritè fixi, cum ſuis adjacentibus confinibus in librum civicum inſcribi & condi. Joan. Aymus *dict. cap. 2. num. 7.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. cap. 19. lit. A.* qui ſub *num. 2.* tradit: es iſt aber diſer Gebrauch bey den fürgangenen vihlfaltigen Verenderungen der Regimentern / vorlängſten in Abgang kommen / und werden heutiges Tages die Güter und Marckingen / mit dem Meß und ihren Anſtoſſern den Läger-Büchern und Fertigungs-Brieffen einverleibt; zu Zeiten auch ſonderbahre Verträg daruber auffgerichtet / und in denſelben die Gräntzen oder geſetzte Marckſtein und Lauchen außführlich und umbſtändlich beſchriben. h. e. *ſed mos iſte, propter crebras mutationes Rerumpublicarum, earumque Regiminis, jam dudum obſolevit,*

*& hodierno die, prædia cum ſuis limitibus, menſura & confinÿs, cataſtro & inſtrumentis emtionum venditionum inſeruntur; quandoque etiam pacta ſuper his inita, in certis tabulis comprehenduntur, in ÿsque limites, & termini poſiti cum arboribus antemiſſis & perforatis cum omnibus circumſtantiis latè deſcribuntur.* vide ſpeculat. *tit. de Emption. §. ſciendum verſ. item nota. num. 12.* Paris de Puteo *dict. tr. de finib. cap. 1. num. 16.* Joan. Oetinger. *dict. tr. cap. 14. lit. I.* Proinde lapides terminales non ſolum ex appoſitione lapillorum, ſed etiam ex Inſtrumentis aut literis finalibus, vulgò Bezirck-Brieff/ aliisque ſignis probari & confirmari poſſunt. de quibus Maſcard. *de probat. concluſ. 394. num. 1.* Zaſius *conſil. 16. num. 3.* Joan. Sichard. *inter conſil. Feud. 1. num. 89.* Ruland. *dict. part. 2. lib. 6. cap. 11. num. 5.*

3. Obſervandum tamen eſt hoc loco, quod finium mutatio non præſumatur, ſed ubi olim fuerunt termini, ibi etiam hodie adhuc exiſtere cenſendum erit; ſecundum tradita Hieron. de Monte. *de finib. regund. cap. 15. num. 5. & cap. 21. num. 3.* Alciat. *lib. 2. præſumpt. 13.* Fr. Marc. *deciſ. 216.* Maſcard. *de probat. concluſ. 393. num. 8. & concluſ. 403. num. 7.* Menoch. *6. Præſumpt. 43. per tot.* Gryhiand. *de Inſulis cap. 14. num. 92. & 93.* Proinde ſtandum eſt finibus antiquis, niſi novi probentur, & quanto antiquiores, tanto ſunt efficaciores. *per l. in finalibus 11. D. finium regund. l. 2. C. comm. dividund.* Gregor. Lopez. *ad leg. Hiſpan. part. 7. tit. 15. leg. fin.* Gloſs. *17.* Alphonſ. *de Azevedo ad l. 3. num. 38.* Recopil. *lib. 7. tit. 7.* Ubi tradit, in conflictu probationum ſe invicem contrariantium, prout quotidie contraria evenire ſolent, & in finalibus quæſtionibus, antiquior probatio tam teſtium quam inſtrumentorum debet prævalere. Qui late hoc perſequitur ſub *num. 39. & 40.* Michael Graſs. *comm. opinion.*

*lib.*

*lib. 3. tit. 26. num. 2.* Ab hujuſmodi tamen præſumtione receditur per contrarias præſumptiones, & conjecturas, quibus fines ipſi & terminales lapides probari ſolent. *per l. cenſus D. de probat.* Guid. *Papæ conſil. 88.* late Menoch. *conſil. 147. num. 1. & 36.* Auguſt. Barboſa. *ad l. ſucceſſionum 2. C. finium regund. num. 2. & 3.*

§. XVI.

1. Hiſce ita præmiſſis, quæritur hoc loco præcipuè, *an terminorum ac columnarum Finalium Cura & poſitio ſit actus Iurisdictionis territorialis*? Reſpondeo *quod ſic.* ſivè terminos iſtos ut *Publicos* ſive ut *privatos* conſideremus. 1. *P*ublici namque termini confinia Ducatus aut Comitatus concernunt ac territorialia & alia ſuperioritatis jura à vicinis ſegregant, quo Bona Domanialia in ſuo integro ſtatu illibata à cujuscunque invaſione rite cuſtodiantur. Quæ jura præcipuè *P*rincipi tanquam proprio ſui territorii defenſori incumbunt: cujus proprium eſt ſuum Domanium & ſuam jurisdictionem terminis publicis unicuique palam facere, eamvè à cujusvis inſultu defendere. *arg. l. 2. §. originem 13. D. de origin. jur. l. 1. §. 12. D. de offic. præfect. urb.* Gylman. *1. deciſ. Camer. 1. num. 24. & conſeq.* Mager. *de advocat. arm. cap. num. 64.* Dn. Knipſchilt. *de iur. civit. lib. 5. cap. 12. per tot.* Et hanc curam ſeparandi agros publicos à privatis, jam *Divus Pius* Imperator, *P*ræſidi *P*rovinciæ ſingulari reſcripto mandavit, *in l. ſi legatum 5. §. finis 1. ibi: fines publicos à privatis D. de operib. publ.* Ut unusquisque ſua ſorte contentus eſſet, nec res alienas appeteret. Quod primum Rex *Numa Pompilius* ſingulari de terminandis agris lata lege cavit, teſte Dionis. Halicarnaſs. *hiſtor. lib. 2. in fine* quæ tamen cura, ſucceſſu temporis penes Imperium tenentes, permanſit & ad eos derivata fuit. *P*ræ-

ſidis namque officio incumbit, ut jubeat quemlibet ab alieno abſtinere juxta Ulpianum *in l. ſi conſtiterit. 4. ibi:* Ne quispiam rem alienam uſurpare attentet. *C. eod. tit.* Hæc ideò cura & ſollicitudo non judicis, ſed ad *Præſidis* & Magiſtratus officium pertinet; qui in ſua provincia Imperatorem repræſentat. Quod benè animadvertit Anton. Faber *in rational. ad dict. l. ſi* irruptione *11. D. dict. tit. fol. m. 958.* Hier. de Monte. *de finib. regund. cap. 2. qui ſub num. 11. tradit. Quod ad principem ſpectet, vel ſenatum, qui vice principis fungitur, affigere cuſtodire terminos regnorum territoriorum. arg. l. quod princeps 23. ibi:* principis juſſu. *D. de aq. & aq. pluv.* ac quod actus ponendi cuſtodes finium arguit jus ſuperioritatis, & ſummi imperii conſtat ex reſcripto Imperatoris Juſtiniani *in l. 2. §. in ſardinia. 3. ibi:* ubi Barbaræ gentes ſedere videntur, milites pro cuſtodia locorum. *C. de offic. Præfect. Afric.* M. Anton. Natta *conſil. 672. num. 9.* Maſcard. *de probat. concluſ. 402. num. 2.* Knipſchilt. *de civit. Imper. lib. 2. cap. 5. n. 217.*

§. XVII.

1. Sin verò II. *privatorum prædiorum terminos finales* conſideremus, eorum cura & cuſtodia non minus ei qui publicè imperio præeſt, id eſt principi aut comiti Imperii incumbit, ut unicuique ſua prædiorum confinia, ſarta tecta conſerventur, & ut ſubditi ab alienis abſtineant; nec ullis machinationibus aut molitionibus alterius bona uſurpare tentent; quam curam officio præſidis provinciæ, utpote Imperatoris vicarii incumbere reſcripſit Divus *Pius in d. l. ſi legatum 5. §. 1. ibi:* publicum à privato *D. de operib. publ.* Ac quod irreptor agrorum pœnalibus mandatis ab alienis arceatur reſcriptum habemus Divi Conſtantini *in d. l. ſi conſtiterit 4. ibi:* alienam uſurpare. *ubi D. Brunnemann. C. fin. regund.* Omnis

namque

namque contentio & cuncta gentium bella orta fuerunt propter *Meum & Tuum*; Ideo ex jure Gentium concordiæ conſervandæ gratia termini agris poſiti fuere: juxta Hermogenianum *in l. ex hoc jure. 5. D. de juſt. & jur.* ne quispiam aliena invadere attentet. Beſold. *de jur. territor. cap. 2. num. 3. in oper. Polit.* ac *in Theſaur. Pract. lit. M. verb.* Marck. Quod omnium primò ad conſervandam quietem publicam inter Cives Romanos *Numa Pompilius* Rex, Dominia diſtinguenda per poſitionem terminorum finalium inſtituit, idque etiam ad ſucceſſores Imperii Romani tranſivit teſte Halicarnaſſæo, qui tradit: *Hoc illius ſeculi terminorum monumentum Romani ad noſtram ætatem ſervant, idque ſanctitatis tantum gratia.* Dion. Halicar. *Roman. antiquit. lib. 2. in fin.* unde Joannes Coraſius: *Hæc diſtinctio dominiorum, non ſolum magna ratione, ſed etiam neceſſitate recepta fuit: ut civilis ſcilicet hominum ſocietas tranquille foveretur, nullæque ſuborirentur diſcordiæ, quas communionis natura ſolet excitare per l. cum pater §. dulciſſimis. D. de legat. 2.* Ex qua cauſa ab imperantibus, termini agris fuere poſiti per certos lapides ad diſtinguendos prædiorum fines: Joan. Coraſ. *ad l. ex hoc jure 5. num. 5. D. de iuſtit. & jur.*

2. Graviſſimum erat olim apud Romanos crimen, publica vindicatione dignum: terminos & confinia publica turbare & invadere. Ita Romani cauſam belli contra Mithridatem ſuſcepti, apud Caſſium legatum prætendebant, attrectari terminos ſuos à Nicomede Bythynico. Jul. Flor. *lib. 3. hiſtor. cap. 5.*

§. XVIII.

1. Proinde ad exemplum *Imperatorum Romanorum*, Principis Imperii officio incumbit, qui publica imperandi poteſtate in ſuo Ducatu præcellit, curam terminorum finalium, ſuſcipere, cunctos ſubjectos jure ſuperioritatis

rioritatis in poſſeſſione confinium manutenere, & contra quoscunque agrorum irruptores defendere *per d. l. ſi conſtiterit 4.* ubi Dn. Brunnemann. *C. fin. regund.* Ita namque Imperator Juſtinianus edixit; *quod omnes dies & noctes communi lucubratione & cogitatione degere continuet, ut ſubjecti ſub omni quiete conſiſtant, ac omni onere liberentur, & à damno extrinſeco illato defendantur. in Novell. 8. in præfat.* unde Andreas Knichen. ſcribit: *ubicunque coercitio criminalis intercedit, ut puta limites decernere & conſtituere,* Marckſtein ſetzen/ *non niſi per centenam vindicatur admiſſum;* (*quæ ſuperioritati territoriali utplurimum adhæret*) Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 4. num. 214.* ac *ſub num. 357.* Quo argumento *in Galliis*, medius Juridicus accommodat notionem & cognitionem ſuam. Renat. Choppin. *ad leg. Andiæ. lib. 1. cap. 39. num. 14.*

2. Quamvis enim agrorum Poſſeſſoribus non denegetur, eos ſecernere palo aut Saxo, teſtibus ſeu lapillis quibusdam ſuppoſitis Joan. Bonifac. *tr. de furtis §. 9. num. 80.*

3. Lapides tamen finales, ut auctoritatem & fidem publicam mereantur, non niſi Centgravii ſeu domini territorialis auſpiciis, per deſignatos *viros terminales* (Steinſetzer vulgo dictos) ritu quodam ſpeciali & technico, nimirum, ut lapidi finali ſubdantur certæ teſſeræ & notæ; veluti *carbones*, *lateres*, fruſta *vitri* & ſimilia, quæ ipſi inter myſteria referunt, conſtitui poſſunt. Maſcard. *de probat. concluſ. 400. num. 2. & 4.* Ita in terminis Laurent. Calcan. *conſil. 90. num. 7. & 15.* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 2. num. 11.* ubi tradit: *ſic terminorum publicorum affixio eſt de reſervatis Papæ & Principis in ſignum univerſalis Imperii, quia ad eos ſolos ſpectat, totum dividere orbem* ac *cap. 21. num. 3.* Wehner. *in Pract. obſervat. verb.*

*verb.* Vogtey. *fol. m. 600. Et verb. Zent. fol. 708.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 4. num. 357.* Ubi tradit, quod intuitu univerſalis territorii juris, Princeps fundatam habeat intentionem, in omni cauſarum genere Dn. Am. Knipſchilt. *de jur. civitat. lib. 2. cap. 5. num. 214.* In terminis ſpecificis Joan. Oettinger. *de finib. regund. cap. 17.* qui ſub *num. 47. tradit:* die Steinſatzung und Landſcheidungen hangen der hohen Lands-Obrigkeit an/ und hat ein jeder Herr in ſeinem Land und Gebieth allein Macht Marckſtein zuſetzen/ die Untergäng führen/ und keine ausgeſeſſene zuzulaſſen/ und werden ſolche Anſtellungen/ unter die actus jurisdictionales, oder die oberkeitliche handlungen gezehlet. Und da jemand einen daran verhindern/ und am Herbringen des Steinſetzens Eingriff thun wolte/ wird wider denſelben rechtmäſſig gehandelt/ er in die Straff erkannt/ und ihme durch ein mandatum aufferlegt/ daß er von der turbation abſtehen/ und den Kläger weiter nicht beunruhigen ſolle. Wo auch die Lands-Obrigkeit von der malefiziſchen und zentbarlichen Obrigkeit abgeſondert/ und zweyen unterſchiedlichen Herren zugehören/ ſo hat doch der Centherr über die Steinſetzer nichts zugebieten/ ſondern ſie ſind dem Herrn des Lands unterworffen. h. e. *poſitio terminorum, & ius limitandi provinciam, dependent à ſuperioritate territoriali; & quilibet dominus territorij in territorio & ditione ſua poteſtatem habet, lapides terminales ponendi, inſpectiones limitum ſuſcipiendi, ac extraneos quosque removendi; quæ negociationes omnes, actibus jurisdictionalibus, vi Magiſtratus competentibus accenſentur; quod ſi verò quispiam alterum in hoc exercitio impedire, & in uſu lapides ponendi turbare conaretur, contra illum legitimo modo proceditur, pœnam decernendo, & per mandatum injungendo, ut â turbatione deſiſtat, nec actorem ulterius inquietet. Ubi etiam Iu-*

*riſdictio territorialis*, *à criminali & centena fuerit ſeparata, duobusve diverſis dominis competeret; tamen dominus centenæ imperium in agrimenſores exercere non poterit, ſed illi potius ſubjecti erunt domino territorij. confer.* Caſpar. Klock. *conſil. 10. num. 489. vol. 1. ubi tradit*, quod jus dirigendi fines, ſit pars Jurisdictionis. Et hoc *Gallicis moribus* non abſimile eſſe videtur, Choppin. *ad leg. Andiæ. lib. 1. tit. 39. num. 11.*

§. XIX.

1. *Effectus* terminorum finalium *multiplex* eſt; quorum præcipuus eſt, dominiorum diſtinctio, ex qua quies & pax publica inter cives conſervatur quas communionis materia ſolet excitare *per l. cum pater. 77. §. dulciſſimis. 20. ibi:* cum diſcordiis propinquorum ſedandis proſpexerit, quos materia communionis excitare ſolet. *D. de legat. 2.* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 15. num. 1.* unde Plutarchus, *terminum finalem*, præſidem pacis & arbitrum juſtitiæ vocat. *in vita Numæ Pompilij.*

2. *Tum*, ut propenſior unusquisque circa culturam agrorum redderetur: ſiquidem plerumque ſoleat negligi, quod communiter poſſidetur. Naturale enim vitium eſt, negligi quod communiter poſſidetur; atque ſe nihil habere, qui non totum habet arbitretur: denique ſuam quoque partem corrumpi patiatur, dum invidet alienæ. ſecundum *Theodoſium & Valentinianum in l. 2. meminimus C. quand. & quib. quart. pars. lib. 10.* In eoque Socratem reprehendit Ariſtotel. *lib. 2. Polit. cap. 1.*

3. *Tum* etiam, ut cætera hominum negotia, diſtributis in hunc modum rebus, certiore ordine tractarentur. *c. cum ſingula de præbend. in 6. can. 1. diſtinct. 89.* Joan. Coraſ. *ad l. ex hoc jure 5. num. 5. D. de juſtit. & jur.*

4. Nec modicum effectum, termini legitimè poſiti

ſiti habenti, *in probando* territorio, jurisdictione & confinibus: per lapides enim antiquos certis inſigniis notatos, confines territorii probari, extra controverſiam eſſe ſolet, *per l. 1. §. qui in rationibus 4. D. ad L.Cornel. de falſ. l. qui tabulas 27. in pr. D. de furt.* Maſcard. *de probat. concluſ. 400. per tot.* Guid. Papæ. *deciſ. 193.* Joan. Oettinger. *definib. regund. cap. 18. lit. A. in notis.* poſt plures Menoch. *conſil. 147. num. 36.* Regulariter namque fines antiqui ſunt attendendi in probando diſtrictu, & non præſumuntur mutati, niſi probetur, & ideò eis ſtandum erit. *pr. l. 2. C. fin. regund.* Hieron. de Monte, *dict. tr. cap. 21. num. 1.* Sixtin. *conſil. 8. num. 40. vol. 3.* Hopping. *de jur. inſign. cap. 13. num. 109.* Unde Gilkenius ſcribit: *quod ſi monumenta quædam oſtendam, quæ hujus rei fidem faciunt, utputa, ſepulchra, obeliſcos, columnas inſcriptione veri domini inſignitas, idoneam dominij præſcriptionem continere ſolent.* Bald. & Bart. *in l. monumentorum C. de religioſ. & ſumpt. fun.* Petr. Gilken. *de præſcript. part. 2. membr. 2. cap. 2. n. 66.* Et hoc adeò verum eſt, etiamſi partes, quæ litigant, hoſce terminos finales, nec poſuerint, nec eos pro terminis habeant; ſecundum Cornæ. *dict. conſil. 333. num. 12.* Maſcard. *dict. concluſ. 400. num. 3.* Proinde quando effoditur locus, in quo cenſetur territorii terminus, ſi ibidem reperitur lapis cum ſuis Indicibus ad cuſtodiam ſubſtratis, hoc certiſſimum indicium erit diviſionis territorii vel bonorum *per l. in finalibus 11. D. finium regund.* Hieron. de Monte *dict. tr. cap. 19. num. 2. & 3.* Cornæ. *conſil. 333. num. 12.* Menoch. *conſil. 21. num. 30.* Nam ubi territorium diverſos habet limites, diverſos quoque habere dominos, meritò cenſetur *per l. fin. ibi:* cum terminos urbis exierit. *ac l. 1. §. Initio. 4. ibi;* quicquid igitur intra urbem admitti-

mittitur. *& ibi*: egreſſum eſt præfecti urbi notionem. *D.de offic. præfect. urb.* Loſæ. *de jur. univerſit. part.* 3. *cap.16. num.* 5. Victor. *de exempt. poſit. 27. in fin.* Knipſchilt. *dict. cap. 5. num. 215.* Riminald. Junior *conſil. 355. num. 95. & 96.*

5. Addita tamen declaratione, quod confinia & Jurisdictio territorialis etiam aliis mediis probari poſſint. Nec bona ſit conſequentia: Inſignia & terminos finales in territorii confinibus non habet; ergo nec jurisdictionem, cum jurisdictio etiam ſine illis cognoſci poſſit, Maſcard. *dict. tr. concluſ. 401. & 402. per tot.* Natta *conſil. 636. num. 123. & ſeqq.* Quod conſideratum quoque fuit in cauſa Ingelheimb contra Pfaltz Ruland. *de commiſſar. part. 4. lib. 2. cap 17. num. 17.* Hopping. *dict. tr. cap. 13. num. 110. ubi alias declarationes adfert.*

6. Præterea ut lapides terminos finales probent, neceſſe eſt, ut recta linea alios lapides terminales reſpiciant. Et quidem ad ſe invicem mutuo & non per obliquum. Maſcard. *de probat. concluſ. 400. num. 5. vol. 1.* unde Relator apud Galleotum Accatinium aſſerit: *quod ex quatuor nominatis terminis, unus tantummodo fuerit repertus, qui de mandato virorum terminalium evacuatus, ultra ejus parvitatem, in duobus deficiebat*; Et *quia non habet teſtes*: Et *quia non reſpiciebat recta linea ad alios terminos non repertos.* Accatinius *apud* Joan. Bapt. Cæſar. *conſil. 4. num. 10. part. 3.* Fr. Vivius *Comm. opinion. 870. num. 11.* ubi tradit: *probatis & verificatis ſaltem duobus confinibus identitas rei, ſeu intermedia probata cenſentur.* Cæſar. Urſill. *ad afflict. deciſ. 23. num. 11.*

## § XX.

1. Probatur præterea territorialis ſuperioritas, & confinia, aliis quoque mediis, loca territoriorum diſtinguentibus. Quandoque per *vias Regales* quandoque *per flumina*

*flumina publica*, aliquando per *montes & valles* vel per aliqua alia *ſigna territoria* communiter diſtinguuntur, ideo hiſce quoque mediis & modis termini finales probari poſſunt. Bald. *conſil. 420. vol. 1.* Guid. Papæ *deciſ. 193.* Valaſc. *de jur. emphiteut. quæſt. 49. num. 22.* Stephan Gratian. *diſcept. forenſ. 595. num. 7. & ſeqq.* Azevedo *ad l. 3. num. 39. Recopil. lib. 7. tit. 7.* Quod conſideravit Dn. Referens apud Tilman. de Benignis, *in cauſa civitatis Spandau ſyntagm. 4. Decad. 4. Vot. 2. num. 32.*

2. Quod ſi contigerit, ut lapidum finalium fides propter antiquitatem in dubium vocetur, illique ſuos cuſtodes & judices non amplius habeant; eorum valor & fides, etiam per teſtes vel alia ſignacula fidem indicantia probari poteſt, vide Natta *conſil. 104. num. 3. & ſeqq.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ. 395.* Id quod conſtat *ex articulo defenſionali 3. & 4. civitatis Spandavienſis* in Camera Imperiali item daß die Statt Spandaw ultra hominum memoriam und dero gemarcken / mit vielen eingeſenckten auffgerichten Steinen / eingegraben Löchern / und andern Gemarcken bezeichnet geweſen / und noch / item daß der Spandawer Gemarcken-Stein / außgeſtochene Löcher und andern Gemarcken durch ihre Inwohner / und andere umbligende / je und je / als der Statt Spandaw / Gemarck erkant / geachtet und gehalten worden ſeindt. h. e. *quod civitas Spandavienſis, cum ſuis confinibus, ultra hominum memoriam, per multos lapides erectos, effoſſa foramina, & alia plura, quibus fines deſignari ſolent, fuerit notata, & adhuc ſit; quod item Spandavienſium lapides finales, foramina exciſa, & alia terminalia, per civitatis incolas, & ejus vicinos circumjacentes, ab antiquo ſemper, pro finibus & terminis civitatis Spandavienſis, fuerint agnita & habita.* Idque conſideravit & benè trutinâ rationis ponderavit *Dn. Referens* apud Thileman.

num: *Hoſce articulos Reorum, teſtes ferè omnes, atteſtantur veros eſſe.* Reddentes rationem ſuæ ſcientiæ; *eò quod viderint lapides vel terminos.* und die Loch-Gruben: *audiverunt à majoribus & ſenioribus, vicinuque publicis, per eos, territorium à Spandau à vicinis ſeparatum & diſtinctum eſſe: adduntque tempus, hoc eſt ante 30. 40. & 50. annos: ſemperque quandiu rei recordantur ita audiverunt: & quod à vicinis ita habiti & reputati fuerint pro limitibus.* latè Referens apud Thilem. de Benign. *deciſ. Camer. Syntagm. 4. Decad. 4. vot. 2. num. 31. & 32.* Confines enim per famam publicam, & vicinorum atteſtationem probantur; præſertim ſi ſint ſenes; vicini enim ſenes, Limitum notitiam habere præſumuntur *per l. 1. in pr. D. de flumin. cap. quomodo cap. cum cauſam X. de præſcript.* Bald. *conſil. 420. vol. 1.* Maſcard. *de probat. concluſ. 396. per tot.* Hier. de Monte *dict. tr. cap. 55. num. 10.* unde ſcribit Alexander. *conſil. 25. num. 1. ac conſil. 57. in fine lib. 7.* Quod confines territorii præſumantur ſeſe extendere, usque quo antiquitus extendebantur. *per text. in l. in finalibus. 11. ibi:* vetera monumenta. *D. fin. regund. & l. 2. C. eod. tit.* In terminis Alciat. *de præſumpt. Regul. 2. præſumpt. 13.* Ægid. Boſs. *in oper. tit. de Principe. num. 269.* Ubi tradit: tu ſi vis probare per teſtes, ut articules de confinibus prout erant tempore antiquo, non ut ſunt de præſenti. *num. 270. & 271.* Mynſinger. *lib. 6. obſerv. 26. per tot.* Decian. *conſil. 17. num. 6. lib. 3.* Menoch. *lib. 6. præſumpt. 43. num. 3.* vide Alphonſ. de Azevedo. *ad l. 3. Recopil. num. 35. & ſeqq. lib. 7. tit. 7.*

§. XXI.

1. Cæterum, quod flumina quoque publica vel ſtagna in loco diſcriminis & confinium conſiſtentia ſint, & habeantur, pro lapidibus terminalibus *ſupra hoc cap. 14. num. 13.* traditum eſt. Valde autem eſt controverſa

quæſtio;

quæſtio; *quid ſi flumen vel ſtagnum, curſum ſuum vel alveum mutet: An termini quoque confinales vel jurisdictio terminalis per alluvionem mutentur?* Sanè cauſa hæc acriter ventilata fuit ex inconſtantia Padi fluminis inter *Principes Gonzagas*, *Rudolphum dominum Luzariæ & Franciſcum dominum Boſſuli* fratres quibus contraria reſpona dederunt collegium *Papienſe & Ferrarienſe*, in confiniis territoria poſſidentes. Quam refert Joan Aymus *de alluvion. lib. 2. cap. 6. num. 1.* Similes controverſiæ ſæpius quoque *in Friſia Orientali* propter crebrerrimam mutationem fluvii *Amaſis* contingere ſolent; teſte Gryphiandr. *de Inſulis cap. 14. num. 113.*

2. Equidem *primò*; in eo conveniunt doctores, quod in lacu aut flumine publico confinia conſtitui, ac ſuper illis actio finium regundorum inſtitui queat; adeò quidem, ut confinia quoque in Mare determinari poſſint, ſecundum tradita Hieron. de Monte *cap. 39.* Modeſt. Piſtor. *part. 1. Q. 43. & lib. 1. conſil. 14.* Selden. *tr. de mare clauſ.* Nam etſi aqua in ſuperficie ſit, certum tamen eſt, alveum ipſum; ſivè ſolum eſſe in dominio certi poſſeſſoris: quemadmodum in ſimili dicimus, licet aqua in ſuperficie ſit, territorium tamen in fundo ſeu ſolo eſſe, quod aquam continet. Bald. *conſil. 195. lib. 2.* Jacob Schultes. *ad Mod. Piſtor. Q. 43. num. 4.*

3. *Secundò* conveniunt quoque doctores in eo quod ſi flumen ſit loco termini, tunc illud ſit commune, ratione piſcationis & cujusque generis fruitionis. Veruntamen quoad jurisdictioeem, ea utrique domino vicino usque ad medium fluminis competat. *arg. l. arbor. 19. in princip. ibi:* è regione cujusque finium, utriusque ſunt. *ubi* Anton. Faber. *in rational. D. commun. divid.* Simile reſponſum dedit idem Paulus *in l. illud. 83. ibi:*

por

pro qua parte in fundo fuerat *& Paulo poſt:* pro indiviſo cummunis fit. *D. pro ſocio.* Hieron. de Monte. *dict. tr. cap. 24. num. 9. ac cap. 25. num. 1. & 4.* quem ſequitur Caſp. Manz. *deciſ. Pal. Neoburg. 99. num. 2.*

§. XXII.

1. Hiſce præmiſſis ad propoſitam quæſtionem progrediendo ſciendum eſt, quod communiter ſcriptores hoc diſcrimen in caſu præſenti animadvertere ſolent, *an fluminis mutatio per alluvionem facta fiat Impetu! an ſenſim & pedetentim.* Joan. Gryphiander. *de Inſulis cap. 14. num. 111.* vel ut aliter diſtinguit Bartolomæus Cœpolla; *an mutatio per alluvionem contigerit naturaliter, an caſu fortuito!* Cœpolla *de ſervit. P. R. cap. 4. & cap. 34. Primo Caſu* ſi inundatione vel impetu quodam fluminis ſimul & ſemel alveus mutatur, derelicto ſuo priori lectu, ita ut ex uno loco, in alium perrumpat; ſicuti *in Italia* per mutabilem fluvium *Padum* quotannis contingere ſolet; aut quemadmodum talis mutatio *in Friſia Orientali ſæpe in Fluvio Ameſi Flevo Dullanto & Iada* evenit; tunc territorii fines & limites non mutantur; nec prædii dominium amittiur. Quoniam novus Fluvius à priori planè diverſus eſſe cenſetur: nec Juriſdictio vel territorium, flumen ſequitur, ſed intra priores terminos permanet, æque ac ipſa proprietas. Is enim, cujus agrum fluvius temporario incremento ripis effuſus occupavit, quamvis agrum poſſidere deſinit, dominus tamen ejus manet, *per l. adeo. 7. §. 6. D. de acquir. rer. domin.* Quamvis enim inundatio poſſeſſionem auferat, non autem dominium adimit. *l. 3. §. 13. D. de acquir. poſſeſſ.* Tulden. *in Cod. de alluvion. n. 1. unde Vlpianus*: ſi aquam ex flumine publico duxeris & flumen receſſerit: non potes ſubſequi flumen quia ei loco ſervitus impoſita non eſt, quamvis is locus meus ſit

per

per Reſponſum *in l. hoc jure. 3. §. ſi quam 2. ibi. medius locus non ſervit. D. de aq. Cottidian. & æſtiv. l. adeo. 7. §. quod ſi. 5. ibi.* quicquam in eo alveo habere. Idem Pomponius *in l. ergo 30. §. alluvio 3. ibi :* ſed eodem impetu, Receſſu fluminis reſtitutus *D. de acquir. rer. domin.* Joan. Bapt. Aymus *de alluv. lib. 1. cap. 10. num. 10. & 11.* Peregrin. *de jure fiſc. lib. 8. num. 83.* Ideò mutato alveo, non mutatur Jurisdictio, quia medius locus non ſervit; Unde ſcribit Bartolus: Quod ſaltus aquæ nihil detrahet, antiquis Dominis. *per d. l. hoc jure 3. §. ſi aquam 2. ibi :* non ſervit. D. *de aq. quotidian.* Bartol. *in D. de flumin.*. Felin. *in cap. ult. x. de conſtitut.* Sed attendendi ſunt fines, qui fuerunt, tempore conſtitutorum confinium. Ægid. Boſſ. *in oper. tit. de Princip. num. 277.* Cæpolla *de S. P. R. cap. 4. num. 35. & cap. 34.* Hotoman, *Quæſt. illuſtr. 8.* Menoch. *Conſil. 26. num. 3.* Ludov. Molina Jeſuita *de juſtit. & jur. tr. 2. diſput. 57.* Ubi ſcribit: *Quod ſi fluvii inundatione ager alicujus mutatus fuerit, non propterea ejus eſſe deſiit, cujus ante inundationem erat.* Joan. Gryphiand. *de Inſulis cap. 14. num. 114.* Manz. *deciſ. Pal. Neob. 99. num. 3.*

§. XXIII.

*1. Ampliatur* prædicta Reſolutio : Etiamſi alveus fluminis *opera manuum ſeu facto* hominis aliorſum verſus fuerit; ac antiquam ſtationem dereliquerit : Veluti in Regno Luſitaniæ contigit tempore Regis *Ioannis III.* qui partem fluvii Tagi & *Beneventani*, induſtria humana mutavit. Joan. Molina *de juſtit. & jur. tract. 2. Diſput. 57. Aut ſi flumen Principis juſſu ære impenſo aliorſum avertatur, quod in Parmæ Ducatu, in flumine Coſtumiæ prope Regiam Lepidi, delabente contigit.* Vel *ſi Paludes publicæ, aquis derivatis culturæ gratia exſiccentur*; De quibus caſibus Baptiſt. Aymus *dict. tr. lib. 1. cap. 9. in pr.* Nec hæc fluminis mutatio, territori-

um & Jurisdictionalia extendit. Quoniam etiam hæc mutatio Violenta cenſetur. Non naturalis, propter Reſponſum Imperatoris Gordiani *in l. 1. C. de alluvion.* Ubi ager quem poſſeſſor circumdedit, per fluvii alveum, non mutatur, ſed prioris Domini manet. Marc. Anton. Peregrin. *de jur. fiſci. lib. 8. num. 82.* Naturalia enim artificialibus oppununtur, juxta Jureconſultum *in l. ſi mihi 20. §. 1. ibi:* Servitus naturaliter non manu facta *D. de S. P. R. l. 1. §. 10. D. de aq. pluv.* Natura idem & ars ſunt oppoſita, juxta Ariſtotel. *in pr. Mæchanic Quæſt.* Natura quoque & cura differunt ſecundum Senecam. *Epiſtol. final.* Sicuti natura & Cultura. Plin. *lib. 14. in proëm.* Joan. Gryphiand. *de Inſul. cap. 8. num. 1. & 2.* Ita Hieron. de Monte *dict. cap. 24. num. 5.* Qui *ſub num. 4.* authoritate Reſponſi Ulpiani *in l. ſi irruptione 11. D. fin. Regund. ſcribit.* Quod ſi flumina pro Terminis finalibus poſita fuerint ſiccata aut derelicta, Territoria & limites novis ſignaculis terminalibus diſtingui debeant. Gryphian. *dict. tr. cap. 14. num. 118.* Manz. *dict. deciſ. 99. num. 4.*

2. Quamvis diſſentiat Joan. Aymus. *dict. tr. de alluvion. lib. 1. cap. 9. in pr. cap. num. 1.* Ubi tradit, hoc incrementum, jure quaſi alluvionis acquiri. Et ante eum Bero. *conſil. 40. num. 18. & ſeqq.*

§. XXIV.

1. Secundo Verò caſu, ſi Fluminis terminalis mutatio pededentim per incrementum latens, ſeu alluvionē contingat; *An exinde mutatio incrementum & extenſio territorii & Iurisdictionis eveniat?* Seu; *An Alluvio mutet Iurisdictionalia?* Gravis eſt hæc inter Juriſconſultos concertatio. Diverſa enim eſt *Alluvio*, ab *Inundatione*. Nam Alluvio dicitur, quando flumen abluendo & ſic paulatim carpēdo alicubi ripam, terram ejus occultè adjicit vicino prædio.

*pr. l.*

*per l. adeo. 7. §. 6. D. de acquir. rer. domin.* Hoc enim, quod ita latenter, abraditur, accedit Dominio vicini prædij. *l. 1. C. de alluvion.* Joan. Gryphiander. *de Inſul. cap. 18. per tot.* Caſp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 36.* Quod *Lucanus* expreſſit de flumine Pado:

*Illos terra fugit Dominos, his rura colonis*
*Accedunt donante Pado.*

Et hæc acceſſio latens ad inſtar Uſucapionis rationem habet in negligentia ejus, qui ripam ſui prædii non munit, adverſus incurſum fluminis: Hoc enim unicuique permiſſum eſt, hactenus tamen ne à naturali curſu flumen divertat. *tot. tit. D. d. ripa muniend.* Diodor. Tulden. *in Codic. de Alluvion. num. 3.* Quo loco Reſpondit Jureconſultus: *Flumina enim Cenſitorum vice funguntur, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum Itaque ſicuti hic fundus, cum alveus fluminis factus eſſet, fuiſſet publicus: Ita nunc privatus ejus eſſe debet, cujus antea fuit.* Fr. Niger Cyriac. *Controverſ. forens. 376. num. 37. & ſeqq.* Concordat Reſponſum Alpheni *in l. Actius 38. ibi:* viam publicam ſuſtulit. *D. de acquir. rer. domin.* Bapt. Aymus *de alluvion. lib. 2. cap. 22.* Ideò *Baldus de Bartolinis* reſpondit apud Cornæ. *in conſil. 322. num. 5.* Fatuum namque eſſe (*ait*) ſi quis dicat: Hoc ſemper habitum eſt pro confinio, ergò & hodie habendum eſt. *arg. l. adeò §. fin. cum l. ſeq. D. de acquir. rer. domin. l. arbor. 9. D. Comm. divid.* Ubi habetur, *quod ſi arbor finalis creſcat, & alienum ſolum preſſerit, ſivè lapis terminans per utrumque fundum extendatur: non ideò vitiantur fines, nec creſcunt vel decreſcunt agri: Sed ea communia fiunt vicinorum vel illi acquiruntur, in cujus ſolum tranſierunt. Hæc ille.* Aucta igitur ab una parte Ripa, eatenus quoque cenſetur aucta Jurisdictio cum proprietate; ſicut ab altera parte, diminuta Ripa, Jurisdictio quoque diminuitur

nuitur. Propter reſcriptum Impp. Arcadii, Honorii & Theodoſii *in l. 2. ibi:* tributorum præſtatio. *C. de alluvion.* Ubi propter prædia per alluvionem accreta, tributorum præſtatio mutatur, & novis Poſſeſſoribus injungitur. Tributorum autem ſolutio eſt Jurisdictionis ſpecies ac ſublimioris dominii & eminentiæ Symbolum. *per l. nulli. 28. C. de epiſc. & cler. cap. 2. x. de cenſib.* Gail. *1. Obſerv. 21. num. 9.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 3. n. 312.* Cenſus quippe ſolutio, probat, Caſtrum, Villam aut prædium eſſe de territorio, cui exhibetur, & adhæret. *Novell. 89. cap. 2. §. 2.* Cephal. *conſil. 455. num. 29.* late Bapt. Aymus *dict. tr. lib. 2. cap. 9. num. 18.* Quod confirmat quoque Reſcriptum *ſubſequens l. 3. C. eod tit.* Ubi Imperatores Theodoſius & Valentinianus, Conſtituunt, *ut pars prædii per alluvionem* accedens prædio principali, ſeparatim cenſeri non debet, ſed naturam principalis habere debet, adeò ut hæc, acceſſio, pro Uno integrali nec diverſo jure cenſeri, nec in partes ſcindi debeat. Fr. Niger. Cyriac. *dict. cap. 379. n. 41.* Proinde cujus prædium alluvione diminutum eſt, is ſublevatur in quantitate tributi, quemadmodum propter aliam quamcunque vaſtationem & alteri accreſcit, quod augmentum accepit *per dict. l. 2. C. de alluv.* Mynſinger. *cent. 3. obſerv. 34.* Gail. *lib. 1. Obſervat. 21.* Et in hoc Reſcripto ſuum præcipuum fundamentum ponit, cunctos communem ſententiam foventes redarguendo, Joan. Aymus. *de alluvion. lib. 2. cap. 6. per tot.* Qui ſub *num. 53.* ſcribit: *Hæc ſunt, ex quibus audacter cenſeo, per alluvionem, ſicuti etiam cætera, Iurisdictionem quoque, ſivè territorium augeri & diminui. Nec aliter aut reſponderem, aut judicarem, Quamvis contraria opinio crebriori calculo ſit recepta.* Et cum eo Petr. de Ubald. *de Societ. part. 5. Quæſt. 38.* Azo. *in Summa D. de Rer. divis* Hieron. de Monte. *dict. tr. cap. 24. per tot.*

*per tot.* Franciſc. Curt. Senior *conſil. 56.* Carol. Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. §. 1. Gloſſ. 5. num. 100.* Qui ſcribit: *Quamvis eodem tempore, & ſuper eodem themate in contrarium (ſed male) conſuluerit* Iaſon *conſil. 146. lib. 1.* Quos ſequitur Joan. Gryphiand. *de Inſulis cap. 14. num. 83. & 111.* Caſp. Manz. *deciſ. Palat. 99. num. 4.* Ubi *ſe ita cauſam decidiſſe aſſerit.*

§. XXV.

1. Verum enimverò, *Contraria Sententia* Verior eſt, Communior, & æquitate & ſana ratione magis conformis. Scilicet, Quod per Alluvionem, nec confines limitanei amplientur, nec territorium nec Jurisdictio mutetur vel extendatur, Et hoc propter Reſponſum JCti. Florentini *in l. in agris. 16. D. de Acquir. R. D.* In agris enim (ait JCtus) limitatis *jus alluvionis locum non habere, publicè Conſtat. Quod etiam Imperator Divus Pius Conſtituit.*

2. Hujus aſſerti ratio eſt; Quoniam agri limitati per menſurarum extremitates ſuos ſtatutos habent terminos, ideòque incrementum ex alluvione aut Inſula accipere nequeunt. *per l. 1. §. ſi. inſula 6. ibi:* ſi limitati agri fuerint. *D. de flumin.* Finis enim ipſe declarat, qualis res ſit cenſenda. Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. Gloſſ. 7. n. 47.* Unde Trebatius ſcribit: *Agrum qui hoſtibus devictis, ea conditione conceſſus fuit, ut in Civitatem Veniret, habere alluvionem; neque eſſe limitatum. Agrum autem manucaptum, limitatum fuiſſe, ut ſciretur, quid cuique datum eſſet, quid veniſſet, quid in publico Relictum eſſet. per dict. l. in agris. 16.* Jul. Frontin. *de Limitaneis agris.* Cujac. *lib. 2. Obſerv. cap. 9.* Alciat. *in prætermiſſ. lib. 1. Verb. Limitati.* Forcatul. *in Necyom. Dialog. 18.* Gothofred. *ad dict. l. in agris 16. lit. M. N. & Q.*

3. Limites enim finales non demonſtrationis, ſed taxationis gratia poſiti ſunt, ut dominia diſtinguerentur,

 publ-

publicè tranquillitatis gratia; ideo per extrinſecum & fortuitum augmentum, extenſionem non admittunt Quod acutè deducit Carol. Molinæ. *ad Conſuet. Pariſ. §. 1. Gloſſ. 5. num. 101. ac §. 7. Gloſſ. un. num. 6.* Quo faciunt tradita Carol. Ruin. *conſil. 28. num. 2. lib. 1.* Ubi concludit, quod in feudis limitatè conceſſis, ceſſet Jus alluvionis. Riminald. Jun. *Conſil. 504. n. 29.* Latè Ludolph. Schrader. *de feud. part. 5. cap. 6. num. 26.* Qua ratione inferunt Doctores; quod Alluvio non mutet nec alteret Confines Plebanatuum, Diæceſium & Civitatum, Quoniam habeant ſuos fines Limitatos *per cap. ſuper eo. 4. x. de decimis* Bald. *in cap. 1. §. ſi quis marchio. num. 6. de Controverſ. inveſt.* Jaſon. *Conſil. 146. verſ. 8.* Cornæ. *conſil. 327. lib. 1.* Ægid. Boſſ. *in oper. tit. de flumin. num. 2.* Paris de Puteo *de finib. feud. cap. 38. num. 3.* Marc. Anton. Peregrin. *de jur. fiſc. lib. 8. num. 77.* Auguſtin. Barboſa. *ad dict. cap. ſuper eo 4. n. 3. x. de decim.* Qui *ſub num. 2.* in terminis præſcriptionis tradit: *Hujus incrementi ratio prohibitiva imprimis recepta ſit, tam in Iurisdictionalibus quàm in Reliquis publicam utilitatem concernentibus, ne detur occaſio incertitudinis & Confuſionis; ſecus quam in prædiis privatorum.*

§. XXVI.

1. Huic ſententiæ accedit *præterea & ſecundo* etiam hæc *Ratio*, Quod in omnibus diſpoſitionibus Limitatis ceſſet & prohibitum cenſeatur Jus accreſcendi *per l. Lucius §. quæ habebat D. ad SC. Trebell.* Bald. *in l. dominus §. 1. D. de Vſufr.* Carol. Molinæ. *ad Conſuet. Pariſ. §. 1. Gloſſ. 5. num. 106.* Jus enim accreſcendi locum enim habet inter perſonas diverſas & omnino disjunctos, qui ad res diverſas vocantur. *per l. ſempronius. 26. § fin. D. de Vſufr. legat.* Unitas enim rei & identitas Requiritur ad hoc, ut jus accreſcendi conſideretur. *per l. ſi mihi & tibi. 12. in pr. D. de legat. 1.*

Surd.

Surd. *Conſil. 31. num. 40.* Anton. Bellon. *de jur. accreſc. cap. 5. Q. 24. per tot.* Jus autem alluvionis jure accreſcendi comparatur, *per. l. ſi titius. 33. §. fin. D. de Vſufr. legat. latè* Joan. Gryphiander. *de Inſulis, cap. 18. num. 7. & ſeqq.* Andr. Knichen. *1. de pact. Inveſtit. cap. 1. in fine.* Ea ſcilicet ratione, quod ſine hominis facto & per ſe, tacitoque fiat, & per ſe veniat, dum res Rei accedit. *per l. ſi ego 13. §. idem ait. D. de publ. action.* Quamobrem dicimus, alluvionem Rem ſequi, & ad eos tantum pertinere, qui rem habent. *per l. quod in rerum 24. §. ſi. quis poſt D. de legat. 1.* Anton. Govenan. *de jur. accreſc. num. 1.* Bartol. Romulæ. *de jure accreſcendi. num. 13. 217. & paſſim.* Bellon. *dict. tr. cap. 1. Quæſt. 1. num. 6. & ſeqq.*

3. Ad cohibendum autem accretionis incrementum per alluvionem, in Jurisdictionalibus, aliisve juribus territorialibus, Carolus Molinæus requirit, ut territorium ſit certis finibus & certa menſura taxatum, ita ut appareat, Quid, Quantumvè ſit conceſſum, ut totum reſiduum, ſit concedentis, tanquam à Concedente reſervatum: Et ſic non ſimplex appoſitio terminorum, ſed illa quæ ita expreſsè & præcisè gràtia taxationis requiritur. Molinæ. *ad Conſuet. Pariſ. §. 1. Gloſſ. 5. num. 105.* Simili modo de hiſce limitibus finalibus ſcribit Tamburinus: *Eam eſſe debere naturam limitum & finium Diæceſium ut ita ſint conjuncti, quo ab omnibus lateribus capiant, & quodammodo concludant omnia loca Confinata per l. patronus §. Sempronius D. de legat. 3. l. inter eor. 29. ibi:* Regionibus quoque diviſis. *D. de aquir. Rer. domin.* Aſcan. Tamburin. *de jur. Abbat. tom. 3. in Deciſ. 71. num. 9. & 10.* Et ita deciſum fuiſſe teſtatur Card. Mantica. *deciſ. 169. num. 4.*

§. XXVII.

1. *Tertio* corroboratur aſſertio, Quod alluvio non mutet,

mutet, nec extendat jurisdictionem territorialem hac inſuper Ratione: Quoniam ipſum territorium eſt jurisdictionis ſubjectum quoddam occupans, cum exerceatur in territorio, ipſa jurisdictio, *per l.fin.D.de jurisdict. l.pupillus.239.§.territorium D.de V.S.* Vbi Joann. Gœddæ.*n.1.& ſeqq.* Ac Jurisdictio ex vi ſermonis inhæret glebis & prædiis confinalibus, tanquam nebula paludibus, Veluti acidum, aut mucidum Vino. Raudens. *Conſil. 2. num. 150. lib. 2.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap. 1. n. 233.* Vnde eleganter ſcribit Baldus: *Iurisdictionem ſuper territorium eſt, ſicuti nebula ſuper paludem; Quæ nebula generatur per activam potentiam ſolis: At jurisdictionis ſubjectum, cui ipſa ineſt, & cui cohæret, eſt perſona maximè Principis, tanquam Sol in terris & in ſuo territorio.* Bald. ad tit. *de allodiis num. 7. in fin. lib. 2. F. 54.* Ac Bartolus *tradit. in l. 1. num ult. D. de* jurisdict. *Ex hoc pateſcit, quod Iurisdictio non cohæreat propriè territorio: Perſonis autem inhæret & perſonarum eſt.* Petr. Jacob. Aurel. *in Practic. Rubr. 12. num. 4.* Natta *Conſil. 149. num. 10.* Boer. *deciſ. 222. num. 7.* Dn. m. Henr. Bocer. *de jurisdict. cap. 8. num. 17.* Igitur nebula jurisdictionis concomitatur terram, glebam vel terrenum in alienum territorium per alluvionem translatum. Quæ à Principe, utpote territorii Sole regitur & exercetur. Marc. Anton. Peregrin. *de jur. fiſci lib. 8. num. 81.* Vbi tradit, *quod Iurisdictio ſtatus Ferrariæ perſeveret usque ad locum in quo prius ſe extendebat, ſcilicet ad medietatem alvei Veteris. Si flumen paulatim receſſit, & à parte agri Mantuani, magnam terreni molem.* Qui ad majorem dilucidationem hujus Quæſtionis ulterius infert; *Si flumen paulatim retroceſſiſſet, & à parte agri Mantuani magnam terreni molem adjeciſſet per ſpatium ſatis conſiderabile, hoc quippe caſu de jure ſcripto terrenum additum, & alluvionatum jure alluvionis quæreretur quoad dominium, & poſſeſſionem privatis*

*vatis Mantuanis, prope ripam prædia poſſidentibus, d. l. adeò; §. præterea, de rerum diviſione, ſed quo ad jurisdictionem Principis Mantuani, an porrigatur, & ſe extendat ad terrenum additum, alia eſt cauſa, aliaque difficultas. Nam non inconveniens eſt, ut Mantuani poſſideant jure dominii agros ſubditos, quo ad jurisdictionalia Principi Ferrarienſi, & è contra prout nec etiam inconveniens eſt, ut territorium ſit unius, jurisdictio autem ſit alterius.* Bald. Alvarotus, & Feudiſtæ *in c. §. è contrario, in titulo de inveſtit. de re alien. fact.* Ruin. *Conſil. 14. col. 1. & 2. lib. 1.* Capyc. *deciſ. 27. num. 36.* Peregrin. *dict. lib. 8. n. 80.* Ita in terminis Bartol. *tr. de fluminib. Verb. acquiritur. num. 6.* Bald. *in Rubr. de rer. diviſ num. 19.* Cæpolla *de S. P. R. lib. 2. cap. 34.* Cornæ. *conſil. 327. & 287. lib. 3.* Socin. *conſil. 127. num. 6 lib. 1.* Reminald. Senior *ſub nomine Collegii Ferrarienſ. conſil. 64.* Et in eodem caſu Jaſon. *conſil. 146. per totum. lib. 2.* Quem ſequitur in eadem cauſa de Gonzagis; Reminald. Iunior. *conſil. 237. qui ſub num. 47.* tradit. *Quod alluvio non operetur circa ea, quæ ſunt juris publici & in uſu publico, nec habeat locum in lacu & ſtagnis.* Par. de Puteo *de finib. feud. cap. 38.* Ægid. Boſſ. *in oper. tit. de aquis. num. 7. ac in tit. de Principe num. 280.* Marc. Anton. Peregrin. *de jur. fiſci. lib. 8. num. 80.* Carol. Molinæus *ſe ipſum declarans* in agris & prædiis limitatis, ad excludendum augmentum per alluvionem, *ad Conſuet. Pariſ. §. 7. Gloſſ. 1. num. 6. ac §. 1. Gloſſ. 5. n. 102. & 105.*

§. XXVIII.

1. Succedit alia Quæſtio; *An Limites Provinciarum finales, temporis quoque curſu intereant, & jure præſcriptonis amittantur vel mutentur?* Quæ cauſa inter *Epiſcopum Herbipolenſem & Abbatem Fuldenſem* in Camera Imperiali in controverſiam deducta fuit: teſte Mynſinger *cent. 5. Obſerv. 28.* Sane confines Regnorum, Ducatuum, Comitatuum vel

ſtatuum ſæcularium nullo temporis præter lapſo præſcribi poſſe, tradunt Abbas Panormit. & Canoniſtæ *in cap. 4. ſuper eo. x. de decimis.* Pariſ. *in cap. Quia. num. 17. x. de præſcript.* Adjectâ hâc declaratione, modo Limites regionum ſint clarè & manifeſtè diſtincti, ut publice appareat. Hier. de Monte *de finib. Regund. cap. 76. & cap. 107. n. 2.*

2. Cujus Reſolutionis hæc potiſſima *Ratio* exiſtit; Ne aliàs admiſſa terminorum finalium præſcriptione, maxima oriatur confuſio & turbatio, inter Principes & Comites confinantes, ac eorum ſubditos, maximo Reipublicæ damno. Quod conſideravit, Gelaſius *in epiſtol. ad Siculos in cap. Quicunque. 4. ibi:* ne Provinciarum termini confundantur. *Cap. Licet. 5. ibi:* ne univerſalis confuſio naſcatur. *Cauſ. 16. Quæſt. 3.* Joan Parlador. *Rer. Quotidian. lib. 1. cap. 2. §. 17. num. 5.* Confinia enim Provinciarum quatenus Confinia, ſunt publici juris, & publicâ authoritate conſtituti. *per l. id quod 7. §. 1. ibi:* Limites, viæ publicæ *D. de pericul. & Commod. rei vendit.* Ac Provinciarum diſtinctio Civilis ſeu politica res eſt, qua territoria, per Conſtitutionem imperiorum, Regnorum & Ducatuum determinãtur & diſtinguuntur, publicæ quietis cauſa: juxta Pomponium *in l. Pupillus. 239. §. 8. ibi:* intra fines cujusque Civitatis. *D. de V. S.* Knichen. *in Velitat. apologet. num. 107.* Gryphiand. *de inſulis, cap. 15. num. 22.* Proinde Finales iſti termini, immutabiles eſſe debent, ac ab omni temporis lapſu immunes & impræſcriptibiles: Ne aliàs, privata cujusque præſcribentis authoritate, ſublatis paſſim antiquis, Novi Limites ſubſtituantur, & ne tam in jurisdictione quàm in reliquis publicam utilitatem concernentibus rebus, frequens detur occaſio incertitudinis & confuſionis *per l. in finalibus 11. ibi:* Vetera monumenta. *D. fin. Regund. cap. ſuper. 4. ibi:* præſcribendis. *x. de parochiis.*

3. Id

3. Id quod non ita contingit in finibus prædiorum, qui non publici ſed privati juris ſunt, ideò non ſemper publicâ, ſed etiam privatâ uniuscunque auctoritate & Voluntate Contrahentium, ſcilicet conſenſu, inſtitui & mutari poſſunt *per l. 1. C. finium Regund.* Abbas Panormit. *ad cap. ſuper eo. 4. num. 6. Felin. num. 5.* Auguſt. Barboſa. *num. 2. x. de parochiis.* eleganter Cardin. Pariſ. *ad cap. quia indicante. num. 16. x. de præſcript.*

4. Quod confirmatur quoq; ratione, *ex l. merito. 51. D. pro Socio* deſumpta; Quod Domini Confinales & conterminales, lapides finales & terminos in communi & pro indiviſo poſſideant, adeò ut ſint ſocii terminorum finalium, ideò is qui partis Dominus eſt, ſuo quoq; jure confinia poſſidet. Nemo autem rem propriam ſibi ipſi præſcribere poteſt. Res enim indiviſim comunes pluribus, ab aliquo Sociorum præſcribi non poſſunt; cum is nomine aliorum poſſideat. *per l. communium. D. quemad. Serv. amitt.* Boer. *deciſ. 58.* Andr. Valenſ. *in Paratitl. Iur. Can. lib. 2. tit. 26. §. 8. num. 6.* Unde ſcribit Mynſingerus: Limes, ut Limes, eſt impræſcriptibilis.

5. Cujus hæc eſt Ratio; *Quia inter confines & confinantes ſocios, uterque termino finali utitur tanquam fine & limite communi, nec unquam ſolas ſuo nomine poſſidet: ideo neque præſcribit, ſed ſocio & confini ſuo nomine communi ſemper communem limitem retinet: Et ſic ratione ſuæ partis, nunquam bonam fidem haberet, ſi ſolus Limitem vindicaret:* Mynſinger. *cent. 6. Obſervat. 28. num. 2.* Ita Abbas Panormit. *hic in fine.* Felin. *hic num. 7.* Pariſ. *ad d. cap. quia. num. 16. x. de præſcript.* Hieron. de Monte *de finib. regund. cap. 76. num. 2.* Balb. *de præſcript. part. 4. part. princip. 4. q. 114. num. 2.* Parlodor. *lib. 1. rer. quotid. cap. 2. §. 17. num. 4.* Mich. Graſſ. *Comm.*

*Opinion.Verb. Confines. q.8.* Menoch. *conſil. 21. num. 21.* Andr. Valenſ. *dict. lib. 2. tit. 26. §. 8. num. 6.*

6. Quibus aſſentit Joan. Bouvot. *quæſt. notab. tom. 2. part. 3. Verb. Bornes. quæſt. 1.* Vbi tradit, quod ita judicatum fuerit, inter Carthuſianos Divonenſes & Abbatem monaſterii Ciſtercienſium: *D'autant qu'il eſt preſumè par telle longue poſſeſſion & jovyſſance,* h. e. *quod eò magis eſt præſumendum propter tam longam poſſeſſionem & uſum.* Quod furtim poſiti fuerint termini *ſans le gre & conſentement des Parties* h. e. *Sine Voluntate & conſenſu partium. fol. m. 14.* Gryphiander *de Inſulis cap 25. num. 10.*

7. Diſſentit Carol. Molinæ. *ad conſuet. Paris §. 1. Gloſſ. 5. num. 99. per. l. 2. §. cum ſtichum. 6. & l. qui fundum 7. §. 1. D. pro emptor. l. final.* Ubi Dn. Brunneman. *C. fin. regundor.* Extat quoque *cap. ad aures. 6. & cap. Quia indicante. 9.* Vbi dicitur, quod quadragenalis præſcriptio omnem prorſus actionem excludat. *x. de præſcript.* Menoch. *conſil. 21. num. 21.* Sayr. *in clav. Regia. lib. 9. cap. 12. num. 7.* Molina *de Iuſtit & Iur tr. 2 Diſput. 79.* Aug. Barboſa *ad dict. cap. quia, 9. num. 2.* Vide Dn. Struv. *ad Pandect. tit. de finib. regund. diſput. 14. theſ. 60.*

§. XXIX.

1. Ampliatur, *Primo* hæc Negativè reſoluta Quæſtio, etiam in præſcriptione *tanti temporis, cujus non extat memoria in contrarium*; Quo temporis curſu, Finales termini ritè poſiti, non amittuntur, nec Jurisdictio territorialis ampliatur ſeu extenditur. Abbas Panormitan. *ad dict. cap. ſuper. num. 5. x. de parochiis.* Vbi Felin. *num. 5.* Qui hanc præſcriptionem quoque cum centenario temporis lapſu comparat: Conſentit Farinac. *in oper. Quæſt. 47. num. 112.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 149.* Contra tamen Card. Pariſ. *ad cap. cum nob. num 6.*

*num. 6. x. de præſc. &* Gryphiand. *de Inſulis cap. 25. Qui ſub num. 10.* tradit, *quod fines Epiſcopatuum nunquam præſcribantur, ne confundantur termini jurisdictionis Eccleſiaſticæ.* Auguſtin. Barboſa. *ad dict. cap. quia indicante 4. num. 3. x. de præſcript. ac in dict. cap. ſuper. 4. x. de Parochiis.* Ubi tradit, quod propter generalia verba *d. Cap. ſuper. 4.* etiam immemorialis præſcriptio in terminis finalibus excludatur. *Rationem* addit Abbas Panormitanus: *Ubi materia eſt impræſcriptibilis, ibi nulla cadit præſcriptio.* Abbas *in dict. cap. ſuper. 4. num. 5.* Mynſing. *cent. 6. obſerv. 28. n. 6.*

2. Contrarıam tamen aſſertionem de jure veriorem eſſe cenſeo, *per l. competit. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.* Eſt quoque *Cap. 1. de præſcript. in 6.* Ubi præſcriptio temporis, cujus contrarium memoria temporis non exiſtit, admittitur. Franc. Curt. *conſil. 56.* Cardin. Pariſ. *ad dict. cap. quia indicante. num. 17. x. de præſcript. ac ad dict. cap. cum nobis n. 19.* Siquidem contra Eccleſiam Romanam centum annorum ſpatium: Contra alias Eccleſias quadraginta annos præſcriptionem legitimam dare, conſtat. *ex cap. cum vobis. 14. Ubi* Card. Pariſ. *cap. de quinta. 4. x. de præſcript. cap. fin. x. eod. tit.* Covar. *ad Regul. Poſſeſſor. §. 2. num. 3.* Andr. Vallenſ. *in Iur. Canon. lib. 2. tit. 26. num. 6. & 7.* Gilken. *ad leg. final. num. 1. C. de SS. Eccleſ.* latiſſimè Auguſt. Barboſa. *ad dict. cap. ad aures. 6. num. 3. x. de præſcript.* Eſt enim Bona Regula, Doctorum, quod immemoriali præſcriptione, acquirantur etiam ea, quæ aliàs de ſui natura, ſunt impræſcriptibilia. Schurff. *conſil. 70. num. 43. cent. 1.* Coler *in cap. quanta. num. 63. x. de præſcript.* Neque Romani, æternam auctoritatem, ultra ſeculum extendere voluerunt, *l. an Uſusfructus. 56. ibi:* centum annis tuendos eſſe. *in fin. D. de Uſufr.* latè Gryphiander. *de Inſulis cap. 25. num. 38.*

3. *Ampliatur ſecundò*, hæc præſcriptionis immunitas terminorum finalium, etiã in annexis & connexis, ſeu in iis rebus & juribus, quæ finibus territorialibus cohærent. *per cap. ſuper eo. 4. ibi* : quæ cohærent. *x. de de præſcript.* Annexorum enim ea Ratio cenſetur, quæ rerum principalium. *per l. 1. D. de contrah. empt.* Hyppolit. deMarſil. *ſingul. 251.* Menoch. *2. Arbitr. Caſ. 95.* Mun. de Eſcobar. *de ratiocin. cap. 13. num. 11.* Sunt tamen cohærentia Finalium limitum, *Arbitrio Iudicis* moderanda, ut non intelligatur de prædio ampliſſimo cohærente finibus, ſed arbitrio judicis definiatur modicum ſpatium, quantum ſtatuendum de cohærentiis. Mynſinger. *cent. 6. Obſerv. 28. n. 7.*

§. XXX.

1. *Limitatur* præfata Reſolutio, *In terminis Finalibus, turbatis, dubiis & ab adverſario in controverſiam deductis* : Ex quo enim fines turbari cœperunt, eo ipſo nata eſt actio. Bald. *in l. fin. quæſt. 2. C. finium regund.* Ideò antequam orta eſt actio, nulla currit præſcriptio. *per l. in rebus. §. omnis. C. de jur. dot.* Balb. *de præſcript. part. 4. princip. quæſt. 14. num. 2.* Brunnemann. *d. l. fin. in fin. C. de fin. regund.* Quamprimum enim fines turbati ſunt & interverſi, ita ut amplius de Limite non conſtet, ſaltem quantum ad perſonam præſcribentis qui ignorat, illum locum non eſſe Limitem finalem, ſed eo utatur & poſſideat tanquam prædium proprium, licet aliàs conſtet, locum iſtum eſſe limitaneum vel Lapidem iſtum eſſe terminalem, Præſcriptio benè locum habebit, & quidem trigenta annorum. *per l. fin. C. fin. regund. l. licet. 8. C. de petit. hered.* Hier. de Monte. *de finib. regundis. cap. 74. n. 2.* Guid. Papæ. *conſil. 88.* Menoch. *conſil. 21. num. 21.* Mynſinger. *dict. cent. 6. Obſervat. 28. num. 3.* Hoc enim in caſu terminus finalis præſcribitur tanquam ſolum proprium, & deſinit

habere

habere qualitatem Limitum. *per cap. Quicunq; 4. Cauſ 16. Quæſt. 3.* Pariſ. *ad cap. ſuper. 4. n. 17. x de paroch.*

2. Unde ſcribit Auguſtinus Barboſa. *Quando Termini finales, non conſiderantur tanquam fines, ſed tanquam ſolum proprium, illudque quoad dominium & proprietatem occupatur, utique admittenda eſt præſcriptio, quia propriè loquendo non præſcribuntur fines, proinde ceſſant verba prohibentia præſcriptionem.* Baboſa *ad dict. cap. ſuper. 4. n. 4.* Dn. Speidel. *Mynſingeri Obſervationem contrahens in Specul. lit. M. v.* Marckſtein. Ita cum Caſtrenſ. *conſil. 458. lib. 1.* Menochius *contra Magnum Et ruriæ Ducem reſpondit pro Civitate Maſſa & Principe Plombino, quod dum tringinta ab hinc annis, quietè & pacificè poſſederint fines, de quibus quæſtio & lis erat, eos igitur tanquam proprios, tanto temporis ſpatio acquiſiverint.* Menoch. *conſil. 147. num. 43. & ſeqq.* Quâ Limitatione obſervatâ, Reſcriptum imperiale *in l. fin. C. finium regund.* cum aliis in contrarium adductis juris Canonici Decretis facilè in concordiam reducere poteris.

§. XXXI.

1. *Obſervandum tamen eſt hoc loco*, quod finium mutatio non præſumatur, ſed uti olim fuerunt termini, ibi etiam hodie adhuc exiſtere cenſendum erit; ſecundum tradita Hieron. de Monte. *de finib. Regund. cap. 15. num. 5. & cap. 21. num. 1.* Alciat. *lib. 2. præſumpt. 13.* Fr. Marc. *deciſ. 216.* Maſcard. *de probat. concluſ. 393 num. 8. & concluſ. 403. n. 7.* Menoch. *6. Præſumpt. 43. per tot.* Gryphiand. *de Inſulis cap. 14. num 92. & 93.* Proinde ſtandum eſt finibus antiquis, niſi novi probentur, & quanto antiquiores, tanto ſunt efficaciores. *per l. in finalibus 11. D. finium regund. l. 2. C. comm. dividund.* Gregor. Lopez. *ad leg. Hiſpan. part. 7. tit. 15. leg fin. Gloſſ. 17.* Alphonſ de Azevedo *ad l. 3 num. 38. Recopil. lib. 7. tit. 7.* ubi tradit; *in Conflictu*

*proba-*

*probationum ſe invicem contrariantium, prout quotidie contraria evenire ſolent, & in finalibus quæſtionibus, antiquior probatio tam teſtium, quam inſtrumentorum debet prævalere.* Qui late hoc perſequitur *ſub num. 39. & 40.* Michael. Graſſ. *Comm. opinion. lib. 3. tit. 26. n. 2.*

*2.* Ab hujusmodi tamen præſumptione receditur, per contrarias præſumptiones & conjecturas, quibus fines ipſi & terminales lapides probari ſolent. *per l. cenſus. D. de probat.* Guid. Papæ. *Conſil. 88.* latè Menoch. *Conſil. 147. num. 1. & 36.* Aug. Barboſa *ad l. ſucceſſionum, 2. C. finium Regund. num. 2. & 3.*

§. XXXII.

*1.* Præterea etiam hoc obſervandum eſt; Quod Terminis & lapidibus motis aut turbatis, ſi de authore & motore non conſtiterit, in dubio præſumatur Vicinum deliquiſſe, & eos in vicina prædia poſſidentes terminos moviſſe & falſificaſſe. *arg. l. ſi ita 15. §. mulier 2. ibi*: ne quid vicini, aut agri aut fructuum occupent. *D. de inſtruct. legat.* Ex quo reſponſo infert Jacob Aretinus: Quod damnum datum in agro, præſumatur à Vicinis illatum. Hippolit. de Marſil. *in Pract. Crim. §. Diligenter num. 97.* Joan. de Amicis *conſil. 25.* Joſeph. Altograd. *inter conſil. Cæſar. 45. num. 187. part. 3.* Malus enim vicinus leges, ædificiis & prædiis poſitas, ſuis calumniis & fraudibus facile decidere poteſt. *per Novell. 63. cap. 1. in fin. ibi Gothof ed.* Blanc. *ad l. fin. num. 413. D. de Quæſtionib.* Hinc cædes, furta, latrocinia & ſimilia delicta publica in Viciniâ perpetrata, à Vicinis commiſſa exiſtimantur, ſi Vicini ſiniſtrâ famâ & opinione laborant. Menoch. *2. Arbitrar Caſ. 222. num. 6.* Ex qua ratione, *Itali* ſua ſtatuta quorundam locorum defendere conantur, Quibus diſpoſitum legimus; ut vicini habitatores Pagorum, damnum

nnm Tranſeuntibus & peregrinantibus per rapinam illatum emendare teneantur. Scilicet, Quod præſumatur, delictum hoc vel ab ipſis vicinis, vel culpa eorum ſcilicet, ope, Conſilio, ſollicitatione, aut machinatione factum fuiſſe. Dum impoſſibile ſit, Quod Vicini aliqualem horum Latronum & Ribaldorum notitiam vel converſationem non habuerint. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſ. 23. num. 9.* Guttierez. *Canon. Quæſt. lib. 2. cap. 30. num. 26. & 27.* Panſeman. *Quæſt. ſingul. in cauſ. 1. num. 99.* Cum Declaratione Fr. de Amaya *ad l. providendum, 23. num. 27. C. de decurion. lib. 10.* Alphonſ. Moditius §. *Plebiscitum. Dubit. 189. num. 1.*

2. Vicinus enim præſumitur ſcire facta Vicini. Menoch. *lib. 6. præſumpt. 24. per tot.* Adeò, ut liceat ex naturali æquitate, cuilibet, ſuo Vicino vel proximo pro repellenda injuria, ſuum impertiri auxilium; Imò ſi poteſt Vicinum adiuvare, & id facere negligit, videtur injuriantem fovere ac ejus culpæ particeps eſſe, ſecundum Innocentium *in cap. dilecto filio 6. verſ. Et quid. in medio. de ſentent. excomun. lib. 6.* Conſil. Argentorat. *1. num. 66. Vol. 2.* Unde optime ſcribit Albericus de Roſate, Bonum eſt intereſſe, habere bonum Vicinum. *per Novell. 63. cap. 1. in fine ibi: ne malus vicinus conſtitutus vadat deridens legem.* Alber de Roſate *in l. 1. num. 3. D. de term. mot.* Quamvis enim vicinus cogi non poſſit, ut vicino proſit, ſed ne noceat aut interpellat, Vicino injungi poteſt. *per. l. in Summa. 2. §. Item Varus. 5. ibi*: ne noceat *D. de aqua & aq. quotid.* Huc facit illud Martialis:

*Non de vi, neque cæde, neque veneno;*
*Sed lis eſt mihi, de tribus capellis,*
*Vicini, queror, has abeſſe furto.*

Martial. *lib. 60.* Extat quoque locus inſignis Demoſthenis

henis in Callictem: Quod ita Vertit Tiraquellus: Non erat quicquam, Viri Athenienſes, pernitioſius quam improbum Vicinum, nec ſuis contentum finibus. *arg. l. ſi conſtiterit. 4. C. fin. regund.* Tiraquell. *de pœnis temperand. cap. 23. num. 9.* Chriſt. Cruſ. *de indiciis part. 2. cap. 36. n. 104.*

§. XXXIII.

1. Cæterum alius Caſus circa Quæſtiones finales in Conſiderationem venit; *Lata eſt Sententia in Supremo appellationis Iudicio de certis territorij finibus inter Duo Caſtra ponendis; Pars ſuccumbens Reviſionem ſententiæ petiit, & obtinuit*, Quæritur; *An pendente Reviſione, Iudex ſuperſedere debeat, in figendis terminis finalibus?* Hoc factum in ſupremo Senatu *Neapolitano*, deliberatum, & per totum Conſilium concluſum fuit, Quod (non obſtante pendentia cauſæ Reviſionis) *Termini finales pro executione ſententiæ latæ, ponendi ſint.*

2. *Ratio hujus deciſionis* Conſiſtit, in vexato olim theoremate, *An Reviſio obtenta à Principe aut ſuprema Curia, executionem ſententiæ prolatæ, ſuſpendat vel impediat, nec ne:* Seu An Reviſio *effectum habeat tantũ devolutivum, An verò ſuſpenſivum?* Quam Quæſtionem latius tractat Martin. Rhumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. diſſert. 2. theſ. 31. per tot.* Ubi Ego varias authoritates *pro & contra*, junctis quatuor Quæſtionibus, addidi. Et attento jure Civili, *Negativa ſententia* æquitati magis conſentanea viſa ferit. Idque per Clariſſimam Imperatoris Juſtiniani Conſtitutionem *in Auth. quæ ſupplicatio C. de precib. Imper. offerend.* & ex *Novell. 119. cap. 5.* deductam, ubi diſpoſitum eſt; Quod in caſu, quo nulla appellatio amplius Conceditur, (qualis eſt Sententia à *Præfecto Prætorio* lata. *l. un. §. 1. D. de offic. præfect. prætor. l. un. C. eod. tit.*) Sed tamen Supplicationis beneficium ſupereſt, ibi ſententia ſubitò executioni

cutioni mandanda eſt, modo pars victrix dignos fide juſſores præſtiterit, in caſu futuræ Reformationis prioris ſententiæ, ſi poſtea, modo legitimo procedente, ſententia Reſolvatur. Maranta *in Pract. tit. de appellat. num. 172.* Trentacinq. *lib. 2. Var. Reſolut. tit. de appellat. Reſol. 1. num. 1.* Merckelbach. *ap.* Klok. *tom. 3. conſil. 100. n. 6.* Matth. Steph. *in Comm. ad Novell. dict. Nov. 119. cap. 5.* Cunrad. Rittershuſ. *ad Novell. part. 10. cap. 4. num. 6.* Petr. Gudelin *in jure noviſſimo lib. 4. cap. 15. in med.* Non enim admittitur ſupplicatio contra Senatus Conſultum, quin prius illud executioni fuerit madatum, *l. un. C. de ſent. præf. prætor.* Anton. Faber. *7. Cod. tit. 14. Definit. 2.* latè Mar. Giurba. *deciſ. Sicil. 7. num. 2. & 4. & per tot.* Fr. Reverter. *deciſ. 178. num. 1.* Vide Donat. Anton. de Marinis *lib. 1. Var. Reſolut. cap. 328. num. 8. & ſeqq.*

3. Reviſio autem in locum ſupplicationis ſurrogata eſt, Cum per modum gratiæ obtineatur à Principe Supremo, Reſcripto Speciali, ut acta priora Revideantur. *Ord. Camer. Imper. part. 3. tit. 53. §. 1.* Daß die Acta folgends nach geſprochner Vrthel / auch beſichtiget ꝛc. h. e. *ut acta poſtmodum, poſt pronunciatam ſententiam, etiam revideantur.* & paulo poſt. daß die Partey ſolches an den Ertz-Biſchoff zu Maintz ſchrifftlich zuerkennen geben ꝛc. darauff die Acta ſolcher Sachen mit fleiß zu Revidieren und beſichtigen und die Billichkeit zuverfügen / h. e. *ut pars Supplicans illud Archi-Epiſcopo Moguntino in ſcriptis notum faciat; poſt hæc acta illius cauſæ, diligenter ſunt revidenda & examinanda, juxtaque æquitatem ſtatuendum.* Surrogatum autem ſapit & induit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur, *per l. in duobus. 28. §. 1. ibi:* quia in locum ejus ſuccedit *D. de jurejur. l. decernimus 10. C. de aquæduct. lib. 11.* Gail. *2. Obſerv. 148. num. 9.* Everhard. *in Topic. loc. à Vi Surrogat.*

Adeò quidem,ut ipſa Reviſio in locum ſupplicationis ſurrogata ſit, non tantum quoad naturam accidentalem, ſed etiam quoad naturam primordialem, *per. l. item dixerimus. 20. §. prædiximus 4. ibi:* cum ſua natura *D. de petit. heredit.* latè Dn. noſter Bender. *de Reviſion. Concluſ. 20. num. 59. & ſeqq.* Gudelin. *dict. lib. 4. cap. 15.* Non enim eſt tanta Vis hujus Remedii Reviſionis, ut executionem & authoritatem ſententiæ, quæ in rem judicatam tranſivit, impedire & repellere poſſit. Valaſ. *lib. 1. deciſ. Luſitan. 51. num. 28.* Perez. & Brunneman. *ad l. un. C. de ſentent. præf. prat.* Et hoc ad tuendam Summi Judicii authoritatem & honorem, quem temerè invadere & attrectare nefas erit, per dict. *Nov. 119. cap. 38. ibi:* glorioſiſſimorum *P*ræfectorum ſententia cujusque *R*egionis. *tot. tit. D. & C. de Præfect. Prætor.* Afflictis *in prælud. Regn. Neapolit. num. 6.* Klock. *in Vot. Cameral. Relat. 30. num. 97.* Rumelin. *ad A. B. part. 2. diſſert. 2. theſ. 19.* Credidit enim *P*rinceps ( *ait Arcadius* ) eos qui ob ſingularem induſtriam, explorata eorum fide & gravitate, ad hujus officii magnitudinèm adhibentur, non aliter judicaturos eſſe, pro ſapientia & Jure dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus. *in l. un. D. de offic. præfect. prætor. l. un. C. de ſent. præfect. Prætor.* Afflictis *deciſ. 231. per tot.* Jul. Cæſar. Bulenger *de Imperio lib. 3. cap. 2.* Ita Grammat. *deciſ. 19. num. 99. in fin.* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 19. num. 16. & ſeqq.* Sforz. Oddus *de reſtitut. part. 1. q. 43 n. 3.* Raudens. *reſponſ. 24. vol. 1.* Latiſſime Bender. *de Reviſ. dict. Concl. 20. per tot.* Mynſinger. *6. obſerv. 15. num. 3. & 4.* Græven. *ad Gail. 2. concl. 154. concl. 1.* Conſil. Marpurg. *22. num. 144. vol. 3.* latiſſimè Thomas Merckelbach. ap. Klock. *vol. 2. conſil. 100. n. 7. & per tot.*

4. Et

4. Et hanc aſſertionem comprobant præjudicia Parlamentorum Regni Galliæ; teſte Petr. Rebuff. *de Supplicat. quæſt. 7. num. 38. & ſeq. in oper.* Fran. Marc. *deciſ. 83. num. 3. part. 1.* Guid. Papæ *deciſ. 50. & 420.* Ubi refert, quod nunquam ſtetur Reſcripto Principis indulgentis, ut ſententia non mandetur executioni, donec de meritis cauſæ Reviſionis ſit cognitum; Nec unquam talibus Reſcriptis obtemperatum fuerit. *In Hiſpania* hanc ſententiam uſu quoque obtineri, tradit Covar. *Pract. quæſt. cap. 23. n. 8. & cap. 25. num. 1. De Luſitaniæ* Regno ſimilia ſcribit & quidem authoritate Legum ſeu Ordin. Regn. Alvar. Valaſc. *tom. 1. deciſ. 51. num. 28.* Supremi Pedemontani Senatus ſententias, ſubito executioni mandari, non attenta Reviſione, ſcribit. Teſſaur. *deciſ. 2.* Idem in ſupremo Mantuano Senatu obſervatur, ſicuti ſcribit. Fr. Niger. Cyriac. *controv. forens. lib. 1. cap. 185. per tot.* In Regno *Aragoniæ*, retractionem ſententiæ non ſuſpendere executionem, tradit Seſſe *deciſ. Aragon. 40. num. 2.* In regno *Siciliæ*, Reſcriptum Principis, ne ſententia executioni detur, donec de meritis cauſæ conſtet in judicio reviſorio, non attenditur, nec Revidenti audientia conceditur, ante ſententiæ executionem; *ex Ritu 188.* tradit Mar. Giurba *deciſ. ſicil. 7. per tot. Ubi de communi DD. ſententia.* Et ante eum Petr. de Gregor. *de judic. feud. quæſt. 52. num. 4.* Vincent. Caroc. *de remed. contr. præjud. ſent. Except. 106. per tot.* Ampliationes & Limitationes refert Io. Aloys. Riccius *collect. deciſ. 1920.* De ſententia lata in ſupremo Regiæ Cameræ Tribunali, Regni Neapolitani hoc aſſerit Franciſc. Reverter. *deciſ. 178. num. 1.* Præjudicia alia recenſet Claud. Expilly *es Plaidoyez. Arreſt. 104. per tot.*

5. In terminis Lapidum finalium, præjudicium & deciſionem Supremi Neapolitani Senatus Recenſet Matth. de Afflictis *deciſ. Neapol. 341. per tot. Ubi Cæſar. Vrſil. in addit.* Aliud præjudicium in noſtris terminis Recenſet. Carol. Tapia *deciſ. Neapol. 18. n. 13.*

6. In Statutis quoque *Ducatus Würtembergiæ* diſpoſitum legimus, quod Reviſione non obſtante, ſententia à Judice ad quem, lata executioni mandanda ſit Addita tamen hac Declaratione; ſi graves circumſtantiæ inciderint, quæ executionem retardare poſſint; Quo caſu Judicium Supremum die Ober-Räth / cognitionem habet; juxta Tenorem dicti ſtatuti: Doch ſoll auff deß andern Theils zuvor beſchehene gnugſame caution der reſtitution halben / nichts deſto weniger mit würcklicher Vollziehung der Urthel fürgegangen werden. Es wehre dann die Sachen dermaſſen beſchaffen / daß es dem Verluſtigten Theil in der Hauptſach ſehr beſchwerlich und nachtheilig ſein möchte: Da es dann zu unſerer Obern-Räth Erkantnuß ſteht / ob die Execution zu ſuſpendieren / oder die Urthel auff deß obſiegenden theils geleiſtete gnugſame Caution zu Exequiren ſeye. h. e. *attamen ad alterius partis prius factam ſufficientem cautionem, ad reſtituendum, nihilominus ſententia lata executioni demandetur, & effectivè procedatur; niſi cauſa ita eſſet comparata, ut ejus executio parti contemnatæ in principali graviter præjudicaret; in quo caſu cognitio erit penes ſupremum noſtræ Cancellariæ Iudicium, an executio ſit ſuſpendenda, vel Sententia, ad partis Victricis præſtitam ſufficientem cautionem, executioni demandanda* Statut. Würtemberg. Judical. *part. 1. tit. 78. §.* doch ſoll auff.

§. XXXIV.

1. *Contrariam opinionem* ſuſtinet Andr. Gail. *lib. 1. obſerv. 154. num. 4.* Et cum eo Petr. Heig. *lib. 1. quæſt. 10. num.*

*10. num. 64. & ſeqq.* Qui ſententiæ executionem pendente Reviſione, tam jure communi quam jure Camerali ſuſpendendam eſſe defendunt.

2. *Tum, Primò*, quod lite pendente, nihil ſit innovandum. Pendet autem totius cauſæ controverſia, per conceſſam & obtentam Reviſionem, dum ſuper lite principali, deciſio finalis expectetur. Concedenda namque eſt Reviſio, ne veritas pereat. ſicuti reſpondet Decian. *conſil. 47. vol. 1.* Riminald. Jun. *conſil. 13. num. 46.* Et præcipuè in criminalibus eo facilius impetratur *per l. 1. §. fin. D. de quæſt.* Fulgos. *conſil. 43. num.* 2. *vol. 1.* Fr. Niger. Cyriac. *Controverſ. Forens. 132. num. 52.* Propter damnum irreparabile, quod per Executionem parti infertur. Anton. Faber. *7. Cod. 14. Definit. 2. ſub. num. 4.* Præjudicium refert Senatus Pariſienſis Joan. Papon. *lib. 19. Arreſt. tit. 8. Arreſt. 8.* Et hoc, ne abſurdum videatur; dignum eſt obſervatu, quod de *Philippo Macedone Rege* ſcriptum reliquit *Valerius*: Quod cum Rea quædam accuſata de delicto, & à *Rege temulento* condemnata fuiſſet, cauſam, eam, ad eundem ipſum Philippum, magis ſobrium appellaſſe, cauſaque diligentius inſpectâ, *Philippum* æquiorem tuliſſe ſententiam, memorat *Valerius Maximus.* Igitur æquitatem, quam impetrare non potuerat, extorſit. *In exempl. memorabil. lib. 6. cap. 2. in extern. num. 1.*

3. *Tum Secundo*; Quoniam Recurſus, Retractatio ſeu Reviſio prioris ſententiæ, appellationis naturam imitari ſolet. Hypol. de Marſil. *ſingul. 68.* Menoch. *1. Arbitr. Quæſt. 71. num. 18.* Surd. Conſil. *277. num. 33* Lancellot. *de attentat. part. 2. cap. 19. num. 11. & ſeqq.* Et hoc ex cauſa finali ipſius Reviſionis apparet, quæ inſtar judicii appellationis in hunc finem introducta & recepta eſt,

ut per

ut per eam tam iniquitas quam imperitia Priorum Judicum examinetur, & reformetur, ne quiſpiam injuria afficiatur, id quod appellationis magis, quam ſupplicationis proprium eſt, Dn. Bender. noſter. *de Reviſion. concluſ. 10. num. 13.* Petr. Heig. *d. lib. 1. q. 10. num. 66.* Ego *in addit. ad Rumelin. A. B. part. 2. diſſert. 2. theſ. 20.* Unde Doctores dicunt: Quod reviſione ſententiæ conceſſa, Princeps priorem ſententiam tacitè annullare videatur; Dum reviſionis conceſſio præſupponit, ſententiam eſſe invalidam. Menoch. *conſil. 992. num. 22.* Præterquam, quod aliàs executio ſecundi actus impeditur, ubi præſens ſtatus rei dubiæ tendit ad annullationem alterius actus. Bart. *in l. Iulianus num. 38. D. de condict. indebit.* Burſat. *conſil. 274. num. 21. lib. 3.*

4. Et hoc in Imperio R. G. jam pridem nullum dubium habuit, propter *Receſſ. Deput de Anno 1600. in fine*, ap. Græven. *1. Concluſ. 154. Conſider. 1. num. 4.* Ante hunc Receſſum præjudicia Cameralia refert Gilman. *1. Symphor. part. 2. tit. 14. Vot. 4.* Et Andr. Gail. *dict. obſervat. 154. num. 4. ac. tr. de Arreſt. cap. 12. num. 4. & ſeqq.* Petr. Frider. Mindan. *2. de mandat. cap. 28. num. 2.* Quibus aſſentiunt latè Schrader. *part. 2. conſil 35. & 36. per tot* Modeſt. Piſtor. *part. 4. quæſt. 157. ubi* Jacob. Schult *num. 22.* Frider. Mindan. *2. de mandat. cap. 28. num. 2. & ſeqq.* Beſold. *ad Ius municipal. Würtemb. diſput. 1. theſ. 168.* ac *in tr. de Appellat. cap. 9. num. 5. circ. fin.* Hering. *de fidejuſſ cap. 15. num. 89* Becht. *de Salv Conduct theſ. 121.* Et hanc poſteriorem ſententiam publicè utilem eſſe, aſſerit Rudinger *obſervat 34 num 11. & per tot. cent. 4.* Klock. *in Vot. Cameral. Relat 30. num. 99. & ſeqq.* Relativè tantum. *conſil. 46 num. 9. vol. 1.* Conqueruntur *Brunſuicenſes* contra *Hildeſianum Epiſcopum*, de facta executione, non attenta impetra-

petrationis Reviſione. *in Actis Brunſuic. Hildenſ. in prælud. cap. 1. fol. 18. & ſeqq.* Carpzov. *in Iuruspr. Forens. part. 1. Conſtit. 20. Definit. 16. num. 5.* Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib. 2. cap. 33. n. 217.*

§. XXXV.

1. Nec obloquitur *Vulgata Regula*, quod lite pendente nihil ſit innovandum: Ac quod Reviſio induat & habeat naturam appellationis. *Nam* huic Regulæ meritò contradicimus; Ratione deſumpta ex utriusque tam Reviſionis quam appellationis naturæ & qualitatis diverſitate. Quoniam *Reviſio* per modum ſupplicationis à Summo Principe impetratur, & ex ſingulari gratia & Clementia conceditur, quando ob perſonæ excellentiam beneficium appellationis ceſſat, *per cap. ex literis. x. de Reſtitut. l. un. C. de ſent. Præfect. Prætor.* Nicol. Reuſner. *lib. 3. Conſil. 21. num. 23.* Menoch. *conſil. 1044. num. 4. & 11.* Et quidem in hunc finem, ut acta appellationis à certis à Principe nominatis Conſiliariis revideantur, an appellatorii Judicii Aſſeſſores ſivè per ſomnolentiam, ſive per negligentiam, unam vel alteram cauſæ circumſtantiam ſubſtantialem animadvertere intermiſerint & prætererint. Abbas Panormit. *ad dict. cap. ex literis.* Bender. *de Reviſion. Concluſ. 1. & ſeqq.* Knichen *de Saxon. non prov. jur. Verb. Ius. cap. 2. num. 87.* Mindan. *de Mandat. cap. 28. num. 3. & ſeqq.* Rumelin *ad Aur. Bull. part. 2. Diſſert. 2. theſ. 20. ubi.* Ego *in Addit. lit. A.* Proinde Reviſionis judicium nova acta non admittit, ſed acta reiteratò perluſtrantur & ex iisdem actitatis integra cauſa examinatur, an per errorem juris aut per ignorantiam legum priores Judices ſententiam tulerint. *arg. Auth. Quæ ſupplicatio ibi:* legitima Retractatione *C. de precib. Imper. offerend.* Valaſc. *deciſ. Luſitan. 51. num. 57.* Suanemann.

nemann. *in proceſſ. Camer. cap. 75.* Menoch. *Conſil. 1044. n. 1.* Klock. *conſil. 82. num. 29. vol. 3.* Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib. 2. cap. 33. num. 220.* Zepper. *de Reviſion. num. 25. in opuſcul.* Appellatio autem innitatur juſtitiæ, & ipſa Juſtitia exigit, quod appellatione pendente nihil ſit innovandum; Quoniam in judicio appellationis, non deducta deducere, & non probata probare licet. *Si quid enim* (Reſcripſit Imperator Diocletianus) *in agendo negotio minus ſe allegaſſe litigator crediderit, quod in judicio acto fuerit omiſſum, apud eum, qui de appellatione cognoſcit, perſequatur. in l. eos qui. 6. §. 1. C. de appellat. l. per hanc 4. ibi: novis quoque aſſertionibus utendi. C. de temporib. appellat.* Quam Conſtitutionem, divinam, & Lilium inter ſpinas vocat Teſſaur. *deciſ. 246. num. 4.* Bald. *in l. à cauſa C. de transact.* Beſold. *de appellat. cap. 13. num. 2.* Ita reſpondet Matth. de Afflictis. *dict. deciſ. 341. num. 4.* Zepper. *dict. diſſert. de Reviſion. n 25.*

2. Veruntamen huic Concertationi Metam poſuit Conſtitutio Imperialis *de Anno M. DC. LIV.* lata in §. *116. & 117.* Ubi clariſſimis verbis effectus Reviſionis ſuſpenſivus latæ ſententiæ ſublatus eſt, quoad Reviſiones futuras; Exceptis *Cauſis Eccleſiaſticis*, quarum ſententiarum Executio per Reviſionem impetratam, publicæ tranquilitatis gratia, ſuſpenditur.

§. XXXVI.

1. Quæritur autem Circa Reviſionis materiam hoc loco non abs re; *An ratio Status Imperij R. G. olim exegerit; & adhucdum aliquando Requirere videatur: Sententiarum in judicio Reviſorio pendentium Executionem ſuſpendere?*

2. Sanè inter morbos Rerum publicarum non exiguos recenſetur quoque dilatio & ſuſpenſio ſententiæ definitivæ, ſiquidem *ſententia ſine executione eſt campana ſine pi-*

*ne piſtillo:* Ac Reviſio executionem ſuſpendens, Aſylum maleferiatorum eſſe videtur, dum nunquam morituram litium mortalitatem nutrit, quod conqueritur Merckelbach. *ap. Klock. conſil. 46. num. 9. vol. 1.* Ideo de eorum abuſu ſequentia ſcribit Rulandus: Hodiè Reviſionem petentibus idem evenit, quod ægrotantibus, qui ad Sanitatem tendentes, licet incurabilem morbum videant, remedia quærunt talia, quæ morbis quidem Curabilibus conſtituta ſunt, ipſi verò illis ſæpe ad interitum utuntur. Ruland. *de Commiſſar. part. 1. lib. 2. cap. 21. num. 11. circa fin.* Longa ſiquidem dilatio & Quæſtio Litigantium patrimonium non tam auget, quam evertit. Caſſiodor. *lib. 4. Reſcript. Varior. cap. 37.* Imò ſi Sententiarum executionem per Reviſionem ex Ratione ſtatus ſuſpendere liceret, foret res periculi plena, dum inter Potentiores adverſarios tota cauſa tandē ad turbas, violentias, & ſeditiones reditura ſit in Imperio, ſcilicet animadverteret Victor, quod pars victa per Remedium ſuſpenſivum ab executione libera & exempta, bona litigioſa & reſtitutioni obnoxia diſſipare & abligurire tentans, absq; mora bona adjudicata vi & armis invaderet, ne futura executio lapſu temporis inanis & eluſoria exiſteret. Omnis igitur occaſio evitandi majores tumultus ab Imperatoribus evitanda *l. in ſingulis 136. D. de Reg. Iur. ſicuti deducit latè* Merckelbach *ap. Klock. Conſil. 100. num. 13. & ſeqq.* Sane Imperantium authoritas anima cujusque Regiminis dici poteſt, qua labefactata etiam ipſum Imperium labefactatur. Q. Curt. *lib. 8. cap. 5.* Quid enim amiſſa authoritate ejus, qui in Imperio præcipuus, qui caput ejusdem eſſe debebat? Hic omninò aditus patefactus foret invadendi Rempublicam, multique potentiores inquietis animi, commodam nacti eſſent occa-

ſionem res novas moliendi. Caſſiodor. *lib. 3. Reſcript. Imper. 35.* Dn. Brüggman. *de ſtatu Reipubl. German. ſect. 2. fol. 24.* Proinde ſi Sententia à Camera Imperiali nomine Imperii & Imperatoris lata non executioni datur, actum eſt de utriusque majeſtatica authoritate & Reputatione, præcipuo Imperandi inſtrumento. Nam Optimæ licet reportentur ſententiæ in Camera Imperiali, noxa tamen præſto eſt, propter Potentiorũ Refractationem. Reviſio, in ſe quidem medium legale & laudabile, ſed hoc triſtiſſimo Sacri Imperii R. G. ſtatu, refractariorum opportunum remedium & effugium, quo omnis eluditur executio, in quo ſtat nervus Victoriæ, Acta Brunſuic. *in Quart. fol. 105.* Beſold. *de appellat. cap. 9. num. 5. in fin.* Vide Conring. *ad Lampad part. 3. cap. 17. §. 6.* Dn. m. Philip. Andr. Burgold. *tr. de notit. Imper. Roman. part. 2. diſcurſ. 19. §. 17. fol. m. 1100.*

3. E contra verò *Gailius* latius tradit, *non tantum Imperio R. G. utile, ſed quoque etiam neceſſarium* eſſe; Camerales ſententias ad Judicium Reviſorium delatas executioni non dare. Ita enim infert *in lib. 1. Obſerv. 154. ſub num. 4. Quod autem pendente Reviſione executio Sententiæ Cameralis ſuſpendatur, publicè utile eſt: ne repetita executio, præſertim inter Status Imperij, novas turbas excitet, & futuris ſcandalis occaſiones præbeat. Neque Victori moræ revidendi multum moleſta, ſed ob id levior & tolerabilior eſſe debet, quod tempus revidendi brevioribus finibus tam ex ordinatione Cameræ, quam juris communis beneficio circumſcribatur.* Hæc Gailius. Hanc *Gailij* intentionem proſequitur noſter *Ioannes Ludovicus Binderus*, hiſce verbis: *Cum in Reviſionis caſu per novam & repetitam executionem, maximas inter Potentiores Imperij Status, præſertim ſi de integrorum territoriorum reſtitutione ageretur, turbas Imperij ſane pernitioſiſſimas excitari*

*citari contingeret: Mirum ſanè non eſt, ſi executionem usque ad finem Reviſionis interpoſitæ, publicæ utilitatis & tranquillitatis gratiâ,* (quæ omnium Civilium actionum Scopus eſt, & eſſe debet) *ſuſpendi dicamus, Siquidem publicæ utilitatis cauſa à regulis juris communis receditur, multaque ejus injuſti permittuntur, quæ aliàs interdicta & prohibita ſunt*; teſte Juliano *in l. ſi ita vulneratus. 52. §. multa D. ad L. aquil.* Gail. *2. Obſervat. 26. num. 4.* Extat ad propoſitum, Reſcriptum Imperiale *in l. ædificia 14. ibi: dirui præcipimus C. de Oper. public.* Schrad. *de feud. part. 4. num. 29. & 30.* Mynſing. *cent. 5. Obſerv. Camer. 97.* Quirin. Cubach. *Quæſt. illuſtr. Cent. 1. Decad. 3. quæſt. 6.*

§. XXXVII.

1. *Quid in tanta Difficultate dicendum?* Sane totam hujus contentionis futuræ definitionem, Imperatoris & Imperii determinationi relinquendam eſſe judico, utpote in quorum eſt arbitrio & poteſtate, Leges figere, & refigere, vel declarare. Præpotentes ſanè Principes amant juſtitiam, aſt plerunque ægerrimè in ædibus ſuis, præſertim ubi de reſtitutione certæ territorii partis, imò integri Ducatus agitur, ac ubi Viri militaris ordinis in Conſilio ſecretiori prævalent, quod exempla Imperii quotidiana comprobant; Proinde is, qui Imperii clavum gerit, ita cauſam & quæſtionem moderare ſolet, ut quies publica conſervetur, etiamſi hoc cum unius aut alterius injuria contingeret. Quod latius deduxi *in Nomolog. Princip. Imper. cap. 9. num. 11.* Sicuti enim Medicus temperat medicinam ad temperamenti conſtitutionem & neceſſitatis conditionem; Ita quoque is, qui habenas Regiminis tenet & moderatur. *Lex enim temporis* (ait Saavedra) *eſt Neceſſitas* Reipublicæ. Michael. Montaign. *es Eſſais lib. 1. cap. 22.* Urgente namque publica

 neceſſi-

neceſſitate, à legibus etiam fundamentalibus V. G. *à Bulla Carolina* ex parte receditur. Dn. Fritſch. *de neceſſitat. ſect. 6. Concluſ. 6. fol. m. 596. in operib.* *Multum enim* ( ait Quintilianus ) *Contra juſtitiam neceſſitas valet.* Bene olim Cato Senior apud Livium : *Nulla lex ſatis commodo eſt: Id modo quæritur, ſi majori parti & in Summa prodeſt.* Livius *lib. 34.* Nam ij, qui Reipublicæ præſunt, parum curant, hunc aut illum conqueri, modo tota Civitas bene ſe habeat. Et hoc juxta aureum Cornelii dictum: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum Exemplum, quod contra ſingulos, utilitate publica rependitur.* Tacit. *Annal. lib. 14. cap. 44.* Vernuleus Politicus æquanimus *ad Tacit. lib. 10. obſerv. 11.* Dn. Fritſch. *de Monopol. cap. 10. n. 11. & ſeqq.*

# Caput XV.

## *De Pœna Termini Motoris.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Terminus Deus antiquisſimus, & primus ex Legum præſcripto cultus.*
2. *Veterum Romanorum pœnæ conſtitutæ in terminorum motores.*
3. *Pœna LL. 12. tabularum in tales transgreſſores conſtituta.*

§. 2.

1. *Pœna à Iure Divino conſtituta in terminorum motores.*

§. 3.

1. *Pœna Secundum Ius Canonicum.*

§. 4.

1. *Pœnarum diverſitas de Iure Civili.*

§. 5.

1. *Pœna termini motoris de Iure Civili non eſt uniformis, ſed ratione circumſtantiarum arbitraria.*
2. *Pœna in hoſce delinquentes, juxta Leges Wiſgothorum, Longobardorum & Suevorum.*
3. *Pœna in Sanctione Criminali Caroli V. Sancita.*

4. Pœ-

4. *Pœna juxta conſtitutionem ordinum Illuſtrium provinciarum unitarum.*
5. *Pœna termini moti de Iure Saxonico.*
6. *Pœna juxta Conſuetudines Ducatus Britanniæ.*
7. *Pœna de Iure Hiſpanico.*
8. *Pœna Secundum Conſtitutiones utriusque Regni Siciliæ.*

§. 6.

1. *Extenduntur hæ pœnæ ad terminos quocunque modo violatos & corruptos.*

§. 7.

1. *Varii ſunt modi, per naturam & machinationes hominum, quibus termini moveri & corrumpi ſolent.*
2. *Vt pœnæ ſupra memoratæ locum habeant, requiritur, ut violatio terminorum præceſſerit ex animo nocendi & doloſo:*
3. *Terminorum motor doloſus pœna ordinaria puniri debet, licet doloſa ſua turbatione nemini nocuerit.*

§. 8.

1. *Punitur terminorum motor doloſus, qui alienos terminos movet, dilatandi ſui dominii cauſa.*

§. 9.

1. *Graviſſimam pœnam merentur ii, qui terminos publicos malo animo amovent, vel corrumpunt.*
2. *Tales invaſores, ut publicæ quietis turbatores, corporali quandoque pœna affici poſſunt.*
3. *Hæc pœna locum etiam habet, in ruptoribus aggerum publicorum, fines territorii terminantium.*
4. *Non minus exitioſa eſt clauſtrorum perforatio.*

§. 10.

1. *Qui amovet lapides finales animo furandi, tenetur actione termini moti, & actione furti.*
2. *Niſi quis ignoraverit lapidem amotum eſſe terminalem.*

§. 11.

1. *Qui terminos movet finales lite pendente, animo obfuſcandi terminos Vicini, merito majorem pœnam ſubire tenetur.*
2. *Hanc pœnã dupli ſuſtinere tenetur etiam turbator terminorum finalium, licet Violatio termini confinalis peracta ſit ante litem conteſtatam.*
3. *Diſſentientes reſecantur.*

§. 12.

1. *Terminos finales moventem, animo duntaxat nocendi, & rixas ſeminandi inter Vicinos, pecuniariè tantum puniri debere, ſtatuit Farinacius.*
2. *Author cum Menochio talem turba-*

*turbatorem arbitrariè puniendum, cenſet.*

§. 13.

1. *Is qui actu continuo plures amovit terminos finales, graviori pœna eſt plectendus, quam is, qui unum tantum amovit.*
2. *Talem delinquentem ad tot pœnas teneri, quot commiſit delicta, quidam volunt.*
3. *Tot ſunt delicta, quot ſunt invaſiones terminorum finaliũ.*
4. *Quidam contrarium ſtatuunt, quòd unica tantum pœna ſit afficiendus.*
5. *Furta plura commiſſa in eadem re, & eodem tempore, pro uno tantum delicto æſtimantur, & una tantum pœna expiantur.*
6. *Declaratur, hoc procedere quoad vindictam publicam, non quoad perſecutionem privatam.*
7. *Author ſentit, pœnam hoc in caſu Iudicis eſſe committendam arbitrio, ſi Statutis locorum aliud non ſit conſtitutum.*
8. *Salvatur Tribonianus ab imputata negligentia circa hanc rem.*

§. 14.

1. *Is qui privatim dolo malo terminos ponit, incidit in crimen falſi, & hâc pœna punitur.*
2. *Terminus falſus non tribuit poſſeſſionem.*

§. 15.

1. *Pœna amotionis terminorum etiam locum habet contra eum, qui mandato alterius terminos turbat.*

§. 16.

1. *Qui terminos finales amovere tantum tentavit, ſed non perfecit, is extra Legis pœnam eſt.*
2. *An attentans movere lapides finales, ſit omninò extra Legis pœnam?*
3. *Qui tantum terminos movere cogitavit, nec ad ullum exteriorem actum pervenit, Legis pœnam nullam ſubit.*
4. *Qui ad actus externos perrexit, ſed præpeditus Crimen perficere non potuit, is impunis permanere non debet.*
5. *Non tamen ordinaria, ſed mitiori aliqua pœna extra ordinem puniendus eſt.*
6. *Ad exemplum ſollicitatoris alienarum Nuptiarum.*
7. *Ejus, qui conatus fuit ſibi aut ſervo legatum adſcribere, ſed res ad effectum non pervenit.*
8. *Ejus, qui conclave intravit, furti faciendi gratia, ſed nihil adhuc ſuſtulit.*
9. *Adducuntur Doctores aſſentientes.*
10. *Removetur dubium ex l. 4. C. fin. reg.*

§. 17.

§. 17.

1. *Is qui caſu fortuito evellit terminos, extra Legis pœnam eſſe cenſetur.*
2. *Quod ſi culpa caſum præceſſerit, & quaſi cauſam caſui dederit, tunc delinquens arbitrariè puniri debet.*
3. *An Vicini propria authoritate fines prædiorum ſuorum determinare & lapides figere poßint? Aff.*
4. Negat hoc Caſpar Klock.
5. *Limitatur, niſi ſtatuto provinciæ aliud cautum reperiatur.*
6. *Quod Statutum ſummam habet rationem, ne ſcil. quies publica per talem poſitionem terminorum, turbetur.*
7. *Viri terminales, ne quidem in propriis prædiis, lapides finales figere poſſunt.*

§. 18.

1. *An pœna termini moti hodiernis moribus arbitraria, ad pœnam mortis extendi poßit? Aff.*
2. Referuntur *diſſentientes.*

§. 19.

1. *Actio* Civilis *termini moti per accuſationem à fiſcali inſtitutam non tollitur, nec altera alteram abſorbet.*
2. Iudex *rerum* Criminalium, *de crimine termini moti judicans, etiam ſuper actione Civili de finibus motis, ſententiam ferre poteſt.*
3. *Declaratur hæc aſſertio, ut inſtituta una ex iſtis actionibus, altera ceſſet, donec actio inſtituta, ad finem ſit perducta.*
4. *Quod ſi tamen actio* Criminalis *inciderit in actionem* Civilem *inſtitutam; actio* Criminalis *omnium primò terminanda erit.*
5. Niſi *una actio alteri præjudicet:*
6. Caſus *in quo de termino moto, non niſi civiliter agi poteſt.*

§. 20.

1. Cum *diverſæ pœnæ ſint conſtitutæ termini motoribus, dubitatur, an una indicta altera tollatur?*
2. *Affirmantium ſententia expenditur.*
3. *Sententia* Negantium *refertur.*
4. *Deciditur, hoc omne, ut in Crimine extraordinario,* Iudicis *arbitrio committi debere.*
5. *An pœna pecuniaria ex Lege Agraria, concurrere poßit cum accuſatione adverſus motorem doloſum; an verò per l. 1. ff. d. term. moto antiquata ſit? Accurſ variè diſtinguendo, rem magis involvit quam expedit.*
6. Negativa *ſententia placuit communiter.*
7. *Reſpondetur ad l. 1. ff. d. t.*

8. *Cum extraordinaria accuſatione in Crimine termini moti, concurrit quoque actio popularis.*
9. *Exoletis hodiè actionibus popularibus; intereſſe privatum pars læſa perſequi poteſt.*

§. 21.

1. *Contra motores terminorum datur juramentum in litem.*
2. *Pars læſa damnum a doloſo motore illatum, per juramentum in litem in infinitum æſtimare poteſt.*

§. I.

1. INter antiquiſſimos Romanorum Deos, Terminum DEUM fuiſſe habitum, loquuntur Legum Regiarum fragmenta, à Viris doctis digeſta: Et argumento liquido exiſtit, nullum DEUM prius illo, à legum præſcripto cultum. Memorant namque Hiſtorici, hunc primum Fidei & Termini Templa excitaviſſe. Plutarch. *in Numa Pompil. fol. m.* 47. Joan. Roſin. *antiquit. Roman. lib.* 4. *cap.* 6. *fol. m.* 563. Terminus autem DEus, dictus eſt, teſte Feſto, quod in ejus tutela eſſent agrorum fines. Hic ſecundum *Varronem, à Tito Tatio*, conſecratus eſt, aſt ſecundum alios, *à Numa Pompilio*, ſecundo Romanorum Rege. Vide latius Roſin. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 20. *& ibidem* Thom. Dempſter. *in Paralipom. lib.* 2. *cap.* 20. *Tit. de Termin. Deo.* Nam Dionyſius Halicarnaſſeus ſcribit: *Numa Lapides finales, Jovi Terminali ſacros eſſe voluit, juſſitque omnes die ſtato, quotannis in eum locum convenientes, illis ſacrificia facere, die feſto, cum primus nobili; In Deorum etiam Terminalium honorem ſacrato. Nam exiſtimant Romani, ipſos Terminos eſſe Deos, & ipſis etiam nunc ſacrificant, nullam quidem rem animatam, (nefas enim lapides cruentare) ſed liba cerealia, & quasdam alias frugum primitias.* Proinde lapides Terminales, inviolabiles & ſanctos eſſe voluerunt. Halicarnaſſ. *Roman. antiquit. lib.* 2. *prope fin. fol. m.* 72. Rationem addit Plutarchus: *ſcilicet debere, DEUM Ter-*

*Terminalem, cum pacis ſit Præſes, & arbiter juſtitiæ cæde purum eſſe.* Plutarch. *in Numa Pompil.* Proinde inter Gentiles antiquiſſimi Reges ex jure Gentium deſumpto argumento, & ex cultu gentili divini numinis moti veneratione dira execratione perſequuti ſunt Terminorum Propulſores. *Divinus Plato*, de agricultura, de victu, & de iis qui labore ſuo ipſum parant, Leges ponendo; Primam Jovi terminalem Legem hanc eſſe voluit: *Nemo* (inquit) *fines atque Terminos agri moveat, nec Civis vicini, nec finitimi peregrini, ſi agri extrema poſſideat, ſed putet, id eſſe verum, quod dici ſolet; Hic immobilia movet: Malitque unusquisque ſaxum ingens movere, quam parvum lapidem jurejurando à Diis, firmatum, quo amicitiæ & inimicitiæ terminentur. Qui Legi obtemperat indemnis utique ſit: Qui eam deſpexerit*, duplices *pœnas luat*; Primo *quidem DEO vindice*, deinde *lege, quæ jubet, ut nemo ſpontè vicini agri terminos moveat. Eum verò qui moverit, quicunque voluerit, ad Agricolas deferat, agricolæ ad judicium ducant, à quo damnatus, utpote Terminorum clam, viquе Turbator, reddat, patiaturque prout Iudices judicaverint.* Plato *de legib. lib. 8. fol. m. 914. Numa verò Pompilius* Romanorum Rex II. (qui Regis *Manaſſis* tempore imperium tenuit.) De Lapidibus Terminalibus hanc legem ſanxit: *Ut unusquisque ſua ſorte contentus eſſet, nec Res alienas appeteret, cavit, lege de terminandis prædiis lata; Hosque Lapides Iovi Terminali ſacros eſſe voluit.*

2. Adjectâ contra Terminorum motores gravi pœna. *Si quis verò, ſuſtuliſſet, aut ſuo loco moviſſet Terminos, Eum qui tale quid patrare auſus fuiſſet. Huic DEO (*Terminali*) ſacrum eſſe ſanxit, ut cuilibet impunè Eum interficere, tanquam ſacrilegum, liceret, & purus ab eo piaculo eſſet.* Quaſi Deos Terminales violaſſet. *Quod usque ad noſtram ætatem* (ait Hiſtoricus) *Romani ſervant, illius ſeculi monumentum, idque*

*ſanctitatis tantum gratia.* Dionyſ. Halicarnaſſ. *Roman. antiquit. lib. 2. in fine fol. 72.*

3. Legibus duodecim Tabularum, hoc graviſſimum crimen, pœna capitali fuit caſtigatum. In quibus ita conſtitutum fuit: Qui Terminum exaraſſet, ipſus & bovis ſacri ſunto. Voluit enim Legislator, illum, qui terminos occultaſſet, aut transtuliſſet, ſacrum eſſe DEI lege ita ut volenti eum occidere tanquam ſacrilegum, & ſecuritas adeſſet, & pollutionis expiatio. Gyrald. *de Diis Gentium.* Bonifac. *de furt. §. 9. n. 79.* Quod paucis hisce verbis contraxit Argentræus: *Neque enim talis admiſſi parvum piaculum vel veteribus fuit, quia lapides finales ſacri eſſe putantur Iovi Terminali: Ineſt igitur & religio: inde illud proverbio dicitur, & Plato repetit: Non movenda non movere.* Bertr. Argentr. *ad Conſuet. Britan. Art. 590. n. 1. lit. A.*

§. II.

1. *Sacræ Tabulæ* ſolenni maledictione devovent & maledictionis horrendum carmen, (ſicuti loquitur Wiſſenbachius) publicè promulgant in Eos, qui Terminos finales propulſant & amovent. Ita namque DEUS T. O. M. Populo ſuo Iſraelitico, & cunctis Bonis præcipit: Ne aſſumes & transferes Terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua, quam Dominus DEus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis poſſidendam. *Deuteron. cap. 19. verſ. 14.* Ac alio in loco maledictionem graviſſimam D. T. O. M. imponit his Motoribus doloſis Terminorum finalium: Maledictus (inquit) qui transfert Terminos proximi ſui, & dicet omnis Populus, Amen. *Deuteron. cap. 27. verſ. 17.* Eodem modo, ad diſcendam diſciplinam Rex Salomon: Ne transgrediaris vel transferas Terminos antiquos, quos poſuerunt Patres tui. *Proverb. cap. 2. v. 28.* Wiſſenbach. *ad tit. D. de termin.*

mot.

*mot. diſput.32.th.9.* Quamvis autem Lex Divina in adductis dictis præter maledictionem, nullam aliam pœnam politicam Terminorum Motori impoſuerit: Ea tamen arbitrio Judicis definienda relicta fuit. Quædam enim ſcelera Lex Divina prohibet quidem, pœnas autem nullas decernit, ſed Magiſtratui tanquam Legum poſitivarum Cuſtodi, Libertatem pœnas infligendi & pro circumſtantiarum ratione vel exaſperandi vel minuendi, permittit: Sicuti in Termino Motore cernimus. Wilhelm. Zepper. *de Legib. Moſaic. lib. 1. cap. 11. fol. m. 99.*

§. III.

1. *Iure Canonico* Clericus Terminos finales movens, graviter quoque coercetur; & quo in majori dignitate conſtitutus eſt, eo acriori pœna animadvertitur; *arg. l. Divus. 2. D. de termin. mot.* Nam Epiſcopum Januarium graviter increpat P. Gregorius; Eumque ob turbationem & amotionem Limitum majori excommunicatione dignum judicavit in Capit. tanta, 24. Diſtinct. 86. *Tanta* (inquit) *nequitia ad aures meas de tua ſenectute pervenit, ut eam, niſi adhuc humanitus penſaremus,* fixa jam maledictione feriremus: Dictum quippe mihi eſt, quod Dominico die priusquam Miſſarum ſolennia celebrares, ad exarandum meſſem Latoris præſentium perrexiſti, & poſt exarationem ejus, miſſarum ſolennia celebraſti: poſt miſſarum ſolennia, etiam Terminos poſſeſſionis illius eradicare minimè timuiſti. Quod factum quæ pœna debeat inſequi, omnes, qui audiunt, ſciunt. Propter quod delictum, excommunicationis pœna fuiſſet jaculata in Epiſcopum, niſi ſenectilis ſimplicitas mitigationem ſententiæ ſingulari diſpenſatione meruiſſet. *Capit. tanta. 11. cauſ. 1. quæſt. 7.* Igitur Amotoris termini Pœna regulariter eſt excommunicatio major. *per dict. cap. tanta.* ibi:

ſixa jam maledictione. Cui pœna corporalis, imò capitalis æquiparatur. Cum ſecundum Canoniſtas, excommunicatio, gladius ſpiritualis vocetur *in cap. ſollicitudinem. X. de appellat. cap. quoniam. X. de offic. ordinar.* Referens apud Meichſner. *tom. 2. lib. 2. fol. 255. num. 127.* Zæſius *in Comment. jur. Canon. lib. 5. tit. 39. num. 74.* Qui quod pro civiliter mortuo habeatur, *in n. 77. & ſeqq.* recenſet. Proinde Papa Eugenius, ſcribit: *Terminos transferens, non præſumitur absque ultione, aut illud exercens absque ſua damnatione. in cap. In legib. 10 cauſ. 12. quæſt. 2.* Joan. Bonifac. *de furt. §. 9. num 79.* Præterquam quod ipſe amovens clericus in carcerem ad tempus conjiciatur pro pœnitentia agenda, *per Gloſſ. in dict. cap. tanta.* Joan. Berber. *in Viator. jur. Rubr. 27. num. 9.* Quamvis aliter cenſeat Didac. Cantera *quæſt. criminal. cap. 9. ſub num. 26.* Ac ulterius propter hoc delictum, jure Canonico, pœna infamiæ notetur. Hieron. de Monte. *de finib. regund. cap. 34. num. 7.* Sicuti Laicus, condemnatus in foro ſeculari: nam quicunque fit infamis ſecundum Leges; etiam infamis fit ſecundum Canones. *arg. cap. infamis. cauſ. 6. quæſt. 1.* Andr. Vallenſ. *in Paratitl jur. Canon. lib. 5. tit. 18. §. 2. num. 4.* Is verò qui Epiſcopo aut Clerico conſilium dederit ad perpetrandum hoc amotionis delictum, duobus menſibus excommunicari jubetur. *per dict. cap. tanta 24.* Ita cum dicto *Berberio* Farinac. *quæſt. crimin. 168. part. 5. num. 111.*

§. IV.

1. *Iure Civili* Pœna termini motoris varia fuit, juxta varietatem Imperantium & diverſitatem temporum. Terminorum avulſorum (reſpondit Modeſtinus) non mulcta pecuniaria eſt, ſed pro conditione admittentium, coercitione tranſigendum. *in l. 1. D. de termin. mot.* Divus autem Hadrianus clarius & gravius pœnam addicendo

cendo reſcripſit; referente Jureconſulto Calliſtrato *in l. Divus. 2. D. dict. tit. Quin peſſimum factum ſit, eorum qui terminos finium cauſa poſitos propulerunt, dubitari non poteſt. De pœna tamen modus ex conditione perſonæ, & mente facientis magis ſtatui poteſt: Nam ſi ſplendidiores perſonæ ſunt, quæ convincuntur, non dubiè occupandorum alienorum finium cauſa id admiſerunt: Et poſſunt in tempus, ut cujusque ætas patitur, relegari. Id eſt ſi Iuvenis in longius, ſi Senior reciſius; ſi verò alij negotium geſſerunt, & miniſterio functi ſunt, caſtigari & biennio ad opus dari poſſunt. Quod ſi per ignorantiam aut fortuitò lapides furati ſunt, ſufficit eos verberibus decidere.* Farinac. *crimin. quæſt. 168. num. 9.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. lib. 39. cap. 13. num. 18.* Lege Agraria, quam tulit Imperator Cajus Cæſar (de qua Florus *hiſtor. cap. 103.* Sueton. *in Auguſt. cap. 20.*) adverſus Eos, qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum fineſque moverint, dolo malo, pecuniaria pœna conſtituta eſt. Nam in terminos ſingulos, quos ejecerint, locovè moverint, Quinquaginta aureos in publico dari jubet: Et ejus actionem & petitionem, ei qui volet eſſe jubet. *per l. lege. 3. D. de termin. mot.* Ideò hæc actio popularis erit, unicuique qui vult ex populo competens. Damhouder. *in Prax. crimin. cap. 127. à num. 1. ad num. 7.* Joan. Bapt. Plotus *tr. de in lit. jurand §. 44. num. 2.* Modeſtini reſponſo conſimili, *Divus Nerva* conſtituit: Ut hi quoque, qui finalium quæſtionum obſcurandarum cauſa, faciem locorum convertunt; ut ex arbore, arbuſtum, aut ex ſylva novale, aut aliquid ejusmodi faciant, pœna plectendi ſint, pro perſona, conditione & factorum violentia. *d. l. Lege agraria. 3. §. fin. D. dict. tit. l. ſed ſi. 4 §. ſi dicatur. 4. ibi:* Judex, qui de crimine cognoſcit. *D. fin. regund* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 19 num. 5.* Jul. Clar. *in Pr. crim. quæſt. 83. num. 68.* Joan. Bonifac. *de*

*furt. §. 9. num. 79.* Tandem Imperator Alexander Severus *in l. 1. C. de accuſat.* hiſce verbis ſingulari reſcripto Imperiali Pœnam Termini avulſoris aut motoris definit: Eos qui terminos effoderunt, extraordinaria animadverſione coerceri debere, Præſes Provinciæ non ignorabit. Et hoc ex ſententiis Jureconſulti Paul. *lib. 1. ſententiar. tit. 17. de fin. regund.* Cynus Alber. Fulgos. Bellapertica, Salycet. & Gloſs. *ad l. 1. D. de termin. mot.* Abb. Panormit. & Canon. *ad cap. ex literis. 3. X. de probat.* Matth. Coler. *deciſ. 145.* Didac. Cantera *quæſt. crimin. cap. 9. num. 27.* Et haſce pœnas, juxta diverſitatem temporum, varias recenſet Joan. Ottinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 9. num. 4. & ſeq. Et in notis lit. D. & ſeqq.*

§. V.

1. Ex quibus jam traditis pateſcit, quod *de Iure civili* Pœna termini moti *non fuerit uniformiter* definita & conſtituta, ſed juxta circumſtantiam perſonæ, temporis & loci variam fuiſſe, & extraordinariam, quam communiter arbitralem vocamus, ac diſcreto Judicis arbitrio Legumlatores relinquerunt; Sicuti etiam hodiè adhucdum Motor Termini, tanquam Turbator quietis publicæ ubique ferè locorum, *Extraordinariè & Arbitrariè* coercetur, & vel pecuniaria vel corporali pœna afficitur. Decius *& alij in dict. cap. ex literis. 3. X. de probat.* Franciſc. Viv. *Comm. opin. lit. T. verb. Termini.* Jul. Clar. *§. fin. quæſt. 83. num. 10.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 393.* Farinac. *dict. quæſt. crim. 168. part. 5. n. 92.* Forſter. *de jurisprud. Roman. part. 2. in not. ad Leg. V. Numæ. num. 4.* Qui tradit: *Poſtrema Iurisprudentia, quæ revocato & iterum in lucem producto jure, ex interpretatione noſtrorum emerſit, crebriori ſententia exiſtimatum eſt, pro perſonæ & delicti qualitate, Pœnam eſſe arbitrariam.* Anton. Matth. *de Crimin. ad tit. D. de termin. mot. tit. 14. cap. 2.*

Carpzov.

Carpzov. *in Prax. crim. quæſt. 83. num. 68.*

2. In Codice legum *Wiſigothorum* de Limitibus turbatis ita cautum legimus: *Antiquos Terminos & Limites, ſic ſtare jubemus, ſicuti antiquitus videntur eſſe conſtructi, nec aliqua patimur eos commotione divelli. Qui ſtudio pervadendi limites complanaverit, aut terminos fixos fuerit auſus evellere, ſi ingenuus eſt, per ſingula ſigna vel notas, viginti ſolidos, cui fraudem fecit, cogatur inferre. Cod. Leg.* WiſiGothor. *1. & 2. C. de Termin. lib. 10. tit. 3.* Graviori pœna afficere jubet *Longobardorum Rex Rotharis in Cod. leg. longobard;* termini motores: *ſi quis liber homo, terminum antiquum corruperit, aut exterminaverit, & probatum fuerit, ſit culpabilis, LXXX. ſolidorum medium Regi, & medium, in cujus fine fuerit terminus. l. 1. C. longob. De eo qui term. lib.* 1. *tit. 26. Suevicis legibus*, pœna propulſoris terminos capitalis erat. grabt einer (ait Imperator) Stein us / die zu Marckſteinen geſetzt ſind / man ſoll jme Haut und Haar abſchlagen: oder er ſoll es löſen / mit dreyſſig Schilling: wa man jn vint / man mag jn wol uffheben / untz an den Richter h. e. *ſi quis effodiat lapides, qui pro terminis in confinijs fuerint poſiti, tunc in cute & crinibus luet, eorum abſciſſione; vel redimet hanc pœnam ſolvendo triginta ſolidos; ubicunque reperitur, deprehendi poteſt, uſque ad judicem.* Specul. Suevic. *lib. 1. cap. 217. fol. m. 77.*

3. In Conſtitutione *criminali Caroli V.* Pœna in termini motorem definita eſt & ſancita. welcher böſzlicher und gefährlicher Weis ein Untermarckung / Reynung / Mahl / oder Marckſtein verruckt / abhawet / abthuet / oder verändert / der ſoll darumb peinlich am Leib nach Gefährligkeit / Gröſz / Geſtalt und Gelegenheit der Sachen / und Perſonen / nach Rath geſtrafft werden. Hoc eſt *de pœna ejus qui dolo malo terminum lapidem, fines, ſepes, foſſas, ar-*

*bores, columnas, vel quicquid diſtinguendorum dominiorum ſit, collocatur, ponitur, ſtatuitur, mutaverit, loco moverit, effoderit, transpoſuerit, alveum fluminis termini alio direxerit. conſtituit Carolus V. hoc artic. 114. quod is pro atrocitate criminis, præſertim cum publicos amoverit terminos, vel capitali ſupplicio, vel mitius plectatur, aut caſtigetur.* Matth. Stephan. *ad conſtit. crimin. art. 114. ubi Vigelius & Remus.*

4 In Conſtitutione *ordinum illuſtrium provinciarum unitarum* de hoc crimine diſpoſitum eſt; *quod ij qui terminos agri conducti obſcuraverint*, prima vice *damnantur ad æſtimationem ejus portionis, quam finibus obſcuratis intercipere anniſi ſunt.* Iterum convicti, *præter æſtimationem exilio perpetuo multantur.* Quod *ſi mutatis finibus agrum, vel partem agri, majorem quinque pedum ſpatio, abſtulerint, quod ſolet fieri, cum agri non limitati, non menſi locantur, tum pro qualitate admiſſi* (*reſtituta* Sabini *ſententia, qui exiſtimabat* etiam fundi furtum fieri) *tanquam fures agri terræve laqueo puniuntur.* vide conſt. Ord. *vulgò Placcaet teghens de huyſluyden art. 20.* apud Anton Matthæ. *in crimin. lib. 47. tit. 14. cap. 2. in fine.*

5. *Iure Saxonico* levior pœna Violatoribus terminorum impoſita, ſcilicet 30. ſolidorum, in quibus Motores parti læſæ condemnantur. De qua ita der Sachſen Spiegel: hawet er Holtz abe / daß geſetzet iſt oder tragende Bäume / oder bricht einem ſein Obſt abe / oder hawet Mählbäume abe / oder gräbet Steine aus / ſo zu Marckſteinen geſetzet ſind / er muß 30 Schilling zur Buſſe geben h. e. *ſi quis arbores plantatas inciderit, aut inſertas fructiferasve, vel fructum decerpſerit, ſeu arbores & lapides limitum ſeu finium effoderit; triginta ſolidos exſolvet pro mulcta* &c. Specul. Saxon. *lib. 2. art. 28. §.* fiſchet aber *ubi Gloſ. Latina lit. C.* Ultra quam mulctam etiam cogitur evulſos terminos ſuis ſumptibus in priſtinum

ſtinum ſtatum & locum reſtituere, *Gloſſ. dict. lit. C.* Et delictum emendare judicium ſexaginta ſolidis. Matth. Coler. *part. 1. deciſ. 145. num. 13.* Petr. Theodor. *in Colleg. crim. diſp. 3. th. 11. in fin.* Quamvis alii exiſtiment, violentum & temerarium amotorem terminorum capite plectendum eſſe, Ludov. Fachs. *diff. 65. verſ. quidam volunt.* Sed neutram harum pœnarum hodie in foro Saxonico obtinere, ſed pœnam termini motoris eſſe arbitrariam nec vel carcere, pecuniariè vel relegatione coherceri tradit Carpzov. *in Prax. crimin. Q. 83. num. 71.* Præjudicia Lipſienſium & Jenenſium adducit Matth. Coler. *deciſ. 145. num. 9. & 10.*

6 In Conſuetudinibus *Ducatus Britanniæ* de Pœna termini motoris ita ordinatum eſt: *Celuy qui oſte ou arrache Bornes, de fait à pensè, doit amender à l' arbitrage du Iuge: outre les domages & l' amende á la partie; Et qui mettroit fauſſes bornes, doit eſtre puny comme Larron.* Hoc eſt: *Qui terminos movet dolo malo, debet pendere mulctam Iudicis arbitrio, præter damnum parti datum, & mulctam ei adjudicandam: Et qui falſos apponeret terminos, puniri tanquam furem convenit.* Conſuet. Britan. *art. 590. Vbi* Bertr. Argentræ. *in Commentar.*

7 De Jure *Regni Hiſpaniæ* hæc pœna in legibus fori conſtituta eſt, ut is qui ſcienter limites tollit: ſolvi debet parti læſæ, decem marapetinos, & ut ponat limites ſuo loco, & ſi aliquid accepit de agro vicini, reddat duplum, & ſolvat illud: Et ſi ignoranter fecit, nihil ſolvat. *El fuero Real leg. 6. tit 4. lib. 4.* De jure partitarum Regni Caſtellæ hæc pœna uſu obſervatur erga terminorum motores: *ut is qui ſcienter amoverit terminos, Regi ſolvere debet, pro quolibet Limite, Quingentos Marepetinos aureos, qui ſunt tria millia marepetinorum* (Maravedeys)

 ex

*ex uſualibus : Et ſi habet jus aliquod in illo agro, quod voluerit acquirere, perdat illud, & ſi nullum jus habet, perdat tantundem, per leg. final. tit. 14. part. 7.* Didac. Cantera *quæſt. crim. 9. num. 28.*

8. In Conſtitutionibus *Regni utriusque Siciliæ, Regis Caroli I.* de termino motore ita ordinatum legimus: *Barones Regni, contenti antiquis territorijs terrarum ſuarum, videlicet quas Prædeceſſores eorum pro tempore habuerunt, ad territoria vicina, tam Domanij quam ad alia territoria ſe aliquatenus non extendant. Et ſi contra factum fuerit, occupata in priſtinum ſtatum ante omnι termini reducantur, & in æſtimatione occupatorum curiæ noſtræ teneantur.* Carol. Tapia. *in conſtit. Regn. Vtr. Sicil. lib. 4. Rubr. 15. conſtit. 1. fol. m. 68.*

§. VI.

1. Quæ huc uſque dicta ſunt, *de termino moto*, Ea quoque locum habent in termino *dejecto, & amoto.* ſecundum *l. ſed & 4. §. ſi dicantur. 4. D. finium regund. Iul. Paul. lib. 1. ſentent. tit. fin. regund. 17. §. un.* in termino everſo. & convulſo. *Iul. Paul. lib. 5. ſentent. tit. 22. de ſeditios. § 2.* In termino *effoſſo. l. 1. C. de accuſat. Iul. Paul. dict. tit. 22. §. 1.* In termino *prolato l. Divus 2. D. de term. mot.* In *alveo averſo*; Nam ſi quiſpiam alveum fluminis termini (vulgo Reinung) movet aliorum, pœna termini tenetur. Conſtit. crim. *Carol. V. art. 114.* In fluminis publici *aggere rupto. arg. l. un. C. de Nili agger. non rumpend. l. penult. D. de extraordin. cognit.* Menoch. *2. Arbitrar. caſ. 386.* Brunneman. *in Cod. ad tit. de Nili agger.* His enarratis caſibus termini finales violantur, & quies publica turbatur, ideo tale delictum committentes, pœnis termini moti, ſive legibus ſive ſtatutis determinatis ſubjiciuntur. Collegi. Argent. *lib. 47. tit. 21. theſ. 5.* Præterea hac pœna tenetur, qui agri terminum moverit, ſive *lapideus* fuerit,

ſive

ſive *pertica*, *arbor*, *ſæpes*, *fovea*, vel *quodcunque aliud ſignum*, pro more regionum poſitum. Damhoud. *in prax. crim. cap. de translat. limit. l. 27. num. 8.* Fr. Vivius *comm. opinion. 870. num. 5.* Farinac. *in crimin. quæſt. 167. num. 113.* Proinde is qui arbores terminales inciderit, aut amoverit, pœna termini moti tenetur. juxta Paul. *5. ſentent. 22.* Hier. de Monte *de finib. regund. cap. 34. num. 10.* De arborum terminorum inciſione & evulſione, hæc pœna in legibus, ſeu Edicto Theodori Regis Gothorum conſtituta extat, erga transgreſſores: *qui effodiunt terminos, vel exarant Limites, finem ſcilicet deſignantes, vel arbores terminales evertunt, ſi ſervi ſunt, aut Coloni, & ſine conſcientia vel juſſu domini fecerint, capitaliter puniantur.* Edict Theodor. Reg. *art. 104. apud* Lindenbrog. *in Corpor. leg. antiq. fol. m. 255.* Aliam legem in Vaſtatores arborum finalium tulit Rex Longobardorum Rotharis: *ſi quis liber homo, arborem, ubi theclatura (id eſt ſignatura) facta eſt, inter fines diſcernendos inciderit, aut deleverit, LXXX. ſolidorum ſit culpabilis, medium Regi, medium ejus, cujus arbor fuerit.* Leg. Longobard. *lib. 1. tit. 26. leg. 3. apud* Lindenbrog. *fol. m. 573.* Eadem pœna termini moti tenetur quoque is qui teſtes, ſeu lapillos terminibus finali ſubſtratos, effodit, ut fidem lapidibus poſitis adimeret. Hoſce lapillos Geometræ ex diſciplina limitanea Aggeni Urbici, ſupponere didicerunt. Bertr. Argentræ. *ad Conſuet. Britan. art. 590. num. 4.* Circulus etiam in quem *P. Pompilius* Romanorum Legatus, *Antiochum* Regem virga incluſit, juſſitque, antequam ex illo exiret, reſponſum dare; Pacem an Bellum cum Romanis mallet, de quo Juſtin. *hiſtor. lib. 34.* non impropriè terminus dici poteſt. Joan. Bonifac. *de furt. §. 9. num. 86.* Eadem ratione, cum *Dido ab Sarba in Africa*, tantum terræ emiſſet, quantum tau-

rino culeo circundare poſſet, corio inciſo (quod *Birſam* etiam dicunt) in tenuiſſima lora, tantum terræ ſpatium circumdedit, quantum ſufficeret ad arcem conſtruendam, quam in medio Carthaginenſium urbis condidit, Terminus Circularis dici potuit, quem ultra egredi fas non erat. De quo ſequentes verſiculi:

*Mercatique ſolum, facti de nomine Birſam*
*Taurino quantum poſſet circundare tergo.*

Virgil. *Æneid. lib. 1.*

§. VII.

1. Variis autem machinationibus & modis, termini finales moventur & turbantur, quorum alii malitia vel culpa mortalium contingunt; Alii verò ipſa natura eveniunt. Quos in unum brevibus congeſſit *Ioannes Oetingerus*. **dann erſtlich** werden etwan die Gräntzen von den Nachbarn aus eim böſen Vorſatz verruckt / damit ſie einem andern von dem Seinigen etwas einnehmen und jhre Gütter erweitern mögen. **fürs ander** / geſchicht es / wann zween zuſammen gräntzen / und deß Untermarcks halben ſtrittig ſein / daß von der einen Parthey die Marckſtein verborgen oder hinweg gethan; oder die Lochbäum umbgehawen: oder die auffgerichte Merckzeichen aus dem Weg geraumbt / oder die Marckungen zweiffenlich und dunckel gemacht werden **zum dritten** / werden gleichwol zu Zeiten die Marckungen nicht verändert / aber von einem Nachbarn über dieſelbe Eingriff gethan / daß der Beſitzer daß Seinig nicht geruhig nieſen kan; **vierdtens** laſſen ſich etliche / aus Anſtifftung und Befehl anderer Gebrauchen / daß ſie die Marckſtein ausgraben und nicht zumachen. **Fürs fünffte** / läſt etwan ein Diener ſeinem Herren zu gefallen / und eine Gnad zu erlangen die Marckſtein auswerffen / damit ſich ſein Gebieth weiter erſtrecke. **zum ſechſten**

werden

werden ſie auch in Bawung deß Felds aus Vnachtſamkeit umbzackeret und ausgeriſſen / oder umbgefahren. zum ſiebenden begeben ſich in Kriegs-Läuffen gäntzliche Zerſtörungen und Vmbkehrungen der Marckſtein / daß die Anwand nicht mehr zu unterſcheiden. zum achten / werden ſie auch bißweilen gewalthätiger Weis aus Frevel ausgeworffen. Fürs neundt / unterſtehet ſich mächer ein groſſen Marckſtein zuſtehlen / und zu ſeinem Nutzen zugebrauchen und nicht der Meinung daß er die Gräntzen verrucken wolle. zum zehenden gerathen auch durch Erbfäll und Veränderungen der Gütter manchmal die alte Ziel in ſolchen Abgang / das ſelbige nicht mehr zuerkennen ſein. Alſo und zum Eilfften / verſchlieſſen ſich von Natur die Gräntzen aller Dings / das ſelbige offtmahls durch länge der Zeit gar verlohren werden / das man nicht allein an den Loch-Bäumen / ſondern auch an den Steinen kein richtig Vnterziel finden kan. zum zwölfften verfallen die Marckſtein durch die Erdklufft / und verſincken in den Erdfallen / daß man darzu nicht mehr kommen kan. zum dreyzehenden / werden ſie durch Ergieſſung der Waſſer ausgeriſſen und verflößt. Vnd dann zum vierzehenden / pflegen die Flüß am allermeiſten die Gräntzen durch daß Anſtoſſen des Waſſers / Alluvio genandt / zu verändern / da ſie jetzt einem etwas von ſeinem ligenden Guth hinweg nemmen / und einem andern darlegen. Endtlich zum fünffzehenden / werden vielfältig auß Mißverſtand / die Marckungen zweiffelhafftig gemacht / da man die Marckſtein / ſo man einstheils für Land und Herrligkeit Stein angibt / andern Theils aber nur für privat- und Gütterſtein halten will / von jhrer rechten Bedeütung abziehet. h. e. *Nam primò fines aliquando per vicinos mutantur ex malo propoſito, ut alij de ſuo aliquid arripiant, & prædia ſua dilatent. Secundò fieri ſolet, ſi duo confines, quoad ter-*

*mino*

*minos litigent, ut ab altera parte lapides limitanei occutentur aut amoveantur; vel arbores perforatæ in confinio poſitæ ſuccidantur, vel ſigna erecta aliò transferantur, vel aliàs limites duby & obſcuri reddantur, tertiò quandoque quidem termini non mutantur, ſed vicinus à vicino in ſuo ultra metam turbatur, ita ut quietè poſſidere & ſuis commodè frui nequeat. Quartò interdum quidam ex inſtinctu aliorum operas ſuas impendunt, lapides limitaneos effodiendo, nec foſſas ulterius tegendo. Quintò interdum Miniſter in gratiam domini, ad conſequendam benevolentiam, lapides confinales eÿciendos curat, ut eò latius extendantur termini ſuæ ditionis. Sextò aliquando circa culturam agrorum, ex negligentia circumarantur, & de loco eÿciuntur. Interdum ſeptimò tempore belli penitus evertuntur lapides limitanei, ita ut confinia amplius diſcerni nequeant. Octavò quandoque etiam violenter per vim & ex propoſito deÿciuntur. Nonò aliquando quispiam lapides limitaneos majores furatur, in alium ſui uſum, non eo fini quidem, ut fines mutare velit. Decimò per ſucceſſiones & crebras permutationes prædiorum veteres termini ita obfuſcantur, ut dignoſci amplius haud queant. Ita & undecimò ob ſenectutem & per naturam lapides ſæpius deficiunt, ut lapſu temporis in totum perdantur, ut neque in arboribus neque in lapidibus, notæ & lineæ certæ & requiſitæ reperiri queant; duodecimò per hiatus terræ quandoque operiuntur lapides & ita terra obruuntur, ut effodiendo amplius inveniri non poſſint: quin & tredecimo, per aquarum inundationes & eluviones, è terra eruuntur, & fluminis impetu abripiuntur. Sed & decimò quartò per alluvionem fluminis interdum pedetentim lambendo mutantur; quomodo nunc uni aliquid detrahitur, alteri verò adÿcitur. Tandem & decimò quintò ſæpius per errorem limites in dubium vocantur; & lapidum vera nota & ſignificatio amittitur; dum ex una parte, pro lapidibus territorialibus & jurisdictionalibus, ab altera verò parte pro lapidibus prædiorum privatis habentur*

*bentur*

*bentur & deprædicantur.* Joan. Oetinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 1.*

2. Hiſce præmiſſis non incongruum eſſe cenſeo, pro ulteriori dilucidatione præſentis materiæ quasdam Concluſiones & Caſus ſeu quæſtiones ſubjicere. *ſit prima igitur concluſio.* Actio termini moti & exinde promerita pœna tum demum locum habet, modo termini turbatio & violatio proceſſerit ex proereſi & mente nocendi; hoc eſt ſi committatur *dolo malo*, ac ut loquitur *conſtitutio Carolina* criminalis: gefährlicher und böſslicher Weis. h. e. *dolosè & malitiosè. art. 114.* Animus enim eſt & propoſitum, quæ maleficia diſtingunt. *l. 1. C. de ſicar.* Ac animus cujusque declaratur per acta & geſta extrinſeca ſecuta *arg. l. non codicillum. C. de teſtament.* Joan. Turri. *conſil. crim. apud Zillet. 81. n. 7. vol. 2.* ac finis eſt cauſa cauſarum qui movet agentem, juxta Philoſophos. Anton. Corſet. *conſil. 25. n. 47. & ſeqq. apud Zillet. lib. 2.* Pœna igitur termini motoris, juxta Divum Hadrianum, ex mente facientis ſtatuenda eſt. Proinde ii qui terminos ſtatutos, extra ſuum gradum finesque moverint, dolo malo, certam pœnam lege agraria in publico dare jubentur. propter reſcriptum *in l. lege agraria. 3. D. de termin. mot.* Nec enim ulla actio criminalis aut pœna conſtituta eſt de termino moto, niſi in Eos, qui moverunt lapides finales, dolo malo. Anton. Faber. *in Codic. lib. 9. tit. 18. definit 2. num. 5.* Aliter igitur leges animadvertunt, in eos qui per ignorantiam aut fortuito lapides moverunt, ſecundum Divum Hadrianum *in l. Divus 2. D. dict. tit.* Farinac. *dict. quæſt. 168. num. 117.* Damhouder. *in Prax. crim. cap. 127. num. 6.* Franc. Vivius *Comm. opinion. 870. num. 1. & 2.*

3. Quæritur autem; *An terminorum motor doloſus,*

*pœna ordinaria puniatur, licet ſua doloſa turbatione & invaſione, nemini nocuerit?* Hoc utique *Affirmamus.* Quoniam ad infligendam pœnam, dolus & fraus conſideratur non ex eventu ſed ex propoſito & conſilio. *l. 1. in pr. D. de dol. mal.* Siquidem dolus malus definitur, machinatio fraudulenta alterius decipiendi cauſa commiſſa *per l. fin. C. de litigios.* Roland. à Valle. *conſil. 49. num. 27. vol. 1.* Cels. Bargal. *de dolo lib. 2. cap. 1.* Proinde falſitas, etiam minimè nocibilis puniri debet: Ne delictis feneſtra aperiatur. Ideò dolus impunitus eſſe non debet. *per l. in delictis. 4. §. cum dominus D. de noxal. action.* Bargal. *dict. tr. lib. 6. Regul. 44.* Proinde is qui malo animo termiminum movit aut turbavit, quantum in eo fuit, delictum commiſit, licet effectus ſecutus non fuerit. Exemplum ſit falſi crimen quod debitæ pœnæ ſubjicitur, licet effectus ſequutus non fuerit, attenditur namque potentia puniendi. *Gloſs. in cap. 1. X. de crimin falſ.* Socin. *conſil. 60. in fin. lib. 4.* Menoch. *2. Arbitr. Caſ. 306. num. 30.* Imò pœna criminis falſi tenetur, is qui legatum ſibi adſcripſerit, quamvis inutile legatum fuerit. *per l. ſi quis 6. D. d. leg. corn. d. falſ.* Ratio hujus aſſertionis ea traditur: quoniam quando dolus comiſſus aliquo modo nocere potuit, nec tamen nocuit, non ſtetit per doloſum, cur effectum non obtinuerit, ideò ne cuiquā malitia ſua proſit, aut quo malitioſi & laſcivi homines cautiores reddantur, æquum viſum fuit, eos ſine pœna non dimittere. Et hoc tantò magis dicendum, cum motor lapidum finalium, terminos publicâ authoritate ſacratos, violaverit, *ut Plato ait, immobilia movit*, etiamſi damnum nullum dederit; quod crimen veteres pro ſpecie quaſi ſacrilegii habuerunt. Id quod ne inultum maneat, Reipublicæ & publicæ quieti intereſt. Plato *de*

*legib.*

*legib. lib. 8.* Halicarnaſs. *in Numa. fol. 72. vide ſupra §. 1.* ita Farinac. *quæſt. 150. num. 339.* Gabriel. *comm. concluſ. tit. de crimin. concluſ. 5. num. 18. lib. 7.* Grammat. *deciſ. 27.* Joan. Bapt. Feuzon. *in ſtatut. urb. fol. part. 2. inſpect. 2. num. 138. & ſeq. fol. m. 416.* diſſentit Marc. Anton. Natta. *conſil. 588. num. 10. & ſeqq.* Ruin. *conſil. 83. vol. 4.* Decian. *in crimin. lib. 7. cap. 25. num. 14.* diſtinguit Celſ. Bargal. *de dolo lib. 4. cap. 4. num. 9. ſcilicet an dolus nocere potuerit nec ne.*

§. VIII.

1. *Sit ſecunda concluſio:* præcipuè pœnæ termini moti ſubjicitur is, *qui dolo malo terminos movet & alienos terminos invadit, dilatandi ſui dominij cauſa* ſeu, *qui agri ſui fines verſus fines vicini extendit.* Requiritur igitur ad ordinariam pœnam termini moti infligendam, dolus malus propter reſcriptum Imperiale *in l. Divus 2. ibi:* dolo malo. *D. de termin. mot.* Quod Galli hiſce verbis exprimunt: *de faict à penſè*, quod conſultum meditatumque & ſcientem ſignificat. Bertr. D' Argentræ. *ad conſuet. Britann. art. 590. num. 2.* Perez. *in Cod. de fin. regund. num. 7.* Plerunque enim termini figuntur & complanantur, animo ſibi appropriandi, amovendiq; partem agri vicini, infra quem, propulſi ſunt termini: id quod peſſimum factum, eorum qui terminos finium cauſa poſitos propulerunt, vocat Imper. Hadrianus *in l. Divus 2. D. de termin. mot.* Quaſi *propello* idem denotet quam *procul pello*, juxta Gloſſ. *in Viator in l. fin. D. dict. tit.* Joann. Berber. *in Iur. part. 1. Rubr. 27. numer. 3.* ſicuti talem invaſorem *Imperator Conſtantinus* propter turbationem quietis publicæ, irreptorem agrorum vocat *in l. ſi quis 4. Cod. finium regund.* Alber. de Roſate *in l. 1. numer. 3. D. de termin. mot.* ubi notabiliter ſcribit: *Magnum intereſſe eſt, habere bonum confinem & vicinum.* Nec tam abſonum eſt, id quod Sabinus *in lib. de furtis* ſcripſit *Non hominum tantum neque rerum*

*moventium, quæ efferri occultè & Surripi poſſunt, ſed fundi quoque & ædium fieri furtum: Condemnatum quoque furti colonum, qui fundo, quem conduxerat vendito, poſſeſſione ejus Dominum intervertiſſet.* A. Gellius *lib. 11. noct. atticar. cap. 18. num. 18.* Quamvis contra hoc aſſertum tanquam abrogatum Gaius reſpondeat *in l. quam rem 38. D. de Vſucap. & Vſurpat.* In ordinatione tamen Statuum Hollandiæ reſtituta fuit *Sabini* Sententia, dum termini motores tanquam fures agri terræve laqueo puniuntur. *Art. 20. Tit.* van Huyſſluyden ap. Anton. Matth. *de Crimini. lib. 47. tit. 14. cap. 2. in fin.* Communiter ideo hodie Termini motores prædii ac dominii dilatandi cauſa puniendi ſunt, juxta conditionem perſonæ & qualitatem violentiæ, *per l. 1. C. de accuſat.* Ita ut aliter *Nobiliores* & ſplendidiores, aliter *plebei* & viles perſonæ, juxta ætatem arbitraria pœna vel pecuniaria vel corporali afficiantur *per l. 2. D. de termin. mot.* Puteus *de finib. feud. cap. 4. num. 4.* Farinac. *quæſt. crim. 168. num. 94.* Menoch. *2. Arbitrar. caſ. 393. num. 15.* Didac. Cantera *quæſt. Crimin. cap. 9. num. 27. fol. m. 302.* Id quod congruit cum Conſtitutione *Crim. Caroli V. art. 114.* Colleg. Jur. Argent. *lib. 47. tit. 21. theſ. 8.*

§. IX.

1. *Sit Tertia Concluſio.* Graviſſimam pœnam merentur ii, qui *Terminos inſuper Publicos malo animo amovent, rumpunt, pervertunt, vel quocunque modo invadunt:* Nam cum quies Gentium in confinibus & Terminis Regnorum conſiſtat; ex quorum invaſione turbatione vel obfuſcatione inter Populos vicinos jurgia & lites, oriuntur, ut de hinc ad arma cædes, homicidia & invaſiones Provinciarum procedatur: incentatores, & ſicuti Romani *Bruto & Collatino* Ducibus pro finibus publicis tuendis arma ſumpſerunt. *Flor. lib. 1. cap. 9.* ita Romani *Manlio* Tu-

*lio* Tuſculano Duce, de finibus cum latinis aſſiduè & ſine intermiſſione pugnarunt Flor. *dict. lib. 1. cap. 11.* Ita *Mithridates* cauſam belli cum Romanis prætenderet apud *Caſſium* Legatum, attrectari terminos ſuos à *Nicomde* Bithiniæ Rege queſtus eſt. Flor. *lib. 3. cap. 5.* Siquidem Terminos publicos, *compedes eſſe* virium, ſi ſervarentur, & injuriæ indicium ſi non ſervarentur, ſtatuit Numa Pompilius *ap. Plutarch. in Numa Pompil. fol. 47.*

2. Ex quibus conſtat, quod multò gravius ſit delictum amotionis terminorum publicorum, quam privatorum, quod Judicem in arbitrio pœnæ definiendo movere debet; ut talis amotio acrioribus remediis vindicetur, adeo tales Invaſores tanquam publicæ quietis turbatores corporali pœna affici poſſint. Menoch. *2. Arbitrar. caſ. 393. num. 10. in fin.* Quamvis aliter ſecundum leges Hiſpaniæ *in Partitis* judicetur teſte Didac. Cantera *Quæſt. Crimin. 3. cap. 9. num. 28. in fin.* Quæ pœna exaſperanda eſt *in ruptoribus Aggerum publicorum* fines territorii terminantium. Horum enim delictum propter ingens periculum & damnum, ex tanta invaſione promanans, pœna capitali vindicatur, adeo is qui Aggeres perforaverit, rogo ſubmittatur. Quoniam in eorum conſervatione, totius provinciæ ſecuritas conſiſtit. *per l. un. ibi:* flammis eo loco Conſumatur; *C. de Nili agger. non rumpend.* Cæpolla *de S. P. R. cap. 37.* Cui concordat Jus Saxonicum: Wer Teich abgräbt oder abſticht/ den ſoll man brennen: wer rath darzu gibet/ ſoll ewiglich verwiſen werden. h. e. *Qui aggeres rumpit aut perforat, igne comburatur; is cujus conſilio hoc fit, in perpetuum relegetur.* Specul. Saxon. *2. art. 16. num. 9. ubi Gloſſa.* quantum enim periculi oriatur, ex aggerum perforatione, ex Hiſtoricis conſtat, de quibusdam *Regni Daniæ* inſulis ita Helmoldus: *Amoti*

*ſunt vecti & oſtia, quibus jam pridem concluſum erat mare, & erumpebat in undas, & intentans exitium multis Danorum Inſulis & regionibus maritimis.* Helmon. *lib. 2. Chronic. Sclavor. cap. 1. num. 5.*

3. Nec minus exitioſa eſt clauſtrorum (der Schlutſſen oder Syhl) perforatio: ſicuti *Cataractis* (à limo, ita nomen habentibus) ruptis, maxima pars Ruſtringiæ *Anno MCCXVIII.* periit, Chron. Oldenburg. *lib. 2. cap. 4.* Ulbo Emmius *in Chron. Friſiæ.* Ita ut pari pœna horum violatores quoque digni ſint. Gryphiand. *de Inſulis, cap. 27. num. 48.*

§. X.

1. *Sit Quarta Concluſio: Is qui ſcienter amoverit lapides finales, non dilatandi dominii & prædii cauſa, ſed animo furandi lapides,* excolendi prædii cauſa & in uſum proprium convertendi, is utraque duplici *actione & termini moti & actione furti* tenetur. Quod Exemplificat hiſce verbis Joannes Berberius *in Viator. Iur. part. 1. Rubr. 27. num. 2.* V.G. *Sit Terminus lapideus inſignis & utilis ad ædificia conſtruenda, ac is qui talem lapidem amovet, arbitratur, talem lapidem utilem eſſe ſuo ædificio, & ſic furatur, quamvis non animo transferendi aut propellendi vel obſcurandi fines, ſed lapidis tantum ſuo ædificio adoptandi gratia, Limitem lapideum moveat;* Talem motorem utriusque criminis reum eſſe cenſeo; adeò ut ſi ſcienter animo furandi terminum amoverit, & ut fur, & ut terminorum motor puniatur. Idque propter reſcriptum Divi Hadriani *in l. Divus 2. in fine ibi:* ſi per ignorantiam furati ſunt terminos *D. de termin. mot.* Argumento deducto à contrario, in eo Termini motore, qui ſcienter talem lapidem furatus fuerit, *Rationem adducit Menochius:* Quoniam Fur terminorum finalium utrumque crimen commiſit: ſiquidem ſciebat vel ſcire

debebat

debebat pœnam ineſſe delinquenti & amotori tam pro amotione termini quam pro furto ipſo, proinde graviori pœnâ hoc delictum vindicandum erit. Jacob. Menoch. 2. *Arbitrar. caſ. 393. num. 11.* ubi tradit quod aliter & male ſenſerit Abbas Panormit. *in cap. ex literis num. 13. X. de probat.* Quod Menochii aſſertum ego ulterius deduco, *Tum Primo* ſiquidem terminorum finalium motor, ſua invaſione, etiam absque lucrandi animo peracta, crimen termini moti committit, dum contra legum conſtitutiones, etiam immobilia movit, & lapidem juramento à Deo firmato, eivè dedicato quaſi per ſacrilegium avertit, adeò ut Deum Vindicem expectare cogatur, juxta Platonem *de legib. lib. 8.* licet & nullum lucrum ſuo delicto perceperit. *vide ſupra cap. 15. n. 1. & 2.* *Tum Secundo*, quoniam ille qui terminos finales, tanquam Deo vel quieti publicæ ſacratos lucrandi animo doloſe abſtulit, eo ipſo crimen quoque furti commiſit, ſicuti ex definitione Furti conſtat. Nec novum eſt in jure, ut ex uno facto, duplex naſcatur actio, & duplex pœna exigatur: Menochium ſequitur Coll. Jur. Argentor. *lib. 47. tit. 21. theſ. 8. in fin.* Sichard. *in Rubr. Cod. de finib. reg. num. 10.* Dum ſupra probatum fuerit, quod rerum quoque immobilium, ſcilicet prædiorum furtum quaſi fieri poſſit; juxta A. Gellium *lib. 11. Noct. Atticar. cap. 18. num. 18. vide ſupra §. 8.* *Licet poſt plures diſſentiat*, & terminos finales doloſe auferentem, pœna tantum pecuniaria affici velit Farinac. *quæſt. 168. part. 5. num. 192.* Colleg. Jur. Argentor. *lib. 47. tit. 21. theſ. 6. num. 5.* ubi furti tantum pœnam injungendam eſſe, aſſerit. Zæſius *ad Cod. tit. de termin. mot. in not. lit. E.* Cruſius *de indiciis part. 2. cap. 35. num. 50.* Quam aſſertionem inter communes opiniones refert, Franc, Vivius *Comm. opin. 870. num. 3.*

2. *Limi-*

2. *Limitatur hæc affirmativa concluſio*, in eo, qui ignoranter aut fortuito, lapidem terminalem, quem non credebat eſſe terminalem, movit & abſtulit: Hunc verberibus tantum cædendum eſſe Divus Antoninus reſcripſit *in d. l Divus 2. in fin. ibi:* ſi ignoranter *D. d. termin. mot.* Quod manifeſte comprobat Conſtantinus Harmenopolus *in lib. 5. tit. 7. ſuorum reſponſorum*, quibus tradit: *Quod ſi quis per ignorantiam aut fortuito finales lapides ſuſtulerit, tantum verberibus cædatur.* Cujus Reſcripti *Ratio* eſſe poteſt; Quoniam hoc in caſu Invaſor terminorum, non conſideratur tanquam violator lapidis Conſecrati, ſed tanquam Fur, ideò furti pœnam propter talẽ contrectationem, ſubire teneatur, ita cenſet Canter. *quæſt. crim. 9. num. 27.* Plotus *de in lit. jurand. §. 44. ſub n. 2.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 393. ſub num. 12.* Aliam rationem addit Dn. Wiſſenbacius: *Eâ nempe ignorantiâ, quæ culpam involvit, non verè quidem & propriè crimen contrahitur; Contrahitur tamen quodammodo, per l. 1. D. de leg. l. qui ædes. 9. l. ſi fortuito 11. D. de incend. ruin.* Dum quilibet ſcire debet, quod tuum non eſt, hoc ad alium pertinere *l. etiam hanc*, Wiſſenbac. *in Pandect. Diſput. 32. numer. 11.* Et hanc aſſertionem Statuto Brixienſi & Veronienſi conſentaneum eſſe, tradit idem Menoch. *in dict. caſ 393. n. 12.* Quamvis etiam hanc virgarum pœnam valde duram eſſe, & vix aliter niſi in caſu, quo delinquens pecuniariam pœnam ſolvere nequit, locum habere cenſeo. vide Plotum *de jurament. in litem §. 44. n. 2.* ubi varias pœnas varie refert, & inter alias, quod is qui lapidem finalem abſtulit, ignorans hunc lapidem, Terminum eſſe, ſi vilis ſit, verberibus cedendus ſit, ſin verò Nobilis, arbitrariè puniatur. juxta *l. 2. D. dict. tit. & l. 1. C. de accuſat.* Et ante eum Abbas Panormit. *in cap. ex literis.*

*teris. X. de probat.* Cantera *dict. cap. 9. num. 27. in fin.* Joan. Bapt. Coſta *tr. Aut ſciebat, aut ignorabat. Diſtinct. 50. n. 3.* Fortuito quoque Terminos movere dicimus, ſi quis animum induit furandi lapides ædificandi gratia, aſt forte fortunà incidit in lapides terminales, eosque abſtulit. Quamvis enim caſus fortuitus, fato magis quam noxæ imputetur, ſcilicet, ſi omnio fortuitus fuerit: Aſt ſi culpa interceſſerit, non erit extra legis pœnam *d. l. Divus 2. in fine. l. 5. §. fin. l. 11. §. caſu D. de pœnis.* Cujac. *lib. 19. obſerv. 10.* Burg. *1. Elector. cap. 15.* Wiſſenbach. *dict. diſput. 32. num. 11.*

§. XI.

1. *Sit Quinta Concluſio*: Si quispiam Terminos movit, *non fines ſuos dilatandi cauſa, ſed illos ita turbat ut lite pendente, veri termini difficulter inveſtigari poſſint*, quo facilius in cauſa iniqua palmam & victoriam obtineat. Qui cum majorem contumaciam committit, ideò majorem pœnam merito ſubire tenetur. Bertrand. Argentræ, *ad Conſuet. Britan. act. 590. num. 4.* Contingere enim poteſt hoc crimen, quando duo litigant de confinibus agrorum, & unus evellit terminos finales animo obturandi vel obfuſcandi terminos vicini. *Aliam* pœnam Turbator ſubit, quoad *Fiſcum*, *aliam* quoad *partem adverſam*. *Quoad adverſarium læſum*, extat Conſtitutio Imperatoris Conſtantini ad Baſſum Præfectum: *Si conſtiterit, eum, qui finalem detulerit quæſtionem, priusquam aliquid ſententiâ determinetur, rem ſibi alienam uſurpare voluiſſe: Non ſolum id quod male petebat, amittat*; ſed, (quo magis unusquisque contentus ſuo, rem non expetat juris alieni) *qui irreptor agrorum fuerit in lite ſuperatus, tantum agri modum, quantum adimere tentavit amittat, in l. ſi conſtiterit 4. C. finium regund.* Cui reſcripto adde reſponſum Ulpiani *in*

*l. ſi irruptione 8. D. eod. tit.* Quod illuſtratur ex Harmenopolo: *Qui terminum agri, de quo controverſia eſt, ante litem abſolutam occuparit, eum in duplum reddit: nam & locum ipſum quem occupavit, dat victori, & tantundem inſuper, quod ſi locus ille proprius erat, ſufficit ad pœnam eo excidere.* Harmenopol. *in Cod. de termin. mot.* Et ſi non habet tantundem de ſuo, tenetur ad intereſſe *arg. l. qui reſtituere D. de rei vindic. l. in executione D. de V. D.* Concordat Caroli M. Conſtitutio in Capitularibus: *Si quis perverſor finium fuerit approbatus, eo quod priusquam aliquid judicio terminetur, id quod alter tenuerat, invaſiſſet, non ſolum illud, quod malè præſumpſerit, amittat, ſed ut non unus, qui rem alienam occupet, cum fuerit in cauſa convictus, pervaſor juris alieni, tantum ſpatii reſtituat, quantum præſumpſerit invadere,* Capitul. Carol. M. *lib. 7. capit. 245.* apud. Lindenbrog. *in Corpor. Leg. antiquar. fol. m. 1054.* In legibus Hiſpaniæ, quas partitas vocant, Statutum eſt; *Quod evellens fines prædia dividentes de vicini prædio, ſine mandato Regis aut Iudicis, perdit jus ſi quod habebat in eo, quod ſi ex mutatione appropriavit: & ſi jus non habebat, duplicatum reſtituat. in l. fin. tit. 14. part. 7.* Gomez. *3. V. R. cap. 4. caſ. 7.* Barboſa *ad d. l. ſi conſtiterit. 4. n. 2.* Bonifac. *de furt. §. Poſſeſſionis 9. num. 84.* Greg. Tholoſan. *in Syntagm. jur. univerſ. lib. 39. cap. 13. num. 8.* Farinac. *quæſt. crim. 168. part. 5. num. 97.* Joan. Ottinger. *de finib. reg. lib. 2. cap. 9. n. 11.* Attamen hoc annotandum eſt *ex Menochio*, quod parti læſæ plenius proviſum ſit contra Turbationem finium terminalium per conſtitutionem *l. ſi quis in tantam 7. C. unde vi.* Quam per Reſcriptum *d. l. ſi conſtituit.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. in præjud. num. 33.* Et ante eum Soarez. de Paz. *in practic. tom. 3. cap. 1. §. 8. num. 11.* Verum quoad *Pœnam Fiſco adjudicandam*, quæ Reipublicæ cauſa, propter turbatam

quietam

quietem publicam indicitur, ea eſt *Arbitraria*, quâ Turbator pro conditione perſonæ & factorum violentia affligitur. Eaque vel corporalis exiſtit, vel pecuniaria per Conſtitutionem D. Nervæ *in l. fin. D. de termin. mot. l. 1. Cod. de accuſat.* Abbas *in cap. ex literis 3. num. 30. X. de probat.* Hier. de Monte. *d. cap. 34. num. 7.* Farinac. *dict. q. 168. num. 96.* Menoch. *dict. caſ. 393. num. 29.* Cantera *dict. cap. 9. num. 27.* Bonifac. *d. tr. §. Poſſeſſione. 9. n. 84.*

2. Quæritur autem; *An Turbator terminorum finalium pœnam dupli ex conſtitutione l. ſi conſtiterit. 4. inductam ſuſtinere teneatur*, etiamſi *invaſio prædii & violatio termini confinalis, ante litem conteſtatam peracta ſit?* Et hoc in caſu quoque locum habere remedium dictæ conſtitutionis *in l. ſi conſtituit 4.* cenſeo; Modo jungatur *l. extat. 13. D. quod met. cauſ. & d. l. ſi quis. in tantam 7. C. unde vi.* Quoniam talis invaſor ſibi ipſi propria authoritate jus dicere maluit, quam judicio experiri; Licet enim etiam vero debitori injuriam non fecerit ſuum repetendo, facit tamen & magiſtratui injuriam, cujus authoritatem neglexit. *tot. tit. C. ne quis in ſua cauſ. l. 2. §. 2. D. quor. legat.* Et ipſi publicæ quieti, cujus gratia & authoritate lapides terminales ab Imperantibus figuntur. Non enim ſingulis concedendum eſt, quod per magiſtratum publicè fieri debet, ne occaſio ſit majoris tumultus. *l. non eſt 176. D. de Regul. jur.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l. extat. 13. tom. 1. Rat.* Proinde ſive ante litem conteſtatam ſivè poſt litem conteſtatam invaſionem vel everſionem Terminorum finalium Turbator fecerit, ex paritate Rationis dictæ legis pœnalis ſe reum fecerit; modo res ſit litigioſa & controverſa. Ludov. Molina *Ieſuita de Iuſtit. & jur. diſput. 695. num. 10.* Barboſa *ad d. l. ſi conſtiterit. 4. n. 4.* Dn. Brunneman. *ad eand. leg. ſi conſtituit. 4.*

Ac quamvis dictum reſcriptum tantum de eo verba faciat, qui jam finalem quæſtionem in judicium detulerit. Attamen in ea conſtitutione obſervandum eſt, hoc factum ita in ſpecie *à Baſſo Præfecto* fuiſſe narratum, & hanc conſtitutionem ad certam facti ſpeciem eſſe directam: Præterquam quod ex talibus Reſcriptis non facile admittatur argumentum à contrario ſenſu ita Dn. Brunneman. *ad dict. leg. ſi conſtiterit 4. C. finium regund.* & ante eum Hunnius *de interpretat. jur. lib. 2. cap. 24. verſ. 7.* Quod conſentaneum eſt in noſtris terminis Platonis aſſertioni, dum *in libro, de Legibus Reipublicæ dandis* tradit: *Propterea caveat Vicinus, ne vicino noceat, tum in aliis, tum vel maximè in agris colendis; Nocere namque non difficile, cujuslibet hominis eſt: prodeſſe vero non cujuslibet. Quicunque ergò fines egreſſus, vicini coluerit agros, damnum reſtituat, & impudentiæ atque illiberalitatis pœnas luat, duplum loco mulctæ ipſi deponat, cujus agrum coluit.* Plato *de legib. lib. 8. fol. m. 915. in oper. gr. lat.* Extat quoque Conſtitutio *Carol. M.* verba *cap. 116. ſi quis pervaſor approbatus fuerit, tantum ſpatium reſtituat, quam præſumpſit invadere, cum fructibus duplis* Capit. Carol. M. *lib. 116.* ap. Frider. Lindenbrog. *in Cod. Leg. antiquar. fol. m. 1069.*

2. Diſſentit. Hieron. de Monte *de finib. regund. cap. 34. numer. 9.* Gomez. *tom. 3. var. Reſol. cap. 4. caſ. 7.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. in prælud. num. 53.* Ex quibus ſine dubio motus *Mornacius* obſervat, harum legum pœnam non eſſe in uſu, quantum ad juris privationem, ſed violentos invaſores mulctari pœna arbitraria fiſco applicanda. Mornac. *addit. de finib. regund.* Perez. *in Cod. eod. tit. num. 8.*

§. XII.

1. *Sit Sexta Concluſio*: Qui Terminos finales moverit

verit, *non animo furandi, nec prædium vicini occupandi. Sed animo duntaxat nocendi ac ſeminandi rixas & diſcordias inter vicinos*, per limitum confuſionem, ut eas cognoſcere difficile ſit; *An pecuniaria, tantum: vel Arbitraria pœna teneatur?* diſputat Farinacius *dict. Q. 168. part. 5. num. 98. & 104.* contra Menoch. *dict. caſ. 393. num. 22.* Et Invaſorem terminorum invidioſo & petulanti animo nocendi, pœna tum *pecuniaria* ex lege Agraria teneri & quidem *quinquagenta* ſolidorum fiſco applicanda, cenſet; *authoritate l. fin. in pr. D. de term. mot.* Berber. *in viator. jur. part. 1. Rubr. 27. num. 5.* Plotus *de in lit. jur. §. 48. num. 2.* Clar. *in pract. §. final. Q. 83. num. 10. verſ. terminos* Hieron. de Monte *dict. cap. 34. num. 7.* Et hanc opinionem communem dicit Fr. Vivius *comm. opin. 870 num. 3.*

2. Veruntamen ego contra Farinacium cum Menochio talem turbatorem arbitrarie eſſe puniendum, dico; ita ut juxta conditionem perſonæ & qualitatem damni illati Invaſor ſecundum diſcretum judicis arbitrium vel corporaliter vel pecuniariè coerceatur. Et hoc propter text. *in l. fin. §. hi quoque D. d. tit.* ubi ita reſpondet Calliſtratus: *Hi, quoque, qui finalium quæſtionum obſcurandarum cauſa faciem locorum convertunt, ut ex arbore arbuſtum, vel ex ſylva, aut aliquid ejusmodi faciunt, pœna plectendi ſunt, pro perſona, & conditione & factorum violentia:* ex quibus verbis conſtat, quod arbitrariè puniatur is qui fines obſcurandi cauſa turbat, ſive exinde utilitatem capiat, nec ne. Sicuti jam ſupra *hoc cap. 15. ſub num. 7.* latius deductum eſt, quod pœna termini moti arbitraria etiam ille Turbator teneatur, qui lapides finales dolo malo movit, etiamſi propulſio lapidum nullum effectum habuerit; cum non effectus ſed animus & propoſitum diſtinguant maleficia. Ita Decius *ad cap. ex litteris 3. X. de probat.*

*bat.* Menoch. *2. caſ. 393. num. 22.* Didac. Cantera *quæſt. crimin. 9. num. 27. verſ. ſecundo caſu.* Joan. Ottinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 9. in notis lit. N.* Aliter ipſe Farinacius cenſet, diſcrimen faciendo inter termini motorem, qui abſque ullius commodi intentione lapides evellit; & inter eum qui litium ſeminandarum cauſa terminos finales propellit, quo poſteriori caſu, reum arbitrariè eſſe puniendum, cenſet ac in hoc caſu poſſeſſori, Menochio aſſentit, *in quæſt. crim. 167. part. 5. num. 95.*

§. XIII.

1. *Sit Septima Concluſio;* Is qui ſimul *actu continuo plures evulſit & amovit terminos finales*, graviori pœna quam qui unicum tantum terminum amovit, afficiendum eſſe æquum eſſe cenſeo.

2. *An verò ille qui ſimul plures evulſit finales lapides, ad unicam tantum pœnam teneatur? An verò ad plures pœnas?* Sanè ſi ex Lege Agraria agatur, is qui terminos ſtatutos extra ſuum gradum fineſque moverint dolo malo, inter nos ſingulos quos ejecerint, locovè moverint, quinquaginta aureos in publico id eſt Fiſco inferre & dare jubetur. Propter reſcriptum *C.* caligulæ Cæſa. *in l. lege 3. in pr. ibi: in terminos ſingulos D. de term. mot.* Quæ pœna legibus WiſiGothorum quoque conſtituta eſt reſcripto particulari: *qui ſtudio* (reſcribit Rex) *perſuadendi limites complanaverit, aut terminos fixos fuerit auſus evellere: ſi ingenuus eſt, per ſingula ſigna vel notas viginti ſolidos, cui fraudem fecit, cogatur inferre: ſi ſervus eſt, per ſingula ſigna quinquagenta flagella ſuſcipiat. leg. 2.* Wisgothor *legib. tit. 3. lib. 10.* Cai Cæſaris reſcriptum ſecuti ſunt leges Hiſpaniæ, *quod is qui ſcienter amoverit limites Regi ſolvere debet, pro quolibet limite quingentos aureos, qui ſunt tria millia marapetinorum Regni Caſtellæ. in Partit. leg. fin. tit. 14. part. 7.* Didac. Cantera

tera *dict. cap. 9. num. 28.* Ita Joan. Bonifac. *dict. tr. §. Poſſeſſionisvè. 9. num. 87. parce* Duaren. *ad tit. de termin. mot. tit. 21. theſ. 8. num. 3.* Perez. *in cod. tit. finium regund. num. 8.* Qui pœnam hanc non parti læſæ ſed fiſco applicandam eſſe cenſet *per l. 3. ibi:* in publicum. *D. de termin. mot.* Joan. Ottinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 9. lit. E. in notis.* breviſſimis Dn. Wiſſenbach. *ad digeſt tit. dict. diſput. 32. theſ. 10.*

3. *Ratio* harum conſtitutionum hæc eſſe poteſt: quoniam tot ſint delicta, quot invaſiones terminorum finalium: quod tot ſint violationes lapidum publicæ quieti conſecratorum, quot irruptiones: ac quod tot ſint turbationes ſubſtratorum lapillorum teſtificantium, quot emotiones & everſiones: Ideò quodlibet delictum per ſe ſubſiſtit, & de per ſe puniri debet. Quamvis enim motor terminorum plurimorum, ſi pro quolibet *Quinquagenta aureos* ſolvere teneatur, in graviſſimam pœnam & rei familiaris ruinam incurrat; nihil tamen impedit, quin ei de jure tanta pœna infligatur. Delicta enim geminata, ob reiterationem efficiuntur capitalia, quamvis ſui natura & qualitate talia non ſint. *per l. omnes C. de delator lib. 10.* ubi reſcripſit Imperator: *Reum mortis pœna puniri, propter conſuetudinem delinquendi.* Angel. *in l. 1. C. de ſuper exact. C. lib. 10.* Creſcentibus enim delictis exaſperandæ ſunt pœnæ *l. aut facta 16. §. ult. D. de pœnis* Dn. Bocer. *de furt. pœn. cap. 1. num. 146.* Menoch. *2. Arb. Caſ. 295. num. 17* Ac Thomas Grammaticus ſcribit: *eum miſericordia dignum non eſſe, qui delictum reiterat.* per *cap. ita nos. cauſ. 25. quæſt. 2. & cap. pervenit. cauſ. 27. num. 8.* Farinac. *in crimin. quæſt. 23. per tot.* Joan. Bonifac. *de furt. §. quod jure 10. num. 28. & ſeqq.*

4. *Veruntamen contrarium* voluerunt Angel. & Alexander

xander de Imola *in l. inficiando. §. infans D. de furtis* adeò ut per tradita ibidem, motor terminorum plurimorum, continuo actu everſorum *unica tantum pœna* afficiendus ſit.

5. Quoniam furta etiamſi aliquot fuerint commiſſa, attamen in eadem re & eodem tempore, pro uno tantum delicto æſtimantur, adeoque ut una tantum pœna expianda ſint. *per dict. leg. inficiando §. infans. D. de furt. & arg. l. Prætor 7. §. ſi mihi plures. 5. D. de injur.* ubi plures injuriæ ſimul prolatæ tanquam unica injuria judicantur. *l. cum duobus 52. §. ſi plures D. pro ſocio. l. hæredes 25. §. de pluribus 3. D. famil. erciſc.* Jul. Clar. *in crimin. §. furtum num. 14.* Menoch. *dict. caſ. 295. num. 18.* Joan. Bonifac. *dict. §. quod jure 10. num. 35.* Sichard. *ad auth. ſed novo jure num. 23. C. de ſerv. fugit.*

6. Quod tamen *declarat Plaza*, & intelligendum eſſe cenſet, quoad pulicam vindictam, ut pro unico tantum furto puniatur: ſecus tamen dicendum eſſe cenſet, reſpectu eorum quibus res fuerunt ſubtractæ. Petr. à Plaza *in Epitom. delictor. lib. 1. cap. 1. num. 20.*

7. Sane in hac legum & conſtitutionum varietate, ego juri & æquitati conſentaneum eſſe cenſeo, ut hoc in caſu ex facti contingentia, terminorum motori & violatori pro varietate circumſtantiarum, atrocitate admiſſi, & damni tam publico quam privatis illati, *Arbitraria* pœna indicatur. *Panormit. in cap. ex literis. num. 13. X. de probat.* Jul. Clar. *lib. 6. ſentent. §. final. quæſt. 83. num. 10.* Joan. Ottinger. *dict. tr. lib. 2. cap. 9. num. 13. & lit. N. in notis.* Præſertim ubi conſtitutione regni vel ſtatuto loci pœna quinquaginta ſolidorum ſeu aureorum pro ſingulis terminis impoſita recepta non eſt. Et hoc authoritate Calliſtrati *in l. fin. §. fin. D. de termin. mot.* ubi reſpondet Jureconſultus: *ut hi qui finalium quæſtionum obſer-*

*obſervandarum cauſa faciem locorum convertunt, ut ex arbore, arbuſtum, aut ex ſylva, novale, aliquid ejusmodi fecerint pœna plectendi ſint, pro* factorum *violentia.* Ex quibus verbis apparet, quod pœna lapidum finalium motoris ſit varia, pro circumſtantiarum varietate: ideo Imperator Alexander: *eos qui terminos effoderunt, extraordinaria animadverſione coerceri debere, reſcripſit in l. 1. C. de accuſat.*

8. Nec reprehendendus eſt *Tribonianus* de ſolita & culpata negligentia; quoniam plures plurium temporum & auctorum leges uno titulo compegit, cum alias ab aliis abrogari omninò ex temporis diverſitate & legum varietate intelligi neceſſe fuiſſet. Aliter enim *Hadrianus* ſtatuit: aliter *Cajus* Cæſar lege agraria: aliter *Nerva* Imperator, quæ prorſus congruere nequeunt, ut non alterius atque alterius ſenſus ſint. Unde ſcribit Argentræus: *cum hæ leges diſtinctione conciliare penè impoſſibile ſit, profuit illas diſpoſitiones, conſuetudinaria compeſci, ita ut magiſtratuum ſit arbitrium, quid de termino fraude cujusquam moto ſtatuere velit.* Betrand. Argentræ *ad conſuet. Britan. art. 590. num. 3.*

§. XIV.

1. *Sit octava Concluſio: Is qui non vetera monumenta movet, ſed falſos terminos absque vicinorum præſcitu & conſenſu dolo malo, de novo fixit*: Non quidem actione termini moti tenetur: ſed *in crimen falſi* incidit & falſi pœnam luere debet; quæ eſt deportatio & omnium bonorum confiſcatio *per l. 1. §. pœna 13. D. de L. Corn. de fals.* terminus enim finalis propria authoritate poſitus, non eſt monumentum finale verum & legitimum, utpote non ab eo plantatum, qui â publico jus & fas habet. Quod de jure requiritur. *per l. ſi irruption. 8. ibi: ibi menſores mittere. D. fin. regund.* ſed eſt ſignum adulterinum, quod pœna legis

Corneliæ de falſis coercetur. *l. lege 30. ibi: ſignum adulterinum D. de l. Cornel. de fals. l. inſtrumentum 10. §. Paulus 1. ibi: aliavè in re D. dict. tit.* Unde prætoris nomine literas falſas reddens, pœna de falſis obligatur. *per l. qui 25. D. dict. tit.*

2. Proinde terminus falſus non tribuit poſſeſſionem; ſicuti ex contractu ſimulato non tranſit dominium *per l. ex initio 18. ibi: falſus terminus. C. ad l. Corn. de falſ.* Paria namque ſunt, nullum habere titulum, vel habere titulum, aſt invalidum; Farinac. *in crimin. quæſt. 162. num. 27. & ſeqq.* Joan. Brunneman. *ad dict. leg. ab initio. 18. in fin.* Sane juxta conſuetudines Britaniæ: *qui mettroit fauſſes Bornes, doit eſtre puniy, comme Larron.* Hoc eſt: *is qui falſos terminos apponit, tanquam fur punitur, & pœna furti tenetur*, Bertr. Argentræ *ad conſuet. Britan. art. 590. num. 5.* Numa Pompilius, falſos terminos ponentes tanquam ſacrilegos coercendos eſſe cenſuit apud Halicarnaſs. *Roman. antiquit. lib. 2. in Numa fol. m. 72.* Cæterum quoniam deportationes in Inſulam & publicationes bonorum obſoleverunt, idcirco pœna falſi, & ponentis terminos adulterinos arbitraria judicatur. *conſtit. Caroli crim. art. 112.* Clarus *in crim. §. falſum num. 40.* Menoch. *2. Arbitrar. caſ. 306.* Perez & Tulden *in Cod. tit. de fals. num. 18.*

§. XV.

1. *Sit Nona Concluſio*, Pœna amotionis terminorum non ſolum locum habet contra ipſum principalem amoventem, ſed etiam *contra eum, qui mandato alterius*, terminos invadit & turbat. *per text. in l. divus 2. ibi:* ſi verò alii negocium geſſerant. *D. de termin. mot.* ubi expreſſis verbis reſcripſit Divus Hadrianus: Quod ſi in terminis movendis & evellendis alii negotium geſſerunt, & miniſterio functi ſunt, verberibus caſtigandi & ad opus

publi-

publicum biennio dandi ſint. Alber. de Roſate *in d. l. 2. in pr.* Berber. *in viator. jur. part. 1. Rubr. 27. num. 8.* Damhouder. *in pract. crim. cap. 127. num. 6.* Menoch. *dict. quæſt. 168. num. 110.* unde reſpondet Jureconſultus: *ſi Titius mandato Caij, mihi injuriam atrocem intulit, & Titium & Cajum feciſſe injuriam cenſetur, illum per ſe, hunc per alium, ideoque utrumque teneri ad pœnam tenendam, æquitatis ratio exigit. per l. non ideo 5. D. de accuſat. l. ejusdem 3. §. item is. 4. l. nihil intereſt. 15. D. de ſicar.* Extat quoque optimum reſponſum Jureconſulti *in l. non ſolum 11. §. ſi mandata 3. ibi*: tam me qui mandavi, quam eum, qui ſuscepit, injuriarum teneri *D. de injur.* mandans enim & mandato conſentiens pari pœna ſunt puniendi: mandans ex proprio delicto. *l. ſi quis id 7. in fin. D. de jurisdict.* Mandatarius propter ſuſceptum mandatum fraudulentum: cum nemo invitus, mandatum ſuſcipere cogatur. *l. is. damnum 169. D. de Reg. jur.* dum turpis rei nulla ſit obligatio *l. ſi remunerandi 6. §. rei turpis 3. D. mandat.* Clar. *in oper. § fin. quæſt. 89.* Decian. *in tr. crimin. l. 9. cap. 39.* Ac in facto quoque illicito opem ferens, eadem pœna tenetur qua principalis. *per l. un. C. de rapt. virgin.* unde Divus Paulus inquit: *digni ſunt morte, non ſolum qui malum faciunt, ſed etiam qui conſentiunt male facientibus.* ad Roman. *cap. 1.* In Edicto Theodorici Gothorum regis ſancitum eſt; *qui imperante Domino, terminos effodiunt, aut limites exarant, dominus tertiam partem bonorum ſuorum perdat, Fiſci juribus profuturam: ſervo ipſo aut colono nihilominus capite puniendo.* Edict. Theodor. Reg. *leg. 104.* Plaza *in epitom. delict. cap. 15. num. 2.* Joan. Bonifac. *dict. tr. §. contrectatio. 3. num. 64.* Anton. Matth. *de crimin. tit. de pœnis cap. 4. num. 14. & 15.* latè Dn. Tabor. *in criminal. Racemat. 4. num. 4. & ſeqq. & per tot.*

§. XVI.

1. *Sit Decima Concluſio*; & quidem *limitativa* ad prædicta, in eo *qui terminos finales amovere vel turbare aut invadere tantum tentavit, ſed non perfecit*: talem motorem extra legis pœnam eſſe, Baldus & alii aſſerunt *in l. ſi conſtiterit 4. C. finium regund.* Nam ad pœnam termini moti imponendam requiritur occupatio & continuatio; verba enim cum effectu ſunt accipienda. Ac leges loquentes de amotione terminorum, requirunt conſumationem delicti. *per l. 1. & 2. D. de termin. mot.* Hieron. de Monte. *de finib. regund. cap. 34. num. 11.* Farinac. *dict. quæſt. 168. part. 5. num. 116.*

2. Quæritur autem; *An attentans movere aut invadere terminos finales, ſit omninò extra legis pœnam?* Hæc quæſtio reſolvitur ex alio criminali quæſito; *An conatus in delictis puniatur?* de quo latè Joan. Bonifac. *de furt. §. contrectatio 3. num. 49.* Anton. Matthæ. *de criminib. in proœm. num. 5. & 6. & tit. de ſicar. cap. 3. num. 10. & ſeqq.* Placet diſtinctio, etiam à Gentilibus approbata, & *à Tullio Cicerone* relata: *aliter leges, aliter Philoſophi tollunt aſtutias*; *leges quatenus manu teneri res poſſunt: Philoſophi, quatenus ratione & lege.* Et hoc ante eum Plato *lib. 9. de legibus*: ubi ait: *ab eo qui vulnerat, ſupplicium mortis auferemus, cui fortuna favit, ne vulnus letiferum vulnerato inflixerit.* unde Apulejus: *in maleficiis* (ait) *etiam cogitata ſcelera, non perfecta adhuc vindicantur, cruenta mente, parata manu.* Apul. *lib. 3. florid.*

3. Proinde quoad leges, is qui cogitavit, & in animo tantum habuit terminos movere, nec ad ullam extrinſecam actionem pervenit, extra legis pœnam eſſe cenſeo. Quoniam cogitationis pœnam nemo patitur. *l. cogitationis D. de pœnis can. cogitationis. de pœnitent. diſtinct. 1.* Alex. ab Alexand. *genial. dier. lib. 2. cap. 15.* Cujac. *lib. 8. obſer-*

*8. obſervat. cap. 22. & 25.* Anton. Matthæus *in crimin. Prolegom. cap. 1. num. 5.*

4. Quod ſi quiſpiam ad amovendos terminos, manus admoverit, ligones præparaverit, ac vel effodere inceperit, aut præventus & impeditus fuerit, ad conſumandum delictum, ille utique impunis non permanebit, *per d. l. ſi conſtiterit 4.* ibi: *uſurpare voluiſſe C. fin. regund. ſi quis ſepulchra 2. ibi: attigerit. C. ſepulch. violat.* Quoniam dolus ad pœnam punitur, quamvis effectus ſecutus non fuerit. *l. Divus 15. ibi:* voluntas in lege *7. D. ad l. Corn. de ſicar.* Hinc is qui tentaverit rem alteri obligatam alienare, (quod eſt furti ſpecies) de ipſo conatu ad vendendum punitur. *l. ult. C. de crim. ſtellion.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 360. num. 70.* Hippol. de Marſiliis *in l. 15. qui cum telo num. 16. C. ad l. corn. de ſicar.* Unde Bonifacius de vitalinis ſcribit: *quod ſi quis incipit ferire arbores cauſa cædendi, licet ex toto non incidat, tamen videtur incidere in pœnam termini moti.* Bonifac. de vitalin. *in crimin. tit. de termin. mot.*

5. Hunc tamen Attentatorem lapidum finalium, non ordinaria ſed alia mitori pœna puniendum eſſe cenſeo. *per l. Divus 2. ibi: ex mente facientis & l. final. in fin. ibi: factorum violentia D. de termin. mot.* Conatum enim non eadem pœna, qua perfectum crimen, ſed mitius extra ordinem puniendum eſſe, exceptis criminibus atrociſſimis, jam pridem pleriſque placuit. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſ. 37. & 38.* Farinac. *quæſt. crimin. 124. n. 8. & 41.* Mynſing. *cent. 3. obſerv. 9.*

6. Proinde ſollicitator alienarum nuptiarum minus punitur, quam adulter *per l. 1. in pr. & §. ult. ibi:* puellam interpellaverit; *& ibi:* imperfecto *D. de extraord. crimin.*

7. Pœna falſi ordinaria remittitur ei, qui conatus

fuit, ſibi aut ſervo ſuo, legatum adſcribere, ſi res effectum non habuerit *per l. ſi quis 6. ibi: ſi non ſignatum fuerit. l. impuberem 22. §. & ſi 4. ibi: ad cogitationem animi. D. de leg. Corn. de fals.*

8. Qui conclave intravit furti faciendi gratia, ſi nihil dum ſuſtulerit, pro fure non punitur pœna facti ordinaria; ſed injuriarum, aut de vi accuſabitur, ſi per vim introivit. *l. vulgaris 21. §. qui furti 7. ibi: nondum fur eſt. D. de furtis l. qui in domum 21. D. de injur.*

9. In terminis noſtris aſſentit Farinac. *dict. quæſt. 168. num. 116.* caſu quo terminos movere attentans, aſt impeditus delictum ad actum producere nequit. Joan. Brunnemannus *ad dict. l. ſi conſtiterit. 4. C. fin. regund.* qui tradit: *cum grano ſalis accipiendam eſſe opinionem Menochij & Farinacij: nam ſi actu non perfecit Motor, pro eo tamen habendus non eſt, ac ſi nihil egit, qui ſemel tentavit.* Ita in terminis delictorum generalibus Petr. Rebuff. *ad conſtit. Regn. Gall. in procem. Gloſſ. 5. num. 28.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 360.* Jul. Clar. *in §. fin. Q. 92.* latè hoc diſputat. Anton. Matth. *dict. loco: Etſi hæc non improbabiliter diſputari poſſint: uſus tamen communi ſententiæ palmam tribuit; quam ſententiam, univerſæ propè Europæ conſenſus probavit.* Gudelin. *de jur. noviſſim. lib. 5. cap. 17.* Dn. Tabor. *in crimin. Racemat. 4. num. 40.* Joan. Sande *lib. 5. deciſ. Friſ. tit. 9. definit. 11.*

10. Sed graviter reſiſtit, attentanti movere terminos, conſtitutio *d. l. ſi conſtiterit. 4. C. fin regund.* ubi is qui alienos terminos tantum uſurpare voluit, ordinaria pœna plecti jubetur. Huic dubio *reſpondet Dn. Brunnemannus*, quod verba, uſurpare voluiſſe, ita interpretanda ſint, quaſi volens uſurpaverit; qualem locutionem legimus *in l. fin. ibi:* voluit tranſcendere. *D. de rer. diviſ.* Quamvis hic dici poſſit, quod occupaverit quidem terminos, ſed dete-

cta

ćta occupatione, retinere non potuerit poſſeſſionem, prout propoſuerat. Brunnem. *ad d. l. ſi conſtiterit. 4. C. fin. regund.* diſſentientium rationes collige ex Anton. Matthæ. *de crimin. in proœm. fol. 7. & 8.*

§ XVII.

1. *Sit undecima concluſio*; *limitativa* ad ſuperius dicta: *is qui non animo furandi, vel non confines dilatandi, aut terminos vicinales obſcurandi cauſa,* lapides movit, ſed *caſu fortuito*, quod contingit in ruſticis, qui arando, aut foſſas fodiendo; ex incuria terminos finales ſæpius evellunt; hunc extra legis pœnam omnino exiſtere cenſeo. Quoniam hoc delictum ex mente & animo facientis judicatur *per l. Divus 2. ibi: ex mente D. de termin. mot.* Caſum autem fortuitum nemo præſtare tenetur. *l. quæ fortuitis 6. C. de pignor. ait* ita Salicet. *in l. 1. C. de accuſat.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. univerſ. lib. 30. cap 13. num. 11.* Farinac. *dict. quæſt. 168. num. 115.* Quod legibus Wiſi-Gothorum quoque conſtitutum fuit hiſce verbis: *ſi quis dum arat, aut pomeria vel vineam plantat, terminum caſu, vel involuntate convellet, vicinis præſentibus reſtituat terminum; & poſtmodum ex hoc nullum damnum aut periculum vereatur.* leges Wiſigoth. *lib. 10. tit. 3. capit. 2. apud* Lindenbrog. *fol. 201. ratio hujus concluſionis eſt*; quia quantum ad caſum attinet, ille fato non noxæ imputatur. Sicuti Plato ſcripſit: *fortunæ imperare, nullus legislator poteſt.* Plato *de legib. 9.* ac mox alibi: *mali ignavique ſemper puniendi ſunt, ut meliores & fortiores evadant: in fortunati verò, minimè.* Franzk. *lib. 1. var. reſolut. 20. num. 43.* Anton. Matth. *de crimin. in prolegom. num. 2.*

2. Quod ſi culpa caſum præceſſerit, & quaſi cauſam caſui dederit, committens delictum non eſt extra pœnam, aſt temperamentum recipit juxta Marcianum

*in*

*in l. abſentem 5. §. refert. 2. ibi: caſu verò. D. de pœnis* Culpa enim tunc afficit culpoſum, quando eſt ordinata ad caſum. Petr. Caball. *reſol. crimin. caſ. 79. num. 3.* Dn. Bocer. *de homicid. lib. 2. cap. 1. num. 79. & ſeqq. & 80.* latè D. Aſuer. Fritsch. *ad Reyger. in Theſſaur. pr. verb. caſus fortuitus.*

3. Quæritur autem hoc loco, non incongruè: *An Partes vicini propria authoritate, ad determinanda vicinorum prædia à propriis, cum conſenſu omnium eorum quorum intereſt, ſibi ipſis lapides finales figere & refigere poſſint?* Hoc eſt quod aſſerimus. Sanè hanc poteſtatem partibus concedit Imperator Diocletianus & Maximinius ſingulari reſcripto *in l. ſucceſſionum 2. C. fin. regund.* Ubi vicinorum novo conſenſu additis vel detractis alterutro agris, veteris determinationis monumenta permutare licet; ac cuilibet novo conſenſu, novos confines inducere conceſſum eſt; ſcribit Gothofred. *ad dict. l. 2. num. 10.* Et hoc jam antea æquum viſum fuit Jureconſulto Paulo *in l. in finalibus 11. ibi: arbitrio poſſeſſorum permutare fines D. fin. regund.* Quilibet enim eſt moderator & arbiter rerum ſuarum, modo tanta moderatio fiat ſine præjudicio vicini. *l. in re mandata 21. ibi: quilibet rei ſuæ C. mandat.* Tabor & Gamſius *in Theſaur. jurisprud. lib. 4. cap. 47. axiomat. 14.* Dn. Brunneman. *ad dict. leg. in re mandata 21.* Proinde ſubditi, etiam non adito magiſtratu, per viam transactionis fines pro lubitu dirigere & mutare poſſunt, absque legis pœna, ſicuti in terminis deciſum fuit in Electoratu Saxoniæ; daß von den Unterthanen zu Grumberck wegen Reinſtein zuſetzen / einige Straff nit genommen werden möge. h. e. *ut à ſubditis Grumbergenſibus, eò quod fines agrorum inſcio magiſtratu poſuerint, nulla exigi debeat mulcta.* teſte Bened. Carpzov. *in jurisprud. forens. lib. 2. conſtitut. 41. definit. 17. per tot.* Dn. Brunneman. *ad dict. leg. ſucceſſionum 2. C. fin. regund.*

4. Diſ-

4. Diſſentit Caſpar. Klock. *conſil. 10. num. 489. vol. 1.* ubi tradit, quod jus dirigendi fines terminales, ſit pars Jurisdictionis. *vide ſupra hoc cap. 15. §. 14. Limitatur* præfata Reſolutio, in Caſu quo ſtatutum provinciæ aliud exigit. Ita namque in Ducatus Wûrtembergiæ ſtatuto Ædili ordinatum eſt: ut nemini lapides terminales figere aut refigere, niſi viris terminalibus, jus fasque ſit. daß niemanden Marckſtein zuſetzen oder zucaſſieren alß den Untergängern allein gebühre. Fürſtl. Würtemb. Baw-Ordnung *fol. 18.* Et hoc ſummam habet rationem, ne quies publica inter concives vicinos per poſitionem terminorum propria authoritate ſusceptam turbetur; quod ut evitetur Princeps ſummopere cavere debet. Quam rationem conſideravit prædicta ordinatio noſtra hiſce verbis: demnach ſich ergeben / daß zwey Nachbar zwiſchen jhren Häuſern / Höffen / Gärten und anderen Güthern ſich eines untermarcks mit einander verglichen / ohn die Untergänger / ſelbſten Marckſtein geſetzt / und ſolche / als wann ſie verzeugt weren / für bider und redlich gehalten worden. ſolche unverzeugte Marckſtein aber vielfältige / groſſe Strittigkeiten und ſchwehre Rechtfertigungen erwecket / und die Underthanen in groſſe Koſten / Schaden und Nachtheil gebracht: als thun wir ſolchem Unheil zubegegnen / ordnen und wollen / das hinfüro alle Marckſtein / ſie ſeyen von newem zuſetzen / oder da ſie auff eine Seitten hangen / wider auffzurichten / zuerhöhen / auch zuerniedrigen / oder gar zucaſſieren / durch die Untergänger allein geſetzt / auffgerichtet / erhöcht / auch erniedriget: oder wa man ſolche nimmer von Nöthen / caſſiert werden ſollen. h. e. *cum acciderit, ut duo vicini, circa fines intra ædes, atria, hortos & alia prædia mutuo conſentientes, non adhibitis viris juratis terminalibus, propria authoritate lapides finales poſuerint, & tanquam lapillis & teſtibus armati eſſent, pro terminis veris ju-*

*ſtis & indubitatis habuerint; tales ſine ſolennitatibus requiſitis poſiti lapides autem, multiplices ingentes controverſias, & lites inexplicabiles cauſaſſent, per quas ſubditi magnis ſumtibus, expenſis & damnis, maximo cum eorum præjudicio vexarentur; itaque malo huic obvenientes, ordinamus & volumus, ut in poſterum omnes lapides limitanei, ſive de novo terræ ſint infigendi, ſive caſu partim collapſi, & pendentes quaſi, rurſum erigendi, altius vel ſuppreſſius ponendi, vel in totum evellendi, ſolùm per viros terminales, figi, altius aut preſſius poni, vel etiam, quando eorum uſus amplius non eſt neceſſarius, in totum evelli & ejici debeant. Wurtemb. ordinat. Ædil. titul.* von Marckſteinen. *dict. fol. 18.* Et hoc adeò verum eſt, ut viri terminales, ne quidem in propriis prædiis lapides finales ad diſtinguenda vicinorum prædia à propriis, figere poſſint, etiamſi de officio legaliter adminiſtrando, & bona fide terminos ponendo juramentum præſtiterint. Ne in propria cauſa quaſi judices eſſe velint, & ſibi ipſis jus dicant. De quo ſtatutum Würtembergicum Ædile ſequentia ordinavit: es ſoll auch kein Untergänger ſelbſten auff ſeinem Eigenthumb kein Stein ſetzen/ oder verändern/ ſondern mit Vorwiſſen ſeines Nachbars/ ſolches ſeine Eyd-Brüder verrichten laſſen. i. e. *Nullus item vir terminalis, in proprio ſuo prædio, lapidem confinalem ponere vel mutare per ſe præſumat, ſed conſenſu vicini & confinis ſui, collegis ſuis juratis, hoc perficiendum relinquat. dict. ordinat. Ædil. fol. 19.*

§. XVIII.

1. *Sit duodecima concluſio*; cum pœna termini moti hodierno jure & uſu Imperii ſit *arbitraria*; quæritur, *an illa caſu eveniente, etiam ad pœnam mortis extendi poſſit?* hoc eſt quod aſſerimus. Tanta enim gravitas criminis ab homine perverſo committi poteſt, præſertim invaſione & irruptione terminorum publicorum, coadunatis

tis hominibus armatis factâ, in tam grave damnum reipublicæ redundante, ut reus corporaliter, imò ultimo quoque ſupplicio plecti poſſit. Exemplum habemus in *ſcopeliſmo* in Arabia Petrea olim à ſceleratis uſitato, ſicuti conſtat ex *l. ſunt quædam 9. D. de extraordin. crim.* ubi Ulpianus reſpondit, *quod in lapidum* poſitorem, *ne quiſpiam proprium agrum, ſub periculo vitæ ingrediatur (quod extraordinarium crimen eſt) præſes provinciæ graviter exequatur, usq; ad pœnam mortis, quia & ipſa res mortem comminatur.* pro majori hujus concluſionis firmamento adducitur *text. in l. 1. §. generaliter 3. D. de pœnis*; ubi Præſes Provinciæ, adverſus eum qui pecuniariam pœnam ſua egeſtate eludit, coercitionem extraordinariam inducere poteſt. Per regulam; qui non habet in ære, luat in corpore *l. ſi is qui 7. §. in ſervos 3. D. de jurisdict.* Præſes item Provinciæ, qui extra ordinem cognoſcit, graviorem pœnam irrogare poteſt, modo rationem non excedat. *l. hodie 13. D. de pœnis.* extat quoque clarum reſponſum Ulpiani *in l. ſacrilegy 6. in pr. D. ad l. Iul. pecul.* Et jureconſulti Macri *in l. lex Iulia 7. in fin. ibi: capite plecti D. ad l. Iul. repetund.* Menoch. *2. Arbitrar. caſ. 89. num. 20.* Fachinæ. *lib 9. controverſ. cap. 45.* Ludov. Peguerra *deciſ. 6.* Hartman. *obſerv. cam. tit. 49. de injuriys. cap. 1. num. 18.* Wiſenbac. *ad tit. de extraord. crim. num. 3. diſput. 31.* Ita in terminis termini motoris Ægid. Boſſius *in operib. tit. de termin. moto. fol. m. 408.* ubi tradit; *Iudex arbitrium uſque ad mortem potuiſſet arbitrari in caſu qui meis diebus contigit, de quodam, qui adeò tyrannicè vivebat, ut quadam noctu auſus fuerit in civitate Mediolani immutare in omnibus & per omnia faciem cujusdam Cameræ, quæ erat vicini ſui, & adjacebat domui ipſius; faciebatque aperiri oſtium per quod pateret aditus è domo ſua in Cameram illam, & obturari illud per quod ingrediebatur vicinus*

*nus & equos induxit in eum locum, ut eo uteretur pro equorum ſtabulo, & adeò mutavit priſtinam faciem cameræ illius, ut quilibet ignarus, judicaturus eſſet, dictam cameram, non ad verum dominum, ſed ad uſurpatorem pertinere: propterea ex qualitate, arbitrium debuiſſet eſſe ad mortem.* Hæc Boſſius *dict. tit. fol. m. 409.* Proſp. Farinac. *dict. quæſt. 168. num. 93.* ubi ſcribit. *quod pœna mortis, termini moti poſſet vigore Bullæ Sixti V. P. M. contra facientes cavalcatas locum habere, quando quis coadunatus hominibus armatis terminos publicos amovit* Hæc Farinacius. Diſſentientium rationes collige *ex l. 1. §. f. D. de effract. l. 3. §. per D. de ſtellionat.* Sichard. *ad l. 3. C. de ſerv. fugitiv.* Clar. *§. fin. Q. 83. num. 11.* Scipio Gentil. *lib. 3. de jurisdict. cap. 34.* latiſſimè Diodor. Tulden. *de cauſ. corrupt. judicior. lib. 2. cap. 15. per tot.*

2. Diſſentit quoad ædificia, ac quod eorum termini turbari non poſſint Joan. Bonifac. *de furt. §. poſſeſſionisve. num. 85.* Perez. *in Cod. tit. fin. regund. num. 7.*

§. XIX.

1. *Sit decima tertia concluſio.* Actio *civilis termini moti per accuſationem à fiſcali inſtitutam non tollitur; nec altera alteram abſorbet:* Quando enim ex eodem facto vel crimine duæ actiones deſcendunt, altera civilis, altera criminalis, una aliam non tollit, ſed licet una intentata & ad finem perducta ſit, adhuc tamen altera agi poteſt. *l. un. C. quand. civil. act.* Clar. *§ fin quæſt. 2. n. 7.* Maſtril. *deciſ. 200.* Farin. *quæſt. 100.* Ottinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 9. num. 12. & lit. G. in notis* Proinde is qui in ſupradictis caſibus dolo malo terminos evulſit aut turbavit, non ſolum criminaliter à judice puniri poteſt, pœna fiſco applicanda, aut corpore expianda, *per l. 2. & 3. D. de termin. mot.* ſed etiam civili actione obligatus eſt, parti læſæ *omne id,* quod de prædio amovendo terminos abſtulit, reſtituere: *per*

re: *per l. fin. D. finium regund.* Imò inſuper tantum agri modum de ſuo reddere tenetur pœnæ loco, quantum vicino ſua invaſione ſibi propria authoritate addixit. *per l. ſi conſtiterit. 4. C. finium regund.* Alber de Roſate *ad l. 1. C. de accuſat.* Azo in ſumma *Cod. fin. regund. num. 9.* Farinac. *dict. quæſt. 178. num. 97. & 108.* Wiſſenbach. *ad dict. l. ſi conſtiterit.* præterquam quod terminorum Motor, tanquam violator publicæ quietis ad damna illata & intereſſe parti adverſæ teneatur *arg. l. qui reſtituere D. de rei vindicat. l. in executione D. de V. O.* Hieron. de Monte *dict. tr. cap. 34. num. 9.* Petr. Greg. Tholoſan. *in ſyntagm. jur. lib. 39. cap. 13. num. 8.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 393. num. 19.* Sichard. *in Rubr. Cod. fin. regund. num. 11.*

2. Et hoc adeò verum eſt, ut Judex rerum criminalium, de crimine termini moti judicans, etiam de finibus motis actione civili inſtituta ſententiam ferre poſſit, per *l. ſedet 4. §. ſi dicantur ibi*: qui de crimine cognoſcit, etiam de finibus. *D. fin. regund. l. Interdum 4. D. de publ. judic.* Oldendorp. *de action. claſſ. 3. act. 14. Rubr. Affinia remed.* Joan. Ottinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 9. lit. M.* id quod ratione connexitatis evenit. Cum actio civilis in conſequentiam veniat & incidenter, ratione damni illati, non autem principaliter intendetur. *t. tit. D. finium regund.* ac judex datus in principali quæſtione, cognoſcit etiam, de qualibet incidente *per l. 1. ibi: univerſam incidentem quæſtionem C. de ordin. judic.* Joan. Bonifac. *de furt. §. poſſeſſionis 9. num. 87.* Anton. Faber. *in rational. ad dict. l. ſed & 4. §. 4. fol. m. 955.*

3. Hac tamen addita *declaratione*; ut inſtituta una ex iſtis actionibus altera ceſſet, donec actio inſtituta ad finem perducta ſit. *per l. un. ibi:* ut cum altera prius actio, intentata ſit, *C. quand. civil. act. crim.* Marant. *in Proceſſ.*

*part. 4. diſtinct. 1. num. 9.* Lancellot. *tr. de attentatis lib. 2. cap. 4. limit. 23.* Joan. Ottinger. *dict. cap. 9. lit. M.* Dn. Bocer. *claſs. 6. diſput. 11. theſ. 80. & 83.* Dn. Brunneman. *in Cod. l. un. quand. civil. act. crim.*

4. Quod ſi tamen durante actione civili, criminalis actio inciderit, omnium primo actio criminalis terminanda erit. *per l. fin.* utpote majus, merito minori præfertur *C. de ordin. judic.* Joan. Anton. ab Eccleſia *obſervat. forenſ. 14. num. 16.* ſicuti deciſum fuiſſe in ſupremo Neapolitano Senatu, teſtatur Matth. de afflictis *deciſ. 229. n. 1.*

5. Hac tamen addita *conſideratione*, *an* una actio alteri præjudicet, nec ne; *proinde cum quæſtio falſi termini poſiti, in cauſam civilem incidit, an in civili ſuperſedendum ſit;* Placet illa diſtinctio communis à doctoribus recepta: an falſum ſit tale, quod cauſæ civili præjudicium faciat, nec ne? *ut priori* caſu ſuperſedendum ſit; *poſteriori* verò non. Hippolit. de Marſil. *in rubr. D. de fals. num. 20.* cum declaratione Cæſar Urſill. *in annotat. ad* Matth. de Afflictis *deciſ. 229.* Anton. Faber. *in Codic. lib. 9. tit. 18. defin. 1.* ſemper enim cauſa præjudicialis, ſive ſit criminalis, ſive civilis, retardat proceſſum alterius cauſæ. Natta *conſil. 138. num. 6.* Quod per exempla illuſtrat *dict.* Joan. Anton. ab Eccleſia *obſerv. forenſ. 14. num. 17. & 18.* Brunneman. *in Codic. ad dict. tit. quand. civil. act.*

6. Accidere tamen poteſt caſus, *in quo non poteſt agi de termino moto, niſi civiliter:* Veluti ſi de eo termino moto agatur, qui lite pendente ſuppoſitus ſit ab adverſario, vel inſcia parte, vel ut id pateretur, per vim aut dolum coacta & in continente reclamante; non criminaliter ex ea cauſa agendum erit, ſed civiliter, ut ſciatur, an à priori finium conſtitutione recedi debuerit, utiliterque receſſum fuerit, nec ne; quaſi reus, juris ſui tuendi

tuendi potius, quam alieni intervertendi animo, poſteriores lapides finales moverit, qui ex ea cauſa convenitur *per l. fin. in pr. & §. 1. D. de termin. mot. l. meritò 51. D. pro ſocio.* Ita deciſum fuiſſe in ſupremo Sabaudiæ Senatu tradit Anton. Fab. *in Codic. lib. 9. tit. 18. definit. 2. fol. m. 1181.*

§. XX.

1. *Sit Decima Quarta Concluſio*: cum diverſæ ſint pœnæ conſtitutæ his, qui terminos effodiunt vel turbant; dum illi extra ordinem & quidem corporaliter puniri poſſunt *per l. 1. D. de termin. mot.* inſuper pœna quinquaginta ſolidorum mulctari queant, ut fiſco inferantur. *l. lege 2. D. eod. tit.* igitur dubitari poteſt; *an unâ pœnâ indicta alteram tollat? V. G. Pamphilius ob violationē terminorum condemnatus eſt in exilium, quæ eſt una pœna, an teneatur quoque ſolvere fiſco, quinquaginta aureos?*

2. Aſſerit hoc Cynus *in l. 1. C. fin. regund.* Et hoc authoritate *l. ſi ſervus 2. C. de ſepulch. violat.* Ubi multæ pœnæ violatori ſepulchrorum conſtitutæ ſunt, ac ſolvendo unam reus non liberatur. Nam ob violatum ſepulchrum ſervus exilio mulctatur, & domus in quam illata fuerunt ſepulchraria, confiſcatur. Farinac. *quæſt. crim. 20. num. 120.* Decian. *tr. crimin. lib. 6. cap. 42. num. 10.* Proinde ſi uno delicto à lege, diverſæ pœnæ indicuntur, delinquens ad omnes tenetur. *arg. l. ſanctio ibi: quibus ipſa lege ſpecialiter addita eſt. 41. D. de pœnis.* Decianus *de criminib. lib. 7. cap. 18. num. 1. & ſeqq. ubi hoc declarat.* Nævius *ad l. ſenatus 14. D. de accuſat. qui hoc ſimiliter declarat.* Et hanc affirmativam aſſertionem defendit Joan. Sichard. *in rubr. C. fin. regund. num. 20.*

3. Contrariam tamen ſententiam ſuſtinet Gloſs. Accurſii *in l. fin. D. de termin. mot.* adeò ut violator terminorum una tantum, non verò duplici pœna afficiendus

ſit,

ſit. Nam Papinianus reſpondit: non eſt veriſimile delictũ unum, eadem lege variis æſtimationibus coerceri. *l. ſanctio 41. D. de pœnis.* Eodem ratione cenſuit Senatus Romanus: ne quiſpiam ob idem crimen, pluribus legibus reus fieret, teſte Paulo *in l. Senatus 14. D. de accuſat.* Treutler. *vol. 1. diſput. 19. theſ. 7. lit. e. in fin.* Joan. Oettinger. *de finib. regund. lib. 2. cap. 9. lit. M.* Weſenbec. *in paratitl. D. de injurÿs num. 18.*

4. *Verum enim verò*, in extra ordinariis criminibus, pœnæ extra ordinem arbitrio judicis irrogantur; nam in conſtitutionibus imperialibus & prudentum reſponſis, variæ pœnarum ſpecies in terminorum motores commemorantur, quæ delinquentibus infliguntur, ut judici inſtar ſpeculi quod intueri licet, inſerviat: unde provenit, ut pœna hæc arbitraria ſit effecta Bertr. Argentræ *ad conſuet. Duc. Britan. art. 590. num. 4.* Wiſenbach. *in digeſt. tit. de extraordin. crim. diſput. 31. num. 2.* Hinc evulſor terminorum finalium, licet pœna pecuniaria puniatur. *per l. fin. in pr. D. de termin. mot.* Extra ordinem tamen, inſuper criminaliter puniri poteſt, vel verberibus vel exilio, vel alia pœna corporis afflictiva ratione habita perſonæ & rei. *d. l. fin. §. fin. D. dict. tit.* Farinac. *dict. Q. 168. num. 91.* Coler. *deciſ. 145.* Carpzov. *in criminal. quæſt. 83. num. 67.* Brunnemann. *ad l. eos 1. C. de accuſat.*

5. Ex quibus jam deductis, lucem capeſſere poteſt hæc quæſtio, *an pecuniaria ex lege Agraria, quinquagenta ſolidorum intentata & impoſita, concurrere poſſit cum accuſatione adverſus motorem doloſum, an verò per l. final. D. de termino mot. abrogata & antiquata ſit?* Accurſius quidem *in d. l. 3. D. eod. tit.* quæſitum hoc cum variis ſuis diſtinctionibus magis involvit quam dilucidat; ſicuti cenſuit Bertrand. Argentræ *ad conſuet. Britann. art. 580. num. 4.*

6. Ve-

6. Verum Negativa ſententia communitor placuit; adeò ut cum extraordinaria accuſatione, actio ex lege agraria ad pœnam pecuniariam fiſco inferendam merito concurrere poſſit; ſicuti pateſcit ex Reſcripto Divi Adriani & Nervæ *in l. 2. & 3. D. de termin. mot. l. 1. C. de accuſat.* Cujac. *lib. 5. ſentent. Paul. tit. 22.* Anton. Matthæ. *de Crimin. tit. de term. mot. cap. 2. n. 2.* Wiſſenbach. *eod. tit. diſput. 32. num. 10.*

7. Nec Contradicit hiſce Reſcriptis Modeſtinus *in l. 1. D. eod. tit.* Ubi reſpondit: *Terminorum avulſorum non mulctam pecuniariam eſſe, ſed pro conditione admittentium coercitione tranſigendum eſſe.* Particulæ enim iſtæ, Non: ſed: uſurpatæ & poſitæ pro iſtis: *Non tantum, ſed etiam*; ſumendæ & intelligendæ ſunt, ſicuti paſſim alibi hæc locutio non inconſueta fuit Romanis tam Hiſtoricis quam Jureconſultis. Uſus eſt hac loquendi formula Titus Livius: *Non enim receperunt Averni, eum deincepsque aliæ Galliæ & Alpinæ gentes, ſed etiam ſecutæ ſunt ad bellum.* Livius *Hiſtor. lib. XXVII.* Uſi ſunt hac formula Jureconſulti *in l. ſed etſi. 25. §. ſed & fructus. D. de petit.* hæred. *l. ergò ſecundum 5. D. de ſervit. P. V. l. 1. §. Cotidiana D. de aqua Cotid. & æſtiv. l. 5. §. domum. D. de injur.* Quod clarius apparet ex ſcriptoribus & Reſcriptis Græcorum, Veluti Baſil. *lib. 58. tit. de termin. mot.* Harmenop. *lib. 6. tit. 9.* Ita Anton. Matthæ. *dict tit. 14. de termin. mot. cap. 2. n. 2.*

8. Cum extraordinaria accuſatione in Crimine termini moti concurrit quoque ex lege agraria Cai Cæſaris, Popularis actio. *d. l. 3. §. 1. D. de termin. mot.* Populares autem actiones publici juris tuendi gratia, cuivis è populo dantur, ac omnibus patent. *per l. 1. D. de popul. action. l. mutus. 43. §. 2. D. de procur.* Wiſenbach. *in Digeſt. tit. de popul. action. diſput. 32. n. 14.*

9. Veruntamen moribus hodiernis, actiones populares exoleverunt. Siquidem nullo privato licitum eſt hodie, præſertim in Regno Galliæ, proſequi propria authoritate delicta, ſive publica ſive privata, quoad publicum intereſſe & pœnam fiſco applicandam, ſed hoc officium Fiſcali aut Procuratori Regio incumbit, ut crimina publica ſua accuſatione vindicet. Veruntamen intereſſe privatum pars læſa perſequi poteſt *per l. un. C. de Sentent. quæ pro eo* Ubi Petrus Rebuff. *in proœm. Conſtit. Reg. Gloſſ. 5. num. 92.* Bugnon. *de leg. in Gall. abrogat. l. 1. ſat. 13.* Græneuvegen *de legib. abrogat. in D. tit. d. popul. act.*

§. XXI.

1. *Sit decima Quinta Concluſio. Contra Motores terminorum datur Iuramentum in Litem.* Non ſolum pro damnis & intereſſe, ſed etiam ad probationem loci, in quo ante amotionem termini extabant. Et hoc per Reſponſum Iavoleni in *l. cum furti 9. ibi:* jurare ita oportet, tanti rem fuiſſe, cum furtum factum eſt *D. de in litem jurand. arg. l. ſi quando. 9. ibi:* pro negotii qualitate, Sacramento æſtimationem rerum quas perdidit. *C. unde vi.* Decius *in l. in actionibus 5. num. 13. Iaſon ibidem num. 3. D. eod. tit.* Quoniam ipſa Terminorum amotio non abſone cum Crimine furti comparari poteſt. Dum termini motor, quantum in ſe eſt, etiam fundi vicini furtum committere, & tantum ſpatii ex prædio vicini ad ſe rapere tentat. *Vel ex alia* Ratione *à Bartolo* adducta: Quod ubicunque Quiſpiam Judici non paret, ejusque authoritatem contemnit, toties contra eum juratur in litem, *per l. ſed & loci. 4. § ſed & ſi 3. ibi:* non pareat. *Vbi Bartolus D. finium Regund.* Hieron. de Monte. *de finibus Regund. cap. 69. num. 3.* Quod adeò verum eſt, etiamſi teſtes neſciant

ciant locum termini plantati, in quo prius fuiſſet poſitus. Nam in quonam loco loci eſſent, ſtandum eſt juramento in litem præſtando per illum in cujus præjudicium moti dicuntur termini, Contra illum, qui ipſos terminos ſcienter & doloſe movit, & turbavit, vel movere & turbare curavit vel præcepit. *per dict. l. in actionibus. 5. §. ſed in his 3. ibi*: ob ſolum dolum. *D. dict. tit.* Joan. Bapt. Plotus *de in litem jurand. §. 44. num. 2.* Farinac. *dict. Quæſt. 168. n. 114.* Seraph. de Seraphin. *de privileg. juram. privil. 31. num. 106.*

2. Quo loco inſuper etiam illud obſervandum eſt, ut Pars adverſa læſa, damnum à Doloſo Motore illatum, per juramentum in litem in infinitum æſtimare & taxare poſſit. Lex enim certam quantitatem non expreſſit, ſed propter contumaciam Rei doloſi, affectioni jurantis tale privilegium indulſit, licet modum juſtæ æſtimationis ſupergrediatur. *per dict. l. ſed. ſi 4. §. jurare 2. ibi*: jurare in infinitum licet. *D. de in litem jurand.* vid. Hieron. de Monte. *dict. cap. 69. per tot.* Franzk. *in Digeſt. tit. de in lit. jurand. num. 18.* Cum Declaratione Gothofred. *ad dict. l. ſed & 4. §. jurare 2. num. 23.*

## CAPUT XVI.

### *De jure & poteſtate ſtatuendi circa Molas, easque Viſitandi.*

SUMMARIA.

§. 1.

1. *Molendinarum inſpectio, delictorum moletrinorum coercitio, reliquaque de molis ſtatuendi poteſtas, accenſetur Iuri Superioritatis territorialis.*

§. 2.

1. *Ratio prima hujus aſſerti eſt, quod molarum inſpectio, cum cura menſurarum & ponderum, propter frequentiam fraudis & deceptionis pari Iure cenſeatur.*
2. *Molitorum improbitas & fraudes.*

§. 3.

1. *Molitores præſumuntur eſſe fures.*

§. 4.

1. *Deinde, quod ſolus princeps territorii Iure Superioritatis, de iis quæ publicè utilia ſunt, aliquid Lege cavere poſſit.*
2. *Maxima neceſſitas boni publici ergo efflagitat, ut circa cauſas molendinarias optimè proſpiciatur.*

§. 5.

1. *Agitur inibi de annona, & Victu quotidiano, ubi Reipublicæ intereſſe Vertitur.*
2. *Furtis & deceptionibus molitorum, acri remedio obviandum eſt.*

§. 6.

1. *Tertia ratio eſt priſca comparatio Iuris monetæ, cum Iure molendinarum.*
2. *Zygoſtatas nemo ordinat, niſi princeps, quò Iure territorialis Superioritatis cluit.*

§. 7.

1. *In Monarchia* Romana *Soli Imperatores Romani, de piſtoribus, de frumento, de pane, de molendinis &c. conſtitutiones promulgabant.*
2. *Moletrinarum curam, Imperatores, ſubſecutis temporibus, commiſerũt præfecto annonæ.*
3. *Molitores noſtri, ſunt veterum piſtorum ſucceſſores.*

§. 8.

1. *Status Imperii moderni, cum iis competant Iura territorialia, non minus ordinant de molendinarum Viſitatione & inſpectione, quam olim Imperatores.*

§. 9.

1. *In Ducatu Wirtembergico, ſoli principi competit inſpectio molendinarum.*
2. *Idem habetur in Statutis Miſniæ, Saxoniæ, Ducatus Iuliacenſis &c. Electoratus Brandeburgici, & Ducatus Brunſuicenſis.*

§. 10.

1. *Exterorum Leges & conſuetudines circa hanc rem.*
2. *Apud Romanos, piſtores ſive molitores, propria habuerunt collegia, jura & privilegia.*

§. 11.

1. *Theodoricus Gothorum Rex Romanus*

*manus*

*manus piſtorum & molitorum cauſa, conſtituit præfectum annonæ.*

2. *In Gallia olim ignominiæ datum fuit, Inſpectores molendinorum à Rege nominatos fuiſſe.*

§. 12.

1. *Ubi ſpecies Iurisdictionis in caſtro vel pago, ſunt penes duos, cuinam Competat inſpectio molendinarum?*

2. *Ea regulariter ſpectat ad Dominum territorij.*

3. *Quoniam ſtatuta condere ejus proprium eſt.*

§. 13.

1. *Deinde, quia ad territorij Iurisdictionem territorialem pertinent ea, quæ totius provinciæ utilitatem reſpiciunt.*

§. 14.

1. *Tertiò quia, qui ſuprema Iurisdictione pollet, omnes alias Iurisdictionis ſpecies ſimul exercere poteſt.*

2. *Referuntur ij, qui diſſentiunt.*

§. 15.

1. *Ampliatur hæc ſententia, ut nihil interſit, ſive ſuperior ſolam poſſideat Iurisdictionem territorialem, ſive cum illa altam habeat ſeu Criminalem.*

2. *Declaratur, quod Dominus inferior delicta in molis commiſſa pecuniariè poſſit punire; graviora verò facinora Superiori punienda relinquuntur.*

§. 16.

2. *Deinde declaratur, quod ei quoque competat Viſitatio molendinorum, cui competit Ius conſtituendi menſuras & pondera.*

2. *Limitatur non procedere, ſi Nobilis in pago aliquo baſſam Iurisdictionem habens, immediatè Imperio ſit ſubjectus, cui inſpectio molendini non competit, niſi ratione delicti commiſſi.*

§. I.

1. SIcuti in re monetaria & nummis probandis miſcendisque publica lege ordinatos videmus *Wardinos* ſeu *Zygoſtates*; vel *Libripendes* per *l. 2. C. d. Ponderat. lib. 10.* Ac in menſuris & ponderibus juſtè obſervandis viſitatores jurati eliguntur, Beſtellte Gewicht und Maaß-Beſchauer und Wagmeiſter. h. e. *juratò conſtituti inſpectores,*

*res, ponderum, menſurarum, & Libripendes.* Simili ratione Territorii dominus vigore der Landsfürſtl. Obrigkeit. *ſive Superioritatis territorialis. Ius viſitandi Molendinas* ſibi ſoli ſumit, ac in hunc finem Magiſtros Molarum Waſſer- und Mühlmeiſter conſtituit, Quorum fidei & peritiæ incidens aliquod negotium committitur definiendum, qui inſuper Molitorum fraudes detegere tenentur. Ideo hanc Molendinarum inſpectionem die Mühlbeſichtigung / delictorum moletrinorum coercitionem, aliave de Molis ſtatuendi poteſtatem, meritò *Iuri ſuperioritatis ſeu centenariæ Iurisdictioni* (ut quidam loquuntur) accenſeo, cum Andr. Knichen. *d. Iur. territor. cap. 4. num. 306. & ſeqq.* eumve ſequitur Joachim Scheplız. *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 23. §. 1. num. 6. in fin.* Wehner. *in obſervat. verb.* Zent *fol 704. 706. & 715.* Joan. Hering. *intr. de Molend. Quæſt. 37. num. 3. & ſeqq.* Ac *Quæſt. 45. num. 36. & ſeqq.* Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. M. verb.* Mühl. *num. 76.*

§. II.

1. Ratio autem cur molendinarum inſpectio & viſitatio Juri Superioritatis ceu proprium attributum accenſeatur, multiplex exiſtit. Et quidem *Primo* molarum inſpectio cum cura menſurarum & ponderum propter frequentiam fraudis & deceptionis pari Jure cenſetur & æquiparatur; Prout enim emere vendere ita quoque molere à natura liberum eſt ac meræ facultatis. Conſult. Saxon. *part. 5. cap. 6. num. 1. vol. 1.* Imprimis autem Frumenti modius variis fraudibus præ ceteris contractibus obnoxius eſt, propter frequentiam menſurandi farinam & frumentum, dann falſche Gewichte / Maaß und Metzen inſonderheit bey den Wirthen / Becken und Müllern zuſuchen und zufinden ſeynd. h. e. *quoniam pondera, menſuræ & modij faſificati, inprimis quærendi & inveniuntur*

*tur in hoſpitiis publicis, item penes piſtores & molitores.* Nulli enim in re concredita aut negligentius aut malitioſius verſantur quam molitores. Andr. Knichen. *de jur. territ. cap. 4. num. 313.* Qui non tantum victum votumque eorum qui molas adeunt, falſis ſponſionibus ſuſpendunt; ſed etiam plerumque per fraudem ſortem ordinariam in mercede egrediuntur, Indem ſie zu weit zugreiffen Gelegenheit genug haben. h. e. *cum occaſionem furandi ſufficientem habeant.* Joan. Hering. *d. Molendin. Quæſt. 44. num. 13. & 14.*

§. III.

1. Unde Molitores quoque fures eſſe præſumuntur, ſi credimus. Fulgos *in l. Iulianus. col. 2. D. d. act. empt.* Frider. Scot. *reſponſ. 6. in fin. lib. 4. tom. 1.* Pauci enim molitores contenti ſunt *ut alant furfure ſues*, ſicut *de piſtoribus* loquitur Plautus; de quo latè & eleganter Joan. Hering. *dict. tract. Quæſt. 1. num. 66. & ſeqq.* Unde bonum argumentum vulgus format in molitore: *Eſt molitor, Ergo eſt Fur.* Hi enim ſervant. Gloſſ. *in §. ſi. treſ. 2. de pac. tenend. & ejus violat.* dicentem: Beatus qui tenebit: ideò ipſi accipiunt & tenent vehementer. Ordin. ſeu Conſuet. Pariſ. *Rubr. des meuſniers & Chartiers.* Petr. Rebuff. *tr. de mercat. minut. vendent. art. 1. Gloſſ. 10. oper. tom. 2.* Ideò ad exemplum ponderum & menſurarum, *cura quoque molarum ratione* inſpectionis ad occurrendas fraudes & furta, ad Principem territorii pertinere debet, per regulam quod æquiparatorum par ſit ratio ac eadem Juris diſpoſitio. *per l. 1. ubi Dd. ff. d. Legat. 1. Iaſon in §. ex maleficiis. num. 39. Inſt. d. action.* Surd. *conſil. 384. num. 22. & ſeqq. lib. 3.* Borgnin. Cavalc. *tr. d. tut. & Curat. ſect. 4. ſub. num. 1.* Carpzov. *in Iurisprud. forenſ. part. 2. Conſtit. 14. defin. 14. num. 5.*

§. IV.

§. IV.

1. *Tum Secundo,* quod ſolus Princeps territorii, Jure ſuperioritatis de iis quæ publicè omnibus & ſingulis abſque diſcrimine utilia ſunt, diſponere aut certa lege aliquid ſtatuere poſſit. Cephal. *conſil. 38. num. 18. & 19.* eumque referens Coppen. *deciſ. 20. num. 16.* faciunt quæ tradit Joan. Hering. *de Molendin. Quæſt. 10. num. 5.*

2. Attamen ſi ulla in re, maximè in cauſis molendinariis publica utilitas efflagitat, ut in cauſis molendinariis ſedulò invigiletur; Cùm enim molitoria ſit ars & quidem neceſſaria, utilis & frequentiſſima, conſequens eſt, certos viros conſtituere, qui jurgia & lites circa aquæ fluxum aliasve cauſas moletrinas obortas tanquam periti in arte dijudicent & finiant: legitimi mercedis macinæ fructuumque taxatores exiſtant; molitorum adminiſtrationem veluti rigoroſi Cenſores examinent, ac inſuper procurent quo in molendis frumentis cuique ſatisfiat, ſimulvè farina juſto modio & tempore reddatur, ac crebra inſpectione & viſitatione fraudibus quibuscunque obvietur: Inſuper in transgreſſores & delinquentes mulcta nummaria, quandoque etiam pœna capitalis conſtituatur Renat Choppin. *ad leg. Andeg. lib. 1. cap. 24.* Ex eo Andr. Knichen. *d. cap. 4. num. 313.* Quos refert Schepliz. *ad Conſuet. Brand. part. 4. tit. 23. §. 1. num. 6.* Eosve ſequitur Joan. Hering. *d. tr. Quæſt. 45. num. 36. & ſeqq.*

§. V.

1. Agitur enim de alimentis, de pane pauperum ac de frumento, quod rerum omnium eſt pretioſiſſimum & ad victum humanum perneceſſarium. *arg. l. 3. §. effracturæ. 2. ibi:* pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum *D. d. Offic. Præfect. vigil.* Langlæ. *in Semeſtr. lib. 8. cap. 3.*

Carpzov.

Carpzov. *in Prax. crim. Quæſt. 81.* ubi de pœna furti frumentarij. *num 37. & ſeqq.* Cui bono, Reipublico adjuvandæ cauſa circa annonam variæ leges à Reipublicæ moderatoribus conſtitutæ fuerunt; De quib. vide *t. t. D. ad L. Jul. d. annon. t. t. C. Quas res export.* Conſtitut. Theodorici Regis Romani apud Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Imp. fol. m. 78.* latè & diſtinctè Martin. Coler. *de aliment. lib. 1. cap. 17. per tot.* bene Renat. Choppin. *tr. d. Privileg. Ruſtic. lib. 2. cap. 9.* Franciſc. Marc. *deciſ. 155. & 236.* Petr. Gregor. Tholoſan. *Syntagm. lib. 36. cap. 30. per tot.* Doctor Marta *in Digeſt. noviſſ. tom. 5. verb. Annona.*

2. Furtum autem molendinarium maximè molitorum calliditate adumbratur, qua ceu periti in arte vario modio ſimplices egregiè decipere norunt, præſertim cum hoc delictum plerumque noctu & in tenebris perpetrent; *arg. l. 1. in pr. D. d. Furt.* Joan. Hering. *dict. tr. d. molend. Quæſt. 37. num. 6. & ſeqq.* Quod aliàs pænam aggravare ſolet. *l. 2. D. d. Effractor. l. aut facta. 16. §. tempus. 5. ibi:* nocturno. *D. d. pæn.* Ripa. *d. nocturn. tempor. cap. 24.* Remus *ad Nemeſin Caroli. V. art. 150. lit. F.* Jul. Ferret. *d. re milit. tit. d. milit. inſtit. & pæn. num. 224* Petr. Caball. *in Reſol. crim. caſ. 21. num. 3. & 4.* Quibus ut obvietur, acriori remedio opus eſt, quod nemo melius quam Princeps territorii prudenti & circumſpecto ſtatuto providere poteſt, cum ille ſolus in ſuo territorio ſtatuendi ac leges locales condendi poteſtate præfulgeat; per Jura vulgata.

§. VI.

1. Facit quoque *Tertio*; priſca comparatio Juris monetæ cum Jure Molendinarum, Gerechte Müntze/Gewicht Maß und Ehle/ h. e. *juſta moneta, pondus menſura & ulna.* quæ à Politicis & JureConſultis traditur. V. Theo-

dor. Reinkink. *d. jur. retract. Quæſt. 6. num. 215. & ſeqq. & 256.* De qua Gloſſa Juris Saxonico-feudalis iſta: Dieſes iſt geſetzt zu dem gemeinen nutzen und frommen: Das ſolt ihr wiſſen/ Mühlrecht iſt gleich zuvernemmen als das Müntzen; dann der Mühlmeiſter ſoll halten ſeine Metzen gleiche/ das iſt/ ſein Metzen ſoll ſein unterm halben Viertheile. h. e. *hoc poſitum eſt ad commodum & utilitatem publicam; ſcire enim debetis Ius molendinarum æquiparari Iuri monetarum; Molitorem namque æquabiles oportet habere modios; hoc eſt, ut modius ejus ſit infra dimidium quadrantis.* Gloſſa Lehen-Recht. *cap. 11. num. 9. in princ.* Joan. Hering. *d. tr. Quæſt. 45. num. 40.* In moneta & nummis publicè probandis & miſcendis, nemo Zygoſtatas ſeu Wardinos, quam Princeps territorii, ſuperioritatis Jure ordinat.

§. VII.

1. In quorum confirmationem, *Quarto* conſiderandum eſt, quod olim in Monarchia Romana Imperatores ſoli *de piſtoribus*, *de frumento*, *de pane*, *de molendinis*, *molitoribus* eorumve cura & diligentia conſtitutiones promulgabant; *prout patet ex* tot. tit. *ubi* Joan de Platea & Arena. *C. d. Piſtor. lib. 11. l. in excoctione. 2. C. de Excoct. & translat. milit. lib. 12. l. Iubemus. 16. C. d. Erogat. milit. ann. lib. 12. text. in l. 1. ibi* · frumentum de horreis. *l. 2. C. d. frument. Vrbis Conſtant. lib. 11. tit. 23.* ubi Gothofr. tot. tit. *Cod. ut nemini liceat in empt. ſpec. 27. lib. 10.* Hinc Piſtrinorum Curatores conſtituti quorum munus perſonale erat, eave de cauſa immunitate gaudebant. *text. in l. munerum. 18. §. legati, 12. ibi:* Piſtrinorum Curatores: *D. d. muner. & honor.* Noluerunt item Impp. Valentinianus & Valens, ut facionoroſus quiſpiam pro coercitione delicti piſtoribus addicatur. *text. in l. ne quis. 19. ibi:* Piſtoribus *C. d. pœn.* vide *l. 3. 5. & 6. C. Theod. d. Piſtor.*

2. Hanc

2. Hanc moletrinarum curam Imperatores ſubſecutis temporibus præfecto annonæ (quem Proviantmeiſter vocare ſolemus) commiſerunt. Prout *Rex Romanorum & Gothorum Theodoricus* conſtitutionem edidit ad Maximum Præſidem, ejusve officium deſcripſit; Quam vide ex Caſſiodoro deſumptam apud Goldaſt. *in Conſtit. Imp. tom. 3. in Conſtitutionib. Theodorici, cap. 154. fol. 78.*

3. Ac quamvis in quibusdam textibus Juris ſermonem faciant de piſtoribus, optimo tamen Jure ad Molitores noſtrates extendi poſſunt; utpote qui veterum piſtorum ſunt ſucceſſores; ſiquidem (autore Attejo Capitone) apud Romanos ii tantum piſtores nominabantur, qui ante inventas molas far pinſabant, & panem toſtum lautioribus coquebant; adeò ut non tantum panem fecerant ſed etiam farinas moluerant; Hinc in piſtrinum damnare. Senec. *Epiſt. lib. 14. cap. 91.* Cujac. *lib. 16. Obſervat. 5. in pr.* eleganter Gothofred. *ad d. l. munerum 18. §. 12. verbo. piſtorum. D. d. muner.* Joan Hering *dict. tr. quæſt. 1. num. 30. & 34. ac Quæſt. 4. n. 25.*

§. VIII.

1. Ideo cum hodie Status Imperii quoad territorium ſuum, ſummi Juris participes facti ſint, quid obſtat, quod pari modo & ratione de molendinis, eorum inſpectione & viſitatione ſicut olim Imperatores, Leges & ſtatuta condant, & hanc curam ſibi ſumant. Quoniam Status Imperii Imperatorem in ſuis territoriis repreſentant, ſiquidem per inveſtituram omnia ea Jura, quæ Imperator, in territorio poſſedit, Jure hereditario acquiſierint. Unde *Regula* vulgata emanavit, *Quod Status Imperii omnia ea poſſint in ſuo territorio, quæ Imperator in Imperio poteſt.* Andr. Gail. *lib. 1. d. Pac. publ. cap. 6. num. 10.* Ludolph. Schrad. *d. Feud. part. 2. princip. Sect. 10. num. 36. &*

 *ſeqq.*

*ſeqq.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 24. num. 1. vol. 1.* Matth. Weſenbec. *conſil. 27. num. 29.* Caſpar. Klock. *de Contribut. cap. 4. num. 126. 136. & ſeqq.* Carpzov. *in Iurispr. forens. part. 2. Conſtit. 2. defin. 2. num. 3.* Et quidem hodie ubique cernimus ac in evidentia facti conſiſtit, quod Principes & ſtatus Imperii ſoli in ſuo territorio Jus molendinas viſitandi & ſtatüta moletrina condendi habeant & uſurpent, ac Civitates municipales vel Nobiles mediatos ab hoc Jure penitus excludant;

§. IX.

1. Ideo in *Ducatu VVürtembergico* Princeps noſter inſpectionem molendinorum ſolus habet, ac in hunc finem Magiſtros molendinarios Mühlmeiſter ordinat, leges molinarias Mühl-Ordnungen ſancit, und es werden Jährlich alle ſowol Walck-als Maal-Mühlen deß gantzen Lands durch ſolche Mühl-Meiſter beſchawet/ ob ſie dem gemeinen Nutzen zu Nothdurfft in Tach und Fach und weſentlichen Gebäwen erhalten werden/ und mit redlichen Geſchirren verſehen ſeyen/ auch wa mangel vorhanden/ſollen ſie darinn Beſcheid und Maaß geben. h. e. *quotannis omnes tam fulloniæ quam moletrinæ Vniverſi Ducatus, per tales magiſtros molendinarios viſitantur, an ſcil. in commodum boni publici, ædificia moletrinarum ſub tectis ſine detrimento, & à ruina conſerventur; an item molitores inſtrumentis juſtis utantur; nam ubi harum rerum defectus aliquis apparet, hic ab illis emendari ſolet, & emendatio injungitur.* Videri poteſt Fürſtl. Würtemberg. Lands-Ordnung *fol. 180.* Dn. Lidenſpür. *in Ordinat. VVürtemb. fol. 277.*

2. Pari ratione ſingulare ſtatutum *in Miſnia & Saxonia* extat, quod non tantum modum viſitandi molendina ſed etiam de mercede molitoris, aliave ad cauſas molendinarias pertinentia definit ac præcipit; Quod

videſis

videſis. Apud Joan. Coler. *in Oeconom*; *part. 1. lib. 2. cap. 3. in pr.* ac Joan. Hering. *d. molendin. Quæſt. 45. ſub. n. 43. v.* Beſold. *conſil. 211.* Simili modo *Dux Iuliacenſis* ordinavit, wie und welcher geſtallt es in den Hertzogthumb Gülch/ Cleve und Berg mit denen Müllern/ jhren Knechten dem Mühlwagen ſolle gehalten werden; was ihr Eyd ſeye/ wie ſie jhre Becher und Maſſen halten/ die Eychen und Zanhnen/ alle viertel Jahr beſichtigen/ und was geſtalten die Gemahls-Leuten zubefürdern und zuthun befugt. h.e. *Quomodo in Ducatu Iuliacenſi, Cliviæ & Montium, Molitores cum famulis ſuis, & curru uſitato, ſint habendi, in quo conſiſtat eorum juramentum; an juſtè conſerventur eorum mody & menſuræ, prout ſunt probatæ & ſignatæ; per ſingulas angarias viſitentur; quomodo & quatenus, is qui prior apportavit annonam, ſit promovendus.* Policey-Ordnung deß Hertzogthumb Gülch. *fol. 25. & ſeqq.* In Electoratu *Brandenburgico* de molendinis extruendis ſolus Elector jus dicit Joachim. Schepliz. *ad Conſuet. Brandenb. part. 4. tit. 23. §. 1.* Ac Juramentum Molitoribus eorũq; famulis præſcribit, quod in omnibus articulis ordinationi Moletrinæ der Brau- und Zieſe-Ordnung conformes vivere velint. Vide Joan. Coler. *in Oeconom. part. 1. lib. 2. cap. 15.* Ac Joan. Hering. *d. tr. Quæſt. 45. ſub. num. 43.* In Ducatu *Brunſuicenſi* cum olim contentio oriebatur inter Ducem Ottonem & aliquos vicinos molitores de molendino noviter erecto, præfatus Dux litem hanc per certos deputatos, peritos aquarum & rei molendinariæ der Waſſer und Mühlverſtändigen præhabitâ oculari inſpectione determinari curavit. Acta Brunſuic. *part. 1. membr. 1. cap. 9. num. 80.* Quod refert quoque Joan. Hering. *d. Molendin. Quæſt. 40. ſub num. 6.*

 X. 1. Ex-

§. X.

1. Exterorum Leges & Conſuetudines quod attinet, in Italiæ *Ducatu Mediolanenſi*, peculiaris officiarius viæ publicæ (ſeu *ſtratarum* ut Itali loquuntur) conſtitutus eſt, qui ſimul Judex aquarum & Magiſter molendinorum exiſtit, cujus curæ incumbit ſedulo proſpicere, quo aquæ continuè fluant, nec alio deriventur, ac ut molendina à Molitoribus absque ullo damno tertii dirigentur ac frumenta bona fide moliantur. Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap. 140. vol. 2.* In ſingulis *Galliæ* Municipiis jam olim à Rege inſtitutus fuit Generalis Moletrinarum Inſpector, *Vn Sergent general, viſiteur des moulins.* Renat. Choppin. *d. doman. franc. lib. 3. tit. 24. ſub num. 2. in Margin.* Ac Jus dicere *in Gallia* de Molendinis ſuperioritati ſeu Juridicæ poteſtati attribuitur eive coheret; Proinde *Andegavenſium* lex conſtituit, ut Molitor & Furnarius à Domino Juridico damnetur ac cogatur indemnem præſtare eum qui frumenta molat, panesque coquat ad quinum usque aſſem vel quantum damni datum fuerit, quod ſi cunctetur Dominus Juridicus damnum ſarcire jubere, ſubditus denuo furnum adire aut molam dominicam frequentare non tenetur. Vide Latius prædictum Choppin. *ad leges Andiæ lib. 1. cap. 24. num. 1. & ſeqq.* quem refert quoque Joan. Hering. *d. tr. d. Molend. Quæſt. 45. n. 44. & 45.* Latiſſimè quoque de Molendinorum & Molitorum Judice & jure proviſum & diſpoſitum legimus in Conſtitutionibus *Ducatus Britanniæ, tit. 17. act. 348. & ſeqq.* Ubi Betrand. Argentræ. *ad Conſuet. Britan. in Comment.* De jure & tributis eorumque exemptione, reperitur Conſtitutio *Regni Vngariæ* Regis Maximiliani II. *de Anno M. D. LXVI. art. 12. & 13.* Ac ejusdem Conſtitutio *de Anno M. D. LXIX. In Regno Scotiæ*, Reges varios de Molen-

lendinis Leges tulerunt, & de hiſce controverſiis jus dixerunt. Ita namque *Rex Wilhelmus* ſtatuit apud Sconam: per commune Concilium Regni *M. CC. IX.* Quod omnes qui habent molendina in terris ſuis; habeant Magiſtrum & duos ſervientes, qui jurent fidelitatem Domino loci & hominibus ſuis. Et liber homo, dabit ad molturam molendini, decimum ſextum Vas, vel vigeſimum, vel trigeſimum ſecundum, quod feofatus & ſeqq. Statut. Reg. Wilhelm. *cap. 9. Statut. Reg. Robert. part. 2. cap. 35. & paſſim ap.* Sknæum. *Vidè* late Thom. Crag. *de jur. Scotico lib. 2. Diegeſ. 8. fol. m. 185. & ſeqq.* Parilis molendinorum ſollicitudo antiquitus quoque *ſummum Magiſtratum* exagitabat, prout cum ex legibus Romanis tum ex hiſtoriis Francicis liquet.

2. Apud Romanos, repertore & firmatore *Trajano*, Piſtores Molitores proprium habuerunt collegium, peculiaria Jura, eorumve Curatores à muneribus perſonalibus ſeſe excuſare potuerunt, quod patet ex *l. ult. D. d. excuſat. tutor. l. 1. ibi: Piſtorum. D. quod cuiusque Vniverſ. nom. text. in l. munerum. 18. §. 2. D. d. muner. & honor.* Tot. tit. *C. Theodos. & Iuſtinian. d. Piſtor. lib. 11. Cujac. lib. 26. Obſerv. cap. 17.* Joan. Gœddæ. *in l. Neratius. 85. num. 1. D. d. Verb. Signif.* Rittershuſ. *in Trajano. fol. 3.* Salmut. in Panzirol. *lib. 2. tit. 22. pag. m. 714.* Unde piſtorias quoque cauſas feriatis geminatisque menſibus audire & diſtinguere licuit. per text. *in l publicas. 4. §. 1. C. d. Feriis.* Joan. Hering. *d. tr. d. molend. Quæſt. 1. num. 30.* Piſtrini porro Principis Curator vocabatur Comes horreorum, qui certa mancipia purgandis horreis ac coquendo pani principis adſcripta habebat. *per l. un. C. d. Piſtor. lib. 11. Novell. 80.* Cujac. *d. præſcript. cap. 13.* Gothofred. *ad d. l. publicas. 4. §. 1. C. d. Feriis.* Hering. *d. tr. Quæſt. 4. n. 8.*

§. XI.

1. *Theodoricus Gothorum Rex Romanus* haud minorem curam piſtorum & molitorum habuit, dum eorum cauſa annonæ Præfectum conſtituebat, ejusve officium in ſingulari conſtitutione hiſce verbis deſcripſit: *Tui ſiquidem ſtudii eſt, ut Sacratiſſimæ Vrbi præparetur annona, ubique redundet panis copia, & tam magnus populus tanquam una menſa ſatietur, per officinas piſtorum cibosque diſcurris, penſum & munditiem panis exigis, nec vile judicas eſſe, unde te poſſit Roma laudare: merito quando gloria ſingularis eſt illius Civitatis affectus.* Aurel. Caſſiodor. *lib. 6. Reſcript. Et ex eo* Goldaſt. *tom. 3. Conſtit. Imperial. cap. 154. Conſtit. Theodor. fol. m. 78.*

2. Minori cum laude ſed majori ignominia in Gallia olim objectum fuit illis, qui Molendinorum Inſpectores à Rege nominati fuerant; Ita enim *Aymonius Monachus* de quodam ſcribit: E medio aufferatur hominum Tyrannus hic, cujus, Pater Procurator fuit Regalium Molendinorum. Aimon. *lib. 3. Hiſtor. Francic. cap. 63. fol. 124.* Pari modo antiquitus primario Medico Regis Chliperici Marileifo in ignominiam vertebatur, quod parens ejus Molendina Eccleſiaſtica adminiſtraverit, fratresque ejus culinis dominicis & piſtrinis ſubjecti fuerint. Gregor. Turonens. *Hiſtor. Francor. lib. 7. cap. 14.* Quod refert Joan Hering. *d. tr. Quæſt. 1. ſub. num. 11.*

§ XII.

1. Ex quibus jam adductis exemplis & legibus palam fit, *quod & olim & hodie Inſpectio & Cura Molendinorum ad ſuperiorem territorii pertinuerit ac ſuperioritatis Iuri meritò addicatur.* Et hoc minus dubium habet in caſu quo ſpecies Jurisdictionis penes unum reſident; Ubi autem Jurisdictionis ſpecies in Caſtro vel pago aut Civitate ſunt penes duos, veluti ſi Nobilis in Pago Jurisdictionem

baſſam

baſſam die nidergerichtliche Obrigkeit poſſideat; Princeps autem ibidem Jurisdictionem altam die hohe Obrigkeit aut Jurisdictionem territorialem die Landsfürſtliche Obrigkeit habeat; Acriter controvertitur, *Cuinam competat Inſpectio & viſitatio molendinarum* und wer die Mühl-Beſchawung fürzunemmen berechtigt ſeye?

2. In qua quæſtione *diſtinctè* procedendum eſſe cenſeo. Et quidem regulariter Inſpectio & Viſitatio molendinorum ad dominū territorii vigore der Lands-fürſtlichen Obrigkeit *ſive ſuperioritatis territorialis.* pertinere cenſeo.

3. *Primo* Quoniam viſitatio hæc ſecundum certa ſtatuta & ordinationes Provinciæ vel loci fieri debet, und die Mühlbeſchawung wird nach der Mühl-Ordnung fürgenommen; atqui dum ſtatuta condere ſit proprium domini territorialis ac ſuperioritatis Juri accenſeatur, Haud dubium eſt, quin etiam is, qui eodem loca ſtatuta molendinaria condidit, ibidem quoque Jus viſitandi molendina habeat; Sicuti enim Princeps legem facit, ita eam quoque exequitur, nec alius de ea cognoſcere poteſt; Ne unus ſeminet & alter metiat. *arg. l. cum quædam puella. 19. in pr. D. d. Iurisdict. ubi* Alex. Jaſon. & latè Joan. Petr. Surd. *conſil. 152. num. 21. & ſeqq.* Menoch. *conſil. 604. num. 24.*

§. XIII.

1. *Et hoc Secundo* ex eo confirmatur, quod viſitatio hæc utilitatem publicam totius diſtrictus tam univerſorum quam ſingulorum reſpicit per ea quæ ſupra *cap. 13. num. 4.* dicta ſunt. Ea autem quæ totius Provinciæ utilitatem reſpiciunt, non ad Jurisdictionem baſſam ſed propriè ad territorii Jurisdictionem univerſalem ejusve Principem ac Dominum pertinent. *per text. in l. littora. 3.*

*§. 5. ibi: concedendum non eſſe, ut deterior littoris uſus. D. Ne quid in loco publ.* Communis enim omnium utilitas à Principibus procuranda eſt, ut teſtatur ipſe Imperator Juſtinianus *in l. Communium. 9. in pr. ibi: rerum omnium utilitatem. C. d. Natural. liber.* Ac quibusvis commoditatibus privatis etiam Iure admiſſis præferenda eſt. *l. unic. §. penult. ubi* Br. & Dd. *D. d. Caduc. tollend. can. ſciaſ. ibi:* nam plurimorum. *Quæſt. 1.* text. *in l. ita vulneratus. 51. §. 2. ibi:* pro utilitate communi. *D. ad L. Aquil.* Schurff. *conſil. 9. num. 9. cent. 2.* Ac *Conſil. 60. num. 8. & 9. ead. cent. 2.* Alexand. *conſil. 190. num. 13.* Covarr. *lib. 2. Var. Reſol. cap. 3. num. 5. & lib. 3. cap. 14.* Joan. Hering. *d. Iur. molend. Quæſt. 10. num. 18.* Baro Enenckel. *tr. de privileg. lib. 3. cap. 6. num. 33.* Franciſc. de Amaya. *Obſervat. lib. 1. cap. 1. num. 1.* Joan. Mar. Novar. *Deciſ. 60. num. 11. & per tot.* Eſt enim Magiſtratus officium omnia ad Subditorum utilitatem dirigere. *per l. ſi quis filium. 34. C. d. Inoff. teſtam.* text. bonus *in pr. Novell. 8.* Hinc Princeps dicitur communis omnium pater. *per Novell. 98. cap. 2. in fin.* Seneca *lib. 1. d. Clement. cap. 14.* Roland à Valle *conſil. 18. num. 18. lib. 2.* Cravet. *conſil. 9. num. 37.* Baro Enenckel *tr. d. Privileg. lib. 3. cap. 6. num. 30.* Franciſc de Amaya. *dict. c. 1. num. 5. & ſeqq.* Paſtor populi & Miniſter Dei in terris. *Can. ne 13. can. qui. 13. quæſt. 1. Et can. non ſolum. 23. quæſt. 5.* Philipp. Cornæ. *conſil. 162. num. 25.* Ac Univerſalis protector miſerabilium *L. un. C. Quand. Imp. inter pupill & vid.* prout hæc latius deducit Laudenſ. *tr. de Princip. Quæſt. 155.* Cravet. *dict. conſil. 9. num. 38. part. 1.* Joan. Cœppen. *deciſ. 59. per tot.* Morla *in Emporio Iur. tit. d. Legib. num. 16* abundè & eleganter Mar. Giurba. *deciſ. crim. 1. per tot.* doctè & acutè Franciſc. de Amaya. *dict. lib. 1. cap. 1. per tot.*

§. XIV.

1. *Ulterius Tertio* faciunt quæ Beſoldus hanc quæſtionem in terminis decidendo ſcribit: Fals nun der Ober-Gerichts-Herr zumal Lands-Fürſt iſt/ gebuhret jhme diß Orths ein mehrere Gerechtigkeit und kan fürnämblich derſelbigen Inſpection haben/ ob es durchaus in der Mühl recht zugehe/ was man für Maaß gebrauche/ ob man bey dem alten Müller verbleibe? und was ſonſten in guter Policey dienlich. h. e. *In caſu, ubi dominus Iurisdictionis ſupremæ, ſimul eſt princeps Regionis, tunc ei ratione hujus rei, latius Ius competit; & inprimis inſpectionem moletrinarum inſtituere poteſt, An omnia recte & debito ordine in molendino gerantur, quibus utantur menſuris, an adhuc præſtatio macinæ ſive multuræ conſuetæ obſervetur? & quid ſimile inſtituatur, quod ad conſervationem Reipublicæ conducit.* Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. M. verb.* Mühlen. *num. 76.* Et hoc ſane ex illa ratione; Cum is, qui ſuprema (quam territorii vocant) Jurisdictione pollet, omnes alias Jurisdictionis ſpecies ſimul exercere poſſit; Unde deſcendit illud quod dicunt: *Principem in ſuo territorio, ratione cujuscunque Iurisdictionis, infimæ & ſupremæ, fundatam habere intentionem.* Paul. d. Caſtro, Socin. & Modern. *ad l. 1. in pr. D. d. acquir poſſeſſ.* Abb. Anton. d. Butrio & cæteri omnes *in cap. nimis x. de Iurejur.* Socin. *conſil. 127. lib. 1.* Andr. Alciat. *Reſponſ. 172. num. 9. & Reſp. 175. num. 1.* Quod ceu Regulam communem in Imperio practici atteſtantur Thom. Michael. *d. Iurisdict. theſ. 46.* Andr. Knichen. *d. Iur. territ. cap. 5. num. 133. & plurib. ſeqq.* Beſold. *d. Iurisdict. Imper. Rom. Quæſt. 18. & 21. in pr.*

2. Utcunque autem hic diſſentiat Conſil. Argentorat. *2. num. 156. 157. & 163.* Beſold. ſibi contrarius *conſil. 211. per tot.* Eumve ſequutus Dn. Lindenſpur. *in Ordin.*

*VVürtemb. fol. 278. num. 10. ac. tr. de Imperior. mutat. cap. 30. num. 86. fol. m. 114.* Et hoc ex eo per varias digreſſiones, deducit Dn. Caſp. Manz. *deciſ. 92. per tot.* Ubi, quid in jure Bavarico obtineat, *ſub. num. 17.* refert.

§. XV.

*1.* Hanc tamen ſententiam *I. Ampliandam* cenſeo; Nihil in viſitatione Molendinorum intereſſe, ſive Territorii Dominus ſolam Jurisdictionem territorialem poſſideat, ſive cum illa inſuper Altam ſeu criminalem habeat Jurisdictionem; Ut enim die Lands-Fürſtl. Obrigkeit *ſuperioritatis territorialis* longè ſuperat das Ober- und Hals-Gericht/ *ſeu merum Imperium*, per ea quæ tradita ſunt, ita majus ſua natura & poteſtate id quod minus eſt facile abſorbet.

2. II. *Declaro* eandem deciſionem, daß alhier vorderiſt zuwiſſen von nöthen/ ob der Ober-Gerichts-Herr ſich zumahl der Lands-Fürſtl. Obigkeit anmaſſe/ oder allein die Criminal-Jurisdiction in dem Flecken oder dem Orth habe. h. e. *quod inprimis hic ſcire neceſſe ſit, an Dominus Superior, ſimul appetat Iurisdictionem territorialem, an verò tantum Iurisdictionem Criminalem poſſideat in pago vel loco illo.* Hoc enim in caſu, ſi tertius ſit Territorii dominus, ac in viſitatione Molendinorum ſubſiſtat; Is qui Iurisdictionem inferiorem in pago habet, viſitando molendinas minora delicta ibidem commiſſa pecuniariè punire poteſt; At ſi gravius quid ibidem admiſſum reperiat, poteſt inferior præparatoria ad ſuperiorem Iurisdictionem facere; Utputa capere ipſi licet etiam delinquentes & malefactores, modo eos Iudici ſuperiori habenti merum Imperium mox ſiſtat. per text. Cardinalem *in Novell. 15. cap. 6. §. 1. ibi:* caſtigationi competenti contradent. Ioan. Schneidew. *tr. d. Feud. part. 2. ſub. num. 88.* Matth. Coler. *in pro-*

*in proceſſ. execut. part. 2. cap. 1. num. 13. 205. & 139.* Beſold. *conſil. 211. num. 2. 3. & 4.* Ac *Conſil. 233. num. 132.*

§. XVI.

1. *Ulterius III. declaro* præfatam quæſtionem; ſcilicet inſpiciendum quoque eſſe, wer der Enden über Gewicht/ Maaß und Meß ein Anſtalt zumachen berechtigt und befugt ſeye; h. e. *qui ibi locorum Ius habeat, Conſtituendi pondera, menſuras & ulnas.* Nam cui competit Ius conſtituendi menſuras & pondera in pago aut diſtrictu, eidem viſitatio quoque molendinorum attribuenda erit: Siquidem hæcce viſitatio in uſurpatione menſuræ legitimæ & publico ſtigmate ſignatæ conſiſtit, ne ſub fide publica quiſpiam in menſura & farina decipiatur & omne furtum evitetur, nullibi enim frequentior eſt menſuratio quam in molendinis, Adeo ut inſpectio menſurarum & molendinorum penitus ſint connexa, ac menſurarum & ponderum inſpectio ut generale quid, molarum quoque viſitationem ceu ſpeciem realiter in ſe contineat. *vid. quæ ſupra ſub num. 30 ſeqq. dicta ſunt.* Beſold *in Theſaur. Pract. lit. M. verbo* Mühlen. *num. 76.*

2. IV. *Limitanda* eſt ſupradicta opinio, ſi Nobilis in pago illo baſſam Jurisdictionem habens ratione illius pagi, Imperio immediatè ſubjectus ſit, ac collectas Imperiales in die Rittertruchen ſolvat; Dann wann der Ober-Gerichts-Herr daſelbſten allein die Criminal-Jurisdiction hat der Orthen aber nicht zugleich Lands-Fürſt iſt/ h. e. *ac collectas Imperiales ærario ordinis Equeſtris inferat, ſi enim domino Superiori tantum ibidem competit Iurisdictio Criminalis, neque ſimul princeps eſt Regionis &c.* molendinorum inſpectionem & viſitationem haud alia ratione quam in caſu delicti ſibi ſumere aut affectare poteſt, veluti ſi Molitor

litor aut alius quiſpiam in Molendino furtum aut conſimile crimen admiſerit; *De quo caſu Ego* capio opinionem Beſoldi in prædicto *Conſil. 211. per tot.* Prout is ipſe mentem ſuam poſtmodum. *In Theſauro Practico dict. lit. M. verb.* Mühlen. *num. 76.* declaravit, faciuntque ea quæ mox antea in declaratione ſecunda tradidi.

# CAPUT XVII.

## *Quinam Molendinorum inſpectioni & viſitationi ſint præficiendi?*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Huic molendinorum inſpectioni præficiendi ſunt Viri boni, & periti in arte.*
2. *Ille cui aliquid cognoſcendum committitur, ſcientiam & peritiam illius rei habere debet.*

§. 2.

2. *Huic muneri optimè præficiuntur, qui artem molitoriam non amplius exercent.*
2. *Deinde qui ſunt concives, non exteri,*

§. 3.

1. *Procurare debent Viſitatores, ut ſtatuta molendinaria quam ſtrictè obſerventur.*
2. *Ordinatio molendinorum in Ducatu Würtembergico.*

§. 4.

1. *An molendinorum inſpectio, etiam ad alias ſpecies poſſit extendi? Affirmatur.*
2. *Quoniam utrobique eadem eſt ratio.*

§. 5.

1. *Deinde quia hanc Viſitationem efflagitat publica territorii utilitas.*
2. *Ea quæ omnibus proſunt universaliter, præferuntur ſingugularum perſonarum commodis.*

§. 6.

1. *Qui Ius habet viſitandi molinas, habet quoque facultatem decidendi lites molares.*
2. *In molendinis locum habet regula: qui*

*la: qui prior tempore, potior etiam eſt Iure.*

§. 7.

1. *Confirmatur hac ſententia ulterius.*

§. 8.

1. *In concurſu Duorum ad molam accedentium, frumenti molendi cauſa, dominus molæ, alteri etiam tempore priori præfertur.*
2. *In Materia præventionis, ea nihil operatur, ſi perſonæ non ſint ejusdem qualitatis & conditionis.*

§. 9.

1. *Niſi actio jam cœpta, & res non ſit amplius integra.*

§. 10.

1. *Deinde, niſi Dominus molendinum locaverit, citra retentionem prioritatis.*
2. *Ratio eſt abdicatio & translatio hujus Iuris in conductorem, per receptionem mercedis.*

§. 11.

1. *Pœna molitorum, res ſuæ fidei concreditas, fraudulenter adminiſtrantium aut ſubtrahentium, eſt arbitraria.*

§. 12.

1. *Conſtitutio Iuris Würtembergici circa hanc rem.*
2. *An Magiſtratus Superior Vigore Regalium, omnia Molendina in ſuo territorio ſibi privativè arrogare, & ſubditos ab eorundem ædificatione arcere poſſit? hic caute & diſtinctè progrediendum eſſe ſtatuitur.*

§. I.

1. Illic Molendinorum Inſpectioni & viſitationi præficiendi ſunt viri boni, legales & approbatæ vitæ, imprimis autem neceſſe eſt ut eligantur Magiſtri hujus artis, non Tyrones ſed periti in arte, Müller/ Becker und Bawverſtändige; dann vor der andern Augen/ ſo das Müller und Becker-Handwerck nicht erlernet/ die Errata und Ohnrichtigkeiten (utpote arcana artis) verborgen/ welche der Müller Betrüg und Vortheil nicht ſo leicht warnemmen können. h. e. *Molitores, piſtores, & architectonicæ artis periti; quoniam oculos aliorum, qui artem piſtoriam aut molitoriam*

*riam non didicerunt, Errata ſi quæ ſunt, & difficultates latent, eò quod molitorum fraudes & deceptiones, tam facile animadvertere nequeant.* Sebaſt. Muller. *tr. d. Pacific. part. 1. num. 11. & ſeqq.* quem refert Joan. Hering. *d. Molendin. Quæſt. 45. ſub n. 42.*

*2.* Quia ille cui committitur ad cognoſcendum & probandum aliquid, oportet ut inſigniter illud cognoſcat. *l. quos nos. 234. §. 1. ibi:* idoneè. *D. d. verb. ſignifi. §. cum itaque. 3. in proœm. Inſtit.* Petr. Rebuff. *tom. 2. oper. tr. d. Pannar. mercat. art. 1. Gloſſ. un. num. 3. & 4.* Prout enim unusquisque artis ſuæ diſceptator optimus exiſtit; ita quoque horum aſſertionibus & diſpoſitionibus propter peritiam creditur; *arg. text. in l. ſi. irruptione. 8. §. 1. ibi:* per eos dirimere. *D. Fin. regund. l. fin. C. d. Iurisd.* Alexander. *conſil. 174. in fin. lib. 2.* Teſſaur. *deciſ. 41. num. 24.* Ruland. *d. Commiſſar. part. 1. lib. 4. cap. 29.* Annæ Robert. *Rer. Iudic. lib. 2. cap. 16. fol. m. 489.* Stephan. Gratian. *diſcept. forens. cap. 572. num. 49. & 50.* Per Regulam ex Juris præſumptione ortam: Quod perito de ſua arte atteſtanti credendum ſit; Et text. *in cap. propoſuiſtis. ubi* Abbas Panorm. & *Dd. x. d. probat.* text. *in l. Semel. 6. ibi:* niſi quos conſtet, Medicis denunciantibus. *C. d. re militar. l. in bonorum. 10. D. d. bonor. poſſeſſ. l. fin. C. d. iurisdict.* Br. *in l. 1. D. d. Ventr. inſpic.* Maſcard. d. probat. *Concl. 1169. num. 1.* Teſſaur. Pater. *deciſ. 25.* Gratian. *deciſ Rot. March. 32. num. 4. & ſeqq.* Finckelthauſ. *obſervat. 61. num. 9. & 10.* Joan. Aloys. Ricc. *Coll. deciſ. 136.*

§. II.

1. Inſuper conducit, ut huic muneri præficiantur ii qui artem hanc ulterius non exercent, ſed per alia manuaria artificia licita victum quotidianum quærunt; die das Becken und Müllerhandwerck auffgeben haben; und durch

durch andere ehrliche Handthierung ihr Brod erwerben; ſiquidem illi qui artem moletrinam adhuc exercent, vix absque ſuſpicione in cauſa propria cognoſcere & judicare poſſunt, und können in ihren eignen Sachen ohne Verdacht nicht wohl Richter ſeyn. Alias commune illud proverbium de illis prædicetur: die Becken beſchawen einander das Brodt. h. e. *piſtores ſibi ipſi panes viſitant*. Prout patet & conſtitutum eſt in der Pfaltzgräfftſchen/ Bayeriſchen und Nürnberger Becken und Mühl-Ordnung. Videri quoque poteſt Fürſtl Muller-Ordnung. Sebaſt Muller. *d. tr. d. Paniſic. part. I. n. 10. & paſſim.*

2. *Utile* præterea eſt, ut Inſpectores eligantur Concives non Exteri, ne ſi ex aliis eligerentur, Cives eos poſſint reprobare; prout de Inſpectoribus rei Pannariæ tradit Petr. Rebuff. *d. pannar. mercat. art. I. Gloſſ. I. num. 4. tom. 2 oper.*

§. III.

1. Procurare autem debent Viſitatores iſti diligenter, ut ſtatuta molendinaria quam ſtrictè obſerventur à molitoribus, ut unicuiq; in molendis frumentis ſatisfiat, & farina juſto modio ac tempore debita reddatur.

2. In ſpecie autem (ut hîc Molendinorum ordinationem quaſi per epitomen ſubjiciam) videndum & reſpiciendum eſt; 1. Daß der Müller ehe und dann er die Mühle zurichte/ den Stein mit allem Fleiß behawe. 2. Denſelben alsdann nicht mit Kleyen ſondern mit ſeinem eignen und gutem Korn/ wie ſichs gebühret/ recht wohl bemahle und den Stein recht vollſtändig ſpeiſe. 3. Die Frucht/ als Dinckel/ Rocken und dergleichen nach der Becker Arth mit allem Fleiß mahle/ damit ſich das Meel im backen wohl erheben könne; Dann wa das Meel Kiſig oder ſonſt verdorben/ wird das Brod gantz uneſſig/ und kan die Prob

ſecundum qualitatem nicht beſtehen/demnach die Subſtantz in pejus transferirt worden. 4. Daß der Müller das völlige Gewicht und Maaß juxta loci ſtatutum liffere/ ſiquidem in plurimis locis, farina juxta pondus non verò menſuram reddenda eſt; Dann in dem Mahlen dem Meel in pondere nichts abgehet/ ſondern vielmehr einen Zuwachs bekommet; in ſpecie aber gibt ein Meß Kern ein halben Theil Oberſchuß. 5. Wafern das Korn oder Waitzen mit Waſſer beſprengt oder genetzet/ muß der Zugang deß Waſſers am Gewicht wider aus der Mühle geliffert werden. h.e. *Vt Molitor antequam molam ad molendum præparat, lapidem molarem diligenter prius exactè cædat & exæquet; 2. Non furfures primum molat, ſed frumento bono & proprio, lapidem expleat. 3. Summa cum induſtria, juxta morem & artem piſtoriam, frumentum, veluti far, ſive zeam, ſiliginem, & ejusmodi generis alia, molat, quo melius farina dum coquitur ſeſe extollere poſſit; Nam farina ſabuloſa vel alio modo vitioſa, panem afficit appetitui minus gratum, nec ſubſiſtere poteſt in examine ratione qualitatis, cum ſubſtantia ejus ſit corrupta & deteriorata. 4. Vt molitor plenum pondus & menſuram, juxta ſtatutum loci reſtituat; ſiquidem plurimis in locis farina juxta pondus non verò menſuram reddenda eſt; cum per molitinem farinæ nihil decedat, ſed potius pondus creſcat, & ei aliquid accedat; in ſpecie verò modius tritico plenus, efficit modium unum farinæ cum dimidio. 5. Dum triticum aut frumentum, antequam molæ ſubigatur, aqua aſpergitur, & ita madefactum in farinam redigitur, tunc tantum ponderis farinæ, quantum acceſſit aquæ â Molitore reddi debet.* Plura & varia capitula, quæ molendinorum viſitatores animadvertere debent vide & huc tranſpone. In Fürſtl. Würtemb. Müller-Ordnung. *art. 1. & pl. ſeqq* Gülchiſche Policey-Ordnung. *fol. 25. & ſeqq.* Hering. *d. molend. Quæſt. 45. n. 42. & ſeqq.*

§. IV.

1. Quæritur autem; *An Molendinorum inſpectio, viſitatio & conſtructio non tantum ad moletrinas, ſed etiam ad alia molendina extendi poſſit?* Nam experientiâ conſtat, varia eſſe molarum genera; non ſolum ratione formæ quibus frumentum contunditur. Als Windmühlen / Waſſermühlen / Roßmühlen / Schiffmühlen / i. e. *ut molendina pnevmatica ſive alata, & ventis agitata, aquatica, navalia, ut & molæ equinæ.* ſed etiam reſpectu rerum quæ per eas contunduntur, veluti; Oehlmühl Palter und Schleiffmühl/ Lohemühlen/ Sägmühlen/ Pulvermühlen/Walckmühlen/Bohrmühlen/Stampffmühlen / Gewirtzmühlen/ Kupffermühlen / Dratmühlen / Hammermühlen ſeu Schmitten. Papirmühlen. h. e. *molæ oleariæ; politoriæ & acuminantes; Coriariorũ pro contundendis corticibus; ſerratoriæ; ad conficiendum pulverem pyrium, fulloniæ, terebratoriæ, contuſoriæ, aromatariæ, æs, calidum in laminas deducentes, æs aut ferrum in fila prolongantes, ea in quibus prægrandes mallei, per rotas in altũ ſublati, incudem ſubinde quatientes & feriẽtes, fabricæ ferrariæ, molæ Chartariæ &c.* De quibus ſpeciebus explicitè & diſtinctè ſcribit. Joan. Hering. *tr. d. Molendin. Quæſt. 6. per tot.* Et quidem hoc Inſpectionis Jus *Ego* ad haſce omnes molendinorum ſpecies extendendum eſſe & Domino territorii competere cenſeo;

2. *Primò*, ob paritatem rationis quæ in omnibus Molendinorũ Inſpectionibus verſatur; videlicet, ut cuilibet ſuũ legitimò & juſto modo tribuatur, omnisq; fraus & deceptio evitetur; quæ cura præcipuè ei competit qui Reip. præeſt ac publica Jurisdictione armatus exiſtit. *arg. l. hodie. 32 §. 1. D. Ad L. Corn. d. fals. l. Imperatores. 3. D. Ad L. Iul. d. Annona.* Ac *l. modios. 9. C. d. Suſceptor. tit. 70. lib. 10.* & eorum quæ habet Knichen. *tr. d. Iur. territor. cap. 4. n. 296.* Quæ autem

 ratione

ratione pariſicantur, eandem Juris diſpoſitionem habent, non extenſivè ſed Comprehenſive. *per l. his ſolis.7. ibi*: ſatis etiam tacite cautum putamus. *C. d. Revoc. don.* Menoch. *conſil. 290. num. 7.* Auguſt. Barboſ. *Axiomat. Iur. 197. Rubr. Ratio num. 7.* Beſold. *conſil. 112. num. 43. & 44.* Sigism. Finckelth. *Obſerv. 67. num. 7. & ſeqq.* Ubi enim ratio eadem & ſimilitudo formalis militat, ibi etiam jus triumphat idem, nullo extenſionis adminiculo *per l. illud. 32. D. Ad L. Aquil.* Roland à Valle. *conſil. 72. num. 19. vol. 1.* Coler. *conſil. 60. num. 57.* Cravet. *conſil. 562. num. 7.* Petr. Anton. de Petra *de Fideicommiſſ. Quæſt. 11. n. 380.*

§. V.

1. *Secundò*, efflagitat hanc viſitationem publica territorii ütilitas, ne intempeſtiva & promiſcua Molendinorum conſtructione Jus tertii jam quæſitum lædatur, aut via publica deterior reddatur, vel curſus aquæ etiamſi privatæ, aliorſum derivetur, quam quo à tempore immemoriali fluere conſuevit; Aliave innumerabilia contingentia accidere poſſunt, quæ ejusmodi ædificationem ceu inſularem non admittant. Magiſtratui autem ſuperiori ſemper licuit, cauſarum momentis ex æquo perpenſis, modum privatis præſcribere, quomodo communibus rebus uti debeant. per text. *in l. littora. D. Ne quid in loc. publ.* Ammian. Marcell. *lib. 22.* Bapt. Aymus. *tr. de Alluv. lib. 1. cap. 9. §. 2. num. 2.* Petr. Heig. *Quæſt. 15. num. 36. lib. 1.* Joan. Hering. *d. Molendin. Quæſt. 10. n. 9.*

2. Ac ea quæ proſunt omnibus univerſaliter, præferuntur ſingularum perſonarum commodis. *Auth. Res quæ C. Commun. d. Legat. l. utilitas. C. d. Primip. lib. 12.* Alexand. *conſil. 190. num. 13.* Renat. Choppin. *ad Leges Andiæ. lib. 1. cap. 18. num. 3. & 4.* Hieron. Schurff. *cent. 2. conſil. 90. num.*

*60. num. 8. & 9.* Joan. Hering. *d. tr. Quæſt. 11. num. 92. & 93.*

§. VI.

1. Sane is qui jus habet Viſitandi Molendinas, facultatem quoque & poteſtatem habet cognoſcendi & dicendi controverſias & lites molares. Hinc Quæſtio oritur; *Quo ordine frumenta molenda ſint, Adeò, ut ſi Dominus molendini poſterior tempore ſua frumenta in molendinum adferat, præferendus ſit Privato, qui prior tempore cum frumentis advenit?*

2. Sanè Vulgata eſt Regula, qui prior eſt tempore, potior ſit jure. *per l. potior 11 ibi:* qui prius credidit pecuniam *D. qui pot. in pign. l. diverſis 8. C. eod. tit. Maſcard. de probat. concluſ. 1235.* Neguzant. *de pignor. part. 3. membr. 2. num. 1.* Occupantis enim melior eſt conditio. *l. pluribus 32 D. de procurat.* Cujus juris Ratio tota, in præventione conſiſtit & in prioritate poſita eſt; Cum jura Vigilantibus ſcripta ſint *l. pupillas 24. ibi: alij* Creditores ſuæ Negligentiæ. *& in fin.* vigilantibus *D. quæ in fraud. Cred.* Maſcard. *dict. tr. concluſ. 233.* latè Mercur. Merlin. *de pignor. lib. 4. tit. 1. Quæſt. 2. per tot. & ſeqq.* Hinc Vulgo dicitur: *Tardi venere Bubulci. Poſt feſtum venire miſerum eſt.* Negligentibus jura non ſubveniunt. *per l. Non enim. 16. D. ex quib. cauſ. major.* Joan. Gryphiand. *tr. de Inſulis cap. 21. num. 26. & ſeqq.* Id quod præcipuè quoque in molendo locum habet. Joan. Hering. *de Molendin. Quæſt. 13. num. 20. & Quæſt. 24. num. 19* Unde Vulgare proverbium ap. Germanos. Wer vorkombt der mahlet vor/ und das iſt Mühlrecht. h. e. *qui prævenit, prius molere debet, & hoc eſt Iuris in molendinis.* Ideò, ipſa æquitas exigit, ut is qui prius annonam molendino præſentaverit, prius molere debeat.

§. VII.

1. Quod comprobavit quoque noſter Imperator *Fridericus* Suevus; in ſuis Conſtitutionibus: Welcher Wagen zu erſt an die Brugk kompt/ der ſoll auch deß erſten überfahren/ er ſeye geladen oder nicht. Der auch ehe zu der Mühlen kommet/ der ſoll auch ehe mahlen. *hæc ſententia eſt ejusdem tenoris cum ſequenti.* Frider. Imper. *in Specul. Suevic.* Vulgò Schwaben Spiegel. *lib. 1. articul. 233. §. 1.* Id quod congruit cum *jure Saxonico*, de quo ſequentia conſtitutum legimus: Welcher Wagen erſt auff die Brucken kommet/ der ſoll zum erſten überfahren/ er ſeye lehr oder geladen. Wer auch erſt zu Mühlen kompt, der ſoll zum erſten mahlen. Hoc eſt: Currus prius pontem aſcendens, primus tranſeat, ſive vacuus ſit, ſive plenus. Qui prius annonam molendino præſentaverit, prius molere debet. *Specul. Saxon. Vulgo* Sachſen Spiegel *lib. 2. art. 59. in fin. fol. m. 283.* Idem Repetiit Gloſſ. *Iur. Saxon. feudal.* Lehen-Rechtens. *cap. 11. in Gloſſ. fol. 23. B.* Et hoc juris eſt naturalis quo nihil æquabilus dici poteſt. Cum id in poſtulationibus quoque audiendis ad tribunalia, & magiſtratibus ordine recipiendis attendatur *per. l. 1. D. de albo ſcribend.* Bertr. Argentræ. *ad Conſuet. Britan. art. 375. lit. A. fol. m. 1547.* Id quod *Ducatus Britanniæ Conſuetudines quoque* obſervant: *Les moulans doiuent mouldre leur ble au moulin de leur Seigneur cen leur rang, comme ils y arriuent. Et ſi le meuſnier le faict autrement, il eſt tenu l' amender & des dommager.* Hoc eſt: *Molentes molere triticum, debent in Domini moletrina, ſervato temporis ordine, prout quisque prior moliturus acceſſit.* Quod ſi ſecus molitor faciat, damnum Reſarcire tenetur, ei cui mora fraudi fuit. *Conſuet. Britann art. 365. per tot.* Ita in terminis Matth. Weſenbec. *conſil. 34. n. 10. & 26.* Joan Hering. *in tr. de molend. Q. 44. ſub. n. 29.*

§. VIII.

§. VIII.

1. Verum enim verò, *Contrarium*, ac quod in concurſu duorum ad molam accendentium, frumenta molendi cauſa, Dominus Molæ, cæteris etiam tempore prioribus, præferendus ſit, *Verius eſſe judico.* Et hoc propter Reſcriptum Imperatoris Claudii & in eo adducta Ratione *in l. Præſes Provinciæ 6. C. de ſervit. & aqua;* Qui durum eſſe ait, tuis ex prædiis aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad aliorum uſum Vicinorum injuria propagari. Ex quo textu Baldus deducit; Quod quilibet præſumatur, Rem ſuam primum curare; deinde alienam, & ſic ordinatam charitatem incipere à ſe ipſo. *per cap. non ſatis. diſtinct. 88. cap. ſanè cavendum. de pœnit. diſtinct. 3.* Quæ unguem pedis magis diligit, quam alterius verticem, juxta Bald. *conſil. 312. num. 3. lib. 4.* Cravetta *conſil. 350. num. 24.* Afflict. *deciſ. 290. num. 8.* Menoch. *3. Præſumpt. 89. & 91.* Freundeb. *de morat. reſcript. cap. 38. n. 28.* Schrader. *in Inſtit. de Rer. diviſ. §. 15. num. 5. & ſeqq.* De quo Alciatus quoque *lib. 1. præſumpt. 52.*

2. Undè in materia prioritatis dicitur, quod præventio nihil operetur, quando perſona præventa non eſt ejusdem qualitatis & conditionis, cum illa quæ prævenitur, ſed ſunt diverſæ qualitatis, ſicut Dominus molendini & alius privatus. Rota Roman. *deciſ. 5. tit. de for. competent, in antiquis, aliàs deciſ. 55.* Joan Petr. Surd. *conſil. 222. per tot.* Petr. de Tonduti *de prævent. part. 1. cap. 20. n. 1. & 51.* ſine dubio cauſa fuit, ut in Conſuetudinibus Britanniæ Ducatus ordinatum ſit: Quod inter Molentes temporis ordo ſervandus quidem ſit. Niſi triticum Domini fuerit, aut illius, qui in moletrinam dominium habet tunc enim is debet præferri in molendo. *Si non que ce fuſt le bled du Seigneur, ou de celuy, qui a Seigneurie ſur le dict.*

*le dict. moulin, qui doit eſtre preferè en la moulture.* Ita Conſuet. Britan. *art. 365. Vbi* Bertrand. Argentræ *lit. A.* Cui aſſentit Renat. Choppin. *ad leg. Andegav. lib. 1. tit. 1. cap. 19. in fin.* Nicol. Hennel. *in otio Vratuslav. cap. 44. fol. m. 391.*

§. IX.

1. Quod tamen *Limitatur I.* in frumento aut tritico privati, Quod molitor permolit tantum ſed nondum emolit, hoc eſt, in frumento ad medietatem tum permolito, welche allein auffgeſchüttet und noch nicht außgemahlen iſt; h. e. *quod infundibulo quidem eſt inditum, & per crebras circinationes adhuc teritur & rotatur, ſed nondum perfectè eſt emolitum.* Quo caſu Dominus prioritatem in molendo prætendere nequit. propter actionem cœptam, & rem non amplius integram, quæ meritò absque turbatione Domini perficienda & ad finem perducenda erit; per reſcriptum Imperatoris *in l. ſancimus. 5. ibi:* intacta jura. *C. in quib. cauſ. in integ. reſtit.* Unde ſcribit Bertrandus Argentreus: *Le ble du Seigneur doiit eſtre preferè; Apres L'engrainè toute fois. Car il ne faut pas oſter celuy, qui eſt demy moulu.* h. e. *frumentum domini debet præferri, & ita infundibulo indi omnibus vicibus; ſed illum non oportet cedere ipſi, qui ex dimidio permolit.* Argentræ. *ad Conſuet. Britann. dict. art. 365. lit. B.*

§ X.

1. *Limitatur II.* Si Dominus Molendinum locaverit, absque ullo jure prioritatis in molendo frumento. *Si le Moulin eſt affermè, Sans Retention de ce droict.* h. e. *Si molendinum eſt locatum, ſine reſervatione hujus Iuris.* Quo caſu quilibet tempore prior ad Molam accedens, prærogativam quoque tempore quæſitam in emolendo frumento obtinebit. *arg. text. in l. ſi mercedem 53. §. 2. ibi:* præter dominum *D. de act. empt.* ita Argentræ. *dict. art. 365. lit. C.*

2. Huic

2. Huius aſſertionis *Rationem hanc* eſſe aſſero: Quoniam Dominus molendinum locans certa mercede ſtipulata & acceptata, omne utile dominium à ſe abdicavit, & in Conductorem transtulit; qui in molendino conducto utile dominium, & jus in re habet: Quo caſu, inter ipſum Dominum, & Titium vel Mævium, nulla amplius prærogativa conſideratur, ſed quilibet ſuum prioritatis jus exercet, nec Dominus molæ majorem poteſtatẽ in dominio utili exercendo habet, quam privatus, cum jus illud in Conductorem tranſierit. *l. 1. §. 1. ibi: competere eis in rem actionem. Cum leg. fin. D. ſi ager. vectig. l. 1. §. quod autem. D. de Superficieb.* Boer. *deciſ. 234. num. 2.* Caroc. *de locat tit. de effectib. Locat. ad long. temp. num. 1.* Ruland. *de Commiſſ. part. 4. lib. 4. cap. 8. num. 31.* latè Klock. *de contrib. cap. 11. n. 182. & ſeqq.*

§. XI.

1. Pœna Molitorum aliorumve, qui res ſuæ fidei concreditas fraudulenter adminiſtrant, aut doloſe ſubtrahunt, arbitraria eſt, cum delinquendo tam furti quam falſi crimen commmittant, per text *in l. ſi quis uxori. 52. §. majora. 22. D. d. furt. l. penult. §. 1. D. ad L. Cornel. d. fals.* vide ea quæ *ſupra in materia menſurarum latius dicta ſunt.* Quod adeo verum eſt, ut in molitores falſa menſura utentes quandoque relegationis vel virgarum pœna ſtatuatur; prout in Saxonia Anno 1553. Molitor quidam, weil er falſche Scheffel und Meßmaß gebrauchet/ i. e. *quoniam modiis & menſuris falſificatis uſus erat*, virgis cæſus fuit; tradente Georg. Beat. *in Sentent. part. 4. d. Crimin. tit. 44.* Imo ſolent quandoque perfidi & furaces molitores ultimo ſupplicio affici; Quemadmodum quidam molitor von Plawen in Anno 1615. daß er den Leuthen ſo bey jhme gemahlen/ ſo untrewlich böſlich und betrieglicher weiß vor-

geſtanden/ und jhnen das Ihrige/ durch ſeine liſtige/ und büb-biſche und tückiſche Renck und Practicken abgeſtohlen / h. e. *eo, quod res ſibi ad molendum concreditas tam malitioſè & fraudulenter adminiſtraverit, & hominibus qui molam ſuam molendi causâ frequentarunt, frumentum apportatum per fallaces inventiones, & doloſas ac fraudulentas nequitias & machinationes ſurripuit, & furatus eſt*, laqueo ſuſpenſus fuit. atteſtante. Bened. Carpzov. *in Iurisprud. forenſ. part. 4. Conſtit. 41. def. 5.*

§ XII.

1. Jure Würtembergicò Molitores defraudantes molendi cauſa venientes jhre Mahlgäſt arbitrariè & variè puniuntur; vide die Mühl-Ordnung *art. 22. 23. 31. & paſſim.* Quod ſi quiſpiam in autumno, den Moſt / ſo er auff Rechnung oder zu Gült und Landgarb zugeben ſchuldig/ mit Waſſer miſcht oder hierin ſonſt betrüglich handlet / der wird nach Inhalt der Peinlichen Halßgerichts-Ordnung geſtrafft werden. h. e. *qui muſtum, quod pro pecunia ſibi credita promiſit, aut quod ex fundo cenſitico, in vicem cenſus debet, aqua miſcuerit, vel alias fraudulenter in hac re ſe gerit, juxta tenorem Ordinationis Criminalis punietur.* Ordin. Würtemb. *fol. 208.*

2. Et hucusque de Molendinorum inſpectione & viſitatione, quam Principes & ſtatus Imperii in ſuo territorio jure ſuperioritatis poſſident; Non deſunt tamen quidam ex JureConſultis, qui eisdem Jus longe potentius & quidem circa Molendinorum conſtitutionem attribuunt, ac tradunt; Quod Princeps, Comes, Baro, Civitas Imperalis ac Nobilis immediatus, vigore Regaliorum ac Jure Superioritatis omnia molendina in ſuo territorio ſibi privativè arrogare, ac ſubditos ſuos ab eorundem ædificatione planè arcere poſſit; Et hoc theorema

latè

latè examinat & aſſerit. Joan. Hering. *tr d. Molendin. Quæſt. 10. per tot.* In qua tamen propoſitione cautè & diſtinctè progrediendum eſt, ne ſtatibus Imperii plus æquo tribuamus, aut ſubditis plus quam Juſtum eſt, adimamus.

# CAPUT XVIII.

## *De jure Torculorum Principi, jure Superioritatis competente.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *De ſignificatione Vocabuli Torculum; & quot modis dicatur.*

§. 2.

1. *Vnde derivetur torculum.*
2. *Nominalis definitio hujus Verbi.*
3. *Quorundam definitio realis refertur.*
4. *Vera definitio traditur.*

§. 3.

1. *Differentia torculi à prælo.*
2. *Preſſorium conſtruitur vel ex lignis vel lapidibus.*

§. 4.

1. *Diviſio torculi.*
2. *Quid ſit torculum privatum.*
3. *Quid publicum.*
4. *Quid liberum.*
5. *Quid bannale.*

§. 5.

1. *Quilibet privatus in fundo aut ædibus ſuis, torculum ſui & aliorum uſus gratia, inconſulto Principe, liberè ædificare poteſt.*
2. *Quod fundatur in libertate naturali, quæ non privata, ſed publica res eſt.*

§. 6.

1. *Deinde, quoniam libera hæc ædificandi poteſtas, in mera cujusque facultate juxta æquum & bonum conſiſtit.*
2. *Quin quis Iure ſuo utatur à nemine prohiberi poteſt.*
3. *Qui dominum re ſua uti impedit, vel in uſu rei ſuæ turbat, tenetur actione injuriarum.*

§. 7.

1. *Fundatur ulterius prædicta aſſertio, in Vetuſtate Imperii*

*Romano Germanici, quam aliorum regnorum.*

2. *Hujus libertatis naturalis veſtigia adhuc in plurimis locis ubique terrarum occurrunt.*

3. *Convenit hæc aſſertio cum Iure Civili Romano.*

§. 8.

1. *Probatur itidem illa aſſertio exemplo molendini, quod quilibet in ſuum uſum, in proprio fundo, erigere poteſt.*

2. *Ædificatio torculorum, nec à Iurisdictione, nec ab authoritate Domini pagi dependet.*

§. 9.

1. *Ampliatur dicta aſſertio procedere, ut torculum ædificare mihi liceat, etiamſi vicinus in ſuo fundo torculum jam extructum poſſideat, quod damnum aliquod occaſione hujus novi torculi pateretur.*

2. *Damnum dare non videtur, qui lucrum impedit.*

3. *Ita judicatum in Suprema curia pariſienſi.*

4. *Limitatur, niſi tale ædificium extruatur dolosè, & principaliter ad æmulationem, injuriam & damnum alterius.*

§. 10.

1. *Extenditur, novum torculum extruere permiſſum eſſe, etiamſi Dominus territorii, longo tempore ſolus torculum in loco poſſederit, ad quod vicini ad exprimendas uvas venerint.*

2. *Ea quæ ex libero arbitrio dependent, non præſcribuntur etiam tempore longiſſimo.*

3. *Limitatur, niſi dominus loci inhibuerit ædificationem torculi, & incolæ loci tali inhibitioni acquieverint.*

§. 11.

1. *Ius ædificandi torcularia de Regalibus non eſt.*

2. *Quia, quod cuilibet privato liberum eſt, inter jura Regia numerari nequit.*

§. 12.

1. *Deinde quia torculum habere non eſt Iurisdictionis, ſed Iuris Dominij.*

2. *Domino licet privato, in proprio ſolo fundum vallare conceſſum eſt.*

§. 13.

1. *Item quod ipſa natura & qualitas torculi hoc exigat; ſc. proprii uſus gratia.*

2. *Ad Exemplum molendini in privato flumine extructi.*

3. *In Principis poteſtate & tutela, tantum ſunt ea, quæ ſunt publica.*

4. *Quæ in cujusvis privati Dominio exiſtunt, liberæ diſpoſitioni ejusdem reliquuntur.*

§. 14.

§. 14.

1. *Authoritas Doctorum pro reſolutione prædicta.*
2. *adducuntur diſſentientes.*

§. 15.

1. *Limitatur hæc ſententia, niſi Conſuetudine loci aliud ſit introductum.*
2. *Conſuetudine introduci poteſt, ut ea quæ olim Regalia non erant, tractu temporis pro Regalibus cuſtodiantur.*

§. 16.

1. *Item limitatur, niſi Statuto aliud ſit diſpoſitum.*
2. *Quale Statutum Viget in Ducatu Würtembergico.*
3. *Idem obtinet in Ducatu Lotharingiæ.*
4. *Similiter in Civitate Imperiali Eßlingenſi.*
5. *Vnde Conſuetudine receptum, ut licentia extruendi torcula, Iuribus Superioritatis annumeretur.*
6. *Ratio hujus Conſuetudinis redditur.*

§. 17.

1. *Vlterius limitatur ſententia prædicta, niſi princeps vel Comes Imperii per Inveſtitutam contrarium ab Imperatore obtinuerit.*
2. *Imperator ex certa cauſa & ex plenitudine poteſtatis hanc facultatem concedere poteſt; & inde jus in re acquiritur,*
3. *Maximè ſi tali prohibitioni, ſubditorum accedat patientia.*

§. 18.

1. *An torcular bonis mobilibus, an verò immobilibus ſit annumerandum?*
2. *Torculum ſui natura eſt bonum immobile.*
3. *Fundo abſque inſtrumentis relicto, adhuc tamen dolia comprehenduntur.*

§. 19.

1. *Molendina & torcularia, an bona ſint mobilia vel immobilia, quæſtio facti eſt non voluntatis.*
2. *Licitum non eſt, torculare ita conſtruere, ut pro lubitu deſtrui poſſit.*
3. *Furnum, molendinum & torcular, res ſunt individuæ.*

§. 20.

1. *Statutum pariſienſe huic ſententiæ conforme.*
2. *Idem tenendum, de tabulis clavis fixis ad perpetuam memoriam.*

§. 21.

1. *Dubium: quod ea, quæ ſine ædificii deſtructione moveri poſſunt, mobiliũ jure habeantur.*
2. *Torcularia & preſſoria de loco ad locum transferri poſſunt, ſine deformitate ædificii.*

§. 22.

1. *Solutio dependet à deſtinatione patrisfamilias.*
2. *Torculum non tam eſt Inſtrumentum fundi, quam pars ædificii.*
3. *Ad intentionem principalem potius, quam ad id quod ex accidenti ſupervenit reſpiciendum.*

§. 23.

1. *Confirmatur prædicta ſententia authoritatibus & præjudiciis*

§. 24.

1. *Limitatur prædicta aſſertio in torculo portatili, quod pro inſtrumento fundi habetur.*
2. *Exemplo molendini manuarij, quod ſuppellectili annumeratur.*

§. 25.

1. *Torculo empto aut legato, Vaſa quoque Vinaria, Emtori aut legatario cedunt, ac inſtar bonorum immobilium cum torculo tranſeunt.*
2. *Cuppæ tanquam inſtrumenta torculi ſubſtantialia, neceſſariò tam in contractū, quam legatum veniunt.*
3. *Sine cuppis & vaſis torculariis, quæſtus torculorum acquiri nequit.*
4. *Cuppæ vinaceæ cum torculis unum corpus conſtituunt.*

§. 26.

1. *Cuppæ perpetui uſus gratia, ut inſtrumenta torculi comparantur, ejusque pars cenſentur.*
2. *Dolia, quæ in fundo domini ſunt Emtori accedunt.*
3. *Res deſtinata ad uſum reï legatæ, cum ipſa re legata venit.*

§. 27.

1. *Ratio diſſentientium Paponi & Guerini affertur, quod cuppæ non ſint terræ affixæ.*
2. *Cephali opinio refertur.*

§. 28.

1. *Refutatur eorum opinio*
2. *Vt res ſint immobiles, non neceſſe eſt ut affixæ ſint.*
3. *Conſuetudine Leodienſi, Cuppæ & ſimilia immobilibus annumerantur.*
4. *Quando quæſtus fundi, pro majore parte in vini reditibus conſiſtit, tunc vendito fundo vel torculari, ſui natura veniunt vaſa vinaria.*

§. 29.

1. *Venditioni domus accedit quoque preſſorium magnum, & importatile.*
2. *Mola vel torculum, ſi immobili ædificio inhæret, res ſoli exiſtimatur, & ædium pars.*

§. 30.

1. *Locator ædium tenetur Conductori concedere torculare, ædibus*

*bus annexum ad, premendas uvas deſtinatum.*

2. *Actio conducti datur, quoties locator poſſeſſionem totius agri aut partis non præſtat, ut conductor commodè re conducta uti frui nequeat.*

§. 31.

1. *Vendito torculo ſine expreſſione districtus, ipſe districtus quoque torcularis ſive jus cogendi vicinos, in venditorem tranſit.*

2. *Vendito prædio, cui ſervitus aquæductus debetur, etiam aquæductus ipſe in Emtorem tranſit.*

3. *Princeps concedendo caſtrum, intelligitur quoque conceſſiſſe adiacentia & ſuppellectilia.*

4. *Torcularia per ſe non ſubſiſtunt & fruſtra habentur, niſi adjiciatur diſtrictus, veluti agens in ſuum ſubjectum.*

5. *Subjecti bannales cenſentur pro parte torculi.*

6. *Emtor per Contractum Emtionis non acquirit Ius cogendi diſtrictuales, ad ſuum torcular bannale; niſi dominus territorialis venditor, expreſsè quoque hoc Ius in eum transtulerit.*

§. I.

1. DE Torculis eorumvè jure aliquid agendo, ejusdem vocabuli variam nominationem & derivationem primum inſpiciamus. Dicitur autem *Torculum*, apud quosdam Authores *Torculare*, ſeu per apocopen, *Torcular*; ſicuti ex *Columellæ* loco conſtat, de olei loquens factura in Verbis: *Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri & integram in fiſcinis novis includi, præloque ſubjici, ut quam tum poſſit, paulatim exprimatur.* Columell. *lib. 12. cap. 50.* Ab aliis vero Torcularium nominatur, authoritate Catonis *qui cap. 8. art. 1. ſcribit*: *Torcularium ſi ædificare velis.* Unde *Torcularius, a. um.* Verbum adjectivum Oritur, quo omne id, quod ad *Torcular* pertinet, denominatur. *Teſte Varrone*: Si prædium ſit centum jugerum, habere oportet Vaſa torcularia inſtructa trina.

Varro,

Varro, *de re ruſtica lib. 1. cap. 22.* Ac Columella. *Tum Lacus* (ait) *uivarii, torcularij & fora, omniaque vaſa & cætera, Torcularia cella* Columell. *lib. 1. cap. 6.* ſimilia C. Plinius: *Cæterò diſtat, an maturitas illa in Torcularibus fiat; an ramis* Plinius *hiſtor. natural. lib. 15. cap. 1. in fine.* Ambr. Calepin. *in Diction. verb. Torculare.* Gerard. Joan. Voſſius *in Etymolog. Verb. Torculum.* Jn jure Civili Torculum, ab *Vlpiano* appellatur, *Torculare*, dum inter inſtrumenta fundi legata, refert quoque Cogendi inſtrumenta; qualia ſunt Torcularia, corbes, falces meſſoriæ, falces fenariæ, quali vindemiatorii; *in l. inſtrumenti 8. D. de inſtrum. legat.* Eodem vocabulo utitur quoque modo dictus Ulpianus Jureconſultus *in l. fundi 17. D. de act. empt.* Ubi reſpondet: *Multa Ædium eſſe, quæ tamen ædibus adfixa non ſint: Sicuti multa defoſſa eſſe, neque tamen fundi aut Villæ haberi, utputa vaſa Vinaria, Torcularia.* Quoniam hæc inſtrumenta magis ſunt, etiamſi ædificio cohæreant, Card. Mantica *de Tacit. Convent. lib. 4. tit. 15. n. 5.* Proſper. Rendenella *de vinea & vindem part. 1. De* Torculi idiomate *cap. 3.* Eodem modo Julianus vinaria vaſa, propriè vaſa torcularia eſſe, dicit, *in l. vinaria. 206. D. de V. S. ubi Gaddæus num. 1.* Quæ alibi *Cuppæ* vel *Cuppulæ* nominantur, veluti *in l. ſi cui vinum 3. §. in cuppis D. de tritic. legat. vide infra num. 25.* Germanicè vocatur eine Trott. vel alibi, veluti circa lacum Lemannum eine Torcul, nomine ex Romanis deſumpto; comuniter verò eine Kelter/Kelterbaum/ Quod *Beatus Lutherus in S. Bibl.* quoque verſionibus retinuit, de unico *Salvatore* noſtro Chriſto loquens: Er hat die Kelter allein getretten. Alibi, eine Weinpreß/ ſicuti ap. *Italos*, hoc inſtrumentum *Preſſorium*, dictur *Torculo Torcolare Strettoio* · *à Gallis verò un Preſſoire* nuncupatur.

§. II.

§. II.

1. *Derivatur* Vocabulum *Torculi*, à Verbo *torqueo*; quaſi tanto & tali inſtrumento ſuccus olivarum aut uvarum extorqueatur. Voſſius *dict. verb. Torculum.* Priſcianus ſecundam hujus dictionis Syllabam, præcipit, longè eſſe pronunciandam. Alii tamen contra corripiendam eſſe contendunt, analogiam ſequendo, quod in dictione ſpecular, quæ huic per omnia ſimilis videtur, mediam Syllabam conſtet corripi. Calepin. *dict. Verb. Torcular.*

2. Nominalem hujus Verbi; Torculum; definitionem, hoc verſiculo tradidit Comenius: Torcularius extorquet Torculari, tortivum vinum, in torcula vaſa. Comen. *in Lexic. Ianual. Verb. Torcular.*

3. *Definitur* Torculum (à quibusdam) *Lignum quo premuntur & torquentur Vvæ.* Et quidem lignum maximum, quod olearum & vinetarum fructibus imponitur, ut oleum & vinum exprimatur. *Scholaſt. Synops.* ap. Gothofred. *in d. l. fundi 17. in pr. D. de act. empt.* Nam interdum multitudo baccorum, torcularium vincit laborem, Columella. *lib. 12. cap. 50. n. 3.*

4. Magis propriè autem Torculum definiri poteſt, *Machina, Vvis & olivis exprimendis inventa, apta, & accommodata.* Plinius. *Rer. natural. lib. 15. cap. 1. in fine* Calvin. *in Lexico. jur. Verb. Torcular.* Gerhard. Voſſius *in dict. Etymolog. Verb. Torculum.*

§. III

1. *Differt* autem Torculum à prælo, ſicut genus à ſpecie, vel totum à parte: Prælum ſolam trabem denotat, qua uvæ aut olivæ præmuntur. Torculum autem eſt totum machinæ vel inſtrumenti integrale, Quod jam olim animadvertit Columella: *olivam diligenter mutatam,*

*tatam, oportebit protinus in torcular deferri, & integrum in fiſcinis novis includi, preluque ſubjici.* Columel. *de re ruſtic. lib. 12. cap. 50.* Idem quoque aſſerit vitruvius. *Ipſum autem torcular, ſi non cochleis torquetur, ſed vectibus & prælo premitur, nec minus longum quadraginta pedes conſtituatur.* Vitruv. *lib. 6.* Gerard. Joan. Voſſ. *in Etymolog. verb. Torculum.*

2. Torculum autem ſeu Preſſorium vel lignis & trabibus conſtruitur, vel Lapidibus ædificatur, ac uvæ lapidibus quoque premuntur, quod præcipuè in Italia, obſervatur. De quo ſequentibus Proſper Rendella: *Nos in loco ſolido propè Vineas è lapide Conſtrui curamus Torcularia, utque pavimentum ſuperius murus ejusdem materiæ ſepiat, ſit etiam ſub dio. Hic ſtratas Vvas pede primum Vinitores calcant, dehinc collectas, & compoſitas congerie quadam lapidum premunt, inde extractas, ac pedibus magis attritas ſuper præla in medio decreta, quaſi congeriem conſtruunt, inſtructa vinaria funibus, vectisque allegant: Supernè tympanum verſatile collocant, vectibus poſtea ligneis torculari circumacto toto pondere urgent. Cumque deſiit muſtum ſub prælo fluere in lacum, circumdunt extrema, ac rurſus premunt. Quidam poſt excolatum in lacunam muſtum remittunt, & refundunt ſuper vinacea in ipſo pavimento, ut aliquantulum ebulliat, exhalatis vaporibus ac fenereſiſa exhaurirent, quaſi defecatum & in dolia recondunt.* Hæc Proſp. Rendella *de Vino & Vindem. part. 1. cap. 43.*

§. IV.

1. Torculum vel *eſt Privatum* vel *Publicum*: vel *Liberum* vel *Bannale*.

2. *Torculum privatum* dicitur, quod vel à privato extructum vel poſſeſſum eſt dominii jure.

3. *Publicum Torculum* appellamus, quod à Principe ac Domino territorii vel loci extruitur vel poſſidetur.

4. Tor-

4. *Torculum liberum* dicimus; quo cuilibet integrum eſt, ad illud, cum Uvis collectis accedere, vel ab eo recedere, ac in cujuslibet torculo premere.

5. *Bannale* verò *Torcular* dicitur, ad quod omnes de Univerſitate vel pago, Uvis collectis premendi cauſa accedere tenentur. Quod Vulgò in Ducatu Wûrtembergico Bann Keltern dahin der Poſſeſſor ſeines Weingarts nachfährtig iſt/ h. e. *torcularia bannalia, in quæ poſſeſſor vineæ uvas ſuas apportare & invehere cogitur.* nominatur.

§. V.

1. Veruntamen hoc loco omnium primo Quæritur; *An Quilibet privatus in fundo aut ædibus Torculum ſui & aliorum uſus gratia libere absque Principis conſenſu ædificare poſſit?* Ac ſecundum jus commune Reſpondetur. *Quod ſic.*

2. Præcipuum hujus aſſertionis fundamentum *Primò* ſitum eſt in libertate naturali, quæ non privata ſed publica res eſt. *l. ſi quis 53. ibi: quatenus libertas, non privata. D. de fidecommiſſ. libert.* Ac pecunia nec lui nec reparari poteſt. *l. ſtatuliber. 9. §. 2. D. de ſtatulib.* Qua namque pereunte, cuncta perire neceſſe eſt. Iſidor. *lib. 5. Etymolog. cap. 5.* Hinc frumenta ſerere, metere, & excutere: Item Vineas plantare, uvas colligere, collectas ſingulari machinâ exprimere, inſtrumentum in hunc finem conſtruere, actus ſunt meræ facultatis, unicuique hominum, citra reſtrictionem, pro habendo Victu quotidiano, permiſſi, absque ullius impedimento aut turbatione arg. traditorum, Anton. Teſſaur. *deciſ. 16. num. 1. & 2.* Cacheran. *deciſ. 17. num. 8.* Weſenbec. *Conſil. 34. & 67. per tot.* latè & acute Jacob. Vander Graef. *de Regalib. cap. 6. num. 6.* Jacob. Cancer. *part. 3. Var. Reſolut. cap. 13. n. 122. & 255.*

 §. VI.

§. VI.

1. *Secundo* firmat hanc aſſertionem ipſa ædificandi in ſuo fundo poteſtas libera, in mera cujusque facultate, juxta æquum & bonum conſiſtens. Licitum enim eſt Unicuique in proprio ædificare ad ſuam utilitatem; absque ullius tertii impedimento. Ait enim Trebatius, teſte Ulpiano: *Non teneri me damni infecti, neque exiſtimari operis mei Vitio damnum tibi dari in ea re, in qua, jure meo uſus ſum. in l. fluminum. 24. §. Item fin. D. d. damn. infect.* Cum quilibet ſit rei ſuæ moderator & arbiter. *l. in re mandata 21. C. de mandat.* Cicer. *pro Balbo & Roſcio Amerino.* Valent. Wilhelm. Forſtner. *tr. de Dominio cap. 11. num. 6.* Ideò Proculus reſpondit: Cum quis jure quid in ſuo faceret, non teneri eum ſtipulatione damni infecti. *in l. proculus 26. in pr. D. de damn. infect.*

2. *Rationem* adduco ex Ulpiano: Quoniam ita ædificando, aut opus faciendo, jure meo uſus ſum quo ut utar fruar, à nemine prohiberi poſſum. *per l. 1. §. Denique 12. ibi:* cum in eo, qui in ſuo fodiens *D. de aqua & aq. quotid. l. Quod autem 6. §. 6. ibi: Qui ſuum recipit, nulli videri fraudem facere D. quæ in fraud. credit.* Schrad. *de feud. part. 6. cap. 6. num. 117.* Borcholt. *de Regal. num. 34.* Sixtin. *eod. tr. lib. 2. cap. 3. num. 46. & ſeqq.* Hondæd. *2. Conſult. 84. per tot.*

3. Quod adeò verum eſt, ut actio injuriarum detur in eum, qui Dominum in rei ſuæ uſu turbat. *l. injuriarum 13. §. ſi quis me prohibeat D. de injur.* Cravetta *conſil. 4. num. 3. & conſil. 6. num. 121.* Hinc Dominus, qui re propria uti impeditur, actionem injuriarum habet, adverſus impedientem, ſicuti conſuluit Menoch. *Conſil. 666. num. 3. ac conſil. 721. num. 13.* Forſter. *dict. tr. de dominio cap. 11. num. 8.* Proinde ex hac ratione Torcula & alia

quæ-

quælibet habitationi accomoda ædificia, cuilibet Privato in ſuo, jure dominii, extruere liberum erit & conceſſum, nec vetitum eſt.

§. VII.

1. Et hoc, *Tertiò*, Sancta quoque Vetuſtas, tam Imperii Romano-Germanici, quam aliorum Regnorum in conſiderationem traxit, dum unicuique privato, in privatis ſuis ædibus ac prædiis, ac ferè domeſticatim, *torcula*, *Furnos*, *ferrarias*, imò etiam *moletrinas* ædificare, easve ut proprias poſſidere permiſit.

2. Hujus libertatis naturalis veſtigia adhuc in plurimis locis ubicunque terrarum occurrunt, Privatis in hunc usque diem absque ulla Principum territorii contradictione & impedimento Torcula poſſidentibus; Quorum exemplo ſe alii quoque boni Principes meritò conformare debent.

3. Et hoc *juri* quoque *Romano* conſonum eſt, quo Torcularia, corbes, Quali vindemiati, aliaque ad premendas Uvas excogitata aut comparata inſtrumenta, ad prædia ruſtica, eorumque poſſeſſores pertinent, nec inter publica inſtrumenta vel ædificia numerantur, ac cuivis poſſeſſori pro lubitu de eis diſponere licet, juxta reſponſum Ulpiani *in l. Inſtrumenti 8. D. de inſtrum. legat. l. fundi 17. ibi: inſtrumenta magis ſunt. D. de action vend.* Proſper. Rendinella *de Vino & Vindem. part. 1. cap. 3.*

§. VIII.

1. Quod maximè confirmatur ex traditis *Andreæ Rauchbari*; dum in caſu non plane diſſimili ſcribit: *Illam legem, qua Dominus ſubditis mandat ac præcipit, ne alibi quam in ſuo molendino molant, aut quidpiam aliud jubeat, quod ante libertati ac libero arbitrio ſubditorum relictum erat, iniquam, injuſtam, & naturali libertati contrariam eſſe.* Rauchbar. *part.*

1. *Quæſt. 27. num. 12.* Ac *Petrus Friderus* in terminis Molæ tradit: *Q*uod ad ſuum ipſius ſolius uſum, molendinum erigere, quilibet in ſuo fundo liberrimè poſſit, lege municipali, ſi quæ adſit, non obſtante, utpote quæ de Uſu publico tantum, in dubio intelligenda eſt. Petr. Frider. Mindan. *de mandat. lib. 2. tit. 38. §. 3.* Ita quoque in terminis ædificandi Moletrinas unicuique liberas in proprio ſolo. Renat. Choppin. *ad leg. Andeg. lib. 1. tit. 14. pag. 202.* Matth. Weſenbec. *conſil. 67. num. 27.* Jul. Clar. *recept. ſentent. Verb. Feudum. Quæſt. 30.*

2. Ac quod ædificatio Torculorum, nec à Jurisdictione nec ab authoritate Domini pagi dependeat, tradit Gloſſ. *in l. qui limitibus D. de ſervit. urban. prædior.* Joan. Papon. *lib. 13. tit. 8. Arreſt. 3.* Quibus adde in terminis Molarum Roſenthal. *de feudis cap. 5. Concluſ. 26. Gloſſ. lit. B.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 3. num. 44. & ſeqq.* In terminis Molarum, vi ventorum exagitatarum Ludolph. Schrader. *ad tit. Inſtit. de. Rer. Divis. §. 5. num. 9. & ſeqq.* Quamvis in terminis Molendinorum aliquatenus diſſentiat Joan Hering. *de Molendin. Quæſt. 10. n. 5.*

§. IX.

1. Et hæc aſſertio, per modum *Ampliationis*, adeò vera eſt, *Etiamſi Vicinus meus, cujuscunque conditionis in fundo ſuo Torculum jam extructum poſſideat*, et ex hac novi Torculi conſtructione ille aliquod *damnum* pateretur; Ea ex cauſa, quod occaſione hujus Torculi noviter ædificati, Vinearum poſſeſſores non in tanto numero ad Vetus Torculum accederent, quo ante ſolebant Vvas ſuas exprimere, nihilominus tamen Torculum novum in meo prædio conſtruere licitum erit *arg. l. 1. §. denique fin. l. 2. §. pen. l. ſi in meo, D. de aq. pluv. arcend.*

2. Nam

2. Nam ſi Titius in agro ſuo, qui tuo vicinus eſt, aquam tuam foſſa vel cuniculo avocet, damni infecti actione non tenetur. Non enim, ait Ulpianus, tam videri damnum tibi dari, quam lucrum impedire *in l. fluminum 24. §. fin. l. Proculus 26. D. damn. infect.* Ac nemo damnum facit, etiamſi damni tantum occaſionem præſtiterit, niſi qui id facit, quod facere jus non habet. *per l. qui occidit. §. hæc. D. ad l. aquil.* latè Vaſquius *lib. 1. Controverſ. cap. 4. num. 3.* Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 42. §. 2.* Gail. *2. obſerv. 69. num. 11.* latiſſimè Joan. Gæddæ. *conſil. Marpurg. 51. num. 19. & 76. vol. 4.* In terminis Molæ, Schrader. *ad §. 5. num. 14. Inſtit. de Rer. divis.* Sixtin. *de Regal. 2. cap. 3. num. 48.* Fr. de Ponte *Conſil. 7. num. 3. vol. 2.* Bocer. *eod. tr. cap. 2. pag. 171.* Hondæd. *2. Conſult. 84. num. 44. & 58.* Fr. Niger. Cyriac. *Controverſ. cap. 310. num. 12.* Cum Declaratione *ſub n. 13. & 98.*

3. Quod Conſideratum quoque fuit in Suprema Curia Pariſienſi ap. Barnab. Le Veſt. *deciſ. ſeu Arreſt. 10. fol. m. 50.*

4. Niſi doloſè & ad æmulationem, injuriam & damnum alterius principaliter tale ædificium extruatur ſicuti hoc limitat Schrader. *dict. §. 5. num. 15.* Sixtin. *dict. cap. 3. num. 50. & ſeqq.* Riccius *collect. deciſ. 1041.* Dn. Knipſchilt. *de jur Civit. Imper. lib. 5 cap. 27. num. 13.* Quid ſit ad æmulationem ædificare; Vide Vincent. Hondæd. *1. Conſult. deciſ. 80. num. 8. & 35.* Chaſſan. *ad Conſuet. Burg. Rubr. Foreſt. §. fin. fol. 1748.*

§ X.

1. *Extenditur* prædicta *Ampliatio*, Etiamſi Ipſe Princeps territorii vel Dominus pagi, longo tempore ſolus in aliquo pago Torculum, Molam, aut Furnum habuerit,

rit, ad quæ ſubditi, aut proprii homines ipſius pagi aut vicinorum locorum tempore etiam immemoriali, adUvas exprimendas, aut molendum vel coquendum panem Venerunt, nullus tamen privatus pagi aut incola impediri poteſt à Domino loci, Torculum aut Molendinum novum extruere. Cæpolla *de ſervit. V. P. cap. 50. Quæſt. 2. num. 2.* Boer. *deciſ. 125. num. 5.* Afflictis *deciſ. 388. num. 4.* Albert. Brun. *Conſil. 56. num. 1.* Jacob. de S. Georg. *de feud. Verb. Et cum Molendinis num. 5.* Roſenthal. *de communi conteſtans tr. de feudis cap. 5. concluſ. 25. num. 3. & lit. C.*

2. Hujus aſſertionis hæc Ratio adducitur, Quod ea, quæ in mera ſubditorum facultate conſiſtunt, & ex libero arbitrio dependent, non præſcribuntur, etiam longiſſimo temporis ſpatio. *per cap. ſignificante cap. poſſeſſiones §. 1. x. de appellat.* Cynus *in l. cum notiſſimi §. ſed cum illud. C. de præſcript. trigint. ann.* Roland. à Valle *Conſil. 21. num. 13. & ſeqq. vol. 2.* Balbus *de præſcript. part. 4. part. 5. principal. Quæſt. 5. num. 2.* Extruere autem & ædificare Torcularia & Molendina in ſuo fundo liberi eſt arbitrij & meræ facultatis, ideò nullo temporis curſu obligationem inducit. *arg. l. cum eo. l. Imperatores. 14 ibi : in area quæ nullam ſervitutem debet, poſſe dominum vel alium voluntate ejus ædificare. D. de ſervit. P. V.* Schneidew. *de feudis part. 2. num. 24.* Schrader. *de jur. incorporal. §. 5. num. 44.* Borcholt. *de Regal. num. 34.*

3. Niſi ſubditi aut Incolæ illius pagi, in ædificando Torculo aut Molendino à Domino loci prohibiti fuerint, & illi tali inhibitioni acquieverint. Guid. Papæ *deciſ. 498. num. 1. & 2.* Baid. *dict. Quæſt. 5. num. 3.* latius Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 3. num. 56. & 60.* Quod deciſione ſupremi Senatus Cathaloniæ Principatus confirmat.

firmat. Jacob. Cancer. *part. 2. cap. 2. num. 106.* Licet Diſſentiat Ludolph. Schrader. *de jur. incorporal. §. 6. per tot.* Aliter. Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 182.*

§. XI.

1. Ex quibus jam deductis facile plana fit Quæſtio; *An jus ædificandi Torcula ſit de Regalibus, adeò ut ſoli Principi aut Domino territorii jure Superioritatis Competat facultas ædificandi Torcula? vel probibendi, ne ſubditi in ſuo prædio vel ſolo absque Principis ſpeciali Conſenſu & Conceſſione Torcularia extruant?* Sanè Conſiderata juris Civilis ratione, & unicuique in ſuo ædificandi libera poteſtate ex jure Gentium promanante, Jus exſtruendi Torcula Regalibus annumerari non poteſt.

2. *Et hoc Primò* ex hac Ratione Quia id, quod cuilibet privato liberum, inter jura Regia numerare non poſſumus: Præſertim cum in ſpecie talis Torculorum extructio, nec Regalem dignitatem Concernat, nec ad decus Reipublicæ tuendum conducat. Quod proprium Regaliorum eſſe ſolet. Bocer. *de Regal. cap. 1. n. 3.* Regner. Sixtin. *eod. tr. lib. 1. cap. 1. & 2.* Unde benè ſcribit. *Petrus Belluga: Ea quæ ſoli Principi ſunt Reſervata, meritò à ſingularibus videntur exempta l. 2. C. nova Vectig.* Bellug. *in Specul. Princip. tit. 28. num. 20.* Vide Cunrad. ab Einſidel. *de Regal. cap. 1. num. 15. & ſeqq.* Quicquid igitur eſt ſupra ſolum, id usque ad cœlum liberum eſſe debet, ac ejus eſt facultas ædificandi, cujus eſt ſolum. *l. altius l. ſi in ædibus C. de ſervit. & aq. l. cujus 24. ibi*: in infinito. *D. de Serv. P. V.* Imò, etiamſi per mille annos area mea ſteterit juxta Palatium tuum, non ædificata, tamen poſſum pro lubitu ædificare, nec Vicinus me prohibere poterit, ait Gloſſ. *in l. qui luminibus 11. in fin. D. de Serv. P. V.* Bartol. Cæpolla *de Servit. P. V. cap. 39. num. 1.* Nicol. Boer.

*deciſ. 320. num. 6. & paſſim.* Cephal. *Conſil. 150. num. 2. lib. 2.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. Concluſ. 28. num. 2.* Jean. Bouuot. *ad Conſuet. Burg. tom. 1. fol. m. 564.*

§. XII.

1. Cui Rationi accedit *Secundò*. Quòd Torculum habere aut ædificare, non ſit jurisdictionis, aut à juris dicendi vel terrendi poteſtate proveniat, ſed magis juris Dominij, & à Dominio cujusvis procedat. Ideò Dominus aliquem ex ſubditis, torculare ædificare prohibere nequit. Chaſſan. *ad Conſuet. Burgund Rubr. des Foreſtr. §. fin. num. 1.* Diverſam enim naturam habet Jurisdictio à dominio, quæ inter ſeſe longè differunt *arg. l. 2. C. de quadrien. præſcript.* Weſenbec. *Conſil. 67. num. 27.* latè Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 90.* Klock. *Vol. 1. Conſil. 33. num. 4.* Jurisdictio enim eſt de jure Conſtituto decernendi poteſtas, competens ei, qui aliis publicè præeſt *l. 1. & l. 3. D. de jurisdict. l. quidam 57. D. de re judicat.* Dn. Bocer. *de jurisdict. cap. 1. n. 1. & ſeqq.* Dominium verò dicitur, Jus dominii Rerum privatarum, ac de eis dominandi poteſtas *l. 1. D. de Rer. diviſ. l. bonorum D. d. V. S.* Forſter. *de Dominio cap. 4. per tot.* Unde Imperator hanc ædificandi libertatem in ſuo prædio Unicuique Relinquendo reſcripſit: Si Loci proprietas, ædificandi, juxta publicas ædes animum tibi dederit, utique permiſſum erit; *in l. ſi loci 9. C. de ædific. privat.*

2. Adeò ut ex hac dominii poteſtate in proprio ſolo, privato fundos quoque proprios Vallare licitum ſit; juxta Reſcriptum Imperatoris *in l. per Provincias 10. ibi: ac Cunctis volentibus, permittatur murali ambitu fundos privatos, ſeu loca ſui dominii Conſtituta, vallare. C. de ædif. privat.* Nicol. Boer. *dict. deciſ. 320. n. 13.*

§. XIII.

§. XIII.

1. *Tertiò* firmat hanc aſſertionem argumentum, ex ipſa Torculi natura & qualitate depromptum, Cujus ædificationem ea de cauſa inter Regia jura numerare non poſſumus, cum quilibet illud in ſuo prædio conſtruat, proprii uſus gratia. Sicuti autem cuilibet liberum exiſtit, poma & pyra Colligere, eavè ad uſum rei familiaris premere & muſtum exinde perficere, absque ſuperioris Conſenſu & authoritate: Utique etiam idem de Uvis Collectis Statuere licebit, tanquam de fructibus ex vinetis privatorum Collectis, qui privato patrimonio accenſentur, adeò ut nihil Principis interſit, quonam inſtrumento aut machina Vineæ Dominus, Uvas exprimere velit: Modo Decimator non defraudetur, aut conſuetudo loci non violetur.

2. Et hoc ad exemplum Molendini, in privato flumine extructi. Juris enim eſt conſtituti, quod unicuique etiam privatæ conditionis, liceat in fundo ſuo molendinum Conſtruere, rivoque ſeu flumine privato per fundum proprium decurrente ad uſum molæ, ſeu molendini uti, nulla Superioris, aut magiſtratus licentia petitâ aut obtentâ *per l. 1. §. hoc interdictum 4. ibi: ſi autem flumen privatum ſit. D. de flumin.* Flumina enim privata, ut ſunt Rivuli & torrentes, eodem jure cenſentur, quo quæcunque alia loca privata, ideò ratione uſus in ejusdem poteſtate ſunt. *per l. 1. §. non autem 12. ibi:* ad Cætera non pertinet. *& d. l. quo minus 2. ibi*: in uſu publico non erit. *D. de flumin.* Anton. de Padilla *ad l. 7. C. de ſervit. & aq.* Modeſt. Piſtor. *1. Conſil. 19, num. 3. & ſeqq.* Joan. Wameſ. *1. Conſil. 36. num. 2.*

3. Quoniam in Principis poteſtate, tutela, & ſuperioritate tantum ſunt ea, quæ publica ſunt, qualia ſunt

flumina publica, viæ publicæ, Ripatica & ſimilia, eorumvè Cura & inde proveniens utilitas ad Imperatorem vel Principem, tanquam Regia jura, pertinet. *per l. 2. D. de flumin. l. fin. C. de aquæd. lib. 11. cap. unic. lib. 2. feud. 56.* Roſenthal. *de feudis cap. 5. Concluſ. 24.* Dn. Bocer. *de Regalib. cap. 2. num. 153. & 164.* Caſpar. Klock. *vol. 1. Conſil. 5. n. 7. & 8.* Georg. Everhard. *1. Conſil. 27.*

4. Non verò, quæ in cujusvis privati Dominio exiſtunt; Talia enim meritò diſpoſitioni liberæ ipſius Domini Relinquuntur, ſicuti in terminis Molendini in flumine privato Conſtructi acutè deducit Joan. Wameſ. *lib. 1. Reſponſ. Iur. Civ. 36. per tot.* Cui aſtipulatur Joannes Bouuot; dum ſcribit: *l'on puit edifier moulin en rivire non navigable pourueu qu'il n' y ait moulin bannie, & que le lieu ſoit diſposè pour ſe faire* h. e. *poteſt ædificari molendinum ad flumen non navigabile, modo ibi non ſit, molendinum bannale, & quod locus ſit diſpoſitus & accommodatus ad id faciendum.* Jean. Bouuot. *ad Conſuet. Burgong. in Comment. tom. 1. fol. 545.* Vide Anton. de Padilla *ad l. ſi manifeſtè 7. C. de Servit. & aq. num. 11. & ſeqq.*

§. XIV.

1. Ita in terminis Molendinorum. *in Specul. Princip. tit. 28. num. 11.* Petrus à Petra *de fideicommiſſ. Quæſt. 11. n. 580.* Cacheran. in terminis Furni. *deciſ. 17. per. tot.* Anton Teſſaur. *deciſ. 16. num. 4.* Chaſſan. *in Conſuet. Burgund. Rubr. de Foreſt. §. ult. num. 1. fol. 1747.* ubi ſcribit: Licet Dominus loci habeat molendinum, non tamen poſſe prohibere unum ex ſubditis, aliud ædificare, poſt Decium *Conſil. 244.* Jul. Clar. *Recept. ſentent. §. Feud. Quæſt. 30.* Weſenbec. *Conſil. 67. num. 27.* Ruland. *de Commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 13. num. 1.* Sixtin. *de Regal. lib. 2. cap. 2. num. 87. & ſeqq.* Proinde in terminis Torculi ſcribit

Joan.

Joan. Papo: *Iura Torcularia juris ſunt naturalis & gentium, quorum dictamine, nemini liberum non eſt in ſuo aut facere, aut extruere, quod volet, etiamſi vicino nocivum ſit, per l. Trebatius l. Proculus D. de damn. infect.* Joan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. art. 543. fol. m. 454.* Ideò in noſtris terminis ſcribit Joannes Marius Novarius: *Vaſalli gravantur quando Barones prohibent, ne ipſi ſubditi ſeu Vaſalli Conſtruant molendina, Furnos, Tapita Battenderia Ferrerias vel Serras, vel jam Conſtructorum uſum Vetant.* Novar. *latè tom. 1. Gravam. Vaſall. 59. per tot. ac Gravam. 64. per tot.*

2. Diſſentit Valent. Guilielm. Forſtner *de dominio cap. 9. num. 76.* Qui ſe fundat in univerſali Conſuetudine *ſub num. 78.* Aliter Joan. Hering. *de molendin. Quæſt. 66.* Cujus fundamentum in feudali inveſtitura Conſiſtit. adducta tamen diſtinctione *ſub. num. 56.* Dubitativè Dn. Am. Lindenſpur. *ad ordinat. Würtemberg. tit. 84. num. 12. in fine.*

§. XV.

1. *Limitatur* modo adducta Reſolutio I. Niſi conſuetudine Ducatus aut Comitatus vel totius Provinciæ jam dudum Receptum ſit, ne ſubditi etiam in propriis prædiis aut ædibus absque Principis territorii aut Domini pagi Conſenſu & Veniæ Conceſſione Torcula Conſtruant & ædificent: Quo caſu Torculorum extructio tanquam Jus Reſervatum Regalibus accenſere poſſumus, ſicuti enim Conſuetudo legitimis Requiſitis munita, jus efficit, inſtar legis obſervatur, legem vincit, ac pro Servitute prædio impoſita reputatur. *per l. 1 ibi:* Servitutis *C. de Servitut. & aqua l. 2. C. quæ ſit long. Conſuet.* Regn. Sixtin. *de Regal. lib. 1. cap. 5. num. 132. & ſeqq.* Lælius Mancin. *Quæſt. Genial. cap. 282. per tot.* Prout de Molendinorum extructione ſcribit Joan. Hering. *de molend.*

*Quæſt. 9. num. 60.* Sixtin. *de Regal. in proœm. num. 17.* In tantum, ut Bartolomæus Chaſſanæus, ducenta & octo Regalia recenſeat. *in Catalog. Glor. mund. part. 5. conſil. 24.* Matthæus Verò *de Afflictis*, centum Viginti Sex Species Regaliorum Congeſſerit. *in cap. un. lib. 2. Feud. 56.* Hering. *de molend. Q. 9. num. 62.*

§. XVI.

1. *Limitatur II.* præfata Reſolutio de ædificando Torculo, etiam absque ſuperioris licentia & conceſſione; *Niſi ſtatuto aliud proviſum ſit, & ordinatum.*

2. Proinde *in Ducatu Würtembergico* tam inveterato uſu Receptum, quam inter jura localia relatum eſt; Ne quiſpiam ſubditorum *Torculare* ſivè in prædio ſive in ædibus, absque Conſenſu Principis ac Domini territorii ædificet. *Ordinat. Ducat. Würtemb. Tit.* vom Kelterbaw *fol. 86.* Clarius in Ordinat. ædili. in der Fürſtl. Würtemb. Baw-Ordnung; *fol. 20* Ubi expreſsè diſpoſitum legimus Quod nullum ædificium novum, cujusvis generis absque Conſenſu ſereniſſimi Dn. Ducis Würt. ac ejusdem officialium extruatur. Daß kein neu Gebäu ohne Ihrer Durchleucht oder dero Amptleuth Bewilligung auffgerichtet werde. De quo caſu intelligendum eſſe cenſeo Beſold. ad Lindenſpur. *ad dict. Ordin. Würtemb. fol. m. 279.*

3. In Ducatu *Lotharingiæ*, moribus quoque Receptum eſt, ut furni, Molendina, & Torcularia, ſeu Preſſoria ad Dominum ſuperioritatis territorialis pertineant. De quo ſequentia: Conſuetudines Lotharingiæ: *Les Droits de bannalites de Fours, Moulins & Preſſoirs, appertiennent aus Hautes Iuſtitiers: Si par uſage, ou droit particuliers il n' appent du contraire.* h. e. *Iura bannalia furnorum, molendinorum & torcularium, pertinent ad altam Iurisdictionem; niſi*

*per*

*per conſuetudinem aut Iura ſingularia pertineant ad partem adverſam.* Conſuet. Lothar. *tit. 6. §. 98* Ubi Abraham Fabert. *in Comment. fol. m. 122.*

4. Pari modo *in Civitate Imperiali Eslingenſi* ab antiquo obſervatur, ut nemini Civium liceat torcular vel de novo Conſtruere, vel etiam deſtruere, aliive vendedere, ſine conſenſu Senatus ampliſſimi. teſtatur Dn. Am. Knipſchilt. *de jur. Civit. Imper. lib. 5. cap. 26 n. 41.*

5. Ex qua inveterata Conſuetudine fluit, ut hodie extructio Torculorum & aliorum actuum ad torcularia pertinentium jure Superioritatis meritò annumerentur: Et ſi quid à Parte in contrarium ſuſcipiatur, pro turbatione juris Superioritatis cenſetur. Alſo nach deme Lazarus Kunpel Oeſterreichiſcher Ambtmann der vier Lindawiſchen Keelen Höff und Dörffern *in Anno 1638.* ſich der Beeydigung deß Troggelmeiſters underfangen / iſt ſolches von der Stadt Lindau als eine turbatio in dero Lands-Obrigkeit / am Käyſerl. Hof geklagt / und durch darauff erkandte und ergangene Kayſerliche Reſcripta gedachte Beeydigung *in Anno 1639.* und *1640.* unterlaſſen worden. h. e. *ita poſtquam L. K. Domus Auſtriacæ officialis quatuor manſorum, ſive hobarum colonariarum & pagorum Lindavienſium, Magiſtrum torcularium ad jurandum compellere anniſus eſſet; ſuper hoc facto utpote turbatione Superioritatis territorialis, res ad aulam Cæſaream delata, & per decreta & emanata Reſcripta Cæſarea, poſtmodum in Annis 1639. & 1640. juramenti ſuſceptio ulterior fuit omiſſa.* Acta Lindau. *fol. m. 463. in princip.*

6. Nec caret hæc Conſuetudo & hoc ſtatutum prohibendi ædificationem Torculorum propria authotate & absque ſufficienti Principis territorii, vel ipſius Civitatis cauſæ cognitione *ſana & gravi ratione.* Si enim omnibus ſubditis in commune permitte-

mitteretur, Molendina, Torcularia, & quælibet alia, in ſuo prædio quotidie extruere, Quis quæſo (cum ſtultitiam patiantur opes) eſſet modus hac in re futurus? Quales fierent ſumptus? Quanta naſcitura eſſet æmulatio? Ligna certe Lapides & molares vix tali libidini ſufficerent; Imò unum Torculare, alterum planè everteret & annihilaret; Quæ vel ſingula tanti ſunt momenti, ut melius ſit, gubernationis ſublevandæ cauſa, Principes & Dynaſtas talem facultatem ſibi ipſis reſervare, quam ut promiſcue & indiſcriminatim ſubditi in certiſſimam rei familiaris pernitiem ea abutantur. Qui plerunque contra propria commoda laborare ſolent. *arg l. non eſt ſingulis. D. de Reg. jur.* Sicuti hoc latius deducit Joan. Hering. *de molendinis Quæſt. 10. ſub. n. 8.*

§. XVII.

1. *Limitatur III. ſupra allata Reſolutio*, de libertate ædificandi Torcularia; *Niſi* Princeps aut Comes Imperii, per Inveſtituram ſpecificam Ius Torculariorum ab Imperatore aut alio ſupremo Principe de novo acquiſiverit, in ſuo territorio habendi privativè, cum poteſtate prohibendi Cæteros privatos, imò etiam Nobiles in territoriali jurisdictione habitantes.

2. Quod Imperatorem ex certa cauſa, & ex plenitudie poteſtatis facere poſſe, probabiliter definiri poteſt, Secundum ea, quæ de molendinis tradit Petr. Surd. *conſil. 127. num. 20. & ſeqq.* Andr. Knichen. *de jure ſuperiorit. cap. 3. num. 216.* Et hoc latè diſputat Ioan. Hering. *de Molendin. Quæſt. 24. per tot.* Per Inveſtituram enim Cæſaream vel Domini Superioris Jus Reale, non tantum ad rem, ſed etiam in re acquiri Inveſtito, Feudiſtæ Communiter tradunt. *arg. l. cum heredes 23. D. de acquir. hered. cap. un. lib. 1. Feud. 25.* Ubi Paul. Balzeran. *ac cap. 3. in pr.*

*ibi;*

*ibi:* alienare *lib. 2. Feud.* Præpoſit. ſeu Joan. Anton. de S. Georg. *de feud. cap. un. in pr. Quid ſit inveſtit. lib. 2. F. 2.* Schneidev. *de feud. part. 4. in pr.* Ferrar. Montan. *eod. tr. lib. 3. cap. 1.* Petr. Gudelin. *eod. tr. part. 2. cap. 5. num. 10.* Quis igitur dubitare Velit, exinde quoque ſequi, penes Principem aut Comitem inveſtitum de jure Torculorum, vim & arbitrium eſſe, num ferre velit, ſubditos & incolas in territorio indiſcriminatim huic juri per inveſtituram quæſito, ædificatione novorum Torculorum ſeſe opponentes: Sicuti in terminis Molarum tradit M. Anton. Natta *Conſil. 106. num. 1.* Franciſc. Marc. *deciſ. 584. n. 2. part. 2.*

3. Præſertim, ſi huic prohibitioni, jure Inveſtituræ ſubnixæ Subditorum Patientia accedat. Anton. Teſſaur. *deciſ. 16. num. 4.* Petr. Heig. *lib. 1. Quæſt. 15. num. 50.* Hering. *dict. tr. Quæſt. 10. ſub num. 5.* Diſſentit aliquatenus Bald. *conſil. 410. lib. 5.* Urſill. *ad Afflictis deciſ. 388.* Grammat. *conſil. 13.* Novar. *tom. 1. Gravam. Vaſallor. 58. n. 2.* Et hæc ſufficiant de Torculis inprimis privatis.

§. XVIII.

1. Quæritur, *An Torcular ſit bonum mobile vel immobile; Ac an illud inter mobilia vel immobilia bona numerandum ſit?* Quod Quæſitum, conducit ad dilucidationem diſpoſitionis ultimi Elogii; *An legato prædio ſivè Vrbano ſive Ruſtico, Torcular quoque Legatario cedat?* vel ad declarationem Statuti, quo omnia bona mobilia Uxori in portionem legitimam imputantur; *An Torculare quoque ei obveniat?* Occaſionem hujus Concertationis præbuit reſponſum Ulpiani *in l. inſtrumenti 8. de inſtrum. legat.* Qui ibidem inter Fundi inſtrumenta *Torcular* quoque refert. Cum reſponſo *in l. fundi 17. D. de act. empt.* ubi Torcularia non inter fundi partes recenſet, etiamſi ſit inſtrumentum fundi.

 2. Sane

2. Sane Torculare ſive inædificatum, ſivè terræ affixum ſit, cum bonis immobilibus quoque ad Legatarium tranſire cenſeo. Ita namque Pomponius conſultus reſpondit: Cum fundus, ſine inſtrumento, legatus ſit, dolia, molæ olivariæ, & prælum, & quæcunque infixa inædificataque ſunt, fundi legato continentur, nulla autem ex his rebus, quæ moveri poſſunt, paucis exceptis, fundi appellatione continentur in l. cum fundus 22. D. de inſtruct. vel inſtr. legat. Alciat. & Rebuff. *ad l. fruges D. de V. S.* Tiraquell. *de jure Retract. Conſang. §. 1. Gloſſ. 7. num. 95.* Peck. *de teſtam. Conjug. lib. 5. cap. 30. n. 2.* Menoch. *4. præſumpt 154. num. 3.* Ex cujus reſponſi *Ratione* prono quaſi alveo fluit, Quod Torculum ſui natura ſit bonum immobile; Cum machina iſta ea mente & intentione certo loco inædificatur, & terræ maximis ſumptibus infigitur, graviſſimis in aream defoſſis ſtipitibus, ad ſimilitudinem domus vel cujuscunque alterius ædificii, ut vineis inſerviat, & ibidem perpetuò maneat: Et hoc propter Reſponſum Pomponii *in l. in prædiis 7. §. 1. D. in quib. cauſ. tacit.* Ubi Jconſultus reſpondit: omnia ea mente in fundum illata, ut ibi ſint & permaneant, tacitè quoque pignoris nexu ligari. Perpetuitatis enim ratio hoc loco ſpectanda eſt, juxta Scævolam. *in l. Debitor 32. ibi: ut ibi perpetuò eſſent, non temporis cauſa commodarentur. D. de pignor. & hypot. l. malum 242. §. ſtraturam 4. ibi: perpetui Vſus.* ubi Gædd. *D. d. V. S.* Cephal. *conſil. 92.* Caroc. *de Locat. part. 3. tit. de invectis* Renat. Choppin. *ad Conſuet. Pariſ. lib. 1. tit. 1. num 14.* Proſper Rendella *de vino legato. Verb. Quantum. fol. m. 71.*

3. Unde Scribit Joannes Baptiſta Larrea: *Licet Fundus ſolus absque inſtrumento relinquatur, adhuc tamen dolia comprehenduntur, quaſi infixa ſint, quo caſu magis Fundi pars,*

*pars, quam inſtrumenti debentur judicari.* Larrea *deciſ. Granatens. 81. num. 16. & per tot. vol. 2.* Hilliger. *in D. E. lib. 8. cap. 19. lit. C. & lib. 16. cap. 14. lit. F.*

§. XIX.

1. Unde bene in terminis ſcribit *Claudius Guerin.* Hac inſuper dilucidatione adjecta, de molendinis & Torcularibus, an bona ſint mobilia vel immobilia? *Quæſtio hæc voluntatis non eſt, ſed facti.* An Ea integrè aliorſum transferri poſſint, nec ne? Præſumitur enim, qui ædificavit, inter immobilia ædificium ſuum deſtinaſſe, habita ratione ædificationis. Præſertim cum Statutum, Conſuetudo, vel Lex, utens Verbo, ædificare, naturam ædificii indicare voluit: Sicuti patet. *ex l. 1. §. plane 8. D. de vi & vi armat.* Ubi reſpondet Ulpianus: Si quiſpiam de ligneis ædibus dejectus fuerit, nemo ambigit, interdicto locum fore; Quia quale quale ſit ædificium, modo ſolo cohæreat, inde qui vi dejectus eſt, habet interdictum: habita ſcilicet ratione ſtructuræ. *arg. l. adeo §. cum in ſuo D. de aquir. rer. domin.* Menoch. *de Recuper. poſſeſſ. Remed. 1. num. 46.* Sicuti Granaria, quæ ex tabulis fieri ſolent, ita ædium ſunt, ſi ſtipites eorum in terra defoſſi ſunt. Quod ſi ſupra terram ſunt, rutis & cæſis cedunt. *per l. granaria 18. ibi*: in terra defoſſi *D. de action empt. l. Titius 60. D. de acquir. rer. domin.* Claud. Guerin. *ad Conſuet. Pariſ. art. 90. Verb. Comme un Moulin au Vent. fol. m. 97.* Card. Mantica *de Tacit. Conv. lib. 4. tit. 15. n. 2.*

2. Nec licitum eſt Torculare ita conſtruere, ut pro lubitu deſtruere poſſis; & aliorſum transferre velis; arg. *Imperialis Reſcripti Iuſtiniani* Quo ita Sancivit, ut nemini liceat ſic ædificare, vel alio modo verſari, ut idoneum Ventum, & ſufficientem ad præfatum opus infrin-

gat, & inutilem Domino aream & fructuum inutilitatem faciat. *in l. fin. §. 1. C. de Servit. & aqua Vbi* Anton. de Padilla *num. 2.* vide Carocc. *deciſ. 107. num. 20.* Joan Hering. *de molend. Quæſt. 53. 54. & 55. num. 4.*

3. Qua de cauſa *Ioannes Parladorius* ſcribit: *Furnum, Molendinum, Torcularque individua eſſe: Etenim nulla alia ex cauſa hæ res diviſionem non recipiunt, quam quod earum Vſus in facto Conſiſtit* facta autem ſunt individua. Parlador. *Rer. quotidian. lib. 1. cap. 6. in pr. num. 10. & 11.*

§. XX.

1. Et hoc illuſtratur Statuto Pariſienſi diſcrimen Bonorum mobilium & immobilium ſatis clarè exprimente: Hiſce Verbis: *Vtencilles d'Hoſtel, qui ſe peuuent transporter ſans fraction & deterioration, ſont auſſy reputez Meubles: mais ſi tiennent à Fer & Clou,* (*germanicè*, was Nagel und Eiſen hebt.) *ou ſont ſcellez en plaſtre, & ſont mis pour petuelle demeure, & ne peuuent eſtre transportez, ſans fraction ou deterioration, ſont cenſez & reputez immeubles, comme un moulin à Vent & à eau; Preſſoir edifiè en une maiſon, ſont reputez immeubles, quand ne peuuent eſtre oſtez, ſans deſpecer, ou deſasſembler; autrement ſont reputez meubles.* Hoc eſt: Inſtrumenta prædii, quæ integra, & absque diminutione, aufferri poſſunt, mobilia ſunt: ſed ſi Clavis affixa fuerint, aut in murum immiſſa, & gypſo agglutinata, ibi perpetuò manſura, utputa molendina, quæ Vento aut aqua ducuntur, vel prælum, pro immobilibus habentur, quando absque ſolutione aufferri non poſſunt: Secus mobilia cenſentur. *Conſuet. Pariſ. §. 90.* De Torculari nominatim, quod terra teneatur, ceu immobile quoddam bonum, jactatur Senatus Decretum Rothomagenſe, *Quarto Cal. Ian. Anni 1528.* Jani Doly Vidua cum Heredi-

redibus, altercante, *ap. Territunum*; Quod refert Renat. Choppin. *de morib. Pariſ. lib. 1. tit. 1. num. 14 fol. m. 19.*

2. Idem dicendum eſt de tabulis clavis affixis, ac mobilibus perpetui uſus gratia comparatis, ſecundum Conſuetudinem Burgundiæ, Quod Gallico idiomate ita legimus: *Les tableaux attachez à clau A cheulle: meubles mis pour perpetuelle memoire.* h. e. *tabulæ affixæ clavis ligneis, mobilia ſunt, poſita ad perpetuam memoriam.* Jean. Bouuot. *Sur, la Couſtume de Bourgongne in Epitom. fol. m. 44.* Ac quod ea tantum bona, mobilibus accenſenda ſint, quæ ſine fractione de loco ad locum transferri poſſunt, tradit Decius *conſil. 472. & 653. Qui ſe peuuent mouuoir de lieu en un autre ſans fraction*; h. e. *qui ſe poſſunt movere de uno loco in alium, ſine fractione.* Secus autem erit in Contrario caſu; juxta *Conſuetudines Lotharingiæ* ſecundum Verba *§. 326. Les autres Meubles de bois cloues, ou tellement appropries, que ſans deterioration, ou euidente incommoditè de la choſe, ne puiſſent eſtre transportes, ſont cenſes Immeubles.* h. e. *Reliqua mobilia ligno affixa aut ita appoſita, ut ſine detrimento, vel evidenti incommodo rei, non poſſint transferri, accenſentur immobilibus.* De quo Abrah. Fabert. *ad Conſuet. Lotharing. tit. 2. §. 25. Verb. Meubles fol. m. 24. ac §. 303. fol. m. 484. ac §. 325.* Joan. Papon. ubi de Conſuetudine *Berboniæ* loquitur *§. 288.*

§. XXI.

1. Nec evertit hanc aſſertionem de Torculis inter bona immobilia numerandis, *Ratio* ex translatione Torculi deſumpta, Quod ea, quæ arte aut ſine ædificii deſtructione moveri poſſunt, bonis mobilibus ſint accenſenda, & mobilium jure habeantur. *per l. malum 242. l. vinaria 206. ibi:* ad alium uſum transferri. *D. de V. S. l. in prædiis. D. in quibus cauſ. pign. tacit.* Unde Jureconſultus

 Reſpon-

Reſpondit; Ea; quæ ad tempus ſunt, non videntur legata, *in l. Vxorem. 41. §. legaverat l. ſi fundus 44. de legat. 3.* Tiraquell. *de retract. lign. gloſſ. 7. §. 1. num. 98.* Larrea *deciſ. Granat. 81. n. 16.*

2. Torcularia autem & Preſſoria de uno loco ad alium transferri poſſunt, eorumque avulſio & translatio non inducit ædificii deformitatem; etiamſi facilè & ſine labore moveri nequeant: Quod illuſtratur in horreo frumentario ſecundum Jureconſultum *in l. Titius 60. D. de acquir. rer. domin.* Unde Ulpianus torcularia etiamſi defoſſa ſint, etiamſi ædificio cohæreant, inter inſtrumenta fundi vel vineæ refert non Verò inter ædificia, aut ædificii partes. *in d. l. fundi 17. in pr. D. de act. empt.* Coler. *deciſ. 286. n. 32.* Berlich. *part. 3. Concluſ. 30. n. 17.*

§. XXII.

1. Veruntamen huic dubioſæ Rationi, Repagulum ponemus *ex l. ex facto 35. §. rerum Italicarum. 2. D. de heredib. inſtit.* Ubi Ulpianus reſpondit: *Res, quas quis ibi perpetuò habuit, atque ita diſpoſuit ut perpetuo haberet, inter immobilia cenſeri.* Cæteroquin, *ſi tempore, in quo transtulit in alium locum, non ut ibi haberet, ſed ut denuò ad priſtinum locum revocaret, inter mobilia bona numeranda eſſe.* Concordat. *l. generali 32. §. uxori D. de Vſufr. legat.* Anton. Faber. *1. Conjectur. cap. 6.* Covar. *lib. 2. Var. Reſol. cap. 5. num. 3.* Hier. Gabriel. *1. conſil. 98. n. 36.*

2. *P*ræſertim dum Torculum non tam ſit inſtrumentum fundi, quam pars ædificii, cum integra illa machina ad hunc finem conſtructa ſit, ut Vineæ inſerviat perpetuò. Unde terræ infigitur, tegulis tegitur, & pars ædificii, imò ædificium ipſum exiſtit, & dici meretur. Rendinella *de Vino & Vindemia part. 1. cap. 3. fol. m. 23.* Ideò ad propoſitum Reſpondet Pomponius: Cum Fundus

dus ſine inſtrumento legatus, dolia, molæ olivariæ, & prælum, & quæcunque infixa, inædificataque ſunt, fundo legato continentur. *in l. cum fundus 21. D. de inſtr. vel inſtrum. legat.* Huc facit Quæſitum Firmi à Proculo: *An venditis ædibus, plumbeum caſtellum de quo fiſtulæ ſub terram miſſæ aquam ducerent in ahenum, lateribus circumſtructum, Veniat?* Reſpondit Proculus: *Quod ſi nihil de ea re neque Emptor neque Venditor cogitaverit; nonnè propius eſt, ut inſerta & incluſa ædificio, ſic partem ejus exiſtimemus eſſe. in l. ſi Venditor 38. §. Firmus 2. D. de action empt.* Tiraquell. *dict. Gloſſ. 7. §. 1. num. 96.* Mantica *de Conject. V. V. lib. 9. tit. 3. num. 5.* Qui tradit, quod ſub legato, mobilium, non comprehendantur ea, quæ parieti ita affixa ſint, ut facilè avelli non poſſint. *per l. liberorum. 52. §. ſed ſi Bibliothecam. 7. verſ. plane ibi: cum adhærentia ædificii loco ſint. D. de legat. 3.* Cephal. *conſil. 92.*

3. Ac quamvis Torculum aliqua arte vel induſtrioſâ ſolertia ſubmoveri & aliorſum transferri poſſit: Cum tamen id rariſſimè fieri ſoleat, & ſine periculo fracturæ extrahi nequeat, illud potius attendendum, in quem finem ædificium principaliter conſtructum ſit, quàm quod accidentaliter fieri poteſt. *l. pen. C. de Servit. l. fin. C. de long. tempor. præſcript.* Joan. Bapt. Larrea *deciſ. Granat. 81. num. 18. part. 2.* Philipp. Knipſchilt. *de fidecommiſſ. famil. cap. 5. n. 44.*

§. XXIII.

1. Ita de Torculis inter Bona immobilia numerandis cenſent. Bartolom. Chaſſanæ. *ad Conſuetud. Burgund. Rubr. 4. §. 2. num. 28.* Renat. Choppin. *ad Conſuet. Pariſ. lib. 1. tit. 1. num. 14.* Joan. Papon. *ad Conſuet. Borba. §. 288. ac §. 543. fol. m. 454.* Claud. Guerin. *ad Conſuet. Pariſ. §. 90. fol. m. 96.* Abrah. Fabert. *ad Conſuet Lotharing.*

*ring. §. 326. Verbo: Preſſoir. ibi: tellement appropriès, que ſans deterioration ou evidente incommoditè de la choſe, ne puiſſent eſtre transportès.* h. e. *ita appropriata, ut ſine deterioratione, aut evidenti incommodo rei ipſius, non poſſint transportari.* Qui ex Choppino ita in Supremo *Rothomagenſi* Senatu judicatum fuiſſe, in cauſa Viduæ Joannis Dolii & Hæredum, atteſtatur *ſub fol. m. 503.* Thom. Maul. *de empt. vendit. tit. 3. num. 161.* Philipp. Knipſchilt. *de fideicommiſſ. famil. cap. 5. num. 69.* Qui tradit, quod etiam in Torcularibus tanquam bonis immobilibus fideicommiſſum conſtitui poſſit, Jean. Bouuot. *ad Conſuet. Burgund. in Epitome. Tit. de Droits appertinents à Gens mariè.* Ubi tradit: *Vn preſſoir qui ne peut eſtre oſtè, Sans deſpecer les cuues, ſont reputèes immeubles.* h. e. *torculum quod non poteſt amoveri, ſine laceratione cupæ, eſt reputandum pro re immobili. fol. m. 45.* Vide Caſp. Klock. *de ærario. lib. 2. cap. 8. num. 31. fol. 235.*

§. XXIV.

1. *Limitatur* dicta reſolutio, de Torculo portabili, quod in hunc finem conſtructum eſt, ut de loco ad locum facile transferri poſſit; Ac Vulgò ap. nos Trotten vocantur, eorumvè uſus præcipuè in Auſtria viget. Hæc enim Torcula magis inſtrumenta, quam partes fundi cenſentur, de quibus intelligendum eſt Reſponſum Ulpiani ſupra allegatum *in l. inſtrumenti 8. D. de inſtr. & inſtrum. legat. & l. fundi. 17. in pr. D. de act. empt.* Bart. Chaſſan. *ad dict Conſuet. Rubr. 6. §. 4. fol. m. 999.* Tali enim aſportatione vel avulſione non inducitur aliqualis deformitas ædificii, prout contingit in Torculis ſolo affixis. *per l. 2. C. de ædific. privat.*

2. Et hoc ad exemplum molarum manuariarum quæ ſuppellectili annumerantur *in l. Dolia 26. §. 1. ibi: molas manuarias. D. d. inſtr & inſtrum. legat.* Jaſon. *in l.*

*cætera*

*cætera §. fin. num. 1. D. de legat. 1.* Matth. Coler. *deciſ. 286. num. 32.* Berlich. *part. 3. Concluſ. 30. num. 17.* Sicuti ſcabini Lipſienſes pronunciarunt; in Verbis: Jedoch verbleibt euch auff ſolchem Gut/ die Weinpreß/ auffm Weinberg/ neben andern Mobilien billich. V.R.W. h. e. *attamen vobis meritò in hoc prædio remanebit torcular Vinarium in Vinea, cum aliis rebus mobilibus, de Iure.* Carpzov. *in Iurisprud. Forenſ. part. 3. Conſtit. 24. Definit. 7. n. 7.*

§. XXV.

1. Sed hac occaſione alia occurrit Quæſtio? *An legato aut Empto Torculo, Vaſa quoqua Vinaria (quæ aliàs* latinè *Cuppæ*, Gallicè *Les Cuues*, Germanicè Bütten oder Kelter-Geſchirr vocantur) *Legatario aut Emptori cedant, ac inſtar bonorum immobilium cum Torculo tranſeant?* Hoc eſt, quod aſſerimus.

2. *Tum Primò*, quòd Cuppæ, tanquam inſtrumenta Torculi Subſtantialia, neceſſariò tam in contractu quam in legato veniunt. Nam ſine his Cuppis Torculi uſus aut uſusfructus nullus eſſe poteſt. Ideò niſi de contraria voluntate vel Teſtatoris vel contrahentium appareat, etiam hoc inſtrumentum fundi aut domus quacunque diſpoſitione continetur, per Reſponſum Ulpiani *in l. ſed ſi 15. § proprietatis 6. ibi:* & in Cuppis. *D. de Vſufruct.* Anton. Faber. in Rational. *ad dict. l. ſed ſi 15. §. De quibusdam 5. D. dict. tit.*

3. Ac cum Torculi quæſtus & utilitas imprimis in Vini torcularii perceptione & reditibus conſiſtat, Utique etiam Cuppæ & vaſa torcularia pro parte præcipuâ ipſius Torculi cenſentur, ſine quibus quæſtus hic acquiri non poteſt. *per l. in fundo l. inſtrumento D. de inſtr. & inſtrum. legat.* Caſp. Anton. Theſſaur. *lib. 1. Quæſt. forenſ. 84. num. 7.*

4. Præſerrim cum Cuppæ vinaceæ adjiciantur Torculo ad inducendam unionem, ut unum corpus Conſtituant, quo tanquam parte eſſentiali ſeparatim uti frui non poſſumus: Quæ autem Unam eſſentiam perficiunt, diverſo jure cenſeri non debent. *per l. cum fundus D. de legat. 2.* Alexand. *conſil. 169. vol. 5.* Franc. de Ponte *Conſil. 63. n. 42.& ſeqq. vol. 1.*

§. XXVI.

Tum *Secundò* Cuppæ & Cuppulæ iſtæ perpetui uſus gratia tanquam ſubſtantialia Torculi inſtrumenta comparantur, & ei tanquam pars accenſentur, quarum remotio propter magnitudinem difficillimè fieri poteſt. Ac licet earum Uſus ſemel tantum in anno tempore autumnali neceſſarius ſit, nihil impedit, quin inter immobilia & ſubſtantialiter Torculo annexa referantur. *per l. ſi cui vinum 3.* §. in Cuppis autem, ſive Cappulis. *D. de tritico legat. l. dolia 26. in pr. ibi:* ut ibi perpetuo poſita ſint. *D. de inſtruct. vel inſtr. legat.* Cæpolla. *de Servit. cap. 63.* Joan. Bapt. Larrea *deciſ. Granat. 81. num. 11. & ſeqq.* Proſper. Rendella *de vini ſubſtant. Verbo: Quantum. fol. 69.* Ea autem, quæ perpetui uſus gratia parata ſunt, licet æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe: Neque ad rem pertinere, quod interim tollerentur, Paulus reſpondit *in l. malum. 246. §. ſtraturam. 4. Ubi Gaddæus & DD. D. de V. S.* Cephal. *Conſil. 92.* Surd. *deciſ. 134. n. 4.*

2. Ideò de Doliis quoque modo allegatus Paulus dixit: Dolia, quæ in fundo domini eſſent, Emptori acceſſura. *in l. qui fundum 40. §. Dolia 5. ibi: emptori ceſſura D. de contrahend. empt.* Prout in ſimili caſu Reſpondit: *Dolia in horreis defoſſa, ſi non ſint nominatim in Venditione excepta, horreorum Venditioni ceſſiſſe videri. in l. Dolia 76. in pr. D. dict. tit.* Franciſ. de Ponte *conſil. 63. num. 46. lib. 1.* Joan.

Bapt.

Bapt. Hodierna. *obſervat. ad Surd. 134. num. 2.* latiſſimè in terminis doliorum Joh. Baptiſt. Larrea *deciſ. Granat. 81. per tot.*

3. Cum res deſtinata ad uſum rei legatæ, Veluti Cuppæ ad uſum Torculi ſumme neceſſariæ, Veniant cum ipſa re legata, *per l. quæſitum. 12. §. 1. ibi: cuppæ & culei. D. de inſtruct. & inſtrum. legat.* Joh. Petr. Surd. *Conſil.* 1[illegible]. Gizzarel. *deciſ. 32. per. tot.* Proſper. Rendella *de vini ſubſtant. Verb. Menſura. fol. 71.*

§. XXVII.

1. *Nec adverſatur* noſtræ Reſolutioni, contraria *Ioannis Paponi & Claudii Guerini* aſſertio, ex ea ratione deſumpta: Quod *Cuppa* & vaſa torcularia terræ affixa non ſint; Ideòque à Torculo facillimè removeri poſſint. Nam ut Vaſa vinaria, dolia, & ſimilia inſtrumenta cum torculo, legatario cedant tanquam bona immobilia, Jureconſultus requirit, ut defixa ſint; ſicuti reſpondet Scevola: *in l. Lucius 93. §. Collegia 4. ibi:* Item machina, vaſa vinaria, id eſt, cuppæ & dolia, quæ in cella defixa ſunt. *D. de legat.* 3. Idem reſpondit Jureconſultus *in l. cum fundus 21. in pr. D. de inſtr. & inſtrum. legat.* Ubi ea tantum inſtrumento legato cedunt, quæ affixa & inædificata ſunt. Joan. Papon. *ad Conſuet. Borbon. §. 288 fol. 256.* Claud. Guerin. *ad Conſuet. Pariſ. §. 40.* Ubi lex innuit, Quòd inſtrumenta pro immobilibus habeantur, quæ ſine diſſolutione non poſſunt amoveri. *Quand ne peuuent eſtre oſtèz, ſans deſpecer. fol. m. 96.*

2. Quamvis item *Cephalus*, ad Conſtituenda bona immobilia, utrumque requiri velit: *Vnum* ſcilicet, ut ea ſint ad uſum perpetuum deſtinata: *Alterum* verò, ut ſint affixa vel defoſſa. Cephal. *conſil. 92.* Mantica *de Tacit. Convent. lib. 4. tit. 15. n. 6. aliter tamen ſub. n. 5.*

§. XXVIII.

1. Hæc tamen *opinio Erronea* eſt, nec temerè ſequenda. Quoniam ſufficit ad inducenda bona immobilia; ut inſtrumenta perpetui uſus gratia ſint deſtinata, vel invecta, & allata. per text. *in l. malum. 242. §. Staturam 4. ibi: perpetui uſus paratæ, licet interim tollerentur. D. de V. S. l. fundi. 25. in pr. ibi: duo millia D. de inſtruct. legat.* Cavalcan. *part. 2. deciſ. 6. n. 4.*

2. Ædium enim multa ſunt, quæ ædibus adfixa non ſunt, ait Vlpianus *in l. fundi 17. in pr. D. de act. empt.* Quod clare quoque probatur *per l. granaria 18. §. tegulæ 1. D. eod. tit.* Vbi Javolenus reſpondit, quod tegulæ in tecto ædium exiſtentes, pro parte domus habeantur, etiamſi detractæ ſint, animo tamen reponendi: Et tamen certum eſt, tegulas non affigi. *l. eum qui 23. in pr. D. de Vſucap.* Bero. *Conſil. 48. num. 12. vol. 2.* Petr. Peck. *de teſtam. Conjug. lib. 5. cap. 30. num. 2.* Card. Mantica. *de Tacit. Convent. lib. 4. tit. 15. num. 3. & 5.* Ac Petr. Surd. in terminis Vitriatis *ita deciſum fuiſſe, refert. deciſ. 134. per. tot.*

3. Qua, ſine dubio, de cauſa Conſuetudinibus *Leodienſibus* receptum eſt, ut non ſolum immobilium numero cenſeantur, Cuppa & lebes braxatorius, qui plerunque ædificiis cohærent, ſed etiam cacabi, aliaque dolia minora & inſtrumenta neceſſaria ad uſum braxandæ cereviſiæ, licet non cohærentia ædificiis; ſicuti deciſum fuit aliquoties Leodii, teſte Carol. de Mean. *in obſerv. deciſ. Leod. 98. n. 14.*

4. Ita in terminis Doliorum & Cupparum Renat. Choppin. *ad Conſuet. Pariſ. lib. 1. num. 15.* Caſp. Anton. Teſſaur. *lib. 1. Quæſt. forenſ. 84.* qui ſub *num. 7.* ſcribit: Quòd quando quæſtus fundi pro majori parte in vini reditibus conſiſtit, tunc Vendito fundo vel torculari, ſui na-

ſui natura talia quoque vaſa Vinaria veniant: Prout. *Senatus Pedemontanus* declarando cenſebat, Quòd vaſa Vinaria, quæ in Abbatia quadam repoſita erant, cujus reditus pro majori parte in Vino conſiſtebant, ad Abbatem ſucceſſorem pertinerent, non Verò ad hæredes. In terminis *Doctorum*, Joh. Bapt. Larrea *deciſ. Granat. 81. per tot. vol. 2.*

§. XXIX.

1. Ex quibus deductis facile reſolvitur quoque hæc Quæſtio: *An venditioni Domus, veniat & accedat quoque Preſſorium magnum & importatile? ſeu, quod* eodem recidit? *An Appellatione Ædium veniat quoque Torculare?* Quod utique *Affirmamus.* Modo Torculare ædificio contiguum ſit. Torcularia enim, (*Preſſoier edifiè en une maiſon.*) & id genus alia, quæ in ædificiis ſunt, ædificiis eſſe Videntur Antiſtitia Labeoni; quamvis minimè affixa, modo perpetui uſus gratia in ædibus poſita ſint. *l. fundi 17. §. antep. 9. ibi: columnas D. de act. empt.* Ac ea ædium eſſe ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium vel propter ædes habentur *l. Iulianus 13. § fin. ibi: quaſi pars D. de act. empt. l. cætera §. quid ergo D. de legat. 1.* Abraham. Fabert. *ad Conſuet. Loth. §. 326. fol. m. 503.* Nec non cum Proculo reſpondemus: *Nonne proprius eſt, ut inſerta & incluſa ſic partem ædificii, exiſtimamus eſſe. in l. ſi venditor 38. §. Firmus. D de act. empt.* Joh. Bapt. Larrea. *deciſ. Granat. 81. num. 5. & ſeqq. vol. 2.*

2. Unde rectè dicimus, quod Mola, vel Torculum ſi immobili ædificio inhæreat, res ſoli exiſtimetur, & ædium pars, inſtar tegularum domus, quæ quandiu illi applicatæ ſunt, pro una contignatione cenſentur. *l. eum qui ædes 23. in pr. D. de Uſucap. l. granaria. 18. §. tegulæ 1. D. de act. empt.* Petr. Peck. *de teſtam. Conjug. lib. 5. cap. 30. num. 2.*

Unde Jure-Conſultus reſpondit; Quod appellatione Ædium, omnes ædificii ſpecies comprehendantur. *in l. Qui ædes 9. in fin. ibi: omnes ſpecies D. de incend. ruin.* Eumque textum, etiam in eo locum habere, qui Torcularia combuſſit, id in facto vidiſſe obſervari, tradit Bartolus *in dict. leg. Qui ædes.* Cæpolla. *de S. P. R. cap. 44. de Igne. num. 9.* Ita in terminis Bart. Chaſſanæ *ad Conſuet. Burg. Rub. 6. §. 4. num. 4. fol m. 998.* parcè Bertach. *in Repertor. Verb. Torcular.* latius Renat. Choppin. *ad Conſuetud. Pariſ. lib. 1. tit. 1. num. 14.* Abrah. Fabert. *ad Conſuet. Lothar. §. 326. Verb. Moulig. fol. m. 502.*

§. XXX.

1. Ex præfata reſolutione, alia oritur Quæſtio: *An Locator ædium teneatur quoque Conductori Concedere Torculare, ædibus annexum &, pro premendis Vvis deſtinatum.* Ac, niſi ſpecialiter alium actum ſit, *Affirmativè Reſpondeo.* Locator enim inſtrumenta ad fundum locatum pertinentia præſtare debet, ſicuti conſtat, *ex epiſtola Neratii ad Ariſtonem:* Dolia utique colono præſtanda eſſe, & prælum & trapetum, inſtructa funibus: Si minus, Dominum inſtruere debere, ſed & prælum vitiatum reficere teneri: *in l. ſed addes. 19. §. illud. 1. ibi: & trocleas, quibus relevatur prælum. D. Locat.*

2. Ac per textum *in l. ex conducto 15. §. 1. D. eod.* Ubi actio ex conducto datur, quoties Locator poſſeſſionem aut totius agri aut partis non præſtat; adeò ut commode uti frui re conducta nequeat. *l. ſi in lege 24. §. colonus 4. ibi: frui patiatur. D. eod. tit.* Covar. *2. Var. Reſol. cap. 6.* Thom. Maul. *de locat. tit. 6. num. 5. & ſeqq.* Unde Ulpianus reſpondit: *Officio Iudicis Continetur, ut cogat Locatorem, aditum & facultatem inquilino præſtare ad arcam* tollendam. *in dict. l. ſed addes. 19. §. ſi inquilinus 5. D. dict. tit:* Domus

Domus enim intelligitur locata, ad plenum uſum & habitationem, ut Conductor uſum rei ſivè patientiam, locator verò pecuniam habeat. Card. Mantica *de Tacit. Convent. lib. 5. tit. 1. num. 19. & paſſim.* Ideò Torculum quoque ædibus affixum ſeu ſub ædificii contignatione ſubſiſtens, conductori liberè præſtandum erit. *per l. malum 242. §. ſtratura 4. D. de V. S l. granaria 18. §. tegulæ 1. ibi: pro parte domus D. de inſtruct. & inſtrum. legat.* Ita Socin. Senior. *Conſil. 15. num. 20.* Ubi tradit, *Quod Locator præſtet inſtrumenta ad premendos fructus liquidos, Veluti Torcular. vol. 1.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan. cap. 385. n. 3.*

§. XXXI.

1. Præcedenti Quæſtioni ſuccedanea eſt hæc; *An Vendito Torculo ſine diſtrictus quoque torcularis,* der Kelter Satz *id eſt, jus cogendi vicinos, in Venditorem tranſeat, in hunc finem ut vicini Vineas poſſidentes, Vvas quoquo in eodem Torculo cogere teneantur?* Ac *Diſtrictum* quoque cum torculo Venire & in Venditorem tranſire *cenſeo.* Nam ſimplex rei appellatio, etiam nullo alio expreſſo, pertinentias rei, acceſſiones & dependentias continet; Quod perſpicuè probatur per reſponſum Jureconſulti in *l. ſi. aquæductus 47. D. de Contrah. empt. l. qui fundum §. 1. D. de acti. empt.* Ubi Paulus reſpondit; *Quod Vendito jure aquæ ducendæ, canales quoque & fiſtulæ accedant, licet extra ædes ſint.* Imo etiam Caſtellum (die Waſſerſtube) ex quo aqua deducitur, & putei, & opercula puteorum, etiamſi de his expreſsè nihil conventum fuerit, nec ſcriptura contineatur. *ſecundum Labeonem in l. fiſtulas 78. in pr. D. de empt. Vendit l. fundi. 17. §. fin. D. de act. empt.*

2. Nam Vendito prædio, cui ſervitus æqueductus debetur, etiam aquæductum, ſeu jus aquæ ducendæ in Emptorem tacito jure tranſire neceſſe eſt. *l. certo generi.*

*13. §. 1*

13. §. 1. *D. de ſerv. ruſtic. præd. l. pen. D. de evict.* Ac cum Ædes venditæ in cauſa ſint; ut ſervitus aquæductus ſequatur in Emptorem; etiam in cauſa eſſe debet, ut fiſtulæ & canales eundem ſequantur. Juxta. *Axioma* Philiſophicum: *cauſa cauſæ, eſt etiam cauſa cauſati.* latè Anton. Faber. *in Rational. part. 3. tom. 2. Pandect. ad d. l. ſi aquæductus. 47. & l. fiſtulas 78. D. de empt. Vendit.*

3. Unde Doctores tradunt; quod Princeps concedendo caſtrum & fortalitium intelligatur adiacentia quoque & ſuppellectilia conceſſiſſe. *per text. ſingul. in l. ſi aliquando. 15. ibi: opus publicum ſibi præberi poſtulaverint. C. de oper. publ.* Id quod firmat Baldus in caſu non ineleganti; ſcilicet, ſi Princeps concedit fortalitium, in quo multa ſunt fornimenta, ſeu munitiones, illæ omnes ſimul intelligentur conceſſæ. Bald. *in l. beneficium, D. de Conſtit. Princip.* Alphonſ. Modit. *in §. Principum Placita Quæſt. 27. per tot.*

4. Et hoc in noſtro caſu eo magis dicendum, Quoniam *Torcularia* non per ſe ſubſiſtunt, nec ſicuti ædificia tam Urbana quam Ruſtica in habitatione conſiſtunt, ſed in hunc uſum habentur & conſtruuntur, ut Uvas exprimant & cogant, non Domino ſimpliciter, ſed ſubjectis & Vicinis, à quibus proventus, hoc eſt, vinum torculare percipitur; ac propter jus bannale ex certo diſtrictu oriens, quaſi in fructu eſſe dicuntur. Vnde evenit, ut fruſtra Torcula habeantur, niſi diſtrictus adjiciatur, veluti agens in ſuum ſubjectum. *per l. qui fundum 40. §. 1. ibi: iter quoque Venditorem tradere oportere. D. de empt. Vendit.* Joan. Hering. *de molend. Quæſt. 10. num. 23. ac Quæſt. 19. num. 1.* Itaque hoc caſu verum eſt, quod Accurſius notat: ſæpè evenire, ut ratione acceſſionis aliquid debeatur, quod alioquin non deberetur. *per d. l. fiſtulas 78.*

Accurſ.

Accurſ. & Anton. Faber, *ad l. & quanquam 49. D. de contrah. Empt. Vendit.*

5. Itaque ſubjecti bannales, die zur Nachfahrt geſeſſen ſeyn/ pro parte Torculi cenſentur juris dependentis non contingibiliter, ſed neceſſariò, ex uſu rei appropriato, & connexo, veluti in furno bannali contingere ſolet. Nam ii, qui fortuitò & ſpontè ad Torculum meum accedunt, in nulla æſtimatione aut fructu habentur veluti ex quorum acceſſione ad meum Torcular, nullus certus proventus ſperari poteſt; Cum hoc ex mera facultate dependeat, nec jure obligationis fiat. *arg. l. viam publicam 2. ibi. non utendo. D. de via public.* Ideò Doctores inferunt, quod Molitori ex uniformi uſu & acceſſione ad molendinum, etiam mille annorum, nullum jus acquiratur *per l. proculus. 26. D. de damn. infect.* Teſſaur. *deciſ. 16. num. 2.* Matth. Weſenbec. *conſil. 67. num. 21. & 22.* Ita in terminis diſtrictus molendinaris, Bertrand Argentræ. *ad Conſuet. Britan. tit. 17. in princip. num. 4. qui in art. 348. & ſeqq. de jure diſtrictus varia deducit.* Quem literaliter ſequitur Joan. Hering. *de molendin. Quæſt. 30. num. 36.* Diſſentientium rationes collige ex Anton. Fabro. *in Rational. ad dict. l. & quanquam 49. l fiſtulas. 78. in pr. D. de empt. vendit.*

7. *Hæc tamen aſſertio declaratur*; Ut emptor ſuo contractu *non acquirat Ius cogendi diſtrictuales* ad ſuum torcular Bannale, propriâ authoritate; ſive Venditor Torculi fuerit privatus, ſive dominus territorii vel Jurisdictionalis: niſi dominus territorialis Venditor, cum Torculo, expreſsè quoque Jurisdictionem cogendi diſtrictuales in Emptorem transtulerit; Quoniam dominus, directum dominium, in Torculo, ſeu debitam obedientiam ac jus ſuperioritatis ſibi ipſi reſervaſſe cen-

 ſetur;

ſetur; ſimplici tantum debito in Emptorem tranſeunte, *ſans Iurisdiction n'y obeiſſance* h. e. *Sine jurisdictione & obedientia. Ideò* non poteſt Emptor Torculi ſeu Ceſſionarius, jurisdictionaliter coercere eos, qui Torculum bannale non adeunt, aut debitaritè non ſolvunt, ſed neceſsè habet, ut eos per Judicem ſui domicilii compellat. *arg. traditorum* Carol. Molinæ. *ad conſuet. Pariſ. §. 35. n. 31.* Ubi tradit, quod nulla jura debeantur, per conceſſionem in cenſum. In terminis Bertr. Argentræ. *ad d. Conſuet. Britan. art. 329. num. 12.*

# CAPUT XIX.

## *De Torculo Publico & Bannali.*

### SUMMARIA.

§. 1.

1. *Quid ſit torculum publicum?*
2. *Comes Imperii vel univerſitas habens torculum, publicum, ſubditos vel concives, ſecundum aliquos, ad id cogere poteſt.*
3. *In libero arbitrio eſt ejus, qui Jura principis in territorio poſſidet, an & quando onus tributi ſubjectis ſuis imperare velit.*
4. *Juramento ſubjectionis ſubditi promittunt & obligantur, ad promovendam domini utilitatem, quocunque modo poterunt.*
5. *Domini territoriorũ poſſunt inhibere ſubditis, ne aliorſum emigrent habitandi gratia, aut commercia exerceant in locis peregrinis, vel invehant cereviſiam & vinum forenſe.*
6. *Subditi poſſunt cogi, ne ad alia, quam ad domini molendinum accedant.*

§. 2.

1. *Alii Contrarium ſtatuunt rectius, præcipuè in moletrinis.*
2. *Quorum prima ratio conſiſtit in libertate naturali.*
3. *Deinde quod ſubditi per Edicta principum conſtringi non poſſint, ut in certo loco habitent, domi-*

*domicilium figant, aut ne provincia excedant.*

4. *Improbatur hæc coactio in Jure Canonico.*

§. 3.

1. *Authoritates quibus Negativa reſolutio firmatur; præjudicia & conſtitutiones locorum.*
2. *Variæ mutationes circa hanc rem, in Gallia.*

§. 4.

1. *Contra hanc Negativam, nec ſtatutum prohibitorium Valere poteſt.*
2. *Etiamſi Contravenientibus certa pœna fuerit indicta.*
3. *Sed à tali ſtatuto intra tempus præſtitutum appellari poteſt.*
4. *Poſt tempus appellationis effluxum, via querelæ demum locum habet.*

§. 5.

1. *Hæc interdictio Monopolium ſapit, quod omni Jure prohibitum eſt.*
2. *Tam in foro fori, quam in foro poli.*

§. 6.

1. *Etiam Vicini forenſes, contra talia Statuta & Edicta prohibitoria, pro ſuo intereſſe agere poſſunt.*
2. *Afferuntur præjudicia.*

§. 7.

1. *Ampliatur aſſertio Negativa, quod ii, qui cum publica authoritate in pago præſunt ſubditis inhibere non poſſint, ne torcula & ſimilia ædificia in aliorum uſum extruant.*
2. *Quoniam unicuique liberum eſt, in proprio ædificare ad ſui ſuorumque commodum.*
3. *Gravis eſt injuria, ſi homines in rebus ſuis aliquid facere aut pati cogantur inviti.*

§. 8.

1. *Ulterius ampliatur aſſertio negativa, licet dominus loci torcular poſſideat bannale, tamen ſubditis, novi torculi ædificationem in privatum eorum uſum, inhibere non poſſit.*
2. *Erectio torcularis non eſt actus Jurisdictionis, ſed competit Jure dominii,*
3. *Pro confirmatione hujus aſſerti adducuntur authoritates.*

§. 9.

1. *Tertio ampliatur aſſertio negativa, quod incolæ licet per plures annos torcular ſui domini acceſſerint, id tamen exinde bannale non fiat quominus etiam eo invito, pro lubitu alibi uvas cogere poſſint.*
2. *Ea quæ Jure familiaritatis aut amicitiæ peraguntur, nec ſervitutem nec poſſeſſionem inducunt.*

 3. Ex

3. *Ex actu qui eſt meræ facultatis, nulla omninò poſſeſſio vel quaſi acquiritur.*
4. *Operis non impoſitis manumiſſus, licet ex ſua voluntate, aliquo tempore ea præſtiterit, compelli tamen ad præſtandos quas non promiſit, non poteſt.*

§. 10.

1. *Fallit hæc ampliatio tunc, ſi ſubditi prohibitioni domini ſui paruerint & acquieverint.*
2. *Etiamſi hæc prohibitio facta ſit non judicialiter, ſed extrajudicialiter per Reſcriptum aut Edictum.*
3. *Hanc ſervitutis acquiſitionem, dominus torculi etiam adverſus ipſum dominum territorii, ſi ſciat & patiatur, obtinere poteſt.*
4. *Diſſentit Bocerus, ſed ei reſpondet Heringius.*
5. *In dubio pro ſubditis eſt reſpondendum.*
6. *Quoniam quælibet res & quælibet perſona cenſetur libera, & ab onere immunis.*

§. 11.

1. *Quartò ampliatur aſſertio negativa, non procedere, ſi ordinatio domini non publicam territorii utilitatem, ſed ſaltem Cameræ fiſcalis Commodum privatum concernat*
2. *Detrahere aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam, quam mors aut reliqua, quæ poſſunt corpori, aut rebus externis accidere.*

§. 12.

1. *Boni principes non ſolent obviare ſubditorum utilitatibus, cum ii ærario in publicis neceſſitatibus ſubvenire teneantur.*
2. *Platonis præcepta à M. Tullio relata, ab omni qui Reipublicæ præeſt, ſanctè ſunt cuſtodienda.*
3. *Monita & exempla aurea, bono principe digna.*
4. *Auguſtum Regis Gothorum Theodorici Edictum, de novis indictionibus.*

§. 13.

1. *Plerunque in Magnatum aulis exactionum Novatores ſeſe oſtentant, qui principes ad Civium opes exhauriendas, ad inuſitata impoſitionum genera perſuadent.*
2. *Hæ peſtes Reipublicæ ab Aulis principum ſunt arcendæ,*
3. *Pœnæ Inventorum novorum tributorum, æternæ & temporales.*

§. 14.

1. *Ulterior invectura in tales archigogolantes.*

*2. Ta-*

2. *Talibus Exactoribus principes oportet reſiſtere, & eorum liberationem pro beneficio divino aſtimare.*

§. 15.

1. *Limitatur ſuperius adducta aſſertio, niſi aliud inter dominum & ſubditos convenerit.*

§. 16.

1. *Si dominus cum Univerſitate pactum de torculari bannali ducendo inire velit, an ſinguli de univerſitate conſentire debeant; vel an ſufficiat conſenſus majoris partis?*
2. *Variæ ſuper hac quaſtione recenſentur Dd. opiniones.*
3. *Autor ad inducendum Jus bannale in torculis & furnis publicis, Civium & ſubditorum omnium & ſingulorum conſenſum expreſſum requiri judicat.*

§. 17.

1. *Quibusdam Incolis ad prohibitionem domini, ne privatum torculum accedant, parentibus, reliquam Univerſitatem, ſi prohibitio talis ad majorem partem populi pervenerit, teneri, quidam aſſerunt.*
2. *Contrarium aſſeritur.*
3. *Minor pars ſingulorum de Univerſitate, parti majori præjudicare non poteſt; præſertim cum agitur de amittenda libertate.*

§. 18.

1. *Limitatur Secundò dicta reſolutio, niſi dominus pagi longiſſimo tempore Jus bannale in torculo dominico acquiſiverit.*
2. *Præſcriptione triginta annorum etiam Jura incorporalia acquiruntur.*
3. *Modo iſta prohibitio ſuum legitimum effectum obtinuerit.*
4. *Hæc præſcriptio tamen per actus contrarios interrumpitur.*
5. *Vaſallus libertatem à certis præſtationib. contra dominium præſcribere poteſt, ſi Dominus Vaſallitica onera requirens, Vaſallo deneganti, per longiſſimum tempus acquieverit.*

§. 19.

1. *Ad inducendum Jus bannale in torculo dominico, ſecundum quosdam requiritur, vel prohibitio domini, vel ſubditorum ſcientia & patientia.*
2. *Verior eſt ſententia, utrumque requiri.*
3. *Sola patientia ſine titulo ſufficit ad ſervitutis acquiſitionem.*
4. *Confirmatur hac ſententia in termi-*

*terminis ædificati furni, torcularis & molendini.*

5. *In terminis tapetorum, quo olivæ triturantur.*

6. *In terminis tabernæ pro Vino, & macelli, pro carnibus conquirendis.*

7. *In terminis piſcationis.*

8. *Traditur cautela, ſi ſubditi mox contradicant, & Contrarium agant.*

9. *In præſcriptione immemoriali Juris torcularis, aut alicujus ſervitutis, nec titulus, nec patientia adverſarii eſt probanda.*

§. 20.

1. *Limitatur tertia ſuperior reſolutio, niſi dominus pagi longiſſima Conſuetudine, torcula bannalia obtinuerit, & quietè poſſederit.*

2. *Talis conſuetudo valida eſt, & dominos ab omni coactione violenta excuſat.*

3. *Ad hanc Conſuetudinem inducendam requiritur, tacitus conſenſus eorum, contra quos præſcribitur.*

4. *Hæc patientia à domino torculi Jus bannale introducente legitimè probanda eſt.*

§. 21.

1. *Allegata Reſolutio limitatur quartò, niſi inevitabilis neceſſitas, aut publica Univerſitatis utilitas Conſtitutionem torculorum bannalium requirat.*

2. *Neceſſitas probabile efficit, quod alias improbabile eſt.*

3. *Reipublicæ ſalus & utilitas unicuique civi curæ eſſe debet.*

§. 22.

1. *Limitatur quintò ſecundum quosdam, ſi domini torculum ſit æque aptum ad premendas ſubditorum uvas, & propius juxta vineas ſitum, quam privatorum torcula; dominusque eundem vel minorem cenſum exigat pro labore.*

2. *Quod maximè obtinet in ſubditis, qui ob homagium præſtitum tenentur fortunam & commoda dominorum promovere, & nociva avertere.*

3. *Dominus cogere poteſt ſubditos, ne alienos agros extra territorium ſitos colant, & vel proprias vel dominicales derelinquant, ſed iſtos potius accepta certa mercede proſcindant, & excolant.*

4. *Hæc limitatio accipienda eſt de urbanitate, ut dominus ſubditos Civiliter inducere poſſit, ut ad torcula domini præ aliis accedant, omni acceſſionis obligatione rejecta.*

5. *Plures limitationes remiſſivè.*

§. 13. *Si*

§. 23.

1. *Si dominus torculi convenerit cum aliquo, quod ipſi & ejus heredibus gratis uvas in ſuo torculo premere velit; & familia hujus Valdè creverit, an nihilominus hoc pactum duret?*
2. *Quidam affirmant.*
3. *Augmentum per viam unionis, & eandem rem conſtituens, omnes qualitates rei cui unitur, ſuſcipit.*
4. *Verior cenſetur ſententia eorum, qui hoc pactum ad æquitatem reducendum eſſe cenſent.*
5. *Omnis diſpoſitio ita eſt intelligenda, ut infinitas evitetur.*
6. *Obſtat, quod à pactis conventis non ſit recedendum.*
7. *Reſpondetur huic objectioni.*

§. 24.

1. *Privilegia principum, dum iniqua fieri, & tertium graviter lædere incipiunt, ad æquitatem reducuntur.*
2. *Affertur præjudicium à Senatu Supremo Cathaloniæ, in cauſa piſcatoris.*
3. *Item in terminis barbitonſoris, furnarii & poſſeſſoris nemoris.*

§. 25.

1. *Affertur hanc in rem lepida hiſtoria, quæ olim contingit in Ducatu Pictavienſi.*
2. *Deciſio caſus per diſtinctionem, quam ſuppeditavit Johannes de Tempore.*

§. 26.

1. *Cenſus torcularis, præſtatur vel in pecunia numerata, vel in muſto ſeu vino.*
2. *Dominus torculi bannalis, qui pago cum Juriſdictione præeſt, cenſum torcularem pro lubitu mutare vel augere non poteſt.*
3. *In reditibus præſtandis, veterem Conſuetudinem Domini poſſeſſionum obſervare debent.*
4. *Circa exactiones conſuetas debitores habent Jus acquiſitum, quod illis invitis facilè adimi non poteſt.*
5. *Operæ ruſticorum quoad qualitatem & augmentum nullatenus ſunt extendendæ, ſed potius intra conſuetos fines cohibendæ.*
6. *Ex novitate fraus arguitur, quando contra antiquam Conſuetudinem quidpiam attentatur.*

§. 27.

1. *Controverſia inter Dominum & diſtrictuales exiſtente, circa cenſum torcularem, omnium primò pacta conventa ſunt inſpicienda, quæ actus natu-*

*naturam informant & reformant.*

2. *Dominus cui competit Jus prohibendi, ne ſubditi alibi eant molendum vel coquendum panem, non poteſt in eorum præjudicium alterare Jus moliture aut furnatici extra ſolitum, alias eos gravaret.*

§. 28.

1. *Ipſum bannum ſeu acceſſio neceſſaria premendi uvas in torculo, eſt onus reale, & ſervitus prædio non perſonæ inhærens.*

2. *Ubicunque fructus prædii aut torculi maximè in vineis conſiſtitt, unc ſervitus prædio magis, quam perſonæ debetur.*

3. *Illuſtratur hoc exemplo Juris paſcendi, quod Univerſitati & habitatoribus competens, ſervitus realis cenſetur.*

§. 29.

1. *Jus prohibendi diſtrictuales, eousque obtinet, quousque dominus torculi facultatem habet ſubditos citò expediendi.*

2. *Diſtrictuales in moletrina domini 24. horas expectare tenentur, quodſi intra hoc tempus molitura non promovetur liberè recedere, & alias moletrinas accedere poſſunt.*

3. *Hoc tempus, tam in moletrinis quam torcularibus, comprehendit dies feriatos & non feriatos.*

§. 30.

1. *Dominus torculi bannalis, Juri banni, invitis etiam diſtrictualibus renunciare, & ipſum bannum torculare refutare poteſt.*

2. *Dominus torculi hanc cogendi diſtrictuales poteſtatem acquiſivit, non contra ſeipſum, ſed ad inducendam ſubjectionem & ſervitutem; ideòque ei etiam renunciare poteſt.*

3. *Poteſtas cogendi diſtrictuales dependet ex voluntate ipſius domini, ideoque eam pro lubitu mutare is poteſt.*

4. *Omnis diſpoſitio intelligenda eſt, rebus ſic ſtantibus, niſi aliud expreſſe cautum ſit.*

5. *Si cauſa aliqua accidat, de qua à partibus contrahentibus nihil fuit cogitatum, & quæ naturæ negocii tacitè non inſit, ſed tamen negocii reſciſſionem urgeat, ea omninò attendenda.*

§. 31.

1. *Refertur diſſentientium argumentum, quod Contractus formam dent futuris negociis.*

3. *Reſpondetur, Contractui tractum ſucceſſivum habenti, ſemper*

*ſemper ineſſe clauſulam, rebus ſic ſtantibus, & ex æquitate ſuccurri læſo.*

3. *In pacto reciproco, quod tam domini, quam diſtrictualium utilitatem, reſpicit, dominus torculi bannum pro lubitu refutare non poteſt.*

4. *Ita tamen, ut ingruente caritate, cenſus torcularis pro æquitate augeri, & laboribus ac ſumptibus adæquari poſſit.*

§. I.

1. NNunc *de Publico Torculo* Verba quædam faciamus. *Publicum Torculum* dicitur, quod ab eo extructum eſt, & poſſidetur, qui publicè in territorio cum poteſtate præeſt, & jus in diſtrictu exercet; Qualis eſt Princeps territorii, Comes, vel Civitas, aut ſimilia corpora publica, cum poteſtate publica munita. Quo loco omnium primo Quæritur?

2. *An Comes Imperii, vel Vniverſitas poſſidens Torculum publicum ſubditis vel Concivibus imperare poſſit, ut nullum aliud quam Domini torculum accedant, & in eo ſolo Vvas recollectas exprimant?* Sane *affirmativam* opinionem ſuſtentant in terminis Molarum Bald. *conſil. 11.* Socin. *Conſil. 222.* Calderin. *conſil. 21. tit. Decr. de Conſuetud.* latè Matth. Weſenbec. *conſil. 69. n. 9.*

3. Pro quibus, *Primò*, Ratio ex jure ſupremæ juriſdictionis & ſubjectionis deſumpta militat; quoniam in libero Comitis aut ejus, qui jura Principis in territorio poſſidet, arbitrio ſitum eſt, an & quando ſubjectis ſuis onus tributi vel capitationis imponere velit; Et hoc propter Reſcriptum Imperiale *in l. cum antea 10. ibi: capitis norma ſit cenſus. C. de agrico. & cenſit. lib. 11. l. 2. ibi: annonam congruam præſtet. C. Ne ruſtic. ad ullum.* In hunc ſcilicet finem, ſubditi indictiones, & contributiones ſuas ſolvant; juxta modum poſſeſſionum vel in annona frumento,

mento, vino, vel juxta patrimonii facultates in tributo auri & argenti. *per l. indictiones 3. ibi: ſed Rebus indici ſolent. l. omnes 4. cum l. ſeq. ibi: ad obligationem functionum C. de annon. lib. 10. Novell. 128. cap. 1. & 2.* Cujac. *in Rubr. C. de annon.* Bocer. *de Regal. cap. 3. num. 207.* Petr. Heig. *1. Quæſt. illuſtr. 17. num. 10.* Klock. *de Contribut. cap. 4. num. 1. & ſeqq.* Fr. deAmaya. *ad dict. leg. indictiones. 3. num. 5.* Multo magis igitur Principi aut Civitati integrum erit, ſubditis ſuis injungere, ut in conterendo frumento aut in cogendis Uvis ipſorum Torculum accedant, quo modicum cenſum tanquam lucellum aliquod ab eis percipiant. Præſertim cum cenſus ille molaris vel vinalis Principi & Domino territorii non gratis tribuatur, nec inſtar doni gratuito perſolvatur ſed pro labore miniſtrantium & impenſis in ipſum Torculi ædificium erogandis, pendatur. Non minori ideò favore digna erit hæc perceptio, quam illa, quam dominus quotannis ordinariè in ſignum ſubjectionis à ſubditis percipit; quod latius perſequitur Joan. Hering. *de molendin. Quæſt. 11. num. 7.*

4. *Secundò* adducunt Doctores pro hac aſſertione argumentum à vi & energia *Homagii ſeu juramenti ſubjectionis* deductum, quo ſubditi promittunt & juratò obligantur Domino territorij, Ejusdem utilitatem, quoquo modo promovere: in quantum poterunt. Ihrem Herrn getreu und hold zuſein / ſeinen Nutzen zubefordern und Schaden zuwarnen. Roſenthal. *de feud. cap. 6. concluſ. 86. num. 2. & in Gloſſ. lit. D.* Georg. Ritter. *de homag. cap. 6.* Ideò ad fidelis ſubditi officium pertinebit, ut inprimis Domini ſui moletrinis faueat, earumque reditus & emolumenta potius quam aliòrum privatorum promoveat. *per cap. un. de forma fidelit. lib. 2. F. tit. 6. cap.*

*de nov.*

*de nov. form. fidelit. lib.2. F. 7.* Laur. Sylvan. *de feud. recognit. Quæſt. 109.* Joan. Coppen. *deciſ. 19. num. 2. & 21.* Quidni enim ſubditus in caſibus, ubi gratificationi locus eſt, Domino ſuo non potius bene velit, quam aliis, inter quos non tam arcta eſt obligatio, neceſſitudo & correlatio, quam inter Dominum & ſubditos? Tiraquell. *de jur. primogenit. Quæſt. 17. opin. 2.* Hering. *dict. Quæſt. 11. num. 10.* Unde benè ad propoſitum ſcribit Thomas Cragius: Ut Domini ſuos Vaſallos aſtringant, ad molendum in ſuo molendino, non ſine ſumma æquitate ab initio inſtitutum fuit. Nemo enim inſicias ibit ex ipſo æquo & bono Vaſallos, Domini potius commodis inſervire debere, quam extranei, & ſi fructus ex molitione, ſegetum debeantur, eos potius Domino ſuo appendere debere, quam extraneo. Thom. Crag. *de feud. Scot. lib. 2. Diegeſſi. 8. fol. m. 186.*

5. *Tertiò facit* pro hâc opinione; Quod Principes, Marchiones & Comites habentes jurisdictionem perpetuam, in ſuis territoriis ſtatuere poſſint, ac inhibere, ne ſubditi & Vaſalli territorium emigrent aliorſum habitandi gratia; aut ne mercimonia exerceant in locis peregrinis, vel ne invehant cereviſiam aut vinum forenſe. de quo Bartol. *in l. fin. in pr. D. de Decr. ab ordin. faciend.* Abbas *in cap. venientes num. 3. x. de jurejur.* Surd. *conſil. 210. num. 14.* Burſat. *conſil. 34. num. 14. vol. 1.* Idque publicæ utilitatis gratia, ut Civitas vel Provincia fiat populoſior, vel ne pecunia extra patriam transportetur. ſecundum Menoch. *2. Conſ. 155. num. 7.* Ex qua ratione, Edictum *Ducis Parmenſis* latiſſimè defendit *Bellonus*, quo gravi pœnâ prohibuit, ne Vaſalli vel ſubditi territorium habitandi gratia egrediantur, ac domicilium alibi conſtituant. Anton. Bellon. *Conſil. 5. n. 23. & per tot.*

6. Ita in cauſa *Comitatus Manerii Aprutii* pro Comitiſſa *Oritia Colomna* reſpondiſſe, aſſeritur *Marinus Freccia*, ſcilicet, illius Caſtri ſubditos cogendos eſſe, ne ad alia quam ad Domini Molendinum accedant. Freccia *de ſubfeud. lib. 2. authorit. 41. in fine.* Similiter deciſionem refert ſupremi Conſilii Neapolitani *Vincentius Anna*, pro Barone, quod ille lite pendente conſervandus ſit in prohibitione, ne ſubditi accedant ad alia quam Baronis Molendina. Anna *ſingul. allegat. 557.* Quorum opinio confirmatur ex traditis *Franchiſii*, qui in ſuis Deciſionibus ſtatuit: *Poſſe ſtatuere Vniverſitatem, ut nemo ex Civibus accedat ad alia molendina, quam ipſius Vniverſitatis, etiam in præjudicium Eccleſiæ, quæ in eodem loco Molendinum haberet.* Vincent. de Franchis. *deciſ. 380.*

§. II.

1. *Veruntamen* hiſce & aliis Rationibus non attentis, Alii Contrariam ſententiam tenent, & latiſſimè defendunt, quorum catalogum in terminis Moletrinarum recenſet Joan. Hering. *de molendin. Quæſt. 11. num. 50.* Earumque rationes & præjudicia congeſſit Benedictus Carpzov. *in Reſpons. lib. 1. tit. 5. Reſpons. 43.* Donat. Anton. de Marinis *lib. 1. Reſol. jur. cap. 32.*

2. Quorum præcipuè ratio & quidem *Prima*, in libertate naturali conſiſtit. Cuilibet enim licitum eſt, liberè, quò velit, ire, nec ullo jure regulariter mens libera reſtringi poteſt. *per cap. ſignificante. ubi Abbas x. de appellat.* Roland. à Valle *lib. 3. conſil. 8. num. 38.* Et hoc ne quidem à Principe, aut eo, qui publica cum poteſtate præeſt, cohiberi poteſt. Princeps enim non poteſt ea conſtringere, quæ juris ſunt Naturæ vel Gentium, vel ea aliquo modo aufferre, etiamſi certæ ſint ſpeciei, *per Clem. Paſtoralis. verſ. Cæterum. de re judic. §. naturali*

*Inſt. de*

*Inſt. de jur. N. G. & C.* Menoch. *conſil. 20. num. 4.* Conſequenter non poteſt dominus eatenus libertatem ſubditorum cohibere, ut ad nullum aliud torculum quam domini accedant, & à privatorum torculis abſtineant. *arg. l. libertas D. de Reg. Jur.* Boer. *deciſ. 125.* Afflictis *deciſ. 388.* Capyc. *deciſ. 209.* Quoniam inter cætera libertatis jura, ex quibus hominis libertas æſtimatur, non modicum Jus in eo conſiſtit, ut poſſis libere ire & commeare, quorſum libet. *arg. l. in bello 12. §. manumittendo. D. de captiv. & poſtlim. reverſ. l. non utique 4. l. nihil intereſt. 31. D. ad municipal.* Nec poteſt liberum dici, quod aliqua ratione impeditur. *l. in re mandata 21. C. mandat. l. nemo exterus 9. ibi: juſtum eſt, ſuum cuique committere C. de judiciis.* Menoch. *Conſil. 261. num. 61. & ſeqq.* Rauchbar. *1. Quæſt. 27. num. 2.* Quam libertatem naturalem, ut ſubditis illibata permaneat, ſequentibus præcepit Imperator *Fridericus III.* in ſua Reformatione *Anno 1441.* Moguntiæ lata: Anders / als auff den Nothfall / ſoll dem gemeinen Mann in Stätten und auff dem Land kein beſchwehrunge oder Newerunge / uffgelegt werden; damit ſie der Chriſtlichen und Menſchlichen Freyheit / jhnen von Gott verliehen / auch genieſſen mögen. h. e. *niſi in caſu neceſſitatis, nemo ex plebe vel in Civitatibus vel in rure habitantes, ullo novo onere gravetur; quò melius libertate Chriſtiana & humana à Deo ipſis conceſſa, frui poſſint.* Reform. *Frider. 3. art. 8. declarat. 4. in fine.* Anton. Hering. *de Fidejuſſ. cap. 6. num. 5.* latè ejusdem Filius Joannes *de Molendin. Quæſt. 11. num. 15. & ſeqq.*

3. *Secundò*, ex hac libera commeandi facultate, ſeu eundi & redeundi arbitrio illimitato, promanat, quod ſubditi per Edictum Principale conſtringi non poſſint, in certo loco habitare, vel domicilium figere, aut ne Pro-

vincia excedant *per l. Titio centum. 71. §. Titio. 2. D. de condit. & demonſtr.* UbiPapinianus reſpondit; *Iniquas eſſe conditiones, nec locum dare cautioni eam diſpoſitionem, per quam jus libertatis infringitur.* Quod confirmatur Reſcripto Imperatoris Diocletiani & Maximiniani *in l. qui manu mittuntur 12. ibi: Liberum ubi voluerint, commorandi arbitrium habent. C. de oper. Libert.* in terminis Ruinus *vol. 1. conſil. 202. num. 5.* Capyc. *deciſ. 118. num. 13.* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 115. num. 22.* Multo minus igitur edictis publicis ſubditos adigere licitum erit, ut præcisè adDomini moletrinam & non aliorſum frumenta aut Uvas coactum vadant. Quod tale Bannum, ſpeciem ſervitutis induceret, dum ſubditis recedere à moletrina Domini impune non liceret. Teſſaur. *deciſ. 16. num. 4.* Ranchin. ad Papæ. *ad Guid. Papæ. Quæſt. 298. Verb. acquiſiverit* Bocer. *de regal. cap. 2. num. 182.* Præſertim cum ſecundum Imperatorem Valentinianum, gravis injuria fieret, *ſi homines de rebus ſuis aliquid facere cogantur inviti. in l. dudum 14. C. de contrah. empt.* Pruckman. *de abſolut. poteſt. cap. 4. membr. 2. Quæſt. 4. num. 17.* Cacheran. *deciſ. 17. num. 12.* Quod variis rationibus firmat Hering. *dict. tr. Quæſt. 11. & ſeqq.* Unde benè ſcribit de acceſſione ad Dominorum Molendinas (quibus Torcula aſſimulantur) in Regno Scotiæ Thomas Cragius; *Quod quamvis ab initio hoc jus non ſine æquitate fuerit introductum, hoc tamen ſucceſſu temporis in duriſſimam ſervitutem evaſiſſe: Cum Domini Vaſallis ſuis primò aſtrictis, ad molendum in mola dominica, certam quantitatem aſſignarent, alii majorem, alii minorem: Adeò ut aſtrictæ multuræ, non amplius ſint mercedes operarum,* (quam *Kraviſchip.* vocant) *ſed certæ inſuper penſiones, de ſegetibus ibidem tritis debeantur, ac inter maximos prædiorum ruſticorum fructus numerentur.* *Imò Dominorum iniquitas hiſce non contenta, etiam*

*am ſiccas multuras introduxerit, quas etiam deberi volunt, ſive in Domini molendino grana conterantur ſivè non* Dato igitur uno inconvenienti, ſequuntur infinita. Thom. Cragius *de feud. Scotic. lib. 2. Diegeſi 8. fol. m. 186.*

4. *Tertiò* Redarguit hanc ad uſurpanda Dominorum Molendina exactionem ipſe Pontifex *in cap. ſignificaſti. in pr. x. de appellat.* Ubi tale præceptum Decani & Capituli iniquum pronunciat, & ſuſtolli præcipit. Ne ſubditi alibi quam in certis laniis carnes emant. Pari modo ipſe Pontifex Clemens V. inter Prælatorum exceſſus penitus abrogandos & coercendos refert quoque, quod nonnulli Epiſcopi, quietem publicam in eo inqüietant, dum auditores in propriis molendinis molere & in eorum furnis panem coquere præcipiant. *Decet enim* (ait Pontifex) *ut & Prælati & alii tam exempti quam non exempti ſuis juribus ſint contenti, & alter in alterius injuriam non proſiliant ſeu jacturam faciant, ſub pæna excommunicationis. in Cl. un. in pr. & fin. De exceſſib. Prælat.* ubi Bonifac. de Vitalinis, *num. 24. & 25.* Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 179. & 182.* Joan. Hering. *de Molend. Quæſt. 11. num. 49.*

§. III.

1. Ac talem prohibitionem, adjuncta coactione Dominorum ad propria molendina, nec æquam nec juſtam eſſe, late defendunt plures ſcriptores. Ex quibus quosdam refero, inprimis Bald. ap. Anchor. *Conſil. 11.* Idem Bald. *conſil. 109. lib. 1.* Boer. *deciſ. 125.* Papæ. *Quæſt. 299. ubi Addit.* Afflictis *deciſ. 388. ubi Addit.* Anton. Theſſaur. *deciſ. 16. num. 1. & 2.* Koppen. *deciſ. 19. per tot.* Rauchbar. *l. 1. Quæſt. 27.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. Concluſ. 25. n. 3. & in Gloſſ.* Schulteſ. *ad Modeſt. Piſtor. lib. 1. Quæſt. 36. n. 5.* Hartmann. Piſtor. *obſervat. Practic. 200. per tot.* Knichen. *tract. de jure Superiorit. cap. 3. num. 15.* Maſtrill. *de magiſtrat.*

*lib. 4.*

*lib. 4. cap. 18. num. 25.* Marc. Anton. Macerat. *lib. 1. Var. Reſol. 65. num. 3. & 10.* Tentacinq. *1. Var. Reſol. tit. de Servitut. Reſol. 1. num. 7. & ſeqq.* Jacob. Cancer. *part. 3. Var. Reſol. cap. 13. Quæſt. 22. num. 255.* Qui pro Vaſallis de hac coactione conquerentibus in Ducatu Cataloniæ in terminis granæ extrahendæ ita reſpondit, *ſub. num. 258. & ſeqq.* Carol. Tapia *ad Conſtit. Regn. Vtr. Sicil. vol. 6. Tit. 38. fol. 293.* late Donat. Anton. de Marinis *lib. 1. Reſolut. cap. 32. per tot.* Singulare præjudicium Cameræ Imperialis in cauſa *Pappenheim* contra *Elgau*, refert Rutger Ruland. *deciſ. Quæſt. 24.* latiſſimè authoritates conglomerat Joan. Hering. *de molendin. Quæſt. 11. num. 50.* Quorum aſſertio quamvis in ſpecie de molendinis tantum loquatur; horum tamen rationes, æque in Torculis bannariis inſtituendis ob paritatem conditionis locum ſibi vindicant. Caſp. Klock. *de ærario lib. 2. cap. 14. num. 14.* Qui in unam eandemque claſſem *Torcularia, Furnos publicos & Clibanos Bannales refert.* Proinde in terminis Joannes Maria Novarius ſcribit: *Vaſalli gravantur ſi à Baronibus coguntur accedere, ad eorum Molendina, Furnos, Trapeta, ad triturandas olivas, Battenderia, Forrerias, & ſerras. in tr. de Gravam. Vaſall. tom. 1. Gravam. 58* Qui ſub *num. 3.* ex Taſſone refert, quod deciſio *Vincentii de Franchis* non emanarit è Sacro Conſilio, ſed domi exarata fuerit. Idem Novar. *tom. 3. Gravam. 64.* Et hoc ante eum, cum præjudicio ſupremæ Curiæ Neapolitanæ aſſerit Carol. Tapia. *ad Conſtit. Regn. Neapol. lib. 6. tit. 28. De gravam. Vaſall. num. 41.* Camill. Borell. *de edict. magiſtrat. lib. 4. cap. 7. num. 24.* Vbi notabiliter ſcribit: *Animadvertendum tamen exiſtimo, pro illis, qui nimirum ſtudent Dominis ac Baronibus placere: Egò vero, nec illis negari debere, eorum jura, quæ competunt; Neque detrahi debere libertati Vaſallorum & ſubditorum, arbitror; ideò veri-*

*veritatem ipſam ſtatuo, nullo modo ſuperiori competere jus, ut prohibere valeat Subditos, quin Molendina & Trapeta ædificent, aut ædificent, aut ad alia molendi aut premendi cauſa accedant.* Quam æquitatis rationem animadvertentes Reges Utriusque Siciliæ, ſingulari Pragmatica ſanctione conſtituerunt, *Ne Barones Regni cogere poſſint Vaſallos & ſubditos, accedere, ad ſua Molendina, Furnos & ſimilia: Niſi privilegio, aut legitima præſcriptione, aut Conſuetudine præſcripta, hoc jus prohibendi, ne vadant ad alia, obtinuerint. In Pragmat. 14. Rubr. de Baronibus.* Novar. *dict. Gravam. 58. num. 1.* Mar. Muta. *ad Cap. Regn. Siciliæ 10. num. 41. tom. 3.* Extat quoque ſimilis Pragmatica Conſtitutio in Regno *Arragoniæ*, de quo in Legib. fori Aragon. *lib. 9. cap. Actus Curiarum §. Prælati.* quam refert. Marcell. de Mauro *allegat 32. num. 7.* Carol. Tapia. *ad dict. 38. Reg. V. S. fol. m. 293.* Eodem modo in *Principatu Cathaloniæ* diſpoſitum eſt; *per Conſtitut. 1. tit. De commerc.* quà conceditur omnibus Cathalanis, liberum commercium, ut poſſint ire quo velint, teſte Jacob. Cancer. *part. 3. cap. 13. num. 261.*

2. *In Regno Galliæ*, cum olim Dynaſtæ quidam prætenderent, ſibi ipſis competere Jus publicorum furnorum; *Philippus Pulcher Rex* liberam Unicuique Civi poteſtatem fecit coquendi panis, privatim & domeſticatim, Vicinisque præterea divendendi, *Quod in Veteri Codice de Anno 1305.* reperitur; teſte Renat. Choppin. *de morib. Pariſ. lib. 2. tit. 8. ſub. num. 1.* Quod plurimis Annis in variis *Regni Galliæ Provinciis* ita obſervatum fuit. Veruntamen cum poſt fatalem *Henrici II.* Regis necem, ab initio bellorum civilium, Ducibus partium, *Antonio Borbonio, Navarræ Rege, Ludovico Borbonio, Duce Guyſio, Annæo Monmerancio Conneſtabili, & Caſparo Collignio Galliæ Admiralio*, Nobiles armis induti, adverſos cæteros Galliæ

mortales & ſubditos inermes, graſſari, cæpiſſent, & Paganos ad indebita obſequia & molendina, furnos preſſoria, cogere ſolerent; Conſuetudo Pariſienſis, juxta *Edictum Bleſenſe* revocata fuit, quòd opera corporalia, *Furni*, *Piſtrinæ*, *Torcula* ex conſuetudine, bannalia non ſint; ſed liberum ſit Unicuique, ubi velit, molendi triticum & annonam coquendi; referente Claud. Guerin. *ad Ius Civil. Pariſ. art. 71. fol. m. 74.*

§. IV.

1. Hanc *Negativam Reſolutionem* IurisConſulti adeò *extendunt*, ut talis prohibitio bannalis nequidem *ſtatuto* munita valeat, in præjudicium ſubditorum molendina aut torcula habentium, juxta Cynum & DD. *in l. 1. C. de ſervit. & aq.* In terminis quoque Anchoran. *Conſil. 398.* latè Covar. *in cap. Poſſeſſor part. 2. relect. §. 4. num. 7. & 8.* Roland. à Valle *conſil. lib. 2. conſil. 22. num. 19. & 23.* Ubi hanc ſententiam communem dicit. Nicol. Boer. *deciſ. 125* Marc. Anton. Macerat. *lib. 1. var. Reſol. cap. 65. num. 1. & 3.* Nam accedere Vvas cogendi gratia ad hoc vel illud torculare, eſt actus voluntarius & meræ facultatis, ex quo nec obligatio nec quaſi poſſeſſio domino, per tale ſtatutum prohibitivum acquiri poteſt. *per l. Lucius 88. § teſtator. 5. D. de legat. 2. l. 2. §. 1. l. & habet. 15. D. de precar.* Menoch. *2. Arbitrar. Caſ. 160.* Cravetta latè diſputans *tr. de antiquit. tempor. Part. 4. §. circa præmiſſa num. 22. & ſeqq. fol. m. 520.* latè Ludolph. Schrader. *Inſtit. de Rer. Diviſ. §. 14. num. 2. & ſeqq.* Carpzov. *lib. 1. Reſpons. El. Sax. 43. num. 5. & 6.* Dn. Fritſch. *de monopol. cap. 13. num. 4.* Novar. *de Gravam. Vaſall. tom. 1. Gravam. 58. num. 3.* Albert. Brunus *conſil. feud. 131. verſ. Vltimo moveor.* Ideò Jacobin. de S. Georgio, *hanc Quæſtionem* diffusè

diffusè examinans concludit: Baroni tale Bannum permittendum non eſſe; tanquam in rem privatam & particularem utilitatem in burſam Domini, veluti ambitioſam ordinationem, non tenere. *arg. l. ambitioſa. D. de decret. ab ordin. faciend.* Jacob. de S. Georg. *de feud. Verb. Et cum molendin. num. 3.* Don. Anton. de Marin. *lib. 1. Var. Reſol. cap. 32. num. 6.* Cancer. *art. 3. Var. Reſol. cap. 13. num. 257.* Camill. Borell. *de magiſtrat. Edict. lib. 4. cap. 7. n. 24.*

2. Et hoc adeò verum eſt, ut ne quidem certâ pænâ contravenientibus indictâ, tale ſtatutum validetur, nec ſubditi ad ejus exolutionem obligari poſſint. *arg. l. Sejus & Angerius. Vbi Br. & Alex. D. ad l. falcid.* Felin. *ad cap. 1. num. 13. x. de Sponſal.* Schrader. *§. 14. num. 10.* Vide tamen Joan. Hering. *dict. tr. quæſt. 11. n. 91.*

3. Proinde ſubditi, tali Banno gravati, non tantum intra legitimum tempus in jure præſcriptum, ab hoc ſtatuto appellare poſſunt, *per l. 2. §. exactio D. de origin. jur. l. 1. §. ſolent. D. quand. appell.* Fr. Balb. *de præſcript. part. 5. Quint. Part. princip. Quæſt. 5. num. 4.* Thom. Grammat. *conſil. 67. num. 14.* Schrader. *in dict. §. 14. Inſtit. de rer. diviſ. num. 11.* Cacheran. *deciſ. 17. num. 9.* Quoniam contra ejusmodi ſtatuta & ordinationes, jura & leges beneficium appellationis ſeu provocationis indulgent. *arg. l. qui ſe gravatos. ibi: proclamant. C. de cenſib. lib. 11.* Bart. *in l. omnes populi. num. 13. Quæſt. 5. D. de juſtit. & jur.* Roland. à Valle *conſil. 99. num. 12. & ſeqq. vol. 3.* Surd. *conſil. 65. n. 9.* Camill. Borell. *conſil. 9. n. 6.*

4. Sed etiam tempore appellationis effluxo, contra tale ſtatutum per viam querelæ ſeſe defendere, *arg. dict. l. qui gravatos 5. C. de cenſib. lib. 11. cap. Concertationi x. de appellat. Cl. Vn. §. molentes. de exceſſ. Prælat. l. cum ſatis. verſ. caveant. C. de agr. & cenſit.* Teſſaur. *deciſ. 16. num. 6.* Gail.

*1.obſerv. 17.* Klock. *de contribut. cap. 1. num. 352.* Adeo ut ipſi per exceptionem doli mali ſeſe tueri queant. *arg. l. 1. §. fin. D. de except.* Ex quo talis iniquitas, nunquam tranſeat in rem judicatam. Surd. *conſil. 65. num. 9.* licet hoc in caſu appellandum eſſe cenſeat Menoch. *conſil. 390. num. 25.* Vide latè Joan. Hering. *de Molendin. Quæſt. 11. num. 100.* Schrader. *in dict. §. 14. num. 12. & ſeqq.* ubi latius tradit & examinat, *An tale ſtatutum Confectum fuerit, cum debitis ſolennitatibus, nec ne? ſub num. 21. & ſeqq.* Ac *quanto tempore officio Iudicis præſcribatur, Quo ſubditi amplius non audiantur?* tradit Fr. Balbus *de præſcript. Quart. part. Princip. Q. 30. n. 7. & ſeqq.*

§. V.

*1.* Præterea eò quidam, *extendunt hanc Negativam Reſolutionem*, ſcilicet quod ſubditos vel Concives compellere ad macinendum frumentum, aut cogendas Uvas non alibi, quam in Domini molendino aut torculo, *Monopolium* ſapiat, juxta tradita Socin. *vol. 2. Conſil. 272. num. 5. & 6.* Boſſ. *de Vint. & Colligat. num. 7.* Covar. *in dict. cap. Poſſeſſor part. 2. cap. 4. num. 7. & 8.* Caſpar. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 26. num. 7.* Quæ omni jure prohibita, & legibus tam Civilibus quam Publicis Imperii interdicta ſunt; Et hoc tam per Reſcriptum Imperatoris Zenonis *in l. un. C. de monopol. l. 2. D. ad l. Iul. de annona.* Quam per *Receſſ. Imper. Spirenſ. de Anno 1529. §.* Nachdem die *Monopolia. & Receſſ. imper. Auguſt. de Anno 1548. §.* Wiewohl die *Monopolia.* Beſold. *tr. de ærar. cap. 3. num. 6 ac in Theſſaur. Pract. Verb. Monopol*ien Klock. *de ærario lib. 2. cap. 26. num. 1. & ſeqq.* Lather *de cenſu lib. 3. cap. 14.* Hæc enim Monopoliorum natura eſt, negotiantis tum lucrum ſectari in populi perniciem & Reipublicæ damnum; Ideò Monopolia cum injuria ſemper ferè ſunt conjuncta, cum omnes actiones

ex

ex fine æſtimentur, & finis monopoliorum communis ſit, ſibi plus ſumere, & alteri minus relinquere vel quantum in ſe eſt, integrum lucrum privatæ ſuæ utilitati attrahere. Hering. *de molendin. Quæſt. 10. num. 16.* Dn. Jacob. Lampad. *de natura nummi in fin.* Dn. Fritſch. *de monopol. cap. 3. num. 13.* Monopolium enim dicitur, quaſi ſit, unica Venditio: Et monopola unicus venditor. Klock de *ærario lib. 2. cap. 26. num. 2.* De monopolii iniquitate graphicè diſſerit Imperator Sigismundus *in ſua Reformat. part. 2. cap. 22. §. 3.* Wann wir im Fürkauffen den unſern Nächſten ſchätzen und betrjegen wiſſentlich / ſo brechen wir das Gebott Gottes / und iſt ein Todſünde / das iſt nun alſo gemein worden / das månniglich Todſünde auff jhme hat / h e. *Si monopolium exercendo, proximum noſtrum ſcienter emungimus & defraudamus, eo ipſo præceptum Divinum Violamus, & mortaliter peccamus; quod nunc tam vulgare eſt, ut plerique peccatis mortalibus ſint inquinati. ac in §. ſeq.* Es iſt auch ein ander Gericht was der Menſch / mit böſem verkauffen / mit Auffſäzen / mit Wuchern hat und an jhn kompt / das mag nicht natürlich verzehrt werden: Es muß eintweder geſtohlen werden / oder verbrennen / oder an dem Beth mit Kranckheit verzehret werden; und ob es gleich verzehrt wird / zu Auffhaltung der Natur / ſo muß doch von jhm brechen oder Schwitzen. h. e. *Adhuc aliud reſtat judicium, quæcunque homo fraudulenter contrahendo vel vendendo, doloſis machinationibus & uſuris illicitis acquiſivit & lucratus eſt, ea conſueto & modo naturali conſumi utiliter nequeunt; ſed furto auferri aut igne conflagrari, aut etiam à decumbentibus in lecto per morbos tabificos ea abſumi oportet; & licet quidem iis fruantur quidam exigente naturæ neceſſitate ad ſuſtentandam vitam, tamen ut purgamenta evomuntur aut per ſudorem expelluntur.* ap. Goldaſt *tom. 2. Conſtit. Imper. Germ. fol. m. 137.*

2. Qua de cauſa tam Theologi quam Conſcientioſi Sani Pòlitici tradunt, Monopolium odioſum & grande peccatum eſſe, non ſolum in foro fori. Berous. *Conſil. 171. num. 1. vol. 3.* Tholoſan. *de Republ. lib. 4. cap. 7. num. 11.* Bodin. *de Republ. lib. 6. num. 2.* Menoch. *6. Arbitr. caſ. 569.* Verum etiam, in foro poli, chori, & Conſcientiæ, ſicuti hoc deducit Mengering. *in Caſ. Conſcient. Tit.* vom Kauffhandel. Caſtro Palao *tr. 30. diſput. 5. Punct. 34. num. 4.* poſt Leſſium *de Iuſtit. & iur. lib. 2. cap. 21. dub. 21. num. 155.* Vide Dinner. *de juſt. rer. pret. Quæſt. 3. num. 3.* Fritſch. *de monopol. cap. 5. & 6.* Quid prohibet igitur, *cur hujusmodi Torcula publica ab ipſis Dominis in Bannalia & coacta Torcula transmutata, non Monopolia vocare poſſimus?*

§. VI.

1. *Vlterius Extenditur* hæc *Negativa Reſolutio*, ac Torculi Bannalis nova introductio *quod etiam vicini & Forenſes*, adverſus Dominum erigentem Torcular Bannale in detrimentum viciniæ, utili actione in judicio experiri poſſint; ſcilicet ut Dominus ſublato tali mandato contra libertatem cogendi uvas, evulgato, & abrogata tali prohibitione, ſubditos priſtinæ libertati, cum integra & tota cauſa plenè in integrum reſtituat, & de non amplius prohibendo cautionem præſtet. *Harum enim actionum* (ait Jureconſultus Paulus) *eventus hic eſt, ut victori officio Iudicis aut res præſtetur, aut cautio; ut adverſarius vitium commiſſi emendet, in l. harum 7. l. egi. ibi:* ut de futuro quoque opere caveri debeat *12. D. ſi ſervit. vindic.* Menoch. *de remed. Retinend. Poſſeſſ 3. num. 811.*

2. Quemadmodum in ſummo Judicio, *Lipſienſi* & *Wittebergenſi* in terminis Moletrinæ judicatum fuiſſe, tradit Rauchbar. *lib. 1. Quæſt. 9. num. 14.* Quem Refert & ſequitur Klock. de ærario *lib. 2. cap. 34. ſub num. 6.* Dn.

Fritſch.

Fritſch. *de monopol. cap. 13. num. 5.* Pari modo in Imperio R. G. ad inſtantiam Civitatis *Brunſuicenſis* contra Ducem *Brunſuicenſem, 12. Decembris Anni 1559.* Item in cauſa *Paſſau*, contra *Paſſau*, ratione talium prohibitionum & ſtatutorum in Camera Imperiali mandata pænalia decreta fuiſſe, refert Caſp. Klock. *de Contribut. cap. 1. n. 351.* In ſimili hat Herr Johann Adam Abt deß Fürſtlichen Stiffts Kempten in obern Schwaben/ ſambt andern Conſorten; am Käyſ. Hoff/ wider die Stadt Memmingen/ auch eines gleichmäſſigen ſtatuti halber/ darinn den Frembden/ ſo innerhalb zwo Meil auſſer der Stadt Korn kauffen würden/ eine vermeinte Straff auffgeſetzt/ ein Mandatum pœnale Caſſatorium, *1. Martii Anno 1602.* zuwegen gebracht. h. e. *Similiter Abbas Campidunenſis in Suevia Superiori, cum conſortibus, in Aula Cæſarea, contra Civitatem Memmingam, propter ſimile Statutum, quo ſub indicta pœna peregrinis interdictum fuit, ne intra duo milliaria extra Civitatem frumentum emerent, 1. Martii Anno 1602. mandatum pœnale caſſatorium obtinuit.* teſte Thom. Merckelbach. *ap. Klok. conſil. 10. num. 841. vol. 1.* Latè aliter diſſerit de hac Extenſione Ludolph. Schrader. *ad §. de Rer. Diviſ. 15. per tot.* Qui tamen ipſe, quoad præjudicialia ſtatuta erga non ſubditos, inter jura acquirenda & acquiſita diſcrimen eſſe habendum, cenſet, *ſub num. 44. & 45.* Et ante eum Aymon. Cravetta *de antiquit. tempor. Rubr. Molere. §. Circa præmiſſa. num. 28. fol m. 523.*

§. VII.

1. *Ampliatur* Primo hæc aſſertio Negativa introducendi torcula bannalia; quod Baro, Nobilis, aut Univerſitas, quæ cum publica poteſtate in pago præeſt, *inhibere non poſſit*, ne ſubditi aut Cives in fundis & prædiis, Torcula, Furnos, Trapeta, Battenderia, Ferreria, Serras,

& ſi

& ſimilia ædificia aliis inſerviendo, ac in uſum aliorum *de novo extruere*, vel jam ædificatis liberè uti frui poſſint; ſecundum ea tradit Afflictis *& cum eo Vrſill deciſ.388.* Clar. *Recept. ſent. §. feudum Quæſt. 30.* Cacheran. *deciſ. 17.* Regn. Sixtin. *2. de Regal. cap. 3. num. 59.* Camill. Borell. *de magiſtrat. Edict. lib. 4. cap. 7. n. 24.*

2. *Ratio* hujus Ampliationis eſt hæc, quoniam unicuique liberum eſt, & licitum in proprio ſolo ædificare, ad ſui ſuorumque & rei ſuæ familiaris utilitatem & commodum, absque ullius tertii inhibitione. *Non enim teneri* (ait Trebatius) *me actione damni infecti, neque exiſtimari, operis mei Vitio damnum tibi dari, in ea re, in qua jure meo uſus ſum, in l. fluminum 24. §. item fin. D. de damn. infect.* Ac cuilibet liberum eſt & licitum ædificare in ſuo. *ſi eſt loiſible à Chacun de batis in ſuo l. ſi cui loci 9. C. de ædific. privat. Claud. Expillus Playd. 34. num. 20.*

3. Imò gravem injuriam eſſe, ipſe Imperator cenſet, ſi homines in rebus ſuis, aliquid facere aut pati cogantur inviti. *in l. dudum 9. C. de Contrahend. empt. Alciat. lib. 3 præſumpt. cap. 23.* Schrader. *de feud. part. 6. cap. 6. n. 117.* Sixtin. *dict. cap. 3. num. 46.* Honded. *lib. 2. Conſult. deciſ. 84.* Præterquam, quod exactio vini torcularis non videtur ſui natura actus jurisdictionis, ſed compenſatio laboris præſtiti in cogendis Uvis & exprimendo vino, Aymon Publit. *ad Conſuet. Avern. tit. 17. art. 9. num. 11.* Ita in terminis Molendinorum, Torculorum, & Ferrariorum Capyc. *deciſ. 209.* Joan. Papæ. *in Conſuet. Borbon. art. 543. fol m. 454.* Koppen. *deciſ. 19.* Borell. *de Magiſtrat. lib. 4 cap. 7.* Et hanc ampliationem variis Franciæ arreſtis confirmatam eſſe aſſerit Renat. Choppin. *ad leges Andiæ lib. 1. cap. 14.* In noſtris terminis ſpecificè Jo. Mar. Novar. *de Gravamin. Vaſallor. tom. 1. Grav. 59. n. 1.*

§. VIII.

1. *Ampliatur Secundò*, hæc quæſtio negativa, quod quamvis Baro, nobilis, vel Civitas torculum Bannale in pago poſſideat, ac exinde jus competens forſitan præſcriptione, inveſtitura, aut Conſuetudine acquiſiverit, prohibendi ædificare torcularia, Trapeta, Furnos, &Battenderia; Als da ſeynd Keltern / Oelpreſſen / offentliche Backöfen / Hammerſchmidten / ꝛc. Hoc tamen jus prohibendi eatenus intelligendum ſit, *ne ſubditi in Vſum aliorum Concivium* Torcula & ſimilia ædificia Conſtruere poſſint: Secus verò dicendum ſit, *ſi pro ſuo proprio uſu*, & in privatam vinearum utilitatem talem ſtructuram facere velint ſecundum authoritatem Avendan. *de exequend. mand. Reg. cap. 4. num. 122.* Cancer. *lib. 3. var. Reſolut. cap. 13. num. 122.* Stat enim & firma manet etiam in hoc caſu, Regula: Quod cuilibet liceat in ſuo prædio torcula ſui uſus gratia conſtruere, domus ædificare, fundos proprios murali ambitu Vallare, & ſimilia in uſum rei familiaris & patrimonii augendi cauſa peragere, juxta Reſcriptum Impp. *in l. ſi. cui 9. cum l. ſeq. ibi: cunctis volentibus permittatur fundos proprios vallare. C. de ædif. privat. l. ſi ſervus 27. §. ſi furnum 10. D. ad l. aquil.* Jacobin. de S. Georg. *de feudis §. Et cum molendinis.* Menoch. *in Arbitr. Caſ. 160. n. 8.*

2. Idèo in meo fundo poſſum ædificare molendinum aut torcular, etiamſi territorium ad dominum loci pertineat; Cum hoc fiat non vigore jurisdictionis, ſed jure dominii privatis in rebus & prædiis ſuis competente *l. altius 8. ibi: dominus minimè prohibetur ſi domus ſervitutem non debet. C. de ſervit. & aqua.*

3. Ita in terminis Molendini Bannalis late Aymon. Public. *ad Conſuet. Avern. tit. 17. art. 9. num. 10.* Pro-

inde authoritate *Avendani & Cancerii* Novarius ſcribit: *Quod cum in Anno M DC XXXI. caſus in facti contingentia eveniſſet, ſuum votum pro parte cujusdam Principis Regni Neapolitani èxpeteretur, aliud prætendentis contra duos Vaſallos, qui centimula pro ſuo uſu Conſtruxerant*; Et hoc non obſtante Preſſorio Bannali, licitum eſſe reſpondit. Joan. Mar. Novar. *dict. tr. tom. 3. Gravam. 60. num. 2.* Qui hoc verum quoque obtinere in Torculo pro integra familia, aſſerit *ſub. num. 4. & 5.* Stephan. Gratian. *deciſ. 133. & Diſceptat. forenſ. cap. 340. & 341.* Diſſentit Bart. Chaſſanæ *ad Conſuet. Pariſ. tit. de fiefs §. 9. verſ. iſta Quæſtio.*

§. IX.

1. *Ampliatur Tertiò*, Negativa Reſolutio; quod ſi Incolæ cujusdem pagi, aut Cives alicujus Civitatis, *per decem, viginti aut plures annos* ad torculum publicum acceſſerint, & ibidem uvas collectas tempore vindimiali premi curaverint; *Exinde tamen Bannale, Torculum non efficitur*, quominus ſubditi ab eo recedere, & etiam invito Domino torculi alibi pro lubitu Uvas cogere poſſint. Etiamſi Dominus pagi & torculi jura ſuperioritatis ibidem poſſideat. Jacobin. *de S. Georg. de feudis §. Et cum molendinis num. 5.* Jaſon. *conſil. 161.* Cynus & Bald. *in l. 1. C. de ſervit. & aqua* Joan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. art. 543.* Qui in terminis *Præli* de cogendis Uvis loquitur; ac inſuper in ſimili refert de Epiſcopo, qui commeando in domum Epiſcopi vicini diverterat: Aut de *Milite* eo pergente, ubi luſtranda erat ejus turma. Nam continuis hisce hoſpitiis, jus neceſſarii diverſorii quæſitum dici non poteſt: Cum ex his, quæ bona gratia fiunt, non naſcatur in futurum obligatio, *per cap. poſſeſſiones. cauſ. 16. Quæſt. 1.* Papo. *dict. art. 543. fol. m. 456.* Boer. *deciſ. 125.* Schneidev. *§. flumina. num. 13. Inſt. de R. D.* Frider. Mindan.

*lib.*

*lib. 2. de mandat. cap. 38. num. 8.* Mod. Piſtor. *part. 2 Quæſt. 84. num. 2.* Jacob. Schultes. *ad Mod. Piſtor. part. 1. Quæſt. 36.* Quod adeò verum eſſe aſſeritur, ut etiamſi ſubditi per id tempus, cujus memoria non extat in contrarium, imò *per mille annos*, uſi ſint tali torculo publico; Dominus tamen jus congendi ſubditos, non obtinuerit nec Jus Servitutis exinde acquiſiverit, Bartol. *in l. cum notiſſimi in fin. pr. C. de præſcript. 30. vel 40 ann.* Trentacinq. *lib. 1. var. Reſolut. tit 1. de Servitut. num. 5.* Anton. Teſſaur. *deciſ 16. num. 2.* Bertrand. Argentræ. *ad Conſuet. Britan. art. 355.* Qui ſub *num. 1.* tradit: Quod etiamſi non ſubjectus per mille annos alienam moletrinam frequentaverit, molendo, non per hoc quæratur, ſubjectio, aut cogendi jus, nec quis conſtituatur in poſſeſſione, ſine qua nulla currit præſcriptio. *l. ſine poſſeſſione. D. de Vſucap.* Balb. *de præſcript. part. 4. Quint. part. pr. Quæſt. 5.* Albert. Brun. *conſil. feudal. 131. verſ. ſecundo moveor.* Camill. Borell. *de magiſtr. Edict. lib. 4. cap. 7. num. 28.* Gryphiand. *de Inſulis cap. 25. num. 68. poſt plures.* Hering. *de Molendin. Quæſt. 11. num. 70.*

2. Et hoc ex duplici Ratione; *Tum*, quod ea, quæ jure familiaritatis, conſanguinitatis, amicitiæ aut viciniatatis peraguntur, nec ſervitutem nec poſſeſſionem, inducunt. Ita namque Paulus Jureconſultus. *Qui jure familiaritatis amici fundum ingreditur, non videtur poſſidere: Quia non eo animo ingreſſus eſt, ut poſſideat, licet corpore in fundo ſit. in l. qui jure 41. D. de acquir. vel. amitt. poſſeſſ l. uſu 20. D. quemadm. ſervit. amit. l. & habet 15. §. Hoſpites D. de precar.* Trentacinq. *1. Var. Reſol. de ſervit. Reſol. 1. n. 5.*

3. *Tum*, quod ex actu, qui meræ Voluntatis & facultatis eſt, nulla omnino poſſeſſio vel quaſi acquiratur *l. 2. D. de via public. l. ſi in meo 21. D. de aq. & aq. pluv. arcend.*

latè Caſanate *conſil. 39. num. 8. & ſeqq.* Ideò dominus nec præſcriptionem prætendere poteſt. Covarr. *in cap. poſſeſſor. part. 2. §. 4. n. 6. d. R. I. in 6.*

4. *Tum* propter Reſponſum Modeſtini *in l. operis 31. D. de oper. libert.* ubi Jureconſultus reſpondit; operis non impoſitis manumiſſus, etiamſi ex ſua voluntate, aliquo tempore præſtiterit, compelli ad præſtandas, quas non promiſit, non poteſt. *l. Creditor 7. C. de Vſur.* Facit. *cap. ſignificaſti in pr. x. de appellat.* Ita in terminis Molendini poſt alios Menoch. *Conſil. 201. num. 61.* Fichard. *Conſil. 31. part. 1.* Cæpolla *de ſervit. P. V. cap. 50. num. 2.* Quir. Cubach. *Quæſt. illuſtr. cent. Decur. 4. Quæſt. 2. fol. m. 357.* Klock. *de ærario lib. 2. cap. 8. num. 29.* latiſſimè Novar. *2. Gravam. cap. 3. per tot.* Carol. Tapia. *ad Conſtit. Regn. Neapol. lib. 6. tit. 28. num. 42.* infinitos allegat, Hering. *dict. Quæſt. 11. num. 66. & ſeqq.* Dn. Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 174. & ſeqq.* Quod clare explanatur in Conſuetudinibus Borboniæ hiſce verbis: *La Poſſeſſion faite d'aller au Moulin, four ou Preſſoir, par ceux, qui ne ſont tenus, ny ſubjects; Mais y ſont allez de leur volontè, ſans contrainte, & par forme d' aiſance, courtoiſie, ou Voiſinage; Ne leur prejudice, par quelque temps que ce ſoit: Et ne acquiert droit au ſeigneur des dits Moulins, Four bannier, ou Preſſoir, de les y contraindre pour l' aduenir.* h. e. *poſſeſſio facta eundi ad molendinum, furnum vel torculum, per illos qui non ſunt obligati neque ſubjecti; ſed illuc iverunt de mera voluntate ſine coactione, per modum commoditatis, familiaritatis aut vicinitatis, nullum præjudicium affert, per qualecunque tempus, quod id ſit; Nec acquirit Ius Dominus dicti molendini, furni bannalis, vel torcularis, eò illos cogendo, in poſterum.* Conſuet. Borbon. *ap. Ioan. Papo. art. 543.* Diſſentit. Paul. Buſius *ad l. 2. cum 2. ſeqq. D. de via publica.* Cui tamen reſponderi poteſt ex traditis D. Bocer. *dict. cap. 2. n. 179. fol. m. 176.*

§. X.

§ X

1. Hæc tamen *Ampliatio*, notabilem *Fallentiam* habet; In caſu, ſi Dominus Torculi, ſuæ Jurisdictioni *ſubjectu ſeriò mandaverit*, ut ad ſolum Torculum, *nec ullum alium locum Vvas cogendas deportent*, *& ſubditi huic præcepto & prohibitioni acquieverint & paruerint*; Tali enim præcepto, & patientia ſubditorum Dominus conſtituitur in quaſi poſſeſſione ſervitutis ac juris cogendi ſubditos, ut præſcriptione legitimo tempore adimpleta, Torculum Bannale acquiſitum ſit. Quo caſu, ſubditi, libertatis ſuæ quaſi poſſeſſionem amiſerunt, & in poſterum Torculare Dominicum viſitare coguntur. Idque arg. Reſponſi Cai. *in l. hæc autem 6. D. de Servit. P. Vrb.* Ubi ita Jureconſultus: *Si Ego per ſtatutum tempus feneſtras meas præfixas habuero vel obſtruxero, ita demum jus meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas altius ſublatas habueris: alioquin, ſi nihil novi feceris, retineo ſervitutem.* Quo conducit Reſponſum *Marciani in l. ſi quisquam 7. ibi: alterum eodem jure uti prohibet. D. de diverſ. & tempor. præſcript. l. cum de conſuetudine. 34. contradictorio aliquando judicio. D. de conſuetud.* Franciſc. Ripa *in l. quo minus. n. 133. & 134. D. de flumin.* Ac in *Reſponſ. 194.* Schrader. *ad tit. Inſt. de Rer. Diviſ. §. 5. num. 43.* Roſenthal. *de feud. cap. 5. Concluſ. 25. num. 3. ac in Notis lit. E.* Klock. *de ærario lib. 2. cap. 8. num. 29.* Deciſionem refert. Jacob. Cancer. Cathalan. *part. 2. cap. 2. num. 106.* Camill. Borell. *de magiſtr. Edict. lib. 4. cap. 7. n. 11. & ſeqq.*

2. Quod verum eſt; etiamſi hæc prohibitio facta fuerit non in judicio ſed extrajudicialiter, nempe per Reſcriptum aut Edictum; De quo Trentacinq. *1. Var. Reſolut. tit. de Servitut. Reſolut. 1. num. 8.* Ruland. *de Commiſſ. part. 4. lib. 2. cap. 13. num. 13.* Joan. Hering. *de Molend. Quæſt. 11. num. 108.* Ludov. Caſanate *conſil. 39. num. 14.*

Satis enim erit, utcunque appareat Dominum eo jure uti velle, ut ſubditi aſſentiant, nec propriam libertatem Uvas cogendi perſequantur, ſed malle ut ſervituti cedant. Etiamſi tutius erit, ſi res in judicio proponatur & peragatur. Panormitan. *in cap. Abbati S. Sylvani.* Ioan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. art. 543.. fol. m. 457.* Nam Poſſeſſio in actibus incorporalibus neceſſariò inchoanda eſt à Coactione, ſcilicet ſi Dominus Torculi, ſubditos invitos cogit, ad Uvas in proprio Torculo premendum, & illi cogenti per tringinta vel quadraginta totos annos, tanquam diſtrictuales ſine lite & oppoſitione paruerint. Ex tali principio naſcitur poſſeſſio, quæ per tempus legitimum continuata, præſcriptionem perficit. *per cap. ſignificante x. de appellat. l. qui luminibus. 11. D. de S. P. V.* Cynus & DD. *ad l. 1. C. de ſervit. & aq.* Cæpolla *de S. P. V. cap. 20. num. 8. & cap. 50. num. 2.* Ludolph. Schrader. *de rer. diviſ. §. 9. num. 46. & ſeqq.* Covar. *ad cap. poſſeſſor. part. 2. §. 4. num. 6.* Quam Fallentiam communiter Practici obſervant; & inſtar Regulæ tenent, teſte Carol. Tapia, *in terminis noſtris, ad Conſtitut. Regn. Neapol. lib. 6. tit. 28. num. 42.* latè Joſeph. de Seſe *deciſ. 139. num. 34. & 35.* Weſenbec. *conſil. 67. num. 29.* Bertrand. Argentræ. *ad Conſuet. Britan. art. 350. n. 2.*

3. Et hanc juris ſervitutis acquiſitionem Dominum Torculi, in tanto tempore, etiam adverſus non ſubjectos, & forenſes, imò etiam adverſus ipſum Dominum territorii, datâ ejus ſcientiâ & patientiâ obtinere poſſe, notant Doctores *in d. l. qui luminibus 12. D. de S. P. V.* Bald. *in l. lapilli Quæſt. 3. D. de Rer. diviſ.* Quoniam jus diſtrictus & facultas cogendi quempiam ad ſuum torculum, ſeparabilis eſt à dominio utili & jurisdictione. Argentræ. *ad Conſuet. Britan. art. 355. 356. & 359.*

Diſſen-

4. Diſſentit latè quoad hanc Fallentiam Dn. Bocer. *de Regal cap. 2. num. 182.* Cui reſpondit Hering. *de molendin. Quæſt. 11. num. 109.* Quantum autem tempus hæc patientiæ præſcriptio requirat? ſcilicet, An longum tempus? An longiſſimum? An tempus immemoriale? Vide breviter Dn. Bocer. *dict. cap. 2. num. 182. in fin.* De quo infra *latius ſub* §. *16.*

5. Hujus Fallentiæ hanc *Rationem* adferunt Jure-Conſulti; Quoniam poſſeſſio ex actibus merè voluntariis non acquiritur. *per l. Proculus. 26. D. de damn. infect.* Sine quâ præſcriptio non procedit. *l. ſine poſſeſſione. D. de Vſucap.* Klock. *dict. cap. 8. num. 29.* Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 450. num. 15.* Riccius. *collect. deciſ. 2293.* latè Novar. *de Gravam. tom. 2. Gravam. 3. num. 6. & 7.* *Quod ſi in dubio Verſemur* An *ſubditi jure Servitutis*, An verò *jure familiaritatis ad Torculum Domini acceſſerint*, ac An *prohibitio Domini ſolenniter intervenerit*, Aut *An ſubditi huic prohibitioni locum dederint*; In dubio, *pro ſubditis* Reſpondendum erit; ſcilicet, quòd illo Torculo publico jure facultatis & familiaritatis uſi ſint, non verò jure ſervitutis. Vasquius *Controverſ. illuſtr. part. 2. lib. 1. cap. 4.* Gallien. *de Verb. Signif. lib. 7. cap. 31. num. 3.* Vivius *deciſ. 183.*

6. Quoniam quælibet res cenſetur libera & ab omni onere immunis. Nec enim ſervitutes habent cauſas naturales, ſed conventas aut præſcriptas, *arg. l. 1. in pr. D. de S. P. V.* Parlador. *rer. quotid. cap. 15.* ac quælibet perſona præſumitur libera, dum omnes ſua origine & ſecundum naturam liberi naſcimur. *l. altius 8. ibi: Dominus minime prohibetur. C. de Servit. & aq.* Niſi Servitus probetur. Alciat. *de præſumpt. lib. 2. cap. 3.* Gail. *2. obſervat. 18.* Trentacinq. *1. Var. Reſol. 1. num. 15.* Cubach. *cent. 2. Decad. 4. Quæſt. 2. in fin.* Et hoc rationabiliter illuſtrat.

*Otra-*

*Olradus de Ponte* in Locatione facta à quodam *Archidiacono*, omnium ſuorum fructuum & proventuum annuorum, quorum appellatione, non venire Donum Archidecano præſtari conſuetum in læto ſuo introitu, aut anniverſarium, Oldrad. de Ponte. *Conſil. 129.* Moneta *de option. Canon. cap. 8. num. 21.* Dn. Anton. de Marinis. *1. Var. Reſolut. cap. 125.* latiſſimè in noſtris terminis Joan. Mar. Novar. *tom. 2. Gravam. Vaſall. cap. 3. per tot.* Ac quod geſta à Vaſallis & ſubditis in favorem Baronum ex metu præſtita cenſeantur, latè deducit Maſcard. *de probat. concluſ. 1301.* Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 5. num. 109.* Dominos enim Caſtrorum, eſſe hominibus ſubjectis, ſeu ſubditis ſemper infeſtos & avaritiæ plenos, illamque de die cogitare & de nocte ſomniare, juxta Prophetam *Ezech. cap. 22.* ſcribit Antibol. *tr. de munerib. §. 4. num. 196.* Quod de plerisque Nobilibus Italis & Neapolitanis Ribaldis, intelligendum eſſe, ac de hiſce capio Joan. Mar. Novar. *dict. tr. tom. 2. Gravam. 2. per tot.*

§. XI.

1. *Ampliatur Quartò*, Negativa Reſolutio, ut ea tanto magis procedat in Torculis Bannalibus non erigendis; Si Baronis aut Nobilis ordinatio ſubditos cogendi ad Domini Torcularium accedere, *non Publicum totius Dynaſtiæ aut pagi utilitatem, ſed ſaltem Cameræ fiſcalis Commodum Privatum* concernat; Quò proventus & reditus Dominici patrimoniales, perceptione amplioris vini vel cenſus Torcularis augeantur. Talem namque ordinationem, taleque Edictum tanquam ambitioſum, improbant & rejiciunt Jacobin. *de S. Georg. de feudis Verb. Et cum molendinis Quæſt. 6.* Cravetta *de antiquit. tempor. part. 4. §. circa prætermiſſa. num. 3. & 6.* Rol. à Valle *Conſil. 91. num. 43. vol. 2.* Joan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. art. 543. fol. 455.*

Vin-

Vincent. de Anna *allegat. 116.* Quod latè examinat, Joan Franciſc. Capiblaneus *in Pragmat. Reg. Neapolit. 14. Tit. de Baronibus*; Concludens: *tale Bannum non valere*: adjiciendo hanc *Rationem*, quod talia Statuta vel Banna ratione careāt, proinde non ſecundum juſtitiam & æquitatē emanata dicantur. *contra text. in cap. erit autem lex. Diſtinct. 4. Tum enim, ait lex, ſtatutum ſive Bannum* juſtum dicitur, quando *nullo privato commodo, ſed* pro communi Civium *utilitate emanatur*; *Quod ſecus* eſt in Banno ad *fiſcalis Cameræ utilitatem*, publicato, in quo dum *Conſideratur privatum* commodum, *cum maximo ſubditorum decremento* & onere, propter *inæſtimabilis libertatis carentiam*, & quanta *alia mala ſecum adferat*, quis eſt, qui non *videat*, *hujus ordinationis iniquitatem.* Hæc Capiblanca, *dicto loco*. Quem refert & ſequitur Donat. Anton. de Marinis *lib. 1. Var. Reſolut. cap. 32. num. 5.* Non enim decet Principem, cum alterius jactura cogere nummos; Ac de Regibus ſcribit Lipſius: *Præeſtis hominibus, ſed hominum cauſa: Nec Domini modo, & arbitri rerum privatarum, ſed Tutores & adminiſtri eſtis.* Auth. *Obſ. Pol. de motib. Gall. cap. 3.* Similia ferè ſcribit Hieronomus de Laurentiis: *Cum tales prohibitiones non alia de cauſa fiant, quam propriæ utilitatis Dominorum, certum eſt talia ſtatuta aut decreta Dominorum Caſtri, facta in damnum ſubditorum, ob privatam Domini utilitatem, tanquam irrationabilia & damnoſa eſſe nulla.* ſecundum. Bald. *in l. nulli C. de ſentent. & interloc.* Ita Hieron. de Laurent. *deciſ. 40. num. 3.* conſentit Jacob. Cancer. *in terminis frumenti. part. 3. Var. Reſolut. cap. 13. num. 255. & ſeqq.* Joan. Mar. Novar. *tom. 1. Gravam. Vaſall. 58. & 59.*

2. *Rationem* ex Cicerone adducimus, *Detrahere namque aliquid alteri, & hominem hominis incommodo ſuum augere commodum, magis eſt contra naturam quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cætera quæ poſſunt aut corpori accidere aut re-*

*bus externis. Hoc enim natura non patitur, ut aliorum, ſpoliis, noſtras facultates opes & copias augeamus.* Cicer. *de officiis. lib. 3. cap. 3.* Et mox alibi: *Ergò unum debet eſſe omnibus propoſitum, aut eadem ſit utilitas Vniuscujusque & Vniverſorum: Quam ſi ad ſe quisque rapiat, diſſolvetur omnis humana ſocietas.* Cicer. *dict. lib. 3. cap. 6.* Cacheran. *deciſ. 17. num. 12.* Nec ſine ratione ſcribit *Guido Papaus:* Illum, *qui cogit ſua potentia molere in molendino homines, qui propinquius & cum minore perditione temporis poſſint alibi molere, teneri ad reſtitutionem tanquam Vſurarium.* Guid. Papæ. *de Vſur. num. 14. Et hoc ante eum.* Sylveſter. *in ſumma. Verb. Vſura Quæſt. 3. num 5.* Marchiſell. *Quæſt. 36. num. 7.* Quod hisce Verbis conſtituit Imperator *Fridericus III.* in ſua Reformatione *de Anno M CCCC XLI.* Moguntiæ edita: Es ſollen im H. Römiſchen Reich alle Anſchläg und Beſchwehrung fürbaß hin todt und ab ſein; darmit der eygen Nutz/ dem gemeinen nit beſchwehre/ auch an allen Gewerben und täglichen Händlen kein Hindernuß bringe. h. e *In poſterum omnes auctiones & media quibus ſubditi gravantur, in Sacro Romano Imperio penitus abolentor; Ne commoda privata obſint Commodo publico, & exinde commercia neceſſaria & negocia quotidiana impediantur.* Qui in declaratione adjicit: Dann die Fürſten in dieſen Sachen ihren eygnen Nutz nicht ſuchen ſollen: Allein Gemein Nutzen mehren. h. e. *quoniam principes in hiſce rebus, non proprio eorum commodo inhiare, ſed ſalutem univerſi, & commodum publicum augere debent.* Reform. *Frid. 3. art. 8. ac in Declarat. art. 8. Decl. 2. in fin.* Vide Hering. *de molend Quæſt. 46. num. 18.* Pruckman. *de abſolut. poteſt. cap. 4. effect. 5. & alios ibidem. allegatos.*

§ XII.

*1.* Sane *boni Principes* non ſolent obviare ſubditorum legitimis utilitatibus, cum ij Principis ærario ege-

ſtate

ſtate ſine ſua culpa laboranti in publicis neceſſitatibus de propriis bonis ſubvenire tenentur: ſecundum Covar. *ad cap. peccatum §. 5. num. 5. x. de R. I. in 6.* Cives namque bene habiti, juxta Livium, in pace erga Principem liberales, & belli temporibus fideles ſunt: Expilati verò, nec in pace prodeſſe, in bello etiam plurimum nocere poſſunt: Idquod corroboratur notabili Reſcripto Imperatoris *in l. 1. C. de quib. muner ib. lib. 10.* Bonis enim Principibus (ſcribit Symmachus ad Valentinianum Imperatorem) Bona bene parta libamus. Symmach. *lib. 10. Epiſtol. 35.* Molina *de Iuſtit. & jur. tom. 3. diſput. 674.* Bartol. à S. Fauſto *in Specul. diſput. 33. Quæſt. 2.* Quod latiſſimè deducit Thom. de Bene *tr. de Parlament. tr. 6. Dubit. 8. ſect. 1. per tot: ac Dubitat. 3. per. tot.* Proinde ego conſulerem Principi ac omnibus, clavum Reipublicæ tenentibus, ut animo evolvant aureum *Iambilici* dictum, non Ethnico ſed magis Chriſtiano dignum: *Verus* (inquit) *Princeps, magna cum dignitate & bonitate præeſt: magnifica bonorum munera ſubditis exhibet: Victus abundantis, ſalutis commodæ, & vitæ tranquillitatis, author eſt; ut ſubditos felices efficiat. Et tum ſanè præ cæteris, qui ab eo gubernantur, imprimis eximius eſt, cum illi beatam vitam agunt, qui Seipſos ei commiſerunt. Siquidem utilitas publica, non ſeparata eſt à privata: Quin potius in Vniverſali, ſingulis etiam utile continetur: & partes in toto ſervantur, tum in animalibus & Civitatibus, tum in aliis quoque naturis.* Jambilich. *in epiſtol. ad Dyſcol.* Stobæ. *in Sentent. Sermon. 44. fol. m. 313.*

2. Aurea quoque ſunt duo Divini *Platonis*, Præcepta, *à M. Tullio* ſuis in officiis relata, & ab eo, qui Reipublicæ præeſt, ſanctè cuſtodienda, quorum *Vnum* eſt, ut Princeps civium utilitatem ſic tueatur, ut quæcunque agat, ad eam referat, oblitus propriorum commodo-

rum. *Alterum*, ut totum Corpus Reipublicæ ita curet, ne dum partem aliquam tueatur reliquas deſerat. Joan. Petr. Ceremat. *de recta Regni adminiſtrat. cap. 20. fol. m. 215.* Egregium quoque habemus D. Veſpaſiani dicterium ad Amicos & Senatores Romanos: *Sinite me Populum paſcere.*

3. Præterea animum vertat Providus Princeps ad Exempla Imperatoris Valentiniani & Theodoſii, de quibus glorioſè ſcribit Symmachus: *Omnia regitis, ſed ſuum cuique ſervatis; Pluris apud vos juſtitia quam licentia valet.* Symmach. *in epiſtol. lib. 2.* Ob oculos ponat, Pragmaticam formam D. Imperatoris Juſtiniani, Quo edixit: *Nihil tam magno ſtudio tamque ſeriò affectamus, quam ne novo quisquam vectigali oneretur. Novum autem eſt, non tantum, quod nunc primum impoſitum eſt, ſed etiam, quod primum modum excedit.* Novell. *43. cap. 1. §. 1.* De Imperatore Trajano *C. Plinius ſecundus: Moderationis eſt* Cæſar, *eligere ad honores & officia parciſſimos. Quo temperamento & Nobis & Ærario prodes, quo ſumptibus ejus adhibes modum, qui exhauſtum, non ſis innocentium bonis repleturus.* Plin. *in Panegyr. Trajan. fol. m. 105.* De Imperatore *Iuliano* Refert. Eutropius: *In Provinciales juſtiſſimus; & tributorum, quantum fieri poſſit, oppreſſor, civilis in cunctos, mediocrem habens ærarii curam.* Confirmat hoc Ammianus Marcellinus: *liberalitatis ejus, teſtimonia plurima ſunt etiam veriſſima: Inter quæ indicta ſunt tributorum admodum levia: Remiſſa debita multa diuturnitate congeſta! æquata fiſci jurgia cum privatis: Vectigalia Civitatibus reſtituta cum fundis: Quodque nunquam augendæ pecuniæ cupidus fuit, quam cautius apud Dominos ſervari exiſtimabat, id aliquoties prædicans; Alexandrum Magnum, ubi haberet theſauros, interrogatum;* apud Amicos, benevole Reſpondiſſe. Marcellin. *hiſtor. lib. 25.*

4. De

4. De novis indictionibus auguſtum extat Regis Gothorum Theodorici Reſcriptum, quo regia mente Edixit: *Sed à nobis, qui fiſci utilitatem ſtabili diuturnitate volumus conſiſtere, excludenda eſt diſpendioſa ſemper enormitas: Ne augmento ſuo tumens ſumma, deficiat, incipiatque magis deeſſe quam immaniter viſa eſt accreſcere.* Caſſiodor. *lib. 4. Reſcript. 38.* Et alibi piè prædictus Rex Theodoricus: *Deteſtamur miſeros premi: commovemur etiam, non querentium malis;* ap. Caſſiodor. *lib. 2. Reſcript.* Vide Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 50. n. 3. & 5.*

§. XIII.

1. Cæterum in plerisque Magnatum Aulis ſeſe oſtentant, exactionum Novatores, qui ſuis inventionibus Civium opes exhaurire & Principes ad inuſitata impoſitionum genera blandiſſimis verbis artificiosè urgere ſolent. Quos *Itali*, juxta Boccalinum *Archigogolanti*, Galli verò, *Forgeurs de Daces* vocare ſolent. De quibus jam olim Saluſtius: *Semper in Civitate quibus opes nullæ ſunt, nova expetunt, & vetera odêre, odioque rerum ſuarum, mutare omnia ſtudent.* Hæc Saluſtius. Hi namque accommodant ſeſe ad ingenium Regis, partim in indagando modos inveniendi argentum; partim removendo obſtantia, quæ Regis conſiliis & propoſito, moram aliquam injicere poſſe videntur. Conneſtag. *de conjunct. Portogall. & Caſtell. lib. 1. fol. 36.*

2. Hi exactionum illegitimarum Architecti cum ſuis blandimentis ab imperante non ſunt audiendi ſed potius à regimine abigendi; ſiquidem iſti Placentini & laudenſes, (ſicuti iſtos appellat Lipſius *in notis Polit. cap. 5. lib. 3.*) Libertatem in proloquendis conſiliis vendunt, ac cum ipſius Principis fortuna potius, quam cum ipſo loquuntur. Tacit. *lib. 1. hiſtor.* Bodin. *de Republ. cap. 2. in pr. lib. 6.*

*lib.6.* Quos Gabellarũ Fabricatores ita deſcribit Petrus Gregorius Tholoſanus: *Hoſce quippe deteſtor Conſiliarios, Eosque Hirundines Populi, Vaſtatores, Rapaces, Lupos, pauperum homicidas, Dæmonum inſtrumenta, flagella peſſima Dei, avaritiæ mancipia eſſe puto.* Tholoſan. *de Republ. lib. 3. cap. 2. num. 10.* Nam tales Conſiliarii qui Potentiorum blandiuntur emolumentis cum ſubditorum detrimento, *non ſunt Iureconſulti* (ait Rolandus à Valle) *ſed iniquitatis miniſtri: Non juſtitiæ Sacerdotes, ſed Apoſtatæ; Non Philoſophantes, ſed Hypocritæ improbiſſimi.* Roland à Valle. *Conſ. 91. n. 55. vol. 2.*

3. *Eorumvè* actiones *Riminaldus* vocat *Diabolicas*, quos niſi reſipuerint, poſſidebit infernus, ubi eſt fletus & ſtridor dentium, latius Riminald. Junior *Conſil 5. num. 229. vol. 1.* De iisdem in terminis loquitur Propheta *Zephanias. in cap. 1. verſ. 9. Viſitabo inquit ſuper implentes domum Dominorum ſuorum rapina & dolo.* Hoc eſt, ut Jonathan. Paraphraſtes Chaldæus interpretatur: *Opibus fraude & rapto quæſitis.* Quod ita explicat noſter Lucas Oſiander: *Viſitabo & puniam illos Aulicos, qui fiſcum & theſaurum atque poſſeſſiones Regis ſui augent & amplificant, non juſtitia & fidelitate atque frugalitate, ſed violentia, quo tenujoribus ſua eripiant, & variis dolis, adeo quidem, ut juris etiam prætextum aliquem habeant. Meminerint ſanè, Regum & Principum Conſiliarii, & præcipuè Officiarii, facultates Dominorum ſuorum non feliciter augeri novis & malis artibus, ſed fidelitate Quæſtorum & parſimonia, quæ certè magnum eſt Vectigal.* Lucas Oſiander. *in Comment. ad dict. cap. 1. verſ. Et viſitabo. fol. m. 502.* Sanè ſubeant iſti novorum tributorum & onerum inventores judicium, ſententiam & executionem Imperatoris Juliani, qui de hiſce Conſiliariis ſequentia tradit: *Neque ſane harum injuriarum cauſa Conſtantio fratri, Viro memorabili potius tribuenda videatur, quam nonnullis animo barbaris & mente im-*

*te impiis, Qui ejus cauſa utebantur: Quos Ego manibus meis arreptos, atque in foveam conjectos perdidi, ut ne memoria quidem ulla, de eorum interitu, apud nos ſuperſit.* Julian. Imperat. *epiſtol. 25. in oper. fol. m. 153.*

§. XIV.

1. Omnes igitur *Conſiliarii*, animo mentique inſcribant id, quod tradit Petrus Rebuffus: *Conſulentes* (ait) *Principibus, ut nova imponant tributa & vectigalia* ſine magna cauſa, *eſſe in inferno* pænis tartareis cruciandos, perpetuò niſi ſatis fecerint, allegando dictum Macchabeorum *lib. 2. cap. 2. verſ. 31.* Qui poſtmodum infert. *Et tu qui inventor omnis malitiæ factus es, non effugies manus Domini: Cogita itaque quod morieris, & citò*; Et generatio tua citò *extinguetur.* Petr. Rebuff. *ad l. eum qui. 16. D. de V. S. fol. m. 98. Illi enim Deo, quo pacto poſſunt eſſe grati, qui ut floreant, faciunt ut proximo in calamitate, nulla ſpe ſalutis apparente, ſit tabeſcendum.* Beſold. *de ærario cap. 7. §. 1. num. 3.* Sanè Imperator *Fridericus III.* in ſua Reformatione & Declaratione *Anno 1442. Moguntiæ* promulgatà, *Principes Comites, Barones, Abbates, Civitates & Nobiles Imperii* de ipſorum Conſiliariis & adminiſtratoribus novas impoſitiones ſuggerentibus ita alloquitur: Wa ſeynd ewere erbare und tapffere Räth/ die euch zum beſten gegen gemeinen Nutzen rathen? viel Schmaichler Heuchler und Suppeneſſer habt ihr an eweren Höffen: Dann ihr mögt die Warheit nicht leiden. Welcher euch aber einer Ambt beſſert mit der Nutzung/ daß iſt ein geſchickter Gſell: Niemand fragt/ ob es rechtlich daher kom̃/ ſo wirs nur haben; Als ob Gott/ die ſeinen/ euch zu Narren geſchaffen habe. Hettet ihr ein Chriſtlich Gemüth/ ihr würdet die Göttliche Creaturen bas bedencken. h. e. *Ubi ſunt honeſti ac egregii veſtri Conſiliarii, qui pro veſtro commodo, contra bonum publicum vobis Conſilia ſuppeditant? ingentem*

*tem numerum adulatorum, hypocritarum & paraſitorum, in aulis veſtris alitis; quoniam veritatem averſamini. Quisquis autem reditus officii & muneris veſtri cum emolumento auget, iſtum bonum & idoneum judicatis virum; Nemo veſtrum disquirit, an juſtè res acquirantur; modò vobis obveniant, & eas habeatis; Non aliter ac ſi Deus homines ſtupidos & fatuos condidiſſet, & vobis ſubjeciſſet; Si aliquid mentis Chriſtianæ & Conſcientiæ ſupereſſet, majorem & meliorem curam haberetis Creaturarum divinarum.* Reformat. *Imper. Frider. 3. art. 8. Declarat. 1. in fine fol. m. 174.* Hoſce *ArchiGogolantes* vivis coloribus depingit quoque Dominus Lanſius: *Licet verò Aulici illi Protei, in ſpeciem maximis honoribus undique afficiantur, iisque in via tranſeuntibus nemo non loco cedat, iis optimates obvii, venerationem capite, manibus pedibusque exhibeant, & honorifica officiorum oblatione ſuam promptitudinem, atque inſerviendi ſtudium, verbosè polliceantur; tamen, ubi præterierint, tergo illi inhoneſtiſſima vulnera excipiunt:* Hic hic, inquiunt *optimates*, eſt ille Nebulo, ille furcifer, ille patriæ noſtræ hoſtis, *qui Principem noſtrum corrumpit, qui bellum ſuadet, qui felicitati noſtræ infeſtus, enormi & intolerabili Vectigalium, tributorum & onerum auctione, nos & poſteritatem noſtram, ad miſeriam & mendicitatem adigere ſcelerate ſatagit; qui ex communi omnium infortunio gloriam, dignitatem, & divitias parat: quem Deus malè perdat, & Sathanæ lorarij mox abripiant; ne diutius tyrannide ejus opprimamur.* Dn. Lanſius, *de prærogat. certam &c. fol. 24. & ſeqq.* Cui calculum ſuum adponit Joan. Pontan. *de obedient. lib. 4. cap. 7.* Beſold. *de ærario cap. 7. §. 1. n. 2. fol. m. 222.*

2. Concludit igitur de iſtis Dacium Architectis Hyppotus à Collibus: *Hiſce Nebulonibus, Princeps omni conatu obſiſtere tenetur, & illud cogitare: Deum pro maximo beneficio, Populo ſuo dato, illud recenſere, quod ab exactoribus Eum liberaverit,* Hyppolit. à Collib. *in Principe cap. 33.*

§. XV.

§. XV.

1. *Limitatur ſupra §. 2. allata* Reſolutio, de non introducendo torculo bannali propria authoritate à Domino pagi, in præjudicium & detrimentum ſubditorum; *Primò* Niſi *Dominus convenerit cum ſubditis*, ne illi alia Torcula cogendi uvas accedant, quam ipſius Domini, forſitan ſi in Civitate vel pago nullum exiſtens torculum publicum, illud dominus loci propriis ſumptibus ædificet: Quo caſu cum non tantum Domini, ſed & ſubditorum emolumentum vertatur, ideò pacto convento eorum quorum intereſt, legitime Torcular Bannale conſtituitur. Afflictis *deciſ. 388. num. 2.* Ripa *ad l. quominus num. 134. D. de flumin.* Ranchin. *ad Papæ. deciſ. 298.* Theſſaur *deciſ. 16. num. 11.* Trentacinq. *Var. Reſolut. tit. de ſervitut. Reſol. 1. n. 12.* Hinc bene in terminis de Trappetis Oleariis ſcribit Camillus Borellus: *Cenſus ſolutio octavæ partis olei, quam quis colligit, non ſolum fit Baroni & Feudi Domino, in ſignum recognitionis Dominici juris ac feudi: Sed etiam intuitu laborũ, expenſarum ac ſumptuum, quæ à Barone quotannis erogantur, in aptandis & reparandis trapetis & purgandis aquarũ curſibus, incidendis molis lapideis, torcularibus, rotis, prælis, quibus omnibus adimplendis, ſua mercede tenet certas perſonas ad ſervitia.* Camill. Borell. *conſil. 3. n. 27.* Quoties enim inter Dominum & ſubditos convenit, ut ad ſolum Torculum Domini ſubditi accedere velint, tali conventione jus Bannale titulo legitimo acquiritur, & tali pacto impoſita dicitur obligatio vel ſervitus perſonalis ipſorum inhabitantium, ex quo prohibetur acceſſio ad aliud Torcular. Nam ex tali conventione & obligatione quæſita ſervitus, ſicuti dicit. Bald. *in l. ſi plures C. de condit. inſert.* Petr. de Bella pertica *in l. de pecoribus C. de ſervit. et aq.* Eaque conſtitutio partitia Torculi Bannarii conſervanda eſt, ob

 æquita-

æquitatem pactorum; Prætor enim ait, Pacta ſervabo. *in l.1. D. de pact.* Joan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. art. 543. fol. m. 455.* Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. lib. 18. cap. 22. num. 8.* Carol. Tapia *ad Conſtit. Regn. Neapolit. lib. 6. tit. 28. num. 42.* Ac quod talia Statuta conventionalia inter Dominum & Subditos vel incolas caſtri valeant, tradit Franciſc. Pegna *tom. 2. Deciſ. 1463. num. 29. & 30.* Rationes adducit Schrader. *ad tit. Inſtit. de Rer. divis. §. 14. num. 96.* Unde pro Cautela ſcriptum reliquit Joannes Koppen. *Rectius & cautius agitur ſi Dominus cum ſubditis de viſitandis Molendinis conveniat.* Koppen. *deciſ. 19. num. 12.* Hering. *dict. tr. Quæſt. 11. num. 114. & 227.* Carpzov. *lib. 1. Reſponſ. 43. num. 10.* Declarationes huic Limitationi ſubjicit Trentacinq. *dict. Reſolut. 1. num. 12.*

§. XII.

1. Quæritur autem hic; *Quid ſi Dominus cum pago aut Vniverſitate talem pactionem de Torculo Bannali introducendo inierit; An omnes & ſinguli de univerſitate conſentire teneantur;* Vel *An ſufficiat, ut conſilium Vniverſitatis cum eorum Syndico, vel Major pars Incolarum in talem obligationem conſenſerit?*

2. Sanè in conſtituendo torculo Bannali conſenſum omnium & ſingulorum requiri *per l. per fundum 11. D. de S. P. R.* tradit Cravetta *de antiquit tempor. part. 4. §. circa præmiſſa num. 29.* Schrader. *in dict. §. 14. num. 99. & 100.* Anton. Theſſaur. *deciſ. 16. num. 7. in fine.* Rationes adducit. Petr. Peck. *ad cap. quod omnes. cap. 29. num. 5.* Diſtinguit in hac Quæſtione; *An Quiſpiam ex facto alterius, obligetur ad hoc Bannum?* Claudius Guerinus, *Singula ab univerſis:* Si quid commune ſit pluribus, ut ſingulis, tunc ille, conſenſum omnium abſolutè requiri, tradit, adeò, ut uno contradicente adverſus eum nihil cum efficacia concludatur, ac una faba nigra, (ſicuti Itali loquuntur)

con-

contradicenti Jus ſuũ conſervet, per deciſionem *l. per fundum 11. D. de S. P. V. & l. ſæpe. D. de judicat.* Sed quando quidpiam commune eſt pluribus, aut Univerſis, tunc major pars cæteros obligat, *per l. quod major. 19. D. ad municipal. & l. planè fin. D. quod cujusq; Univerſit. nomin.* Attamen duæ tertiæpartes ad minus, pro majore parte deſiderantur *per cap. quod omnes de Reg. Iur. in 6.* Claud. Guerin. *ad Conſuetud. Pariſ. §. 71. fol. m. 74.* Et ante eum Pacquet *de jur. Gall. tit. d. jurisdict. cap. 29.* Dec. & Petr. Peck. *num. 6. in dict. cap. quod. omnes 29. de R. I. in 6.* Veruntamen Alii hanc Quæſtionem ita commodè reſolui poſſe tradunt; ſi Civitas aut univerſitas habeat Magiſtratum perpetuum, quem ad placitum deponere non poteſt, Als Burgermeiſter und Rath oder Gericht; ſed in quem omnis populi poteſtas translata eſt, talem civium conventionem cum Domino valere cenſent. Quoniam in hac regiminis forma penes Conſules & Senatores adminiſtratio Reipublicæ conſiſtit, qui ex conſuetudine totam Civitatem vel integrum pagum repræſentant *arg. l. munerum. §. defenſores D. de muner. & honor.* Zaſius *ad l. Civitas 27. num. 11. D. de Reb. credit.* Gabr. Roman. *lib. 6. Comm. Concluſ. tit. Quod quisque univerſit.* Ludov. à Caſanate *conſil. 39 num 12.* Gail. *de Arreſt. cap. 4. num. 8.* Mynſinger. *1. Obſervat. 18.* Rauchbar. *lib. 2. Quæſt. 1.* Beſold. *de jur. univerſit. cap. 4. num. 5.* Hering. *de molend. Quæſt. 11. num. 117.* Alphonſ. Moditius *in §. Plebiſcitum. Quæſt. 115.* Jacob. Cancer. *part. 3. var. Reſolut. cap. 3. num. 108. & n. 342.*

3. Verum enim verò; ad introducendum jus Bannale, in torculis & furnis publicis, Civium & ſubditorum omnium & ſingulorum conſenſum expreſſum requiri judico. Quoniam in actibus merè voluntariis, major pars Univerſitatis minorem partem Civium ob-

ligare non poteſt *per cap. quod omnes 29. de R. I. in 6.* Cravetta *Conſil 379.* Præſertim cum hac in Quæſtione agamus de reſtringenda Civium libertate naturali, & amittenda, quæ nobis, niſi conſentientibus adimi non poteſt. Id enim, quod noſtrum eſt, ſine noſtro facto aufferri non poteſt *l. venditio. §. ſi conſtat. D. Comm. prædior* Doctor Marta *Conſil. 1. num. 15.* Ac libertati naturali contrarium eſt, ut quiſpiam invitus ex contractu alterius obligetur: aut ex facto vel negligentia Concivis, ſuam libertatem eundi ad premendum Uvas, amittat. *per l. un. C. ut nullus ex vican. lib. 11.* Nec poteſt major pars univerſitatis, jus libertatis cæterorum concivium ſuâ conventione, iis invitis infringere, ſecundum reſponſum JureConſulti *in l. Titio centum 71. §. 2. D. de condit. & demonſtrat.* Ita in terminis generalibus Henn. Gædden. *conſil. 5. tit. de jur. Civit.* Trentacinq. *lib. 1. Var. Reſol. tit. quod cujusque univerſit. Reſol. 1. qui ſub. num. 9.* tradit, quod in actibus maximæ importantiæ, omnes de Civitate per ſonum campanæ aut tubæ ſint vocandi. Franciſc. de Clapperiis *deciſ. jur. Cauſà 14. Quæſt. 1. & 2.* latè Beſold. *de jur. Vniverſit.. cap. 6. num. 3.* latè Joan. Gæddæus. *4. conſil. 16. n. 422.*

§. XVII.

1. Alia ſuccedit quæſtio: *Quid juris ſi Dominus Civitatis aut pagi quosdam tantum Incolas, torculum privatum accedere, prohibuerit, & illi Edicto paruerint, An ex tali prohibitione acquiſita poſſeſſio vel quaſi, extendatur ad omnes de Vniverſitate ſi talis prohibitio tranſivit ad notitiam totius populi vel majoris partis?* Sane nō deſunt qui aſſerunt, quod ſi talis prohibitio pervenerit ad notitiam omnium Incolarum aut majoris partis, ac illi non contradixerint, ſed ad exemplum Concivium ceſſarint viſitare torcula privata & proclamationi paruerint,

rint, lapſo tempore 30. annorum à tempore dictæ prohibitionis, cum ſcientia & patientia, totius populi vel majoris partis, Dominum acquiſiviſſe jus prohibendi in poſterum totam Univerſitatem, & ejusdē Incolas, ne privata Torcula accedant. Aymon. Cravetta *de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta. n. 86.* Ludov. Caſanate *conſil. 39. num. 29.* Qui tradit, hoc eo magis procedere, ſi prohibitio facta ſit in locis publicis quo caſu præſumatur notitiam perveniſſe ad omnes. Jacob. Cancer. *3. V. R. cap. 4. num. 122.* Abbas. Panormit. *conſil. 18. num. 4. lib. 2.* Ubi ſcribit, quod privilegium collatum Univerſitati perdatur per uſum Contrarium, etiam per ſingulares de Univerſitate, ex quo univerſitas ſciens, per ſingulares committi contra privilegium, patiatur & non reclamet. Roland. à Valle *conſil. 70. num. 32. vol. 1.* Qui tradit, quod univerſitas ſciens Procuratorem ſuum excedere fines mandati, ſi non contradicat, conſentire videatur & obligetur. Aſſentiunt Marc. Anton. Natta. *conſil. 520. num. 16.* Anguiſola *conſil. 59. num. 11.* Teſſaur. *deciſ. 16. num. 7. in fine.* Capyc. *deciſ. 20. n. 29.*

2. Contrarium tamen æque rationibus ſatis validis ſuſtineri poteſt; ſcilicet quod quidam Incolarum toti univerſitati facto ſuo nocere non poſſit; Tota namque univerſitas ob factum hujus vel illius ex Civibus, gravari non debet. Pruckman. *1. Conſil. 30. num. 2.* Siquidem univerſitatis jus, ſingulorum Jus dici non poteſt Surd. *de aliment. tit. 7. Quæſt. 32. num. 23.* Schultes. *ad Modeſt. Quæſt. 134. num. 20.* Nec quod ſingulis debetur, univerſitati debetur, juxta Ulpianum *in l. ſicut. 7. §. ibi: ſinguli debent D. quod quisque univerſ. nomin.* Cephal. *Conſil. 515. num. 33.* Hondæd. *Conſult. 86. num. 11.* univerſitas enim, non eſt quid abſtractum, ſed concretum ex ſingu-

 lis

lis tanquam corpus conflatum, ex diſtantibus collectivè tamen, non diſtributivè. *per l. rerum mixtura 30. D. de Vſucap. l. 1. §. fin. cum. l. ſeq. D. de rei vindicat.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l. ſicuti. 7. §. 1.* Quod adeò verum eſt, etiamſi non pauci ex univerſitate huic immunitati non accedendi ad torculum dominicum contravenerint, modo non major pars fuerit;

3. Quoniam minor pars ſingulorum de univerſitate, majori parti præjudicare non poteſt. Pariſ. *conſil. 105. num. 9. lib. 4.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Peruſ. 98. num. 3.* Jacob. Cancer. *part. 3. V. R. cap. 4. num. 117. & ſeqq.* Et hoc tanto magis in propoſito caſu dicendum eſt, dum agimus de libertate amittenda, eavè in Servitutem ducenda quo caſu plures ut ſinguli, univerſis præjudicare nequeunt ubi enim agitur de jure ſingulorum, & quod univerſis tanquam ſingulis competit, nimirum in caſu libertatis aut immunitatis amittendæ, ſinguli Univerſis nocere non poſſunt *per l. juris gentium 7. §. fin. in fin. D. de pact. l. fin. C. qui bon. cedere.* Cauſam namque libertatis ad omnes cives tanquam ſingulos pertinere vel exinde liquet, quod ea ſingulorum fortunas concernat & immunitatem. Jaſon. *in l. jurisgentium 7. §. hodie 19. num. 8. D. de pact.* Menoch. *Conſil. 75. num. 1. & 2.* Joan. Gæddæus *Conſil. Marpurg. 16. num. 371. & 422.* Unde *Andreas de Barulo* de immunitate à Rege Apuliæ, Genuenſibus & Piſanis conceſſa decidit; Quod per ſolutionem vectigalium factam ab aliquibus de populo, etiam voluntariè, non intelligatur præjudicatum, dicto Populi privilegio. Barulus *ad l. 1. C. de his qui ſpont. mun. ſub. lib. 10.* Jaſon. *ad l. fin num. 58. D. d. Conſtit. Princip.* Idem de Civibus Auximii conſuluit Abbas Panormit.

Conſil.

*Conſil. 18. ad fin. lib. 2.* Bertrand. *conſil. 200. num. 7. vol. 3.* Jacob. Cancer. *dict. cap. 4. n. 118. & ſeqq.*

§. XVIII.

1. *Limitatur Secundo*, dicta Reſolutio: Niſi Dominus Pagi *longiſſimo tempore* Jus Bannale in torculo dominico acquiſiverit; *verbi gratia:* Si Dominus per publicum Proclama ſubditis prohibeat, ne ad aliud quam domini torculum accedant, cumque aliò ire vellent ipſi prohibiti & retracti ſint, ac ſubditi huic prohibitioni, ad minimum *per triginta annos* acquieverint & obtemperaverint.

2. Præſcriptione enim triginta annorum, etiam jura in corporalia acquiri à legibus conſtitutum eſt, & communiter in ſummis Curiis receptum eſt. *per l. cum notiſſimi C. de trigint. ann. præſcript. l. 1. C. de ſervit. & aq. l. hæc actio 6. l. 15. D. de S. P. V.* Petr. Jacob. *in Pract. Rubr. 17. num. 10.* Franciſc. Ripa. *ad l. quo minus num. 133. D. de flumin. Ac in reſponſ. 294.* Joan. Papo. *ad Conſuet. Borbon. art. 543. fol. m. 457.* Menoch. *Conſil. 1061. num. 28.* Teſſaur. *deciſ. 16. num. 2. & 7.* Weſenb. *Conſil. 67. num. 29.* Sicuti in ſimili dicimus, quod taciturnitas triginta annorum, impediat executionem ſententiæ, cum per hoc tempus intelligatur facta renunciatio. *l. apud eum. D. de cenſ.* Joan. Bapt. Bilocta *deciſ. Benevent. 34. per. tot.*

3. Modo iſta prohibitio ſuum effectum legitimum obtinuerit *per l. Inter. 15. ibi: prohiberi poteſt. & l. ſi teſtamento. 31. D. de S. P. V.* Anton. Faber. *3. Cod. tit. 24. Definit. 10.* Hering. *de molend. Quæſt. 21. num. 25.* Jacob. Cancer, *part. 3. Var. Reſolut. cap. 4. num. 146.* In terminis Torculi Bannarii Joan, Papon, *ad Conſult. Borbon. art. 543. fol. m. 455.*

4. Con-

4. Contra hanc præſcriptionem à Barone legitimè acquiſitam pro Subditis & Vaſallis *Cautelam* tradit *Iacobus Cancerius*; Ut ii contrarios actus etiam præterlapſo triginta annorum ſpatio exerceant; Ac in terminis noſtris conſuluit, quendam Baronem amiſiſſe jus diſtrictus furni Bannalis, quod habebat compellendi Vaſallos ad coquendum in furno ſuo, eo quod elapſi eſſent, plures quam triginta anni, quod dicto jure non fuiſſet uſus: Quinimò, Vaſalli & ſubditi geſiſſent ſe ut liberi & quo volebant ire, ibant, & ſic præſcripſiſſe libertatem ſecundum Franc. de Ripa *in dict. l. quo minus. num. 3. D. de flumin.* Cancer. *3. Var. Reſol. cap. 4. num. 157.* Qui ſupremi Senatus *Cathaloniæ* deciſionem in cauſa *Alexandri Domicelli* de *Cartella* & Univerſitatis *Biſſulduni* refert. Pari, modo *Io. Mar. Novarius* reſpondebat, contra quendam Baronem, qui tacuerat, permittendo Subditos conſtruere furnos, hoſteria, tapeta & ſimilia, longiſſimo tempore; Dicendo, quod cum ipſe & Pater ejus ſciviſſet à ſubditis exerceri libertatem in hujusmodi ædificiis, non obſtante, quod vigore præſcriptionis immemorialis, quam habebant, eorum Anteceſſores, jus prohibendi, nequeant poſtmodum uti tali antiqua præſcriptione: Quia ea per tot actus tantos annos fuerit interrupta, & Vaſalli ac ſubditi ſe poſuerint in libertatem. Joan. Mar. Novar. *tom. 1. Gravam. 59. n. 5. & 6.*

5, Sicuti Vaſallus libertatem à certis præſtationibus contra Dominum præſcribere poteſt, caſu quo dominus onera Vaſallatica requirens, aſt Vaſallus denegans, ille longiſſimo temporis ſpatio acquieverit. *l. hæc autem jura. D. de S. P. V.* Bertr. Argentre. *ad Conſuet. Britan. art. 281. num. 3.* Dn. Bocer. *tr. de præſcript. feud. cap. 2. n. 51. & ſeqq.*

§. XIX.

§. XIX.

1. Quæritur autem; *An ad inducendum jus Bannale Torculi Dominici, requiratur non tantum prohibitio domini torcularis, ſed etiam ſubditorum ſcientia & patientia, ſeu acquieſcientia (ut Itali loquuntur) uniformiter longiſſimo temporis curriculo præſtita?* Sane *Bartholomæus Chaſſanæus* hoc in caſu alterutrum horum ſufficere, vel prohibitionem vel patientiam, ad inducendam juris Bannalis quaſi poſſeſſionem voluit, *in Comm. ad Conſuet. Pariſ. tit. de Foreſt. part. 1. §. 2. Gloſſ. l'onne. penult. num. 16.* Et hoc authoritate *l. 1. C. de Servit. & aq.* Et *l. ſequitur. §. ſi viam D. de Vſur.* Huic opinioni accedit aliquatenus Jacob. Cancer. *dict. cap. 4. num. 139.* Dn. m. Bocer. *de Regal. cap. 2. n. 182.*

2. *Contraria tamen ſententia* communiter placuit; & adeò, ut utrumque deſideretur, & prohibitio Domini & patientia ſeu obedientia ſubjectorum, qui contra proclama facientes retrovocati, acquieverunt. Nec ſufficit, alterum eſſe factum. Et hoc per textum *in l. cum ſcimus C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Ac *per l. ſi ego 11. §. 1. D. de publician. in rem act.* Ubi Jureconſultus reſpondit, quod ſervitutes prædiorum Urbanorum per traditionem vel per patientiam conſtituantur. Hoc eſt aut aperta conceſſione facta ex juſta cauſa, ſivè titulo; aut tacita Conceſſione facta per ſolam patientiam ſine titulo manifeſto.

3. Cogniti namque juris eſt, ſolam patientiam etiam ſine titulo ſufficere ad ſervitutis acquiſitionem *per l. 1. §. fin. ibi:* traditio planè & patientia ſervitutum, inducet officium Prætoris. *D. de S. P. R. l. hac autem. D. de S. P. V.* Urſill. *ad Afflict. deciſ. 388.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. 89. num. 11.* Novar. *1. Gravam. 58. num. 7.* Ac illa ſcientia & patientia eſt inſtar traditionis & conceſſæ poſ-

ſeſſionis. *Gloſſ. in l. qui luminibus. Verb. formam. D. de S. P. V.* Joan. Gæddæ. *4. conſil. Marpurg. 40. num. 75. & 76.* Decantatum enim eſt axioma: Patientiam in incorporalibus rebus eſſe loco tituli. *dict. l ſi. ego 11. §. 1. D. de public. in rem. act.* Dn. Pr. & Am. M. Aurel. Galven. *in ſubtili tr. de Vſufr. cap. 12. num. 8.* Qui alibi tradit. *Et profectò ita ſe res habet, ut ſicuti Traditio eſt actus ille per quem Conſtituens ſervitutem, id agit, ut corporalem poſſeſſionem corporis ſervientis, concedat: Sic Patientia eſt ceſſatio ejus, qui nullam tradens corporis poſſeſſionem patitur tantum, ut alter utatur ſervitute per l. fin. D. de ſervit. l. 3. §. ſi iter D. de act. empt.* Dn. Galvan. *in dict. tr. cap. 33. fol. m. 485.* Ita Cynus *in l. 2. C. quæ ſit long. conſuet.* Alexander. *conſil. 136. vol. 2.* Joan. Papo. *ad Conſuet.* Borbon. *art. 543.*

4. Qui in noſtris terminis ita ſcribit; *Si quis privato ſuo jure voluit aut cœpit furnum aut torcularium aut molendinum ædificare, ſi item aliò frumentum molitum aut decoctum, aut Vvas calcatum eat, & furnum, prælum & molas Domini relinquat, qui, ut offenſus reclamat, prohibeatque talia perfici: Si huic prohibitioni ſubditus annuat & aſſentiatur, & idcirco ceſſet ab opere inchoato, Dominus proculdubio ea prohibitione, poſſeſſionem ſervitutis ingredi videtur: Et viciſſim ſubditus à libertatis quaſi poſſeſſione abire cenſetur.* Joan. Papo. *dict. artic. 543. fol. m. 456.* Conſentiunt. Petr. Jacob. *in Pract. Rubr. 17. num. 4. & 5.* M. Anton. Natta *conſil. 446. & 486.* Cravetta. *conſil. 111. num. 4. & 6.* Anton. Teſſaur. *deciſ. 16. num. 6. in fin.*

5. In terminis Tapetorum, quo *Olivæ* triturantur Joan. Mar. Novar. *de Gravam. Vaſall. tom. 1. Gravam. 59. num. 5.*

6. In terminis Tabernæ pro vino, & Macelli pro carni-

carnibus conquirendis, Donat. Anton. de Marinis *ad Fr. Reverter. deciſ. 68. Obſerv. 1. ſub n. 4.*

7. proinde ita conſuluit in noſtris terminis Jacobus Cancerius: *Nihil profuiſſe cuidam Baroni quædam Inſtrumenta, quorundam proclamatum, antiquo tempore factorum, quibus præcipiebatur Vaſallis ſub pœna, ne piſcarent ſine ſua licentia: eo quod non probaretur dictis cridis, ſeu Edictis obtemperatum fuiſſe à Vaſallis; quoniam licet fuiſſent talia proclamata facta, ſi ſubditi illis non pareant, remanent ſubditi in ſua libertate.* Jacob. Cancer. *lib. 3. Var. Reſol. cap. 4. n. 147.* Brunneman. *ad l. 2. C. de ſervit. & aq.*

8. Proinde pro ſingulari *Cautela* tradit *Novarius*; Ut ſubditi advertant, eo tempore quo Barones faciunt hujusmodi prohibitiones, ne conſtruant *molendina, Trapeta, Batenderia, Furnos* & ſimilia, quod mox contradicant, & contrarium agant; Quo modo Barones ſe non immittunt in poſſeſſionem juris Bannalis: Ac tractu temporis Domini non poſſunt allegare acquieſcentiam & præſcriptionem, & illi continuant poſſeſſionem Libertatis. Jo. Mar. Novar. 1. *Gravam. 59. n. 7.*

9. *Declaratur* hæc Quæſtio, *in Præſcriptione immemoriali* juris Torcularis, aut alicujus juris Servitutis; Quo caſu, nec titulus, nec patientia adverſarii probanda eſt. Siquidem ex pluribus multiplicatis actibus per tempus immemoriale, præſumtio libertatis, amicitiæ & familiaritatis ceſſat. Maſcard. *de probat. Concluſ. 1214. à num. 11.* Joan. Koppen. *deciſ. 57. num. 57.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 681. num. 33.* Ita deciſum fuiſſe in terminis juris paſcendi, in ſupremo Sardiniæ ſenatu tradit. Joan. Dexart. *deciſ. 83. per. tot.* Anton. Faber. *3. Codic. tit. 24. definit. 9.* Fr. de Tonduti *Var. Reſol. part. 2. cap. 169. num. 8* Carol. Tapia *ad Conſtit. Regn. Neapol. lib. 6. tit. 28. n. 42.*

§. XX.

1. *Limitatur tertio* ſuperius adducta Reſolutio, niſi dominus terræ vel Pagi *longiſſima Conſuetudine* Preſſoria ſeu torcula bannalia obtinuerit, eavè quietè poſſederit. In terminis Moletrinis Bannalibus Roland. à Valle *conſil. 5. num. 70. vol. 1.* Weſenbec. *conſil. 67. num. 29.* Frid. Mindan. *lib. 2. de Mandat. cap. 38. §. 3.* Hering. *de molend. Quæſt. 11. num. 111.* Ac Domini *Rotæ Romanæ coram Remboldo* non dubitarunt, non tantum ex privilegio ſed etiam Conſuetudine legitimè præſcripta, acquiri poſſe jus cogendi homines alicujus Univerſitatis ad molendum in ſuo molendino, vel ad triturandas olivas in ſuo trapeto, teſte. Joan Mar. Novar. *tom. 3. Gravam. Vaſall. 84. num. 1.* Et ante eum, latè hoc deducit, *in Molis Oleariis*, à Catone, *Trappeta* Olearia, vocatis *lib. 1. de re Ruſtic. cap. 55.* Camill. Borell. *conſil. 3. num. 25. & paſſim.* Plurima namque talia Torcula Bannalia *in patriæ Ducatu Würtembergico* reperiuntur, quorum authoritas ut plurimum in antiqua conſuetudine conſiſtit.

2. Hæc enim Conſuetudo valida eſt, ac Dominos ab omni coactione violenta excuſat. *per l. un. C. quæ ſit long. Conſuet.* Mæſtert. *de juſtit. leg. Roman. lib. 1. cap. 19.* latè Camill. Borell. *conſult. 3. num. 4.* Qui *ſub num. 12.* tradit: *Quod Conſuetudini tanquam Matri debeatur reverentia: Quoniam è duobus, quibus mundus regitur, maxima & potiſſima pars, Conſuetudo exiſtit.* Conſuetudo enim facit licitum, quod aliàs licitum non eſſet; Ac longævi temporis præſcriptio, privilegio aut Conceſſioni Principis æquiparatur: adeò ut appellari poſſit jus commune in loco, quo illa viget. *per l. de quibus 32. D. de legib.* Choppin. *ad leges Andiæ lib. 1. cap. 29.* Conſuetudo item & privilegium, Juriſdictionem conſervant. Mar. Giurba *conſil. crimin. 52. num. 2.* Novar.

2. Novar. *de gravamin. Vaſall. tom. 1. Grav. 192. n. 4.* latè Lælius Mancin. *Quæſt. Geniali. cap. 107. per tot.*

3. Veruntamen ad inducendam hujusmodi conſuetudinem requiritur, ultra curſum tanti temporis, præſcriptionem inducentem, *Tacitus quoque Conſenſus ſubditorum* & eorum, contra quos præſcribitur. Cum enim actus accedendi ad hoc vel illud torculum, ſit meræ fafacultatis, non poteſt per ſimiles actus, etiam longiſſimo tempore continuatos, introduci aliqua ſervitutis conſuetudo, niſi prohibitus accedere ad privati Torculum, obiedierit & acquieverit: Quod ſi à die prohibitionis, præterlapſum ſi tempus legitimum ad præſcriptionem complendam ſubditi in poſterum compelli poſſunt, ne alibi Uvas cogant quam in Torculo Dominico. *arg. l. qui fluminibus D. de S. P. V.* Franciſc. Ripa. *reſpons. 187. num. 5. ac ad cap. cum Eccleſia Suſtrina num. 50.* Nicol. Boer. *deciſ. 125. num. 5.* Jaſon. *Conſil. 161. num. 9. lib. 2.* Menoch. *2. Arbitrar. Caſ. 160. n. 8. & ſeqq.*

4. Quæ tamen patientia aquieſcentia & obedientia à Domino Torculi, jus bannale allegante legitimè *probanda* eſt. Steph. Gratian. *diſcept. Forenſ. 450. num. 8.* Petr. Fr. de Tonduti. *Reſolut. Civil. part. 2. cap. 169. num. 17.* Proinde bene reſpondit in noſtris terminis Joannes Maria Novarius: *Nam dato, quod teſtes deponant, homines Montis Cœli publico edicto prohibitos fuiſſe, alibi quam in molis Domini Ducis molere; nihilominus cum non probent ipſos hujusmodi prohibitioni acquieviſſe, exinde tum præſcriptio legitima argui non poteſt.* Novar. *dict. tr. tom. 2. Gravam. 84. n. 1. & 2.*

§ XXI.

1. *Limitatur Quartò* præallegata Reſolutio, *Niſi inevitabilis neceſſitas*, aut *publica* & univerſalis Civitatis vel pagi *utilitas* ( quæ duo æquiparantur in Reſcripto Impe-

ratoris Arcadii & Honorii *in l. obſiſtere 10. ibi. commodis publicis & Statutis neceſſitatibus C. de annon & tribut. lib. 10.* Sebaſt. Medic. *de caſib. fortuit. part. 1. Quæſt. 6. num. 8.*) conſtitutionem torculorum bannalium requirat; ſicuti hoc in terminis Moletrinæ Bannalis aſſerit Roland. à Valle *Conſil. 91. num. 43. vol. 2.* Petr. Anton. à Petra. *de poteſt. Pr. Q. principal. 7. §. ſubjiciamus. num. 68. fol. m. 198.* Teſſaur. *deciſ. 16. num. 13.* Schrader. *de rer. diviſ. §. 14. n. 47.* Dn. Bocer. *de regal. cap. 2. num. 182.* Tanta enim ærarii publici tenuitas & inopia accidere poteſt, ut cum ſumma Reipublicæ aut Univerſitatis utilitate, neceſſum ſit, ad extinguenda forſitan debita publica, ex Torculis Bannariis ſubſidium aliquod capere, & ex vino ſeu cenſu torculari aliquid pecuniæ comparare ſicuti hoc conſideravit in Molendinis Bannariis, Roſenthal. *de feudis cap. 5. Concl. 26. num. 5.* Donat. Anton. de Marinis lib. 1. *Var. Reſolut. cap. 32. num. 6.* Hoc enim caſu eveniente probabiliter dicimus, utcunque privatorum Torculis, in vel extra territorium poſſeſſis aliquid lucri præripiatur: potiores tamen hoc in caſu, Reipublicæ vel univerſitatis partes eſſe debent *per l. Proculus 26. D. d. damn. in fect.* ubi Ulpianus reſpondet: *Quamvis enim & hic aquam mihi abducas, & illic luminibus officias: tamen ex ea ſtipulatione actionem mihi non competere, ſcilicet, quia non debeat videri, is damnum facere, qui eo, velut lucro quo adhuc utebatur prohibetur: multumq; intereſſe Vtrum damnum quis faciat? An lucro quod adhuc faciebat, uti prohibeatur.* Facit. *l. ſi donaturus. 9. §. 1. D. de condict. ſin. cauſ.* Joſeph. Seſſe *deciſ. Arragon. 187. num. 108.* Alex. Trentacinq. *1. Var. Reſol. tit. de Servit. Reſol. 1. num. 11. fol. m. 88.* Jacob. Cancer. *part. 3. Var. Reſol. cap. 13. num. 262.* Hering. *dict. Quæſt. 11. n. 119.*

2. Ne-

1. Neceſſitas enim probabile efficit, quod aliàs improbabile eſt; Ac multum contra Juſtitiam, ipſa neceſſitas valet, ſecundum Quintil. *in Declam. 260.* Utpote quæ ab omni diſpoſitione ſemper cenſetur excepta. *l. alienationes 13. ibi: Vetuſtiorem cauſam D. famil. erciſc. l. tutor. §. 7. in pr. D. de admin. & pericul. tut.* Maſtrill. *deciſ. 286. num. 16.* Dn. Fritſch. *in telo neceſſitat. concl. 5.* Meſtert. *de juſtit. Leg. Roman. lib. 1. cap. 19. Habent hoc* (ſcribit) *Symmachus* ad Imperatorem Valentinianum) *publicæ neceſſitates, ut impoſſibilia plerunque perſuadeant; Dive Imperator: ſed cauto opus eſt, ne aſperitas negotii effectu irrito ſolas arceſſat offenſas: Qui nulli magis vitandæ ſunt quam Iuveni, & Principi, cujus gratia cum ætate debet adoleſcere.* Symmach. *lib. 10 Epiſtol. 34.* Eodem modo ad Genrellum Theodoricus Gothorum Rex aliquid gravius imperans ſcribit: *Ordinatio noſtra nulli videri debet ingrata, cum neceſſitas temporis excuſet onera juſſionis.* ap. Caſſiodor. *lib. 4. Reſcript. 21.*

2. Reipublicæ namque Salus & utilitas unicuique bono Civi curæ eſſe debet; cujus derelictio contra naturam eſt; ſicuti ait Cicer. *lib. 3. officior.* ſtare enim omnes debemus tanquam in orbe aliquo Reipublicæ, qui cum jam verſatur, eam deligere partem debemus, ad quem nos, illius utilitas ſalusque converterit. *in Orat. pro Cn. Plancio.* latiſſimè Ego in Nomolog. *cap. 8. num. 1. & 2.* Quod variis exemplis exornat Petr. Anton. de Petra. *de poteſt. Princip. cap. 32. Dubit. princip. 2. fol. m. 515.* Dn. Fritſch. *late tr. de monopol. cap. 10. num. 22. & 49.* De hac communi Reipublicæ ſalute optime ſcribit Dn. & Am- David Mevius: *Ex hac Summa erga Rempublicam obligatione naturali, ſummum jus illi acceſſit, in omnia, quæ noſtra ſunt, ut nec vita, nec libertas mortalium pretioſiſſima excepta ſint. Nec inepte loquuntur, qui exinde jus quoddam ſupereminens & excel.*

*excellens in omnia, quæ ſingulorum ſunt, conſtituunt. Illud velut ſuprema Civitatis Domina, & omnium Conſtitutionum regula eſt. Vnde quod iſti conveniens, in Civitate juſtum, quod adverſum, injuſtum eſt. Illi obtemperant Edicta magiſtratuum, fori ſolennia, populi negotia. Illud tribuit poteſtatem in vitam, corpora, bona Civium, ut ubi Reipublicæ cauſa neceſſe, nihil in eâ fiat injuſtè: Hæc Dn. Mevius de Levamin. debit. cap. 2. num. 26. & 29.* Vide Hugo Grot. *de jur. Bell. & Pac. lib. 2 cap. 25. n. 3. ac lib. 1. cap. 4. n. 4.* latè Dn. Fritſch. *dict. cap. 10. n. 54. & ſeqq.*

§ XXII.

1. *Limitatur,* ſecundum quoſdam, hæc affirmativa Reſolutio, *Quintò*; ſi domini torculum ſit æque aptum ad premendas ſubditorum Uvas, imò ſi propius vineis eorum ſitum ſit, quam Torculum privatorum, ac Dominus pagi eundem, vel minorem cenſum preſſorium pro labore exigat quam privatus. Quo caſu ſubditos cogi poſſe, ut ad domini torculum accedant, prætereundo torcula privata aſſeritur; juxta reſcriptum Claudii Imperatoris *in l. præſes 6. C. de ſervit. & aq. Injurioſum namque erit,* (ait Imperator) *& durum, aquam ad aliorum uſum nempe vicinorum propagari, ſitientibus agris tuis.* Extat quoque reſcriptum Imperatoris Valentiniani & valentis *in l. 1. C. de metall.* ubi metalla potiſſimum fiſco quam privatis diſtrahenda, jubetur, competente accepto pretio. Aliena enim appetere & Dominorum Torcula derelinquere, tenderet in contumeliam domini & ex cervice libertatis proveniret. Nam ex regula naturæ promanat hoc dictum, ut quod nemini nocet & alicui prodeſt, facile ſit admittendum. *in pr. Inſt. de leg. fuſ. canin. toll.* Unde Martinus Freccia ſcribit: Si Dominus habet molendinum in pago feudali, ſubdit autem magis quærant aliena molendina foras, in hyeme & æſtate longo itinere, ad grana tri-

na trituranda eadem mercede, quia dominus jus prohibendi non habet; Quod hoc ſine gravi cauſa tolerandum non ſit. Non enim eſt contra libertatem, tueri honeſtatem libertatis, dum nemo in damno exiſtat, officio igitur Judicis ſuccurrendum erit. Martin. Freccia *de ſubfeud. lib. 2. de authorit Baron. 41. fol. m. 231.* Qui præjudicia Regni Neapolitani recenſet. Joan. Vincent. de Anna *de feud. tit. de feud. decrept. ætat. num. 69.* Carol. Tapia. *ad Conſtitut. Regn. lib. 6. tit. 28. num. 42.* Jul. Clar. §. *feudum. Quæſt. 30* Koppen. *deciſ. 29. num. 10.* Ita in terminis Molendini à Supremo Regni Neapolitani Senatu in cauſa Illuſtriſſimæ Oritiæ Columnæ, contra Univerſitatem Maynerii fuiſſe judicatum, refert Trentacinq. *lib. 1. Var. Reſolut. 1. tit. de Servit. n. 9.*

2. Et hoc maximè in ſubditis procedi, qui ex homagio præſtito tenentur fortunam & commoda Dominorum fovere & nociva avertere. Koppen. *d. deciſ. 19. num. 12.* Nec malitiis & inobedientiæ ſubditorum nullum probabile intereſſe habentium, tantum eſt indulgendum, ut ad æmulationem tantum, per proterviam domini Torcularia & Molendina viſitare, detrectent *per l. 1. §. denique Marcellus* 12. *ibi*: agrum ſuum meliorem faciendi. *D. de aq. pluv. arcend. l. in fundo 38. §. Conſtituimus, ibi: ſi paratus eſt, dominus, tantundem dare, quantum habiturus eſt poſſeſſor D. de Rei Vindic. Curam enim agit Prætor*, ait Ulpianus, *ut hominum improbitates reprobaret, in l. & ita 3. §. 1. D. nautæ, caupon. Stabul.* Zaſius *Conſil. 14. num. 105. lib.* 1. Ruland. *de Commiſſar. part. 4. lib. 2. cap. 13. n. 13.* Hering. *de Molendin. Quæſt. 12. n. 128. & 129.*

3. Unde *Lucas de Penna*, tradit: Quod Baro cogere poſſit ſubditos, ne alienos agros extra territorium ſitos colant, & vel proprios vel Dominicales ac feudales

derelinquant,ſed iſtos potius accepta certa mercede proſcindant & excolant, Luc. de Penna *ad l. quisquis. 2. C. de cenſib. lib. 11.* optimè igitur in terminis propoſitis ſcripſit Gregorius Magnus: *Dictum nobis eſt, quod ruſtici poſſeſſionis Eccleſiæ jura propria deſerentes in privatorum poſſeſſionibus culturam laboris adhibeant; ex qua re agitur, ut poſſeſſionis eccleſiæ patrimoniale, occupato cultore depereat, atque ad tributa ſua perſolvenda idonei non exiſtant, in qua re omninò experientiam ſuam volumus eſſe ſolicitam, nec tale quiquam fieri, poſt hac, noſtra data ſibi authoritate permittere ſciturus.* Gregor. *in regeſt. lib. 6. cap. 108.* Vide *l. 1. cum l. ſeq. C. de omni agr. deſert. col. lib. 11.* latiſſimè Mart. Freccia *de ſubfeud. lib. 2. Authorit. 41. fol. m. 231.*

4. Verum enim verò *hæc Limitatio* de urbanitate tantum intelligenda eſt, ut Dominus ſubditos ſuos Civiliter, hoc eſt, ut perſuaſionibus benevolis inducere poſſit, ut ad torcula domini præ aliis accedant; omni acceſſionis obligatione rejecta; nec ut vicinis Torculis à privatis poſſeſſis damnum adferatur. *Ita namque* (ait Marcellus) *agrum ſuum meliorem facere licet, modo non fiat animo, vicino nocendi. in d. l. 1. §. Denique Marcellus. 12. D. de aq. pluv. arcend.* Hering. *de molend. dict. Quæſt. 11. num. 128. Ac oportet.* (inquit Ulpianus) *in rebus & negotiis, utilitatem & tutelam facientis attingentibus, conſiderare ut fiat ſine injuria accolentium & vicinorum, per l. un. §. ſi quis 4. & §. ſunt autem 6. D. ne quid in flumin. publ.* Matth. Weſenbec. *Conſil. 34. num. 13.* Damno autem & injuria comprehenditur quoque interverſa utilitas, *per l. 3. § fin. D. de eo quod cert. loc.* Weſenb. *Conſil. 67. num. 6.* Dn. Bocer. *de regal. cap. 2. n. 166. & 167.* Hering. *dict. tr. Quæſt. 15. n. 32.* Ad legem *in fundo 38. §. Conſtituimus.* Reſpondet Anton. Faber. *in Rational. tom. 2. Verb. Conſtituimus.*

5. *Limi-*

5. *Limitationes alias* adducere poteris ex Trentacinq. *lib. 1. Var. Reſolut. tit. de Servit. Reſolut. 1. num. 9. & 11.* & Hering. *dict. Quaſt. 11. num. 128. & ſeqq.* Diſſentit, quoad publicam utilitatem, in terminis Molendini Bannarii, poſt Covarr. *in cap. poſſeſſio part. 2. §. 4. num. 7.* Albert. Brunus. *in conſil. feudal. 131. verſ. Ultimo. moveor.* M. Anton. Macerat. *lib. 1. Reſolut. 65. num. 1.* Rauchbar. *lib. 2. Quaſt. 27. n. 17.*

§. XXIII.

1. Quid verò, *ſi dominus torculi Convenerit cum Pamphilio, quod ipſi & ejusdem heredibus gratis Uvas in ſuo torculo premere velit*; Attamen *Pamphilii familia creverit in tantum, ut Dominus Torculi vix ſuas uvas nec dum alienas cogere poſſit; An hoc pactum perpetuò duret?* Hanc Quæſtionem tractat inprimis Joan. Pilæus *in Quaſt. aureis 88. per tot.* Ac cum eo Bartholom. Brixienſis, *Qui centum annos ante Bartolum, ſcilicet tempore Durandi Speculatoris* floruit, *part. 1. Quaſt. Dominical. 50. per tot.* Andr. de Iſernia & Matth. de Afflictis *ad § omnes. lib. 2. Feud. 26.*

2. Sane ſi conventio & inde promanans obligatio fuit ſimplex, concepta ſub nomine collectivo, non variatur obligatio, licet creſcat vel diminuatur numerus ſub tali nomine collectivo, comprehenſorum. Familiæ enim nomen talem habet vigorem, ut parentes & liberos, omnesque propinquos & eorum ſubſtantiam comprehendat, ſecundum Imperatoris Juſtiniani Reſcriptum *in l. fin. ibi: non ſolum propinquos ſed & generum & nurum C. de Verb. Sgnif.* Jaſon. *in l. quo minus num. 136. & 145. D. de flumin.* Alexander. *conſil. 178. vol. 2.* Cephal. *conſ. 273. lib. 2.* Octav. Cacheran. *deciſ 91. num. 15. & 16.* Schrader. *ad §. 8. Inſt. de R. D. num. 40. & ſeqq.* Koppen. *deciſ. 17. num. 3. & 13.* Præterea conſtat ex variis Jureconſultorum re-

Nnn 2 ſponſis

ſponſis, quod omnis contractus contra eum in dubio interpretetur, qui poterat apertius loqui & ſibi ſtipulari. Debuit enim contrahens prævidere, quod multi ex familia naſci poterant, quibus ſervitus hæc deberetur, ac is qui convenit cum Titio, etiam naſcituris proſpexiſſe ſeu proſpicere voluiſſe cenſetur. Quo caſu ſuperveniens cauſa contractum non reſcindit, quæ prævideri potuit tempore contractus. *per cap. propter x. de locat. l. planè. 4. ibi: ſi nova cauſa D. ut in poſſeſſ. legat.* Ac in contractibus, quicquid eſt omiſſum, pro omiſſo habetur. *l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſ.* Andr. Alciat. *conſil. 80. num. 4.* Octav. Cacheran. *deciſ. 91. num. 15. & 16.*

3. Proinde Doctores de augmento verba facientes pro Regula tradunt, *quod augmentum perviam unionis & eandem rem conſtituens* omnes qualitates rei, cui unitur, ſuſcipiat. Joſeph. Seſſe *deciſ. Aragon. 25. num. 104.* Et augmentum eſt ejusdem naturæ, ac id, cui additum eſt. Tiraquell. *de Retract. lign. §. 1. gloſſ. 18. num. 51.* Seſſe *deciſ. Aragon. 124. num. 28.* Aug. Barboſa. *ad cap. quanto. 16. num. 3.* Brunus *de augment. concluſ. 10.* Joan. Bapt. Larrea *deciſ. Granat. 37. num. 5.*

4. *E contra verò* hoc pactum, dum in infinitum tranſire cæpit, tanquam iniquum, ad æquitatem reducendum eſſe alii verius eſſe cenſent. Non enim eſt verò ſimile, nec menti contrahentium congruum præſumptivè, quoſpiam ſe velle in infinitum obligare. Talis enim obligatio moderatè & cum grano ſalis ſumenda & intelligenda eſt. *Nec enim oportet* (ait Julianus) *patronum, ut operis liberti ſui utatur, aut ludos ſemper facere aut ægrotare, in l. ſi libertus 27. D. de operis libert.* Ex quo reſponſo colligitur: Quod omnes promiſſiones & ſtipulationes ad arbitrium boni viri reducendæ & ad modum

juſtæ

juſtæ exactionis redigendæ ſint. Ita namque *Divus Marcus* ad Fortunatum reſcripſit: *Præſidem provinciæ adi, qui ſtipulationem, de cujus iniquitate quæſtus es, ad modum juſtæ exactionis rediget: Hæc namque Conſtitutio ad finitum* (i. e. ſummum) *modum excedit. Quid ergò? ſic res temperanda eſt, ut in futurum duntaxat. ex die ceſſationis creſcat Vſura,* apud Paulum *in l. cum quidam 17. in pr. D. de uſuris* Maſcard. *de probat concluſ. 696. Teſſaur. deciſ. 226.*

5. Quælibet enim diſpoſitio ita intelligenda eſt, ut infinitas evitetur, quippe quæ in omnibus eſt fugienda, & quæ in jure reprobatur. *l. qui bona 13. §. fin. D. de damn. infect. l. fin. C. de S S. Eccleſ.* Thoming. *Conſil. 2. num. 56.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 600. num. 30.* Niger. Cyriac. *Controv. forenſ. cap. 100. num. 1.* Zepper. *in Cynoſ. legal. cap. 63. per tot.* Nam de infinitate vitanda habemus reſponſum Ulpiani, ne infinitam cuſtodiam quiſpiam debeat præſtare *in l.* ſi quis *vina 4. in fin. D. de pericul & commod rei Vendit.* Unde Jaſon. *in l. quo minus num. 136. D. de flumin.* regulam ponit: Quod ſermo generalis & indefinitus non trahatur ad futura, quando reſultat magnum præjudicium. Joan. Pileus *in Quæſt. aur. 48.* Eousque autem infinitas in omnibus diſpoſitionibus evitari debet, ut & verba etiam apta ad infinitatem, attamen reſtringantur ſecundum mentem & ſubjectam materiam ad certum tempus, Berous. *Conſil. 155. num. 22. & ſeqq.* Anton. de Amatis. *deciſ. 54. num. 8.* Quo modo contractus ſucceſſivus reducitur ad æquitatem, ſi devenerit ad immenſum. *per d. l. ſi libertas 27. D. de oper. libert.* Roland. à Valle. *conſil. 1. num. 173. lib. 2.* Dn. Zepper. *dict. cap. 63. n. 14.*

6. Et quamvis dici poſſit à contrarium aſſerentibus; quod à pactis conventis non ſit recedendum;

cum Prætor ait: Pacta Conventa, quæ neque dolo malo, neque adverſus leges, Plebiscita, Senatus Conſulta, Edicta Principum, neque quo fraus, cui eorum fiat, facta erunt, ſervabo *in l. Iurisgentium 7. §. ait. Prætor. 7. D. de pactis.* Ariſtotel. *Ethicor. lib. 5.* Schurff. *conſil. 7. conſil. 32. & conſil. 59.* Quia contractus initi neceſſitatem inducunt. *per l. ſicuti D. de O. & A.* Alciat. *reſpons. 137. num. 2.* Nathan. *de pactis.*

7. Illis tamen regerimus; Non tantum eſſe tribuendum iniquitati, ut cum damno alterius, paciſcentium heredes locupletentur. Cum ſub nimia juris ſubtilitate & authoritate juris ſcientiæ nonnunquam pernitiosè erretur *juxta Paulum in l. ſi Servum. 91. §. ſequitur* D. *de V. O. cap. Quanta 16. Vbi Canoniſtæ x. de cenſib.* Quem textum mirabilem & ſuo tempore à nemine cognitum, vocat Paltios Ruvios *ad Rubr. de donat. inter. vir. & ux. §. 69. num. 14.* Et ex hoc capitulo infert, Principem poſſe donationem aut conceſſionem ab alio factam modificare, & in æqualitatem ex poſtfacto ſupervenientem ad modum juſtæ exactionis reducere. Maſcard. *dict. tr. Concluſ. 696.* Quod in terminis penſionum & cenſuum deducunt latius Rebuff. *de pacific. poſſeſſ. num. 141.* Gigas *de penſion. Quæſt. 5. num. 4.* Nicol. Garſia *de benefic. part. 1. cap. 6. num. 400.* In terminis locationis Teſſaur. *deciſ. 120. num. 2.*

§. XXIV.

1. Præterea ex eadem ratione Privilegia Principum, quorum authoritas longè gravior eſſe debet quam contractuum, nihilominus ad æquitatem reducuntur, dum iniquia fieri, & tertium graviter lædere incipiunt. propter Reſponſum Pauli *in l. ex facto. 43. ibi: Beneficia quidem Principalia. D. de vulg. & pupill. ſubſtit. Cap. Suggeſtum. ubi Abbas*

*bas Panormit. x. de decimis.* Menoch. *in Reſponſ. cauſ. Finar. 3. num. 17. & ſeqq.* Baro Enenck. *de priviteg. lib. 3. cap. 19. num. 3.* Pari modo ſucceſſores deſtruunt & mutant majorum inſtituta, quamvis ab initio bona, ſi ſucceſſu temporis tendunt ad noxiam. Bart. Chaſſanæ. *ad Conſuet. Burg. Rubr. 13. §. 2. poſt. num. 30.* Ideò in Regia Camera *Neapolitana* fuit reſtricta immunitas exemptionis à Gabellis, ad certam quantitatem, quæ tendebat ad deſtructionem Regiarum Dohanarum, ſeu vectigalium. latè Paul. Balzeran. *ad §. omnes. num. 15. & 16. lib. 2. Feud. 26.* Per ſuperius adductam rationem etiam *à Iaſone & Alexandro* approbatam: Quod quando magnus exceſſus & læſio ex conventione eveniret, non veniant futura. Jaſon *ad dict. l. quo minus. num. 144.* Alexander. *Conſil. 178. num. 7. & 8. vol. 2.*

2. Quibus rationibus motus fuit (referente Petro Fontanella,) *ſupremus Cathaloniæ Senatus* ut judicaverit in favorem *Piſcatoris*, qui conventionem inierat Anno M D LXX. cum civibus *Dertuſæ*, de piſcibus certo pretio vendendis, tempore quo piſces viliſſimo pretio conſtabant. Dum verò curſu temporis conſtabat, quod non tantum piſces & alimenta omnia ad vitæ humanæ ſuſtentationem neceſſaria, ſed etiam inſtrumenta & apparatus ad piſcandum multo majori pretio communiter venderentur, quam tempore conventionis; Senatus piſcium pretium ad æquitatem reduxit. Petr. Fontanella *de pact. dotal. Clauſul. 4. Gloſſ. 18. part. 1. n. 118.* Ita cum ſupra allegatis cenſent. Tiraquel. *de retract. lign. §. 34. Gloſſ. 1. num. 5.* Anton. de Padilla *ad l. non modus. C. de ſervit. & aq.* Valaſc. *conſult. 58. num. 4.* Bobadilla *in Politic. lib. 3. cap. 4. num. 28.* Card. Tuſch. *tom. 3. Pract. Concluſ. lit. E. Concluſ. 695.*

3. In

3. In terminis Molitoris, Barbitonſoris, Furnarii & Poſſeſſoris nemoris Aug. Barboſa *ad cap. Quanto 16. n. 7. x. de cenſib.* Steph. Gratian. *deciſ. 87. num. 10.* Roſenthal. *de feud. cap. 9. concluſ. 51. in Gloſſ. lit. B.* latè Claud. Expilly, *Deciſ. Gratianopol. Arreſt. 222. per tot.* Variè Diſtinguit Joan. Hering. *de molendin. Quæſt. 20. n. 19.*

§. XXV.

1. Sane hanc quæſtionem illuſtrare placet eleganti & lepido exemplo, quod *in Ducatu Pictavienſi olim* contigit, referente *Ioannne de Tempore*, in Commentariis ad Conſuetudines Turonenſes. Nobilis quidam, plurima poſſidens nemora in ſuo territorio, conceſſit cuidam Ruſtico, habitanti in ſuo terriorio facultatem & jus cædendi ligna in nemoribus domini pro neceſſitate domus & familiæ ſuæ, & pro calefaciēdo furno familiæ ſuæ cum obligatione, ut dictus ruſticus vel primus de familia teneatur in Caſtello Domini quotannis cantare cantilenam unam vel alteram, in ultima die Aprilis circa crepuſculum; Ac illuc deferre viridem & florigerum arboris ramuſculum, in ſignum reverentiæ & recognitionis. Evenit, tractu temporis, quod ipſius ruſtici familia ſupra modum & affluenter fuerit aucta, ita ut nemoribus Domini multum damni illatum fuerit, excidendo indies tantam copiam lignorum, dum ter quatervè in hebdomade furnum calefaciebat; usque dum villa iſta in pagum feré integrum tandem excreſcebat. Dominus nemorum hoc perpendens, familiam ruſtici primi acquirentis à ſuccidendis lignis arcere intendebat. Ruſticus cum integra familia ſeſe oppoſuit, cum oblatione, quod juxta tenorem conventionis, & bene cantare & ramuſculos offerre annuatim quam promptè velit. Controverſia hæc ad Dominum Senechallum ſeu locum tenentem regium Pictavi-

ſtavienſem delata & coram eo variè tam à Nobili quam Ruſticis exagitata fuit.

2. Sanè *Ioannes de Tempore* ſeu Saiſſonius quæſitus à Locum tenente dicti loci, *Quid juris?* ab initio ad exemplum Ludovici Romani in ſuis ſingularibus, muſſitavit. Re tamen maturius deliberata & utriusque partis rationibus perpenſis, quas latè ibidem congeſſit, controverſiam hanc, hac diſtinctione dirimendam eſſe cenſuit; *Aut* Nobilis percepit commodum à Ruſtico & lucrum aliquod, tunc oportet eum pati, Ruſticum incidere ligna foreſtica cum ſua integra familia; Eo quod obligatio fuit ſimpliciter concepta, ſub nomine collectivo; ideò obligatio non debet variari, licet creſcat vel decreſcat numerus comprehenſorum ſub nomine collectivo. Idque per egregium reſponſum Alfeni *in l. cum proponebatur 76. ibi: partibus commutatis, eodem res permanet. D. de judiciis. l. grege 21. D. de legat. 1.* vide de collectivo Verbo, Anton. Bellon. *de jur. accreſcend. cap. 5. Quæſt. 35. num. 58. & per tot.* Præſertim cum Nobilis perciperet aliquod emolumentum & commodum ex pactis conventis. *Aut* Nobilis nihil lucri à Ruſtico ejusque familia ſentiebat; quo caſu ipſi, officio Judicis ſubveniendum, propter nimiam familiæ excreſcentiam. Quoniam cantilena, non eſt lucrum, ſed recognitionem denotat. Saiſon *ad Conſuet. Turonenſ. tit. 1. art. 13. fol. m. 17.* Quæ tamen diſtinctio noſtram Reſolutionem ſupra traditam non evertit. Aliter diſtinguit Joan. Hering. *dict. Quæſt. 20. ſub. num. 19.*

§. XXVI.

1. Cæterum *Cenſus Torculares*, quem diſtrictuales domino torculi Bannalis, in Recognitionem & pro opere & labore in cogendis Uvis præſtito ſolvunt, (qui *Ius*

 *preſſu-*

*preſſuræ* vocatur à Camill. Borell. *Conſil. 3. num. 2.*) Conſiſtit, *vel in pecunia* numerata *vel in vino* ſeu muſto profluente; In patriæ Ducatu *Würtembergico* dominus torculi de quolibet Cado muſti, menſuræ Würtenbergicæ, trigeſimam ſecundam partem pro cenſu torculari percipit; ultra mercedem operariorum, quam Dominus Uvarum der Keltere Kundt / ſolvere tenetur. In quibusdam *Italiæ* locis, præſertim Regni *Neapolitani* Baro Trappetorum Oleariarum ultra *certum* nucleorum numerum, *octavam* olei partem pro jure preſſuræ exigit, cum obligatione mercedem operariorum ſolvendi; teſte Camill. Borell. *dict. Conſil. 5. n. 3. & 27.*

2. Queritur autem hoc loco non incongruè; *An Dominus torculi Bannalis, qui in pago, cum Iurisdictione præeſt, cenſum Torcularem pro lubitu mutare vel augere poſſit.* Ob der Keltern Herr könne den Kelternwein ſtaigern? Ego ſanè reſpondeo quod *Non*; ſive Cenſus Torcularis ex pacto ſive ex conſuetudine percipiatur. Hanc enim Quæſtionem decidit Imperator *Conſtantinus* ſingulari Reſcripto, ad Maximum trientalis vicarium exarato: *Quisquis* (ait) Colonus *plus à Domino exigit quam ante conſueverat, & quam in anterioribus temporibus exactum eſt, adeat Iudicem, cujus primùm poterit habere præſentiam, & facinus comprobet; ut ille qui convincitur amplius poſtulare, quam accipere conſueverat, hoc facere in poſterum prohibeatur: prius reddito, quod ſuper exactione perpetrata noſcitur extorſiſſe in l. 1. C. in quib. cauſ. colon. lib. 11.* Rationem adducit ipſe Imperator *Iuſtinianus*; in reſcripto ad Joannem Præſidem Provinciæ;

3. *Quoniam in reditibus præſtandis, veterem conſuetudinem Domini poſſeſſionum obſervare debent. in l. cum ſatis 23. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* Qui ibidem quoque reſcripſit: *Caveant igitur Poſſeſſionum Domini, in quibus tales Coloni*

*conſti-*

*conſtituti ſunt, aliquam innovationem vel violentiam eis inferre: Si enim hoc approbatum fuerit, & per Iudicem pronunciatum, Ipſe Provinciæ moderator, in qua aliquid tale fuerit perpetratum, omnino provideat, & læſionem (ſi qua ſubſecuta eſt) eis reſarcire curet.* Ex eadem ratione Impetatores *Arcadius & Honorius* præcipiunt, Ut exactiones militaris annonæ, ſervata regionum conſuetudine fierent. *in l. miſſi. 7. C. de exactor. tribut. lib. 10.* Pari modo Imperatores *Honorius & Theodoſius* in pollitici canonis ſolatione, nullam adjectionem vel innovationem ſuſtinere jubent. *in l ſi quis auctoritate 16. C. de omni agr deſert. colend. lib. 11.* Alexand. *Conſil. 145. lib. 2.* Nicol. Boer. *deciſ. 132.*

4. Et hoc robur accipit ex ea juris ratione, quod circa exactionem decimarum & portionis congruæ, conſuetudo ſolvendi attendatur, per quam Debitores acquiſitum habent, quod ipſis invitis facilè adimi non poteſt. *per cap. dilectis. cap. cum ſine. cap. aliquibus x. de decimis.* Petr. Rebuff. *de decim. Quæſt. 10. num. 6.* Guttierezad. *Pract. Quæſt. lib. 1. Quæſt. 10. num. 2.* Petr. Moneta. *de decimis cap. 5. n. 87.* Ac quod decimæ inſolitæ non exigendæ ſed conſuetæ ſolvendæ ſint tradit Chriſtinæ. *deciſ Rotæ Belg. 236. vol. 1.* Novar. *tom. 1. Gravam. 305. per tot.* Ex eadem ratione Molituræ decimationem vel exactionem juxta conſuetudinem loci fieri debere, *arg. l. 4. §. fin. D. de publican. tradit.* Fr. Niger. *131. n. 13.*

5. Proinde in caſu non diſſimili dicimus, quod operæ ruſticorum, quoad qualitatem & augmentum, nullatenus ſint extendendæ ſed potius intra conſueros fines cohibendæ *per l. 1. ibi: in anterioribus temporibus C. in quib. cauſ colon lib. 11. cap. delicto 10. ibi: de hujusmodi Conſuetudine x. de officio Archi. Diacon.* Vultei *conſil. 132. num. 3. vol. 2.* Schepliz. *ad Conſuet. March. part. 4. tit. 11. num. 3.* Cyriac.

*controverſ. forenſ.* Erhardus *de operis Ruſticor. concluſ. 24. lit. B.*

6. Omnis enim novitas fugienda eſt; nam ex novitate fraus arguitur, quando contra antiquam conſuetudinem quidpiam attentatur. Aymon Cravetta *Conſil. 138. num. 14.* Novaque ſervitia per vim & metum extorta præſumantur. *per l. ſi per impreſſionem 11. C. de his quæ vi metusvè cauſ. d. l. cum ſatis 23. verſ. careant. C. de agric. & cenſ. lib. 11. cap. ſane x. de exceſſ. prælat.* Jacobin. *de S. Georg. de homag. num. 43.* Thom. Maul. *de homag. tit. 4. num. 11.* Qui præjudicium Cameræ Imperialis in cauſa Pagorum in Hatgau Contra Hanau refert. Dn. Am. Balthaſar. *tr. de oper. ruſticor. cap. 12. fol. m. 300.* Præſertim cum Doctores inſtar Regulæ firmare ſolent, quod ſervitia indebita à Vaſallo, ſeniori ſeu Domino feudi, vel à ſubdito Magiſtratui, ſive ſuperiori ſuo præſtita, per vim metum & impteſſionem extorta fuiſſe præſumantur. Surd. *conſil. 127. num. 25.* Berlich. *deciſ. 74. num. 8. cum. ſeq.* Sixtin. *de regalib. lib. 2. cap. 13. num. 21.*

§. XXVII.

1. Quod ſi inter Dominum & diſtrictuales per pacta convenerit, quid quamtumve vini Torcularis pro quolibet Cado ſolvendum ſit, huic conventioni meritò ſtandum erit: Nam in tali controverſia rite dirimenda omnium primò pacta conventa introſpicienda erunt, utpote quæ omnem contractus ſeu actus naturam informant & reformant. *l. jurisgentium 7. §. quinimò 5. D. de pactis l. pacta 22. in pr. D. de contrah. empt.* Card. Mantica *de tacit. conventionib. lib. 1. tit. 3. & ſeqq.* Dn. Pr. Læl. Mancin. *in diſquiſ. genial. cap. 57. & 58.* Hinc Feudorum interpretes tradunt: Quod in Controverſiis feudalibus ante omnia diligenter inſpiciendus ſit tenor inveſtituræ, utpote

pote quæ informet & reformet omnem Feudi naturam *per cap. un. ibi: propter tenorem inveſtituræ. 2. Feud. 18.* Vult. *de feud. cap. 2. num. 13.* Klock. *3. Conſil. 133. num. 79.* Dn. Balthaſar. *dict. tr. cap. 11. fol. 264.* latè Joan. Coppen. *de feudis obſerv. 1. num. 33.* unde ſcribit Joannes Maria Novarius:

2. *Quando Barones habent ex privilegio vel alia ex cauſa jus prohibendi ſuis ſubditis, ne alibi eant ad molendum vel coquendum panem, non poſſunt in eorum præjudicium alterare jus moliture, aut furnatici extra ſolitum, aliàs gravarent Vaſallos.* Ac ita in terminis per Regiam Audientiam Comitatus Provinciæ Molyſi *Anno 1607.* judicatum fuit, qui inſuper ex hiſce rationibus cuidam *Baroni* quærenti quid juris in hoc caſu; conſuluit; *Alterationem moliture factam per Baronem non poſſe ſubſiſtere, in præjudicium Vaſallorum & ſubditorum.* Ac in fine concludit: *Ita ſtante rerum judicatarum authoritate abſtinere ſe debent Barones ab hujusmodi alteratione, Moliture & Fornacii, aliàs tenentur in conſcientia reſtituere, id quod plus reciperent, ſicque obſervare debent conſcientiati Confeſſarii cum eorum* pænitentibus. Hæc Joan. Maria Novar. *tom. 1. Gravam. Vaſall. 63. num. 3. & 4.* Et ante eum Reg. Roitus *in pragmat. Reg. Neapol. 14. Baron. num. 3.* Alber. Brunus *in terminis moltura conſil. feudal. 131. Verſ. Et inſuper.* Camill Borell. *conſil. 1. per tot.* Ac quod nec quantitas nec qualitas ſolutionis mutari poſſit à Decimatore tradit Georg. de Cabedo *part. 1. deciſ. 205. per. tot.* Don. Anton. de Marinis *lib. 1. Var. Reſol. cap. 81.* In terminis de cenſu antiquo non augendo. Thom. Maul. *de homag. tit. 15. per tot.* Hering. *de molend. Quæſt. 10. num. 29. ac Quæſt. 45. num. 16.*

§. XXVIII.

1. Succedit hic alia Quæſtio; *An ipſum Bannum ſeu acceſſio neceſſaria premendi Vvas in Torculo ſive Dominico ſive privato, ſit ſervitus perſonalis vel realis?* Quamvis ſubditis plebeisque agreſtibus injunctum onus premendi uvas in dominico torculo, non facile transmittatur in exteros, & tanto minus in Vinearum emptores & liberos poſſeſſores Urbanos. Utpote, qui non ſunt Diſtrictuales, ſecundum tradita Renat. Choppin *de legib. Andiæ lib. 1. cap. 27. art. ult.* Cardin. Mantica *deciſ. 63. num. 1.* Verius tamen eſt, onus hoc eſſe potius reale, ac ſervitutem hanc magis prædio quam perſonæ incumbere. Cum ſine prædiis jus hoc conſiſtere non poſſit. *arg. l. pater filiæ 6. ibi: ſi quis non Vſum tranſeundi perſonæ datum ſed legatum ſervitutis eſſe plenum intelligat. D. de ſervit. legat. l. 2. §. 1. D. Comm. prædior.* Proinde jus hoc bannale Torculi, paſſivè ipſis vineis tanquam nebula paludi inhæret, & cum eis ad quoscunque poſſeſſores, cujuscunque dignitatis præfulgentes tranſit. Quoties namque perſonalis ſervorum ſeu poſſeſſorum ſtatus prædiaria ſervitute mutatur, tunc prædii onus, purum & banni ſervilis lex fundis indicta, in novum quemvis poſſeſſorem transfertur. Jacob. Cancer. *3. Var. Reſol. cap. 4. num. 50.* Quod Joan. Coppen. *deciſ. 57. num. 6.* in terminis juris paſcendi latè deducit, & deciſionem ſupremi Senatus Sardiniæ refert. Joan Dexact. *deciſ. Sardin. 97.* latè Joſeph. de Seſſe *deciſ. 139. num 27. & ſeqq.*

2. *Rationem* adducimus ex reſponſo Papiniani: Quoniam ubicunque fructus prædii aut Torculi maximè in vineis conſiſtit, tunc ſervitus, prædio magis quam perſonæ debetur. *per l. pecoris. 4. ibi: prædii fructus. D. de Servit. P. R. Vbi.* Anton. Faber. *in Rational.* Ita namque

fert

fert natura ſervitutum prædialium ut ſuis prædiis in quorum gratiam ſunt conſtitutæ, ſemper inhæreant, licet perſonæ pereant vel mutentur *l. juxta Paulum. in l. cum fundo 36. ibi:* empto prædio, quæſita eſt ſervitus *D. de S. P. R.* *ac l. pen. §. ibi*: id à ſucceſſoribus etiam eorum eſt obſervandum. *D. ſi ſervit. vindic. l. 4. ibi: ſi prædii fructus magis in pecore conſiſtat, prædii magis. D. de S. P. R.* Zaſius *lib. 1. reſponſ. cap. 11.* Hilliger *in D. E. lib. 11. cap. 7.* latè in terminis juris paſcendi Franciſ. Pegna *tom. 2. Deciſ. 1463. per dolum; Qui etiam contrariis reſpondet.* Card. Mantica *deciſ. 17. num. 8. & 9.* Dn. & Am Mar. Aurel. Galvan. *de Vſufruct. cap. 39. num. 10. fol. m. 551.*

3. Id quod exemplo juris paſcendi illuſtratur, quod jus Univerſitati & habitatoribus competens, ſervitus realis cenſetur, ſicuti in ſupremo *Sardiniæ* Senatu judicatum fuit, cum ſervitus hæc dependeat à prædio dominante, teſte Joan. Dexact. *in deciſ. Sardin. 89. num. 1. Qui per totam deciſionem hoc tractat.* Caſanate *conſil. 42. num. 12. Qui ſub num. 13.* tradit; quod ſi ſervitus paſcendi, aut ſimiles (*v. g. Vvas premendi*) reſpiciat principaliter utilitatem alicujus prædii & etiam reſpiciat diminutionem alterius predii, dicuntur merè reales, quia tunc adeſt prædium in utroque extremo dominante. Conſentit. Cancer. 3. *Var. Reſol. cap. 4. num. 50.* Anton. Faber. *2. Codic. tit. 24. Deſtruit. 2.* Decker. *1. Diſſert. 13. num. 4.* Proinde in ſuprema *Pariſienſi Curia* de ſimili controverſia, partibus corvinus conſtitutis Anno 1600. Senatui placuit, Jus publici Torcularis, verius prædiis impoſitum, quam perſonis, ac licitè exerceri in quemvis fundi comparatorem etiam extraneum, atteſtante Renat. Choppin. *ad Conſuet. Pariſienſ. lib. 2. tit. 8. num. 1. in fine.* Diſſentit Accurſius & cum eo Albericus *de Roſate per l. mela. 14. in fine.* *ibi:*

*ibi:* in tuo uvas promendi. *D. de aliment. & cibar. legat.* Qui exinde deducunt, quod Jus in tuo Torculari premendi Uvas, non ſit ſervitus, nec realis nec perſonalis, ſed jus quoddam debitum actione perſonali, quos ſequitur. Aym. Publit. *ad conſuet. Averniæ. tit. 25. act. 2.* Cravetta *conſil. 4. num. 8.* Joan. Grivel. *deciſ. 66. num. 9.* Anton. Faber. *lib. 19. conjectur. cap. 15.* Proſper. Rendella *de Vino & Vindem. cap. 3. fol. m. 23. circa fin.*

§. XXIX.

1. Cæterum de Torculis Bannalibus inſtar *Regulæ* obſervandum eſt, *ut Ius prohibendi Diſtrictuales ad alia Torcula privata accedere, eo usque vigorem ſuum obtineat, quousque Dominus torculi* Bannalis *facultatem & commoditatem habet Subditos cito expediendi*, ſcilicet, *ſi torcula, molendina Serræ, Battinderia & Trapetta ita comparata & inſtructa ſint, quo ut Diſtrictuales ritè & debito tempore expediantur*; aliàs prohiberi minimè poſſunt, qui in aliena Torcula Molendina & ſimilia ædificia Bannalia pro lubitu viſitare poſſint. Nam jus eundi & cogendi ſubditos ad Bannalia Torcula & ſimilia, videtur reſpectu domini & ſubditorum quaſi contractus ultro citroque obligatorius, ideò uno deficiente, alter quoque recedere poteſt. *arg. l. Iulianus §. offerri D. de act. empt.* Steph. Gratian. *deciſ. Rot. March. 86. num. 22. & ſeqq.* Mareſcot. *Var. Reſolut. cap. 90.* Nam exceptio iſta non adimpletionis Contractus, dicitur exceptio litis finitæ & impedit litis ingreſſum. Aymon. Cravetta. *Conſil. 127. num. 14. poſt alios. Caroc. de Except. 30. ac in tr. de locat. part. 4. cap. de eviction num. 42.* Ac nunquam per ſtatutum ſublata cenſetur, cum oritur petitio. Roman. *conſil. 244. num. 5.* Alexander *conſil. 119. num. 2. lib. 1.* Cephal. *conſil. 402. num. 19. lib. 3.* Mareſcot. *dict. lib. 1. cap. 8. num. 2. & 3.* Ac contractum non ſervanti vel

ex ſua

ex ſua parte non adimplenti, ab altera quoque parte obſervari non debet. *arg. l. cum proponas. ubi Decius num. 5. C. de pactis.* Surd. *de aliment. tit. 7. Quæſt. 17. num. 26.* In terminis Torculorum, Joan. Mar. Novar. *dict. tr. tom. 1. Gravam. 65.*

2. Sane dominus molendini bannalis ita ſuos diſtrictuales in terendo frumentum promovere tenetur, ne ultra viginti quatuor horas in moletrina domini ſtare teneantur; quod ſi tanto temporis ſpatio molituram, ſeu macinam habere non poſſunt, libere recedere & alias moletrinas accedere poſſunt. Tepat. *Var. Iur. Deciſ. Tit. de Molendin.* ſicuti in Regno *Galliæ* deciſum fuiſſe refert Joan. Papon. *in Arreſt. lib. 13. tit. 18. Arreſt. 1. & 2.* latè Joan. Mar. Novar. *dict. tom. 1. Gravam. 61.* Quod de conſuetudine vel conſtitutione *Regni Neapolitani* ac aliarum Provinciarum intelligendum. *In Ducatu Britanniæ* tenetur Vaſallus ac diſtrictualis in moletrina Bannali trinos dies noctesque aquam expectare, ſi ſit aquaria moletrina: Sin verò moletrina ſtabilis diem noctemq;, juxta tenorē Conſtitutionis Britanniæ: *Et eſt tenu l' homme attendre l' eau trois iours & trois nujcts: Et aux Moulins a Vent jour & une nuict.* h. e. *tenetur homo obligatus expectare per tres dies & tres noctes; vel in molis pnevmaticis, per diem & noctem.* Conſuet. Britan. *art. 365.* computando tempus de momento ad momentum, ſicuti regulariter traditur *in l. in temporalibus D. de oblig. & act. l. 3. §. minorem. D. de minor.* Non enim dicitur aliquid factum, cum adhuc ſupereſt aliquid agendum. *per l. penult. C. ad SC. Syllan.* Laurenz. Fœnut. *latè in tr. de momentan. tempor. jur. cap. 30. num. 1. & 9. fol. m. 270. & 271.*

3. In quo tempore, dies quoque feriati computantur; *à Compter l' heure, qu'il arrivera* h. e. *horam compu-*

*tando & numerando ab eo tempore, quando advenit.* Bertr. d' Argentre. *ad Conſuet. Britan. art.365. lit. D.* Nam omni tempore pane egemus, *inquit Accurſ. in l. publicas. C. de feriis.* Ac quotidiè editur, igitur & panem coquere, & frumenta molere, etiam diebus feriatis, in honorem Dei inſtitutis, licitum erit, ſecundum Archi-Diacon. *in cap. jejunia. de conſecrat. diſt. 3.* Joan. Saiſon. *ad Conſuet. Toronenſ. tit. 1. art. 10. Verb. Non. feriable.* Hinc cauſam alimentorum, etiam diebus feriatis agitari poſſe, deducit latè Surd. *de aliment. tit. 8. privileg. 2.* Camill. Borell. *de magiſtr. lib. 4. cap. 7. num. 45.* Id quod communiter quoque in Locis vineariis qui vinetis abundant locum habet, ut Uvæ collectæ, diebus noctibusque etiam feriatis premantur & Torcula publica exerceantur, ob periculum corruptionis Vvarum calcatarum, quæ quam citiſſimè putreſcere ſolent, nec ſervando ſervari poſſunt.

§. XXX.

1. Quæritur ulterius; *An Dominus Torculi Bannalis, juri Banni, etiam invitis Diſtrictualibus renunciare & ipſum Bannum torculare refutare poſſit?* Caſus in facto parum diſſimili in *Parlamento Gratianopolitano* Regni Galliæ contigit. Nam Dominus Salvianus, *Le Sieur de Salvaing* proprietarius Furni Bannalis in pago Vouray, cenſum ſeu retributionem coquendi panis ſingulorum Civium dicti pagi ab antiquo obtinuit, ac quælibet perſona ultra decem annos ætatis exiſtens annuatim quatuor ſolidos cum dimidio ſolvere obligata erat. Quæ annua penſio retributoria ad annum 1630. ſtrictè ſoluta fuit. Cum autem ſucceſſor familiæ Dionyſius mutato rerum pretio, ligna non aliter niſi longè carius emere poſſet, adeò ut expenſæ ipſum cenſum ſuperarent; nec hoc cenſu quatuor ſolidorum cum dimidio absque notabili damno contentus

tentus eſſe poſſet, niſi cenſus antiquus augmentetur; addita declaratione, niſi Incolæ pagi hanc retributionem furnalem augerent, quod Dominus Furni Bannalis jus ſuum ſeu potius onus refutare velit. Ac ut verba Gallica ſonant: *Qu'il faiſoit, de leur delaiſſer la bannalitè du dit four, & les remettre en plaine libertè d' aller cuire leurs pains, ou bon leur ſembleroit.* h. e. *quod is facere velit, ut remittatur bannum dicti furni, & permittatur plena libertas cuivis eundi ad coquendum panem, in loco ubicunque placuerit.* Quæritur *Quid Iuris.* Sanè hanc Quæſtionem *Affirmativè* reſolvendam eſſe aſſero.

2. Siquidem Dominus Torculi bannalis hoc Banni jus & hanc cogendi poteſtatem Diſtrictuales acquiſivit, & poſſidet, non contra ſeipſum, ac cum intentione, ſervitutem aliquam in ſemetipſum recipiendi, ut perpetuò Diſtrictualibus obligatus permaneat, etiam invitus aliorum Uvas in torculo proprio exprimere: ſed multo magis ad inducendam ſubjectionem & ſervitutem aliquam ut diſtrictuales torculo bannali ratione acceſſionis ſubjiciantur, ac dominus torculi jus quoddam non tam honorabile quam proficuum, in ipſos incolas eorumque vineas acquirat: Ideo ei tanquam domino acquiſitæ ſervitutis liberum erit, hanc banni facultatem & cogendi poteſtatem derelinquere & refutare, quandocunque placuerit. Quod enim in favorem alicujus introductum eſt, in ejusdem odium non eſt retorquendum; dum bannum torculi ſit jus merè facultatis, reſpectu domini, quod in ejusdem odium ſivè damnum interpretandum non eſt, quaſi dominus huic juri bannali renunciare non poſſit. Renat. Choppin. *ad Leges Andiæ. lib. 1. cap. 23. num. 5.* Quilibet enim jure pro ſe introducto, uti vel non uti, totum vel partem aliquam re-

mittere vel renunciare poteſt *per l. pen. C. de pact. l. ſi quis in conſcribendo. C. de epiſc. & Cler. l. fin. §. fin. D. ad SC. Vellejan.* Joan. Gæddæus *Conſil. Marpurg. 26. n. 315. & 316. vol. 4.*

3. Et hoc ſecundò, eo magis dicendum cum hoc jus bannale & poteſtas cogendi diſtrictuales dependeat ex voluntate ipſius domini; Quilibet autem juri prohibitivo, in favorem prohibentis introducto renunciare poteſt, quoties illud ipſius domini ſervitutem activam habenti commodum concernit. *per leg. 1. D. de feriu. l. ſi mulier. D. ad SC. Vellejan.* Paul. Gallecat. *tr. de renunciat. cent. 1. cap. 8. n. 12. & 15.*

4. Huc facit *tertio*; quod omnis diſpoſitio intelligatur, Rebus ſic ſtantibus; pro ut ſtant tempore diſpoſitionis, niſi expreſsè aliud cautum ſit. *per l. quaro. §. inter locatorem. D. locati. l. cum quis. 38. in pr. l. ſi cum. 82. D. de ſolut.* Cephal. *Conſil. 187. num. 1. vol. 2.* Modeſt. Piſtor. *conſil. 55. num. 9. vol. 1.* Quam regulam communiter approbant ſcribentes ad *l. quod Servius. 8. D. de condict. cauſ. dat.* Eamque vulgatam eſſe ſcribit Burſat. *Conſil. 284. num. 7. vol. 3.* Vincent. Honded. *conſult. deciſ. 97. num. 24. vol. 1. ac conſil. 89. vol. 2.* qui ſub *num. 24.* ſcribit: Nova cauſa ſuperveniente, licitum eſſe, à qualibet diſpoſitione, etiam jurata, recedere, ex veriſimili mente contrahentium, quod veriſimile ſit, ſi de ſupervenientia novæ cauſæ cogitaſſent, diſpoſuiſſent promiſſionem ſervandam non eſſe. Camill. Gallin. *de verb. Signif. lib. 9. cap. 37. num. 13.* qui hanc concluſionem ſibi locum vindicare, ait, in Ultimis voluntatibus, in contractibus, in privilegiis, in promiſſionibus, in ſtatutis, multisque aliis caſibus. Gallin. *dict. cap. 37. num. 20.* Herm. Vult. 4. *Conſil. 55. num. 94. Quid igitur*, ſi cauſa aliqua accideret, quæ contractus aut diſpoſitionis reſciſſionem urgeret,

ret, utpote de qua à partibus nihil cogitatum fuit? *cap. nequis. cauſ. 22. Quæſt. 2.* Nam ſecundum Jureconſultos: Verba diſpoſitionis, ad tempus ipſius referenda ſunt. *l. Rutilia. 69. D. de contr. empt.* Quomodo in obligationibus ſemper initium contractus & id tempus ſpectatur, quo contrahitur. *per l. non omne. 144. §. 1. D. de R. I. l. in lege. 77. D. de contrah. empt.* Honded. *2. conſult. 49. num. 8.* Gratian. *diſcept. For. 976. num. 14.* Zepper. *in cynoſ. legal. cap. 52. per tot.* Conditiones etiam, quæ tacitè, ex natura rei negotio inſunt, ſemper ſubintelliguntur. Quemadmodum cauſa diſpoſitionis, vel conventionis, ipſum actum regulat. *arg. l. fin. D. de petit. heredit. l. cum tale. §. falſum. D. de condit. & demonſtr.* Bald. *in l. jubemus. C. ad SC. Vellejan.* Alciat. *de Verb. Signif. lib. 3. num. 36.* Ludov. à Caſanate *conſil. 44. num. 54.* Herm. Vultei. *4. Conſil. Marpurg. 32. num. 237. & ſeqq.* Ideò benè ad propoſitum, pro Domino Salviano in ſuprema Delphinatus Curia, quæ Grationopoli viget, Advocatus propoſuit: *Parce que les Devanciers de Salvings n' avoient pas acquis ce droit de Bannalitè pour ſervir contre eux, d' une attachè de ſervitude: mais pour aſſuietir le dis habitans de leur Four, & acquerir ſur eux un droit non moins honorable, qu' utile; Et que parſe moyen il luy eſtoit loiſible de quiter cete facultè, quan bon luy ſembleroit.* h. e. *Quoniam Anteceſſores Domini dè Salvengy, Ius illud banni non acquiſiverant, ut contra ſemet ipſos nexus eſſet ſervitutis, ſed ut incolas diſtrictus ſui furni ſibi ſubjicerent, & per ipſos Ius non minus honorabile quam proficuum acquirerent; Et quod propterea ipſi licitum eſſet illi facultati, quandocunque liberet renunciare, & eandem derelinquere.* Ita deciſum fuit in Pariſienſi Curia ſuprema, Renat. Choppin. *ad Conſuet. Andiæ lib. 1. cap. 23. num. 5.* Eodem modo in cauſa Furni bannalis in Parlamento Gratianopolitano *Anno 1634.* judicatum fuit, teſte Claud. Expilly, *Arreſt. 222. per tot.*

 §. XXXI.

§. XXXI.

1. *Nec contrarium* evincunt, ea quæ adverſæ partis Advocatus regerebat; Quod Contractus formam dent futuris negotiis; ac læſio æſtimanda ſit è tempore contractus. *l. ſi voluntate. C. de reſcindend. vendit.* Ac ea quæ ab initio ſunt voluntatis, ex poſt facto ſint neceſſitatis. Ea namque læſio in contractibus conſideratur, quæ intervenit tempore conventionis. *l. habitationem. D. de pericul. & commod. rei vendit. l. 3. §. divi. D. de jure fiſci.* Ut et; quod tempus futurum, quando cogitari potuit, ſaltem implicitè, ex nova ſuperveniente cauſa, non operetur, ut à priori contractu recedendum ſit. *per l. planè. D. ut in poſſeſſ. legat.* Natta *conſil. 525. num. 18.* Alciat. *reſponſ. 137. & reſponſ. 80. num. 4.* Octav. Cacheran. *deciſ. 91. num. 15. & 16.* Jacob. Cancer. *part. 3. Var. Reſolut. cap. 15. num. 152.*

2. *Reſpondent* namque Doctores hoc verum eſſe, ut unus contrahentium propter damnum ſuperveniens, non poſſit recedere à contractu; in caſu quo contractus perficitur, uno momento. Secus verò dicendum erit in contractu tractum ſucceſſivum habente. *Doctores in d. l. ſi voluntate 8. C. de reſcind. vend.* Quoniam in contractibus ſucceſſivis, in quibus aliquid venit explicandum de futuro, inſpiciatur & conſideretur damnum, quod evenire poteſt de futuro, adeò ut eo in caſu ſemper clauſula ſubintelligatur], *Rebus ſic ſtantibus & in eodem Statu permanentibus.* Quo caſu ex æquitate ſuccurritur læſo & gravato. *arg. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. l. ſi ſtipulatus fuero §. 1. l. ſi à colono D. de V. O. l. cum Cornelius 82. ibi: nec melius nec æquius D. de ſolut:* Petr. de Anchoran. *conſil. 402. num. 4.* bene Marc. Anton. Natta. *conſil. 548. num. 36.* Ideò ſecundum Bartolum, non minus attenditur

ditur ea læſio, in conventionibus tractum ſucceſſivum habentibus, quæ poſt contractum evenit, quam ea quæ in ipſo contractu accidit. Bartol. *in d. l. inter ſtipulantem §. ſacrum. D. de V.O. l. nam. poſtea. §. ſi minor. D. de jurejur.* latè Octav. Cacheran. *Conſil. 47. num. 16. & per tot.* Quæ cauſa eſt, ut Divus Marcus Imperator Fortunato reſcripſerit: *Quod Præſes Provinciæ, ſtipulationem, de cujus iniquitate conſtat, ad modum juſtæ exactionis redigere debeat. per l. cum quidam. D. de uſuris.* Et propter hoc reſcriptum, ſcribit *Antonus Theſaurus:* Hanc mirabilem eſſe facultatem datam Judicibus, ut poſſint, etiam contra paciſcentium pactionem & ſtipulationem pronunciare, & conventionem ad æquitatem reducere. Teſſaur. *deciſ. 226. num. 1.* Qui inſuper ſupra allatæ rationi adjungit: Quod in contractibus qui obligationem ſucceſſivam continent, non reſpiciatur læſio tempore contractus, ſed læſio quæ poſt contractum initum ſupervenerit. Ita in terminis generalibus Petrus de Anchoran. *Conſil. 402.* Qui *ſub num. 4. tradit*: Quod regulariter ex nova cauſa ſuperveniente in contractibus, recedatur à diſpoſitione etiam legitimè celebrata, quaſi ſub ea conditione facta ſit, ſi res remanſerit in eodem ſtatu, Decius *conſil. 335. n. 3.* Qui tradit: Quod in his, quæ tempore mutationem recipiunt, liceat ex cauſa nova ſupeniente à qualibet diſpoſitione recedere. Alexander. *Conſil. 178. num. 7. & 8.* Balzeran. *de feud. ad §. omnes 2. F. 26. num. 25. & 26.* Fab. de Anna. *allegat. 16. num. 4.* Nicol. Boer. *deciſ. 213. num. 9. & 10.* Quod paulo aliter explicat Jacob. Cancer. *part. 3. Var. Reſol. cap. 15. num. 154.* Etiamſi penſio modica per longum temporis ſpatium ſolutum fuerit, juxta Petr. Fontanellam *de pact. dotalib. Clauſ. 4. Gloſſ. 18. part. 1. num. 119. Non enim* ait Teſſaurus, *tantum tribuendum eſt iniquitati præſcriptionis, ut locator,*

*cator, cum damno alterius locupletetur.* Teſſaur. *dict. deciſ.226. num. 4.* Ac in terminis noſtris præjudicium adducit Choppin. *ad leges Andiæ lib. 1. cap. 23. num. 5.* latè Claud. Expilly *Arreſt. Gratianop. 222. n. 12. & per tot.*

3. *Declaratur hæc Quæſtio*, in pacto reciproco; dum pactum Bannale, inter Dominum & ſubditos conventum favorem & utilitatem non tantum Domini, ſed etiam ſubditorum & diſtrictualium reſpiciat, quo caſu vix eſt, ut Dominus torculi, bannum pro lubitu refutare poſſit. Præſumitur namque tale bannum in favorem quoque ſubditorum factum eſſe, ne ii Torculo ad Premendas uvas tempore vindemiali collectas commodato deſtituantur; nam ſi dominus bannum hoc pro lubitu refutare & diſſolvere poſſet, illud in graviſſimum Diſtrictualium damnum redundaret, præſertim ſi in vicinia, aliud æquè commodum Torcular, non extaret. Igitur quod in favorem ſubditorum introductum eſt, illud in eorum odium detorqueri, non poteſt. *per l. quod favore. C. de legib. cap. quod ob gratiam de reg. jur. in 6.* Franciſ. Ripa *ad l. quo minus. D. de flumin. num. 135.* Jacob. Cancer. *part. 2. Var. Reſolut. cap. 2. n. 111.*

4. Hac ſuper *addita modificatione*; ut ſi ipſi Diſtrictuales, cenſum Torcularem proter expenſas in ædificio & inſtrumentis torcularibus factas & annuatim erogandas, augere, in ampliori ſumma ſolvere obligati ſint. Eò caſu ipſa conventio ad æquitatem redigenda erit: ſicuti hoc in omnibus annuis præſtationibus obſervari ſolet. *per cap quanto 16. ibi: quod ſine gravamine ampliato fratrum numero x. de cenſib.* Ubi enim creſcit labor & expenſæ, ibi pretium quoque & ſalarium creſcere debet: Salarium enim creſcit, geminato labore. *per l. fin. C. de Princip. agent.* Molina *de Iuſtit. & jur. diſput. 83. col. 7.* Dn. Jacob.

cob. Gothofred. *de Salar. cap. 8. num. 2.* Quia tam labor quam pecunia, mutuam functionem & reciprocam diviſionem recipiunt. Bartol. Cæpolla *de Servit. P. R. cap. 50. de Furno. num. 14.* Caſpar. Roder. *lib. 2. de annuis redit. tit. 15. num. 95.* Anton. Teſſaur. *dict. deciſ. 226. num. 26.* Ideò in terminis ſcribit Arius Pinellus: Quod curſu temporis, læſo & gravato ſuccurratur; cum tunc læſio ſingulis refricetur & ſic quotannis adveniente tempore, ſolvendi pars gravetur. Pinellus *in l. 2. C. de Reſcind. vendit. part. 2. cap. 1. num. 27.* Anchoran. *conſil. 402. num. 3.* Cravetta *Conſil. 95. num. 3.* Marſil. *ſingul. 134. in fin.* Menoch. *2. Arbitr. caſ. 515. num. 5.* Ita in terminis Furni bannalis de augendo Cenſu ob caritatem lignorum in Suprema, Gratianopoli Curia ſeu Parlamento judicatum fuit, teſte Claud. Expilly. *Arreſt. 222. in fine & per tot.*

# Caput XX. & ultimum.

## *De jure Statuendi circa Torcula, tam Publica quam Privata, Domino territorij jure Superioritatis competente.*

### Summaria.

§. 1.

1. *Dominus territorii, vi ſuperioritatis poteſtatem habet viſitandi torcula, & de iis ſtatuendi.*
2. *Ut Reges & principes Jure Superioritatis ſummam habent curam annonæ & rei frumentariæ; ita & Vinum à ſummo Magiſtratu diligenter eſt procurandum.*

§. 2.

1. *Vinum eſt donum Dei, tum ratione virtutis, per uſum.*
2. *Tum ratione fœlicitatis per culturam.*
3. *Meritò domino territorii cura incumbere debet, ut omnia ordine*

*ordine diſponantur, ne penuria laboret Provincia.*

§. 3.

1. *Licet quilibet ſit rerum ſuarum moderator & arbiter.*
2. *Nihilominus dominus territorii, quoad uſum bonorum, legitimum modum præſcribere poteſt.*
3. *Illuſtratur exemplo maris.*

§. 4.

1. *Dominus territorii vi ſuperioritatis territorialis, de torculis ritè ædificandis, & legitimè dirigendis, ſtatuta condere poteſt.*

§. 5.

1. *Ut torcularia, ſive ædificia ipſa, quam eorum inſtrumenta, ſarta tecta conſerventur, & purgata cuſtodiantur.*
2. *In hunc finem adducitur Conſtitutio provincialis in Ducatu Würtembergico.*

§. 6.

1. *Pari modo & dominus Jurisdictionalis, ordinationes publicare poteſt, circa miniſtros ſuſcipiendos, & eorum officium.*
2. *Ordinatio Wûrtembergica circa hanc rem.*

§. 7.

1. *Officium præfecti torculi in Ducatu Würtembergico.*
2. *Munus Scribæ publici.*
3. *Decimatoris.*
4. *Famulorum torcularium.*

§. 8.

1. *Mores Romanorum circa uſum torcularium, in præficiendis Miniſtris.*
2. *Ordinationes Wûrtembergicæ de hac re.*

§. 9.

1. *Uvæ recenter collectæ, citò devehendæ ſunt ad Cuppas, ideòque cupparum inprimis habenda cura,*
2. *Explicatur ordinatio Wurtembergica.*

§. 10.

1. *Dominus territorii, circa tempus Uvas colligendi & vindemiandi, ordinationes optimè poteſt promulgare.*
2. *Quare apertura Vindemiarum publicè fieri ſoleat.*

§. 11.

1. *Apertura Vindemiarum fieri ſolet à domino loci, communicato prius conſilio, in forma informationis cum peritis vinitoribus, per Judicem ordinarium.*
2. *Obſervantia in Ducatu Wurtembergico circa hanc rem.*
3. *Conſuetudines Bituricenſes.*

§. 12.

1. *Si vindemiator ante aperturam vindemiæ, contra publicum proclama, propria authoritate uvas*

*te uvas collegerit, non tantum debita pœna plectitur, ſed & vicinis damnum & intereſſe præſtare cogitur.*

2, *Conſuetudines Bituricenſes de hac re.*

3. *Ordinationes Wurtembergicæ.*

§. 13.

1. *Tempore vindemiæ, aliorum vineas ad huc dum clauſas, pro uvarum racematione ingredi prohibitum eſt.*

2. *Poſt aperturam vinearum, & uvas collectas, cuilibet liberum eſt racemos omiſſos colligere.*

§. 14.

1. *Dominus vineæ, abſoluta vindemiâ, & uvis jam collectis, racemationem prohibere non poteſt.*

2. *Racemi iſti tanquam derelicti, & res nullius, cuivis occupanti cedunt.*

3. *Dominis rem repetendi aditus non relinquitur, ſi res ab ipſis expoſita ſit quodamodo ad mortem.*

§. 15.

1. *Racemi non collecti, de Jure Divino, addicti fuerunt, pauperibus viduis & advenis.*

2. *In legibus Hebræorum relinquitur angulus vineæ.*

§. 16.

1. *Per aliena prædia invitis dominis aucupium non eſt faciendum.*

2. *Quod fieri poteſt damni avertendi cauſa è fundo noſtro.*

§. 17.

1. *Hoc tum demum procedit, niſi fundus ſervitutem ingrediendi debeat.*

2. *Quod alicui prodeſt, & alii non nocet, facilè eſt concedendum.*

3. *Hæc reſponſio exemplis illuſtratur.*

§. 18.

1. *Is qui aliquem uti probibet re Jure Gentium omnibus communi, ob id actione injuriarum conveniri poteſt.*

2. *Probibitio ingreſſus eò minus concedenda, quia concernit piam cauſam, & pauperes.*

3. *Ad dilatandum cœmiterium, vicinus ad vendendum agrum ſuum juſto precio, compelli poteſt.*

§. 19.

1. *Objectio, quod Lex de racemis divina, ſit tantum forenſis & in novo fœdere antiquata.*

2. *Reſpondetur huic Objectioni.*

§. 20.

1. *Limitatur dicta reſolutio, niſi*

*Magiſtratus ex urgente cauſa recemationem prohibeat.*

2. *Ratio hujus prohibitionis redditur.*

§. 21.

1. *An diebus feſtis, Uvarum collectio bona conſcientia fieri aut à Magiſtratu permitti poſſit? ubi Sabbathi obſervatio Hebræis demandata declaratur.*
2. *Hæc Lex ab Hebræis Superſtitiosè obſervabatur.*

§. 22.

1. *Ratio hujus Legis adducitur.*

§. 23.

1. *Hoc præceptum, ad diem dominicum ſanctificandum, in Novo teſtamento, ſub pœna maledictionis fuit repetitum.*
2. *Sanctio diei dominicæ ab Imp. Conſtantino Magno, & ſequentib. Imperatoribus.*
3. *Rationes hujus mutationis afferuntur.*

§. 24.

1. *Vera & ſolida ratio, quare dies dominicus ſit ſanctificandus.*

§. 25.

1. *Imperatoris Conſtantini Magni ratio.*
2. *Caſtigatio Imp. Leonis.*

§. 26.

1. *Imperatoris Leonis ordinationem ſecuti ſunt Imperatores & Reges Occidentales.*
2. *Ratio quam reddidit Imp. Carolus Magnus.*

§. 27.

1. *Conſtitutio Legibus Alemannorum ſuper hac re lata, tempore Regis Lotharii.*
2. *Item Legum Baiwariorum, & Friſionum.*

§. 28.

1. *Feſtorum venerationem etiam Ethnici obſervarunt.*

§. 29.

1. *Limitatur prædicta aſſertio, locum non habere, in operibus momentaneis, & ex cauſa neceſſitatis ſuſcipiendis.*
2. *Uvarum collectio ingruente aëris intemperie, ex neceſſitate permittitur.*

§. 30.

1. *Etiam gentiles in diebus feſtis admiſerunt opera neceſſitatis.*

§. 31.

1. *Hæc limitatio etiam obtinet moribus Hollandicis.*
2. *Ut & moribus Gallorum.*
3. *Declaratur illa limitatio, ſi ſacra prius fuerint peracta.*

§. 32.

1. *Requiritur ad relaxationem obſervationis diei dominicæ, ut neceſſitas ſit evidens, & præſens.*
2. *Reſpicere debet neceſſitas hæc, incommodi alicujus extra ordinem*

*dinem incidentis evitationem; non verò lucrum aut voluptatem.*

3. *Neceſſitas evidens, non ex incerta conjectura concipienda eſt.*

§. 33.

1. *Secundum Canones & Canoniſtas, urgente neceſſitate, opera ſervilia, die feriato permittuntur.*
2. *Extenditur hæc conceſſio ad collectionem uvarum, tempore vindemiarum, & alios caſus neceſſitatis & Charitatis.*

§. 34.

1. *Reſpondetur dubio, quo aſſertio prius poſita, Sanctificationem Sabbathi à Deo ipſo præcepta, contrariari videbatur.*

§. 35.

1. *Judæi nec ipſi, in caſu neceſſitatis, Sabbathum tam ſtrictè obſervarunt.*
2. *Neceſſitatis cauſa, aliquid mutari poteſt de forma aſſignata.*

§. 36.

1. *Licet neceſſitas opera ſervilia die Sabbathi peragenda excuſet, fieri tamen hoc nequit absque diſpenſatione & conceſſione Magiſtratus.*
2. *Ordinationes Eccleſiaſticæ in Electoratu Saxoniæ; & Ducatu VVurtembergico de hac re.*

§. 37.

1. *Quoad feſta Chriſtiana in hominum honorem inſtituta, facilius diſpenſari poteſt.*
2. *Ordinatio Synodalis in Ducatu VVurtembergico circa hanc rem.*
3. *Pœna transgreſſorum Sabbathi & reliquorum feſtorum.*

§. 38.

1. *Juxta Canones, impetrata hæc diſpenſatio, diſtributione eleemoſynarum eſt compenſanda.*

§. 39.

1. *Forenſis, dominus vineæ, uvas tempore vindemiarum collectas & contuſas, contra loci conſuetudinem, extra territorium ad aliud torculum, vehere nequit.*
2. *Forenſis tenetur ad onera impoſita prædiis, & poſſidere cenſetur illa bona cum ſua cauſa & onere.*

§. 40.

1. *Statutum ne tempore Vindemiæ avehantur uvæ contuſæ & briſæ ſubactæ, nititur ſua æquitate, & pro valido habetur.*
2. *Præſes provinciæ in cauſa meſſis vel vindemiarum, juxta conſuetudinem cujusque loci, certum tempus vel modum ſtatuere poteſt.*

*3. Confirmatur hac aſſertio præjudicio Senatus ſupremi, in Ducatu Burgundiæ.*

*4. Deciſione item à Supremo Senatu Cathaloniæ.*

*5. Statuto vindemiali Ducatus VVurtembergici.*

§. 41.

*1. Colonus ob malam culturam, Vineam certo annuo cenſu conductam amittit, & dominus eum fundo expellere poteſt.*

*2. Major cura requiritur in vinea, quam in agro aut prato colendo.*

§. 42.

*1. Modica Vinearum intermiſſio vel negligentia, maximæ agrorum deteriorationi æquiparari poteſt.*

*2. Colonus Vinitor, etiam ob modicam deteriorationem, jus colendi amittit, ut à vinea repelli poſſit.*

§. 43.

*1. Hæc aſſertio à Doctoribus extenditur etiam ad Emphyteutam, & alium vinitorem cenſualem.*

*2. Differentia inter negligentiam & deteriorationem commiſſam ab Emphyteuta in prædio ruſtico, & vinitorem colonum in vinea.*

§. 44.

*1. Agens de negligentia & deterioratione contra colonum, debet probare ſtatum, ut erat tempore conceſſionis.*

*2. Petens pœnam, probare debet, ſe pro ſua parte adimplevisse id, ad quod tenebatur.*

§. 45.

*1. Liberatur conductor, ſi ſecundum morem Regionis, ſtatutum loci, ac juxta boni viri arbitrium, culturam fecerit.*

*2. Cultura ritè peracta à colono conductore, & ita negativa, probanda eſt.*

*3. In dubio negligentia non præſumitur, ſed ab allegante eſt probanda.*

§. 46.

*1. Vinitorem alterius perſuadens, ut culturam vineæ deſereret, conveniri poteſt à domino vineæ, de dolo malo.*

*2. Plus poteſt efficere perſuaſio doloſa, quam violenta coactio.*

§. 47.

*1. Promittens dare operariis ſuis vinitoribus, tantum pro mercede, quantum alii Cives ſolvunt, & conſtet Cives diverſimodè mercedem ſolviſſe, ad eam quantitatem tenetur, quæ minima eſt.*

*2. In ambiguis & obſcuris, id quod minus eſt, ſequimur.*

§. 1. Do-

§. I.

1. DOminum territorii, vigore juris ſuperioritatis, facultatem & poteſtatem habere viſitandi torcula tam publica quam privata, de eorum uſu & uvas premendi modo ſtatuendi probabiliter nec ſine ratione aſſerimus. Sicuti enim menſurarum & ponderum Jus, item Molendinorum cura ad Principem territorii pertinet; Ita quoque torculorum Jus & viſitatio, ac de ipſis regendis inſpectio & ordinatio. Molendinorum enim curæ, compar eſt Torculorum inſpectio. *arg. traditorum* Ulpiani *in l. in Inſtrumento 8. ibi: aratra, ligones. & ibi: torcularia D. de inſtruct. legat.* Prout hæc duo à Scriptoribus comparantur paſſim, per ea, quæ tradit Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. lib. 18. cap. 22. num. 8.* Joan. Papon. *in Deciſivis lib. 13. tit. 8. Arreſt. l. 2. & 3.* Guido Papæ. *Quæſt. deciſ. 298.* Quæ duo in quibusdam legibus Provincialibus conjunguntur, ſicuti conſtat ex Conſuetudinibus Lotharingiæ ap. Abraham Fabert. *in Comment ad tit. 6. §. 98. ibi: Le droit de Bannalites de Fours, Moulin & Preſſoir.* h. e. *Ius bannalitatis, furnorum, molendinorum & torcularium. Et tit. 8. §. 118. ibi: Et adjuſtement de Poids & Meſures: Mesmes de pouuoir eriger Preſſoir & Moulin en ſon uſage.* h. e. *adæquare pondera & menſuras; & per ſe poſſe erigere torcula & molendina in ſuum uſum.*

2. Sicuti enim frumentum, pretioſiſſima pars eſt fortunarum noſtrarum per reſponſum notabile Jureconſulti. Pauli *in l. nam ſalutem. 3. §. effracturæ. 2. ibi: pretioſiſſimam partem. D. de offic. Præfect. vigil.* latè Hieron. Marſtall. *de divit. part. 2. cap. 8.* Adeo ut ex hac cauſa, Reges & Principes jure ſuperioriatis ſummam curam ſuis præceptis

tis impendant, ne annona ac res frumentaria per falſas menſuras cum totius *Provinciæ* damno turbetur, ac ne populus per ejusdem auctionem gravetur *per l. 2. C. de monopol. l. 2. in pr. ibi: cura annona. & ibi: quo annona carior fieret. D. ad l. jul. de annona* Extat quoque ſingulare Reſcriptum Imperatoris *in l. 1. ibi: Quoniam creſcit inopia, ſi frumenta. C. de frument. verb. Conſtan. lib. 11.* ut non malè Stobæus: omnia, quorum quibus egemus, in agricultura ineſſe dixerit. Stobæ. *tit. de Agricult. Sermon. 56.* Petr. Greg. Tholoſan. *lib. 48. tit. 9. cap. 2. num. 4.* latè Caſp. Klock. *de ærar. lib. 2. cap. 91. per tot.* latè Andr. Dinner. *tr. de juſt. rer. pret. Quæſt. 3. num. 1. & ſeqq.* Marſtall. *dict. tr. part. 1. cap. 3. per tot.* Ita quoque vinum ſingulare Dei donum exiſtit, ac à ſummo Magiſtratu diligenter procurandum, & prævidendum, ut uvæ collectæ juſtè & absque fraude premantur.

§. II.

1. Vinum namque maximum eſt donum Dei; *Tum* Ratione *virtutis* ſuæ, *Tum* Ratione *Felicitatis*: Ratione Virtutis; Quòd Deus (ſecundum Platonem) hominibus vinum quaſi remedium, contra ſenectutis duritiem largitus eſt, ut rejuveneſcere videamur, & mœſtitiæ nos oblivio capiat, quo ipſa animi affectio ſicuti ferrum in igne, ex duritie in mollitiem deducta flexibilior fiat. Plato *de legib. lib. 2. fol. m. 796. in op. gr. lat.* Quod enim animam ſimul, cum corpore calefacit, Vinum dicitur, teſte eod. Platon. *in Timæo. fol. m. 1064.* Unde Plinius ſcribit: *ſunt* (inquit) *liquores corporibus humanis gratiſſimi, intus vini, foris olei, arborum è genere, ambo præcipui, ſed olei neceſſarius. In nulla enim parte operoſior vita eſt, ceu non ſaluberiorem ad potus aquæ liquorem natura dederit, quo cætera omnia animantia utuntur, quam Vinum.* C. Plinius *in pr. & in fin.* Et alibi:

*Vino*

*vino natura eſt, hauſto accendendi calore viſcera intus, foris infuſo, refrigerandi. Adeò ut prorſus jure dici poſſit, neque viribus corporis utilius aliud, neque aliud voluptatibus pernitioſius, ſi modus abſit.* Plin. *dict. lib. 14. cap. 5.* Proinde vini dulcedine olim etiam Barbari illecti, Romani Imperii fines invaſerunt. Proſper. Rendella *de vinea & vino. ſect. 1. fol. m. 60.* De quo Livius ſequentia: *Gallicam Gentem, traditur fama, dulcedine frugum, maximeque vini, nova tam voluptate captam, Alpes tranſiſſe; agrosque Etruſcis poſſediſſe, & invexiſſe in Galliam, vinum, illiciendæ gentis cauſa*: Livius *hiſtor. lib. 5. cap. 33.* Quæ forſitan cauſa erat, quod Imperatores vini exportationem prohibuerunt. *l. 3. C. quæ res export. non debeat.* Alciat. *lib. 5. diſpunct. 11.* Hier. de Laurent. *deciſ. 40. num. 3.* Brunneman. *in Cod. ad dict. leg. 1.* latè ad hanc legem 1. Proſper. Rendella *de vinea & vino ſect. 1. fol. m. 61.*

2. *Tùm* quia cultura vini, ſubditos *feliciores* reddit, ac in multis Provinciis Germaniæ ſubditi & Incolæ hac cultura præcipuam ſui & ſuorum ſuſtentationem habent; hac via victum & amictum quærunt, per vini commercia, abundantiam exteris Regionibus elargiendo, maximas pecuniæ ſummas acquirunt, & inſtar magnetis tanquam ferrum attrahunt: unde *Columella* quoque ſcribit, quòd vinearum cultura, ubi ſolum aptum exiſtit, adeo quæſtuoſa ſit, ut quovis fœnore majora reddat emolumenta, ac ſua ætate vineas condi ſolitas fuiſſe, in regionibus Beticis & Gallicis *refert. in oper. de re ruſtic. lib. 4. cap. 3.* Imò in hiſce locis viniferis, per decimarum, vel tertiarum perceptionem præcipui reditus Cameræ Ducali inferuntur.

3. Merito igitur principis, utpote domini territorii, curæ incumbit, ut Torcularia quoque utpote præci-

pua vini inſtrumenta, obſervet, viſitet, à quo & quomodo ædificentur invigilet, ordinem uvas colligendi, modum ac tempus uvas collectas premendi, certa lege definiat; item de vineis novellis plantandis certum quid conſtituat, ne ex vinearum augmento penuriâ provincia laboret. Laudem meretur in hoc Imperator *Domitianus*, quod, poſtquam animadvertit, nimio vinearum ſtudio negligi agriculturam, in Provinciis vineta ut ſuccidérentur imperavit, relicta ut plurimum, dimidia parte. Sueton. *in Domitjano* vide Marſtall. *de divit. part. 1. cap. 3. fol. m. 22.*

§. III.

1. Quod corroboratur alia juris *Ratione*; ſcilicet, quòd, quamvis quilibet ſit rerum ſuarum moderator & arbiter, ac de bonis ſuis liberè diſponere poſſit; *l. in re mandata 21. C. mandat. ubi.* Auguſt. Barboſa. Juſtum namque eſt ſuum cuique committere *l. nemo. 9. C. de Iudæis.* Cicer. *pro Balbo & Roſcio Amerin.* Anchoran. *Conſil. 155. n. 7.* Octav. Cacheran. *deciſ. 17. num. 13.* non tantum utendo, ſed etiam abutendo. *l. etſi lege §. conſuluit. D. de petit. hered.* Adeò ut cuilibet, in adminiſtratione proprii patrimonii, quod ei ſpecialiter prohibitum non eſt, permiſſum cenſeatur. *l. nec non §. quod eis D. ex quib. cauſ. major.* Card. Mantica *de ambig. convent. lib. 13. tit. 26. n. 1.*

2 Nihil tamen impedit, quò minus Dominus territorii, jure ſuperioritatis de bonis tam privatis quam publicis juxta utilitatem publicam utendis legitimū modum præſcribere poſſit; Brunneman. *ad dict. l. in re mandat.* Tabor & Gambs *in Axiomat lib. 4. cap. 47. Axiomat. 14.* Principi enim, ac ei, qui in territorio cum ſumā poteſtate præeſt, competit Jurisdictio in omnibus ſui territorii bonis, ideòque etiam in ædificiis in territorio ſuo exiſtentibus.

Tor-

Torcula autem publica legitimè ſecundum utilitatem publicam & cunctorum de univerſitate commodum adminiſtrare, ac ut ea juxta modum ſcriptum conſerventur, viſitare, Jurisdictionis eſt, quæ Domino loci meritò competit, nec denegari poteſt.

3. Et hoc ad exemplum Maris; cujus reſpectu tria conſiderari poſſunt, *Proprietas*, *Vſus*, & *Iurisdictio*; *Proprietas* eſt communis, ſeu nullius: *Vſus*, eſt publicus, juris Gentium, quia omnibus patet. *§. littorum I. de rer. diviſ.* At *Iurisdictio* in mare; eſt Supremi principis. Alvarot. *ad cap. un. num. 7.* Quæ ſint regal. Alciat. *ad l. ex hoc jure 5. num. 40. D. de I. & I.* Peregrin. *de jur. fiſci lib. 1. tit. 1. num. 17.* Qui etiam, publica lege, mari ſervitutem imponere poteſt, ſcilicet, ut præternavigantes portum, Domino territorii certum vectigal ſolvant. *arg. l. un. C. de Claſſic. lib. 11.* cum utilitas publica poſtulet, ut etiam in mari ſit jurisdictio. *l. quamvis 50. ibi: in mari extruxerimus D. de acquir. rer. domin.* Cæpoll. *de S. P. R. cap. 26. num. 6* Balzeran. *de feud. lib. 2. tit. 56. verb. vectigalia num. 5.* Natta. *Conſil. 661. num. 12.* Id quod haud obſcurè innuit Ulpianus *in l. venditor 14. D. comm. prædior.* Ubi ſcribit: *Mari, quod natura omnibus patet, ſervitus imponi privata lege non poteſt*; quibus Verbis innuit, quòd haud dubiè publica lege, hoc eſt Principis poteſtate id fieri poſſit. Surd. *conſil. 321. num. 5. & 40.* Cæpolla *dict. cap. 26. num. 1.* Schrader. *ad Inſtit. de Rer. diviſ. §. 25. num. 14. & ſeqq.* latè Joan. Anton. Ballon. *Conſil. 14. n. 55. & per tot.*

§ IV.

1. Cæterum ex modo deductis & allatis *prono quaſi alveo fluit*; quòd dominus territorii vel pagi poſſit, vigore jurisdictionis territorialis ac juris ſuperioritatis, de *Torculis ritè ædificandis*, & legitimè dirigendis certa ſtatuta,

 vulgò

vulgò Keltern-Ordnung/ condere, ut unicuique Incolarum uvæ recollectæ, debito modo & tempore premantur; ac, ut vulgariter dicimus, daß die Secker fleiſſig auff-geſchüttet/ gebührend gehauen/und rechtmäſſig außgedruckt und gekeltert werden. h. e. *ut pes diligenter prælo ſubdatur, debito numero & modo circumcidatur, & muſtum exactè exprimatur.*

§. V.

1. Ex eadem Superioritatis ratione Dominus territorii ſtatuta condit, ut *Torcularia*, hoc eſt, tam ædificia ipſa, quam eorum inſtrumenta ab officialibus & ipſis torculorum dominis *Sarta tecta* conſerventur, imprimis verò ut non tantum cuppæ, ſed etiam cuppullæ cum doliis & vaſis minoribus ab omni mucore & putredine cuſtodiantur & purgentur;

2. De quibus ſequentia diſpoſita legimus in ſtatutis Würtembergicis: Der Keltern halb iſt höchlich von-nöthen/ auch unſer ſonder ernſtlicher Befelch/ daß ihr Ambt-leuth und Vorſtmeiſter mit ernſt/ und beſonder in Beſich-tigung der Häuſer/ Gebäw/ wie ob/ darob ſeyn/ damit die Keltern/ ſo uns zuſtehn/ oder denen wir ſonſt Holtz zugeben ſchuldig ſeynd/ an Tachung/ Beſchlitzung und anderm/ für das Wetter/ und nach Nothdurfft verſehen/ auch ſonſt mit Raum und Außführung der Dröſter/ und in anderwege/ und ſonderlich bey und unter den Bletten und Bütten/auch vor Verlegung auſſerhalb der Herbſt- und Keltergeſchirr/ dermaſſen verhüt/ ſauber/ und in gutem Weſen gehalten/ damit das Holtz trucken ſtehe/ durchgehenden Lufft hab/ und durch ſolchen Wuſt und Unfleiß/ ehe der Zeit erfaulet/ und darnach mit mercklichem Koſten widerumb gebauen werden muß/ und inſonderheit fürſehen/ daß die Laitſeül gegen der Spindel, und dann beſeits vom Büet mit angeſchiff-

ten

ten und eingeſetzten Biegen verbiegt werden / damit das Bieth/ noch die Fierling ſich deſto weniger ſchieben und verſchieſſen mögen/ damit es nicht ſonſt viel Geſchirr und Höltz brauche: h. e. *Quoad torcularia maximè neceſſarium eſt, Nosque ſeriò mandamus, ut vos Officiales, & Foreſtorum præfecti, in inſpiciendis ædificiis & cellis torculariis, exactam diligentiam adhibeatis; ut torculariis ad Nos pertinentibus, vel quibus Nos ligna ad conſervanda ædificia ſuppeditare tenemur, quoad tecta, tibicines, clauſuras, Cantheria, Columina & alia, ad avertendas tempeſtatum injurias, ſufficienter & pro exigentia proſpiciatur; & aliàs etiam pro avellendis & evehendis briſis vinaceis vel alio modo amovendis ſordibus, præſertim ſub cuppis, pitynis, & lacubus torcularibus commodum ſpacium aſſignetur, ne cuppæ & vaſa torcularia, obtegantur, ſed munda pura & integra conſerventur; ut vaſa & inſtrumenta lignea in locis exſiccatis ſituata, aeri pervia maneant, nec ſordibus obruta, per incuriam talem, præmaturè putreſcant, & ita poſtmodum ſumtibus immenſis reparari ea oporteat; Inprimis verò curetis ut columna intermedia, verſus ergatam qua cochlea ſive axis capreolatim ſurſum verſus, ſtriatus arrigitur, & ex altera parte penes lacum torcularium, inſitis repagulis tranſverſis ita firmiter muniatur, ne lacus ille aut orcæ quoquo modo moveri, vel protrudi poſſint, & pro reparatione horum multum ligni, juxta vaſa & inſtrumenta plura, requiratur.* Statut. Würtemb. Polit. *tit. 86. in princip.*

§ VI.

1. Pari modo & jure dominus Jurisdictionalis *Pagi Ordinationes publicare poteſt*, *quales Miniſtri* ad coactionem Uvarum ſuſcipiendam eligendi ſint, & quomodo illi inſtrumenta torcularia dirigere debeant, ne damnum aliquod ædificio torculari inferatur quod alias non ſine modicis expenſis reficitur;

2. De quo ſequentia in ordinatione Würtembergica. Wir befehlen auch allen unſern verrechneten Amptleuten/ daß ſie hinfüro verſtändige Werckmeiſter und Knecht/ zu Keltergebäuen und Herbſt-Arbeit mit einem Gericht beſtellen und annemmen/ und ſich dahin richten und verſehen/ Spindel/ Strauben/ Brack/ und Brittholtz im Vorrath zu haben/ daß man die nicht erſt gegen dem Herbſt grün nemmen und brauchen müſſe/ auch nicht geſtatten/ eines jeden Gefallen die Kälterbähm zutreiben und zuſpannen/ wie dann ſolchs eines theils den Amptleuten in jhr getruckten Rechnung-Ordnung von uns ausgangen/ aufferlegt iſt. Dann ſolte und würde etwas hinfürter/ von einem oder mehr Ambtmann/ alſo durch jhren Unfleiß verſaumbt und verwahrloſt werden/ gedencken wir daſſelbig bey jhme einkommen zulaſſen. *Quod latinè ita reddidimus: Injungimus inſuper omnibus noſtris præfectis & officialibus quibus expenſi & accepti reddenda ratio eſt, ut in poſterum architectos peritos, & miniſtros torculares ad extruenda & raperenda ædificia torcularia & peragendos labores vindemiales cum Iudicibus cujusq; loci ſuſcipiant & conſtituant, & ſummo ſtudio in id incumbant, ut ergatæ, ſive tota illa machina, qua prælum attollitur & demittitur; cochlearum cardines cavi & ſtriati, ligna preſſoria, tabulæ, cum omnibus inſtrumentis, quæ ad lacus torcularis uſum ſpectant, in parato ſint; ne ingruente autumno, ligna recenter cæſa adhuc ſucciplena in hunc uſum adhibere neceſſe habeant; nec cuiq; faciant copiam pro lubitu præla vel ſuſpendendi, vel demittendi, prout Officialibus noſtris Ordinationes noſtræ & rationum regulæ typis impreſſæ id quodammodo exigunt, à quibus omne damnum & intereſſe exigere decrevimus ejus, quidquid in poſterum ex illorum incuriâ neglectum fuerit, aut damnum emerſerit.* Statut. Würtemb. Polit. *dict. tit. 86. §. 2.*

§. VII.

§. VII.

1. In *Ducatu autem Würtembergico*, Principes noſtri ab antiquo ſingulari cura & prudentia torculares viros & Miniſtros ad regenda torcula eligi voluerunt; quorum Primus & præcipuus eſt, *Rector ſeu Præfectus Torculi*, der Keltern-Meiſter vulgo dictus, qui cæteras perſonas torculares gubernat, eas ad debita officia adigit, & ſine ejus conceſſione, nemo Uvas recollectas prælo ſubjicere & cogere poteſt, ut omnis confuſio evitetur, nec alter alteri tempus & locum coactionis præripiat. *Ordinat. Würtemb. Vindem. articul. 13. & 22.*

2. *Secundò* præponitur Torculo *Scriba publicus*, der Kelterſchreiber/ cujus præcipuum munus in conſignandis Decimis & cenſibus in conſtituto torculo perceptis, quo domino decimarum & torculi juſta ratio reddatur, & cenſus competens ritè ſolvatur. *ordinat. Würtemb. Vindem. art. 27. 29. & 30.*

3. *Tertiò*, conſtituitur Decimator, qui nomine domini Decimatoris deß Zehentherren/ decimas & cenſus vindemiales ex vino ſeu muſto dimiſſo percipit, & debitè conſignat in certum libellum, ſine cujus permiſſu & præſentia nemini licitum eſt, palum foramini Cuppæ immiſſum laxare & protropum dimittere, den Zapffen zucken und den Moſt abzulaſſen vocamus; Et quidem ſub pœna decem florenorum domino territorii ſolvenda; de cujus munere latè diſponit *ordin. noſtra Vindem. artic. 27.*

4. *Quartò* neceſſario quoque adſunt Famuli torculares, Kelterbuben/ qui uvarum congeriem prælo ſubjiciunt, vectibus ligneis urgent, congeriem proſcindunt aliquoties, & debitè expreſſam dejiciunt. Welche die Tröſter aufftragen/ den Secker gebührend behauen und wider abwerffen müſſen. De quorum officio ritè peragendo &

do & fraudibus coercendis,paſſim agit. *ordin. noſtr. Vindemial. art. 8. & 23.*

§. VIII.

1. Habuerunt quoque Romani ſervus ſuos, quos Torcularibus deſtinarunt, quorum unus pro cuſtode torculari electus erat, qui tamen in numero ſervorum non exiſtebat. De quo Laurent. Pignor. *de ſervis, fol. 265.* Erat quoque ap. Romanos, in unoquoque Torculo, Prælator addictus & præpoſitus qui de prælo ritè cuſtodiendo & obſervando nomen accepit;

2. Quorum uſus & neceſſitas moribus quoque noſtris in torculis tam publicis quam privatis Ducatus Wúrtenbergici obſervatur, adeò ut in quolibet Torculo vindemiarum tempore, certus carpentarius conſtituatur, qui Prælum, cochleas, & alia torculi inſtrumenta animadvertere debet, ut ſi quid vi coactionis rumpatur, ſubitò reparetur, ne diſtrictuales cum periculo Uvarum diutius, quam par eſt, detineantur. *Ordin. Vindem. Würtemberg. art. 24.* Cæterum in omnibus ferè Torculis tam publicis quam privatis, omnes ij, qui circa Torcularia Verſantur, viri boni & integræ famæ ut ſint, neceſſe eſt. *Sicuti juxta ordinationem Camer. part. 1. tit. 36.* inter alias qualitates Nuncii Cameralis, etiam integritas vitæ, die Redligkeit/ requiritur. Stamm. *de Servit. perſonal. lib. 2. cap. 20. ſub num. 3.* Præſertim verò in patria Ducatu noſtro, ubi omnes viri Torculares quolibet anno, tempore vindemiarum, Præfecto cujusque loci, nomine Principis Sereniſſimi, juratò promittere tenentur, quod vindemiatores promovere, torculi prælum obſervare, omne lucrum turpe, imò illius quoque ſuſpicionem effugere velint. *Ordinat. Vindem. Wurtemb. articul. 23. & ſeqq.* Et hoc ad exemplum Apparitoris, Foreſtarii, Nuncii publici, & alicu-

alicujus alterius miniſtri publici, qui de officio bona fide & legaliter adminiſtrando in ingreſſu officii jurare ſolent. *l. Theopompus. D. de dot. præleg.* Herman. Stamm. *de Servit perſonal. lib. 2. cap. 20.*

§. IX.

1. Sanè cum vino generoſo nihil ſit nobilius, ideòque ut uvæ recenter collectæ cum bonitate intrinſeca quam citò devehantur ad cuppas, (quas patria lingua Bütten vocamus) is, qui Reipublicæ præeſt, valdè ſollicitus eſſe ſolet, ut *Cupppæ & Cupulæ vindemiales* legitimè conficiantur, ab omni immunditie purgentur, ac, ne fraudi locus ſit, debito modo & ordine ponantur, de quo prudenter diſpoſitum *in ordin. Wurtemberg. Vindemial. articul. 15. & ſeqq.* Cuppæ autem & Cuppulæ ſumptibus Domini torcularis conficiuntur, & circulis conſtrictis partè tectè cuſtodiuntur, in quarum impenſarum compenſationem Vir Torcularis, der Keltere Kundt, certos muſti modios domino ſolvere tenetur; Cuppæ autem tempore, quo Torcula exercentur, famulorum cuſtodiæ tam diurnæ quam nocturnæ committuntur. *Ordinat. vindem. articul. art. 12. & ſeqq.* Quod ſi muſtum, culpâ famulorum torculariorum, damnum aliquod vel ſordibus & diminutione patiatur, ipſi damnum reſarcire tenentur. Haſce enim cuppas nemo impunè violat. *Dict. ordin. articul. 13.* In haſce cuppas & cuppulas uvæ conjectæ jam contritæ conteguntur, ne pluviis adulterentur, vel alio modo ſpurcentur. Nam is, qui vinum ſpurcavit, vel effudit, vel acetum fecit, actione legis aquiliæ convenitur; juxta Celſum *in l. ſi ſervus 27. §. cum eo 15. D. ad L. aquil.* ubi Budæus *fol. 453.* Rhag. *cap. 10. num. 3.* Qua de cauſa in multis ordinationibus vindemialibus optima ratione proviſum eſt, *ne Cuppæ ac Cuppulæ Stillicidi-*

*is ædium aut Torculorum,* dem Tachtrauff, ſupponantur, quo minus, ortâ pluviâ autumnali, Uvæ congeſtæ aquâ pluviali diluantur.

2. De qua ita *in ordinat. Wurtemb. Vindemialibus* proviſum eſt: Es ſolle von den Zehendern und andern unter die Keltern verordneten Perſonen / mit fleiß Achtung gegeben werden / daß niemand ſeine Büttinen / wie von theiln biſshero beſchehen / unter die Tachtrauff oder Rinnen ſetze. h. e. *In id ſedulò incumbant decimatores, & aliæ in uſum torcularem conſtitutæ & juratæ perſonæ, ne quisquam cuppas ſuas ſub canali aliquo aut ſtillicidio, ut hactenus fieri conſuevit, ponat.* Id quod de canali ſtillicidii intelligendum eſſe cenſeo. Nam ſi vindemiarum tempore aliquæ pluviarum guttulæ in Vaſa vinaria & dolia ceciderint, propter hoc non ſolvitur ſpecies vini, ſed pro vino integro vendi poteſt; quoniam quædam guttulæ aquæ non mutant ſubſtantiam vini. Joan. Saiſon. *ad Conſuet. Turonenſ. tit. 10. art. 1. in pr. fol. m. 60.* Proſper Rendell. *de vindem part. 2. Quæſt. 59. fol. m. 36.* Ex qua ratione *Canoniſtæ* tradunt, quod ſi data opera parum aquæ vino commiſceretur, absque ſpeciei mutatione, poſſe de hujusmodi vino fieri conſecrationem, *per cap. cum Matthæus. ubi Auguſtin. Barboſa num. 11. x. de celebrat miſſæ.* Domin. Soto. *lib. 4. ſentent. diſtinct. 9. Quæſt. 1. art. 5.* Joan. Saiſon. *dict. tit. & art. 1. fol. m. 61.* Zach. Pasquaglius *de Sacrific. novæ leg. tr. 1. Quæſt. 308. & Quæſt. 310. per tot.*

§ X.

1. Ex eodem Superioritatis jure dominus territorii, etiam invitis diſtrictualibus & ſubditis, vineas poſſidentibus, *Inhibitiones promulgare poteſt,* de non vindemiando pro lubitu, ſed expectando certum Uvarum tempus plenæ maturitatis; id quod Dominus pagi, invito territorii

torii Domino, Superioritatem in pago habènte, vix inhibere aut permittere poteſt, argumento à Romanis deſumpto: *Præſides namque Provinciarum* (reſpondit Paulus Jureconſultus) *ex conſuetudine cujusque loci, ſolent meſſis vindemiarum cauſa tempus ſtatuere in l. Præſides. 4. D. de feriis.* Et hoc pro locorum & temporum varietate, quod aut maturius & brevius, aut tardius & longius ſtatui debet, usque dum Uvæ juxta temperiem aeris vel tardius vel citius ad maturitatem perveniant. *l. ſi in aliam 7. D. de offic. proconſ.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l. præſides 4.* unde in conſuetudinibus Bituricenſibus ſtatutum eſt: *Il n' eſt permis de Vendenger les vignes en elas jusques à ce que l' ouuerture des vendanges ſoit faite.* h. e. *Non licet Vindemiare vineas cuiquam, donec de hoc apertura fuerit facta vindemiandi.* Joan. Bouuot, *ad Conſuet. Burgund. fol. 574.*

2. Dicitur autem, *Apertura* Vindemiarum *Bannie*, quod derivatur à voce, *Bannus*, ac ſignificat *Proclamationem* publicam, eò quod prædicta vindemiandi licentia publicari ſoleat; cujus rei & uſus duplex eſt utilitas publica: *Tum*, ne vicini aliis damni quid inferant, ſi antequam aliis ſignificatum fuerit, vindemiam incipiant. *Tum*, ne Vineis nondum maturis vindemietur. Quibus addi poteſt etiam privatum commodum vindemiarum, ſcilicet Cenſus & decimarum ſolutio, ac Uvarum perfecta maturitas, quo vinum cariori pretio à ſubditis vendatur. Joan. Papon. *in Arreſt. lib. 6. tit. 1. Arreſt. 12.* benè igitur in terminis ſcribit Joannes Bouuotus: *C'eſt le bien & utilitè d' auoir abondance de vin: Et ne peut cela aduenir de raiſins verds, & non encores paruenus à parfaite maturite. A ceſte utilitè publique doit faire place la libertè, que chacun doit auoir en particulier, d' uſer de ce qui eſt ſien à ſa volonte, & ſans pour cela eſtimer, qu'on luy face tort, aucun ny agir pour l' intereſt,*

*qu'il peut auoir comme luy permet.* h.e. *Bonum & utile eſt habere abundantiam vini; quod neutiquam fieri poteſt ex uvis viridibus, & ad perfectam maturitatem nondum perductis: ſed publicæ huic utilitati cedere debet ea libertas, quam quisque habet in ſuo particulari, re ſua pro lubitu utendi fruendi, neque propterea exiſtimandum eſt, quod ipſi ulla fiat injuria, neque ratione intereſſe, quod exinde habere poſſit. per l. qui pendentes 25. D. de action empt.* Joan. Bouuot. *in Comment. ad Conſuet. Burgund. tit. de ſervitut. fol. m. 574.*

§. XI.

1. Hac tamen addita *declaratione*, ut hujusmodi vindemiandi inhibitio, non abſolutè à Domino pagi, qui jurisdictionem habet, procedat, niſi *prius communicato, captoque Conſilio* in forma quadam probationis & informationis, *à peritis vinitoribus*, cum quorum voto & conſilio, juxta pluralitatem votorum, à Judice ordinario, qui eſt Judex Politiæ, vindemiarum apertura ſtatuitur; ſicuti in Suprema Pariſienſi Curia judicatum fuit, teſte Joanne Papon. *de Arreſt. lib. 6. tit. 1. Arreſt. 12.*

2. *In Ducatu Wurtembergico* antequam Vindemiæ apertura ſtatuitur, trina vice à peritis vinitoribus, vulgò Feldſteißlern/ vineæ inſpiciuntur, & conſilio cum Senatoribus in præſentia Præfecti urbis habito, juxta majoritatem votorum, vindemiæ dies determinatur. Ac ne alter concivium alterum impediat, communiter triplex Bannum intercedentibus quibusdam diebus decernitur, ij verò, qui circa torcularia occupati ſunt, unam vel alteram termini prærogativam (quod der Vorleß vulgò dicitur) in colligendis uvis obtinent, quò poſtmodum officio commiſſo majori diligentia vacare poſſint.

3. *In Conſuetudinibus Bituricenſium* ita diſpoſitum legimus: *Si l'on veut vendanger en clos, on doit appellez quatre Labou-*

*Laboureurs quatre Vignerons, pour aduiſer en leur conſcience, ſi les fruicts & raiſins y pendants ſont en maturitè ſuſtiſante, pour eſtre recuellis & vendangez, & en quel endroits & contrees, A fin que par l'aduis de l'aſſemblee, ou de la plus pact l'ouuerture ſoit faite des vendanges, & permiſe en chacune de contreès, pour le bien & utilitè commune, en declairant le iour, que l'on commecera en chacune contrèe. Et furent declairèes les defenſes faites, de ne vendanger, & d'attendre jusques à certain temps, ſans auoir informè, ſuper commodo & in commodo nulle.* h. e. *Quando Vindemiandum eſt, in aliquo certo vineti diſtrictu, debent ad hoc vocari quatuor operatores, quatuor vinitores, ad dicendum & referendum ſecundum conſcientiam, utrum fructus & uvæ pendentes ſint in juſta & ſufficienti maturitate, adeò ut jam colligi & vindemiari poſſint, idque in quibus plagis & locis, ut ſecundum monita conventus, ſeu majoris illius partis, apertura vindemiarum fiat, & in quavis plaga pro bono & commodo publico permittatur, cum declaratione diei, quo initium fieri debeat in quovis loco. Et ideo prohibitiones de non vindemiando ad tempus certum usque, absque informatione ſuper commodo & incommodo factæ, declaratæ fuerunt nullæ.* Conſuet. Bituricens. *ad Conſuet. Burgund. dict. tit. de Servitut. fol. m. 574.*

§. XII.

*1.* Hiſce conſectarium eſt; Quod ſi vindemiator ante aperturam vindemiæ, contra publicum proclama, *propria authoritate, uvas collegerit*, non tantum *debita pæna* à ſtatuto definita vel in defectu hujus, ſtatutaria teneatur, ſed etiam vicinis damnum & intereſſe, ex hac præmature vindemia proveniens, præſtare obligetur.

2. *In Conſuetudinibus Bituricenſibus* tali proclamati contraveniens, centum ſolidos Magiſtratui ſolvere debet; de quo ita conſuetudo: *Ceux qui vendangant auant l'ouuerture, mulctes d'amende de cents ſouls par la Couſtume de Ber-*

 *ry art.*

*ry art. 6. Et aux intereſt de leurs Voiſins, qui ont receu pete ou degaſt aucun.* h. e. *Quicunque vindemiant ante aperturam, centum ſolidis mulctantur, ſecundum Conſuetudinem de Berry, art. 6. & ſimul ad intereſſe tenentur vicinorum, qui incommodum vel devaſtationem aliquam ſunt paſſi: referente* Joan. Bouuot. *ad Conſuet. Burgund. tit. de ſervitut. fol. m. 574.*

3. *Iure Wurtembergico* is, qui Banna videmiæ publica ſua contumacia violat, & pro lubitu, ante vinearum aperturam, ſuas uvas colligit, mulctam decem florenorum ſolvere aſtringitur. *Ordin. Vindem. Wurtemb. art. 2.* ubi *cuſtodibus publicis* ſerio injungitur, ut contravenientes juxta tenorem præſtiti juramenti ſerio obſervent eosque Magiſtratui indicent.

§. XIII.

1. Nemini autem permiſſum eſt, *tempore Vindemiarum, alienorum vineas ingredi ad Vvarum racemationem inſtituendam*, dum vineæ adhuc ſunt clauſæ, nec uvæ à Dominis collectæ. Quod ſi quiſpiam agrum aut vineam alterius invito Domino ingrediatur, non tantum actione injuriarum tenetur, per reſponſum Ulpiani in *l. injuriarum 13. §. ſi quis me prohibente. fin. D. de injuriis.* Sed etiam, ſi ſegeti, fructibus aut vineis damnum dederit, vel uvas abſtulerit, actionem furti evitare vix poterit *per l. 1. & ſeqq. D. de furt. Il. n' eſt permis* ( ait Bouuot. ) *d'entres aux vignes pour y chercher fruicts, jusques à ce que le clos Vendangè, à peine de l' amende.* h. e. *Non licet in vineas ingredi ad fructus quærendos, donec vinetum ſit vindemiatum, ſub pœna mulctæ.* Joan. Bouuot. *in dict. Comment. tit. de Servitut. fol. m. 575.*

2. Quod ſi tamen Dominus vineæ uvas collegit, & omnium vinearum apertura facta eſt; cuilibet liberum erit, racemos omiſſos colligere, quaſi voluntate Domini

mini pro derelicto habitos, qui cuilibet inventori proprii fiunt jure dominii. Quod *Nos vulgò* Aſſterbergen vocamus, Gallicè verò *Grappeter* appellatur.

§. XIV.

1. Quæritur autem, *An Dominus vineæ, abſoluta vindemiâ & uvarum collectione, racemationem prohibere poſſit?* Reſpondeo, *quòd Non*; quoniam racemi omiſſi & neglecti, amplius in dominio vel poſſeſſione Domini non exiſtunt, ſed tanquam pro derelictis habiti, quaſi Dominus eos in poteſtate ſua amplius habere noluerit. *arg. l. 1. D. pro derelict.* ubi Ulpianus reſpondit: *ſi res pro derelicta habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit, quia iisdem modis res deſinunt eſſe noſtræ quibus acquiruntur. l. quod ſervus 36. ibi:* ad ſe pertinere nolit. *D. de ſtipul ſervor. l. fin. D. de evict.* Quemadmodum enim occupando rem communem, eam facimus propriam: Ita deſerendo propriam, eam facimus communem omnibus, adeò ut primo occupanti cedat; ſi ſcilicet eam derelinquamus negligendo, & animo abjiciendi *§. pen Inſtit. de rer. diviſ. l. ſi id quod 5. D. pro derelict.* Diodor. Tulden. *ad Inſtitut. lib. 2. cap. 14.* Præſertim ſi Dominus rem, quam facile recuperare poſſit, nihilominus tamen negligit, eo magis animus derelinquendi præſumitur: quaſi nollet eam amplius in numero rerum ſuarum habere; veluti ſi arbor ex fundo meo ceciderit, ut itineri impedimento ſit, eamque pro derelicto habeam, ſtatim dominium amittitur juxta reſponſum Ulpiani *in l. 2. §. ſi ex. 40. D ne quid in loco publ. l. quemadmodum 28. D. de nox. action.* Novar. *de reſtitut. cap. 17. num. 170.* Bartol. de S. Fauſto *de reſtitut. Diſput. 29. Quæſt. 20. num. 1.* ubi ſcribit: *Satis eſt ad probandum res pro derelicto habitas, ſi animus Domini ex conjecturis colligitur, quamvis eum verbis non exprimat, ut ſi cum rem facile recuperare*

*perare poſſit, eam negligit.* Ferdin. de Caſtro. Palao *part. 7. De Iuſtitia. Diſput. un. Punct. 18. num. 2.* Res autem quæ amplius in mea poteſtate non exiſtit, & in dominio meo eſſe deſiit, meæ diſpoſitioni ulterius non ſubjicitur; quilibet enim rerum ſuarum tantum eſt moderator & arbiter, ſecundum Conſtantinum *in l. in re mandata 21. C. mandat.*

2. Ideò racemi iſti tanquam derelicti & res nullius, cuilibet occupanti cedunt, in quibus Dominus nullum amplius dominium habet. *per l. 1. D. pro derelicto.* Nec exinde damnum domino cenſetur eſſe datum, ſi quis ea occupat quæ ita jacent, ut pro derelicto habeantur ſecundum JureConſultum *in l. evenit. 6. cum l. ſeq. § fin. D. de damno infect.* Montical. *de invent. hered. num. 40.* Menoch. *in Arbitrar. cent. 6. Caſ. 571.*

3. *Præterea* huic aſſertioni non modicum robur adfert Reſcriptum Imperatoris Valentiniani, Valentis & Gratiani *in l. unus quisquè 2. de infant. expoſit*; Ex qua lege *hanc rationem* ad propoſitum caſum adducimus; quòd dominis repetendi aditus non relinquatur, ſi res ab ipſis expoſita ſit quodamodo ad mortem usque. Nec enim ſuum quis amplius dicere poterit, quem pereuntem contempſit. *l. fin. C. dict. tit.* Ex quibus reſcriptis Doctores inferunt, quod ſi Dominus aut Patronus mancipium ſuum aut libertum abjicit, dominium vel jus patronatus amittat. Mart. Mager. *de advocat. armat. cap. 16. num. 27.* Finckelthauſ. *de jur. patronat. cap. 7. num. 8.* Simili modo Vaſallus deſerens Dominum, jura vaſallagii amittit, ſi ipſum defendere potuit. *cap. un. Quib. mod. feud. amitt. lib. 2. F. 24.* Roſenthal. *de feud. cap. 10. Concluſ. 16.* Schrader. *eod. tr. part. 6. cap. 8. num. 74.* Ex eadem ratione, civis periclitantem patriam deſerens, jura Civita-

tis

tis amittit, Menoch. *2. Arbitrar. quæſt. Caſ. 396. num. 12.* Magon. *deciſ. 24.* Brunneman. *ad dict. leg. 2. Cod. de infant. expoſit.*

§. XV.

1. Et hæc inhibitio eò minus invalida erit, quia iſti Racemi non collecti ſed derelicti, Pauperibus, Viduis, & Proſelytis *ſanctiſſimâ lege Divinâ* addicti fuerunt. Ita namque Deus T. O. M. populo ſuo præcepit: *Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, ſed pauperibus, afflictis & peregrinis carpenda dimittes; Ego Dominus Deus veſter.* Levit. *cap. 19. verſ. 10.* ubi Dn. noſter Oſiander. *Ego pater Orphanorum & pauperum; In meam igitur gratiam relinquetis hæc miſeris hominibus: Id officium pietatis vobis larga benedictione compenſabo.* Quod Præceptum repetitur. *Deut. 24. verſ. 20.* hiſce verbis: *Si Vindemiaveris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, ſed cedent in Vſum advenæ, pupilli, & viduæ.* Ex qua præcepti miſericordiæ geminatione, enixa divina voluntas apparet, quam temerè negligere nefas, imò piaculum erit.

2. Unde juri Hebræorum inſerta eſt *lex ſeu præceptum 215.* De relinquendo angulo vineæ: *Relinquamus* omnes racemationes, quæ in vinea ſunt, loco anguli, quæ pauperibus & proſelytis deferenda. *Ac leg. 231. præcipitur: Ne colligamus particularitatem ideſt, acinos deciduos vineæ, ſed relinquamus eos pauperibus.* Ex Rabbi Levi Dn. Joan. Henr. Hottinger. *in Iur. Hebræor. ad leg. 215. 216. & 231.*

§. XVI.

1. *Nec contra* hanc aſſertionem pugnat Ratio Juris deſumpta, *ex l. Divus Pius 16 D. de S. P. R.* Ubi Imperator Divus Pius aucupibus ita reſcripſit: *Non eſt conſentaneum, ut per aliena prædia, invitis dominis aucupium faciatis.* Ideo

 nec

nec in meo torculari Titius uvas premendi facultatem, me invito habere poteſt, *per l. Mela. 14. §. 3. in fin. D. de aliment. legat. le Maiſtre des vignes à droit de defendre d'y entrer.* h. e. *Dominus vinearum Ius habet ingreſſum in eas prohibendi.* ait. Joan. Bouuot. *ad Conſuet. Burgund. fol. m. 575.* Proinde quamvis aucupandi aut piſcandi vel venandi facultas jure Gentium cuilibet libera ſit, attamen ipſa ingrediendi poteſtas venandi vel aucupandi gratia à Domino, ſi providerit, jure prohiberi poteſt ne fundum ingrediatur; ſecundum Gaium *in l. quod enim 3. §. 2. ibi: prohiberi. D. de A. R. D. l. naturalem 5. §. Favor. 3. D. eod. tit. l. un ibi: in alienis C. de theſaur.* Anton. Faber. *in Rational. ad d. l. Divus. 16. D. de S. P. R.*

2. Et hoc damni avertendi cauſa è fundo meo. Non poſſunt enim nec feræ capi, nec uvæ colligi ſine agri mei detrimento. Nemo autem damnum pati cogitur in ſuo, etiamſi indemnitatem poſtea ſit conſecuturus *arg. l. nemo. 71. D. de R. I.* Intereſt enim noſtra, ſicut non ſolvere, ita nec damnum pati potius, quam repetere. *l. 3. D. de compenſat.*

§. XVII.

1. *Reſpondeo ex l. per agrum. 11. C. de Servit.* Niſi fundus ſervitutem ingrediendi debeat. Nam ob theſaurum indagandum vel fructus legendos, fundum alienum etiam invito Domino ingredi jus & fas eſt. *per l. theſaurus. 15. D. ad exhibend. l. un. D. de gland. legend.* Dn. Brunneman. *ad dict. l. Divus Pius 16.* Et hoc eo magis in racemationibus colligendis dicendum erit, cum ipſi Pauperes & Forenſes jus acquiſitum in uvis neglectis colligendis habeant. *per d. l. 1. D. pro derelict:* Quod Dominus agri vel vineæ impedire non poteſt. *d. l. theſaurus 15.*

2. Quod

2. Quod enim alicui prodeſt, & alii non nocet, facilè eſt concedendum. *per l. creditore. 38. in fin. D. de evict.* Nec tibi permittendum eſt, ut propter tuam malitiam & pervicaciam cogar Ego, re mea carere *l. in cauſa 13. §. interdum. D. de minor.* Anton. Faber. *in d. l. theſaurus 15. verſ. ut ſi per me. D. ad exhibend.* Præſertim cum præſumptio non ſit, Proſelytos & pauperes, damni inferendi gratia, vineas alienas jam poſt uvarum collectionem vacuas & apertas ingredi velle, præſertim ſi ipſi Pauperes de damno non inferendo ſpondeant.

3. Ita namque in terminis theſauri reſpondet *Pomponius:* Non eſſe iniquum, juranti mihi, non calumniæ cauſa id poſtulare, vel interdictum vel judicium dari, Ne vim mihi facias, quo minus theſaurum effodiam. *in d. l. theſaurus 15. D. ad exhibend.* Anton. de Padilla *ad dict. l. per agrum 11. num. 17. C. de ſervitut.* Præterea huic reſponſo opem fert ea aſſertio Doctorum; quod is, qui colligit decimarum fructus ſibi debitos, optimo jure per agrum ejus, qui debitor eſt decimarum, ingredi poteſt; & hoc ad exemplum Emptoris, qui pendentem vindemiam emit, pro lubitu uvas legere, etiam invito domino, & vineam intrare poteſt. *per l. pendentem 25. D. de act. empt.* Bartol. Cæpolla *de S. P. R. cap. 1. num. 24.* Anton. de Padilla *ad d. l per agrum 11. n. 16. C. de ſervit.*

§. XVIII.

Secundò Reſpondetur cum Ulpiano *ex l. injuriarum 13. §. fin. Concluſ. ſeq. D. de injuriis.* quod ſi Pamphilius prohibeat uti re jure Gentium omnibus libera & communi, & ob id actione injuriarum rectè conveniri poſſit; utique etiam Injuriarum tenetur, qui prohibet ingredi fundum ſuum jam ab uvis vacuum eum, qui jus colligendi racemos à lege habet. Ita namque Ulpianus:

*Vſurpatum tamen & hoc eſt, tametſi nullo jure, ut quis prohiberi poſſit ante ædes meas vel Prætorium meum piſcari in mare.* Quare ſi quis prohibeatur, adhuc injuriarum agi poteſt. Non enim dubitari poteſt quin actio injuriarum detur; cum injuria fiat Pauperibus, qui jure ſuo uti prohibentur. *d. l. injuriarum 13. §. ſi quis me 13. l. 1. §. ſi quis tabulas 38. D. depoſit.* Anton. Faber. *ad dict. l. qui pendentem 25. D. act. empt. in Rational. tom. 3.*

2. *Tertiò*, hic fundi aut vineæ ingreſſus eo minus prohiberi poteſt ad colligendas uvas derelictas, quia pauperes tantùm concernit, & de eorum præjudicio ſeu excluſione à competente jure agitur, adeo ut in cauſa pia quæſtio verſetur. Optima autem eſt Ratio, & quidem ſumma, quæ pro pietate & religione facit. *l. ſunt perſonæ 43. D. de religioſ. & ſumpt. fun. ubi* Anton. Faber. *in Rational.* Hinc fauore religionis, ad ſepulchrum, etiam per alienum fundum, ire conceſſum & licitum eſt, ut perveniamus ad ſepulturam propriam *per l. ſi quis ſepulchrum 12. in pr.* Præſes provinciæ compellere debet, juſto pretio iter præſtare. *ubi* Joan. Bapt. Aſinius *ſub num. 2. D. dict. tit.* Ant. de Padilla *ad dict. l. per agrum. num. 11. 15. ubi* Dn. Brunneman *C. de ſervitut.*

3. Exinde probant etiam Doctores, quòd ad dilatandum cæmiterium Vicinus ad vendendum agrum ſuum juſto pretio, compelli poſſit. Mindan. *de interdict. tit. 2. num. 29.* Aloyſ. Riccius *collect. deciſ. 33.* Carpzov. *lib. 2. Iurispr. Eccleſ. definit. 388.*

§ XIX.

1. *Non obſtat* ea Doctorum tam Theologorum quam Politicorum aſſertio, quod Lex de racemis Pauperibus colligendis ſit tantum forenſis, Iſraeliticum ſolummodò Populum obligans; leges autem forenſes ad vetus

tus tātum teſtamentum pertineant, ideò promulgato fœdere Novo antiquatæ ſint. *Jerem. 31. verſ. 31. Oſeæ 6. verſ. 7. Hebræor. 8. verſ. 13.* Dn. Theod. Thumm. *de lege ceremon. & forens. fol. m. 3. & 71.* Reinking. *de R. S. & E. lib. 2. claſſ. 2. cap. 3. num. 2. & ſeqq.* Hunn. *de authorit. jur. lib. 1. cap. 1. Quæſt. 8.*

2. *Placet namque Reſponſio* Dn. noſtri *Oſiandri*; *Quod etiamſi hæc lex Chriſtianos in Politia Romana non obliget eo modo, quo Judæos: Ea tamen lege de racemis pauperibus relinquendis admonemur, ut etiam pauperum Vindemiarum tempore, rationem habeamus, & ut nos deterreat ab illiberali, ſordida, & avara fructuum collectione.* Oſiander. *ad dict. Lev. cap. 19. verſ. 10.* Qui alibi tradit: *Quo enim ſumus juxta proportionem facultatum noſtrarum liberaliores in egentes: tantò liberalior erit Deus erga Nos; id quod cum hodie pauci credant, & avarè ac ſordidè cum ſuis facultatibus agant, mirum non eſt, quòd Deus benedictionem ſuam, poſteris præſertim, ſubtrahat.* Dn. Oſiander. *ad Deuter. cap. 24. verſ. 20.* Secundò animadvertendum eſt, quod ſi leges forenſes in ratione & lege morali fundamentum, aut de iis aliquid annexum habent, tunc non ut forenſes, ſed ut morales, & quatenus de iis participant, adhucdum obligationem inducunt. Reinking. *dict. cap. 3. num. 6.* Tiber. Decian. *de Crimin. lib. 2. cap. 11. num. 8.* Vide Wilhelm. Zepper. *de legib. Moſaic. lib. 5. cap. 14.*

§. XX.

1. *Limitatur* prædicta Reſolutio; *Niſi Magiſtratus*, jure ſuperioritatis, ex certa cauſa publicam utilitatem ſpectante racemos colligere *prohibeat*. Ita namque in ordinatione Vindemiali Ducatus Würtembergiæ diſpoſitum legimus: So ſoll niemands/ dem andern in ſeinem Wein oder Baumgarten/ Afftterbergen oder Laub abſtreif-

 fen/

ſen / bey ſtraff eines kleinen Frevels oder der Gefängniß. h. e. *Nemini conceſſum ſit, alii in vinea ſua racemos colligere, aut frondes ſtringere, ſub pœna pecuniaria fredæ minoris, vel etiam incarcerationis.* Herbſt-Ordn. *art. 7.*

2. Et hoc ſtatutum ſanam rationem habet, ut contrectationes fraudoloſæ palorum & palmitum præcaveantur, ac devaſtationes Vinearum evitentur; cum plerunque vindemiarum tempore pluviæ incidere ſoleant, quæ ingreſſum vinearum noxium reddunt; præſertim cum in noſtro Ducatu *Pauperibus* aliunde ex publico ſatis proviſum ſit, unde victum & amictum percipere poſſint; nec facile alii quam Vagi & inertes racemos colligere ſoleant.

§. XXI.

1. Quæſtio circa vindemiam colligendam non inelegans ſed quotidiana occurrit; *An vindemia & uvarum collectio etiam diebus feſtis bona conſcientia fieri, aut à Magiſtratu permitti poſſit?* Diſtinguendum eſt in hac Quæſtione ritè reſolvenda, *inter diem Dominicum, & aliud Feſtum Chriſtianum.* Diem Dominicum quòd attinet, res non caret difficultate & contradictione. *Negativum præceptum* aſtrictiſſimum habemus. *Exod. cap. 35. verſ. 1. & 2.* ſex diebus facietis opus, ſeptimus dies erit Vobis ſanctus. Qui fecerit opus in eo, occidetur Exodi. *cap. 31. verſ. 12. & ſeqq.* Ac juxta Levit. *23. verſ. 7. Nullum opus ſervile facietis in eo.* Simili modo Deus T. O. M. Populo Iſraelitico præcepit, ut propter animas ſuas caveant, ne die Sabbathi onus per portas ſuas inferant, aut efferant: Quod ſi fecerint, ignem ſe in portis ipſorum ſuccenſurum minatur, qui devoret domus Jeruſalem, Jerem. *cap. 17. verſ. 27.* Balduin. *in Caſ. Conſcient. lib. 2. cap. 13. Caſ. 3. & 5.* Dn. Thumm. *in Decalog. præcept. 3. fol. m. 132.* Ludov. Dunte

*in Caſ.*

*in Caſ. Conſcient. cap. 10. ſect. 1. Quæſt. 68. & 70.* Exemplum habemus in colligente ligna in die Sabbathi *Numerorum cap. 15. verſ. 32.* quem omnis turba ex mandato Divino Lapidibus obruebat. Conqueritur de prophanatione Sabbathi in Uvis colligendis ipſe *Nehemias: In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbatho, portantes accervos & onerantes ſuper aſinos vinum, & Vvas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ieruſalem in die Sabbathi; Et conteſtatus ſum, ut in die, qua vendere liceret, venderent: Et Tyrii habitaverunt in ea, inferentes piſces, & omnia venalia, & vendebant in Sabbathis, filiis Iuda & Ieruſalem: Et Objurgavi optimates in Iuda, & dixi eis*: Quæ eſt hæc res mala, quam vos facitis, & prophanatis diem Sabbathi? *Num quid non hæc fecerunt Patres veſtri? & adduxit Deus noſter ſuper nos omne malum hoc, & ſuper Civitatem hanc?* Et vos additis iracundiam ſuper Iſrael violando Sabbathum. Eſdræ *lib. 2. cap. 13. verſ. 15. ubi Lucas Oſiander & Theologi.* unde provenit, ut Judæis nulla opera, quæ negotiationis & commercii hominum cauſa inſtituta ſunt, facere liceret die Sabbathi, ſivè à Dominis ipſis fierent & exercerentur, ſivè à ſervis & ancillis; ſivè opera jumentorum ſive non. *Levit. 23. verſ. 25. Exod. 20.* Quæ ceſſatio tam ſeverè urgebatur, ut ne Manna quidem colligere. *Exod. 16. verſ. 25.* Nec ignem accendere, nec carnes coquere liceret. *Exod. 34. v. 21.* Jerem. *cap. 17.* Lambert Danæus *in Ethic Chriſtian. lib. 2. cap. 10. fol. 148. & 151.* Rudolph. Hoſpinian. *lib. 1. de feſtis Iudæor. cap. 3. fol. 13.* Wilhelm. Zepper. *de legib. Moſaic. lib. 4. cap. 9 fol. m. 340.* Theodor. Thumm. *in Decalog. præcept. 3. fol. m. 135.*

2. Sanè hanc Sabbathi venerationem Hebræi tam ſanctè obſervarunt, ut tempore Sabbathi etiam in pugna abſtinerent. *Macchab. 1. cap. 3.* Nam *Agatharchides Cnidius*

*dius* apud Flavium Joſephum memorat; captam Hieroſolymam eſſe à Ptolomæo Lagi filio, quod cives cunctos Sabbathorum obſervatio à defenſione Urbis prohiberet. ac dum arma ſumere ſeſe gravarent, gravem Dominum receperunt. Joſeph. *antiquit. Iudaic. lib. 12. cap 1.* Narrat quoque *Dion Caſſius*: Judæos non fuiſſe auſos bellare contra Pompejum, templum defendendo Hieroſolymitanum & ideò expugnatum. Dio. Caſſ. *hiſtor. lib. 37.* Pari modo nimis ſuperſtitiosè Judæi, cum ab Antiocho urgerentur, noluerunt pugnare die Sabbathi. *1. Macchab. 2. verſ. 38.* Attamen ſuos Centerraneos Hebræos ita excuſat Joſephus: *Hoc quidem* ( ait ) *Agatharchidi videbatur eſſe ridiculum: Eis autem, qui hæc examinant integrius, apparet magnum & laude digniſſimum: ſi & ſaluti & patriæ, cuſtodiam regum, pietatemque divinam præponere concupiſcant.* Fl. Joſeph. *contra Appionem. lib. 1. fol. m. 887.* Vide Caſaubon. *in apparat. adverſ. Baron. Exercit. 1. Numero. 8. fol. m. 48.*

§. XXII.

1. *Rationem* hujus præcepti, hanc adducit *Rabbi Levi Barzalonita*: *Vt vacemus à negotiis noſtris in honorem diei, & ut infigamus animabus noſtris fidem Novitatis Mundi, quæ funis eſt, poſt ſe trahens omnia fundamenta Legis: Et ut ſimus memores uno ſeptimanæ die, mundum ſex dierum diſtinctorum ſpatio creatum; Septimo autem nihil prorſus eſſe creatum. Singulis verò diebus, res diſtinctæ ſunt Creatæ, ut doceremur ſenſum ſimplicem, qui à Philoſophis* ( *quos hoc loco rejicimus* ) *ſtatuentibus omnes res Deo eſſe coævas, recedit. Quod verò quieſcimus die ſeptimo in memoriam nobis revocat novitatem Mundi: Nam, cum quieſcunt omnes homines die uno ſeptimanæ, & interrogaverit aliquis, quæ cauſa hujus quietis?* Reſponſio erit: *Quoniam ſex diebus fecit Dominus &c. unus quisque autem hac ratione*

*in vera*

*in vera fide confirmabitur. Præter recordationem autem Creationis Mundi, eſt etiam ἀνάμνησις miraculi in Ægypto, quòd ſervi fuerimus ibi, neque potuerimus quieſcere pro lubitu noſtro quodque Deus liberaverit nos è manu eorum, & præceperit nobis quieſcere die ſeptimo. Propterea in Deuteronomio mentio fit hujus fundamenti ſecundi, in quiete noſtra poſiti, dicit enim Deus in hoc præcepto:* Et memento, te ſervum fuiſſe in Ægypto, propterea præcepit tibi Dominus, &c. Jo. Henr. Hottinger. *in Iur. Hebræor. leg. 33.* Pari modo ante prædictum Rabbi Levi ſcripſit *Georgius Cedrenus*, Hiſtoricus Græcus: *Cur autem (*inquiunt quidam*) non omnes, ſed ſeptimum duntaxat diem Deus fauſtum eſſe juſſit?* Reſpondemus; *Reliquarum unam quamque, ex opificio, quod ea die peractum eſt, ſuam habere proſperitatis denuntiationem: Cum autem ſola ſeptima, eo honore fuiſſet caritura, nullo ea die opere condito: ideò ipſa quoque à Deo fauſta eſſe, juſta eſt, ac conſecrata, & Sabbathum appellata: ut quæ requiem adferat, & repræſentet ſeptimum annorum millenarium, finemque peccantium hominum*; Cedren. *in Compend. hiſtoriar. fol. m. 4. in oper. Bizant.* Vide quoque Lambert. Danæ. *in Ethica Chriſtian. lib. 2. cap. 10. fol. m. 148. & 149.* Frider. Balduin. *in Caſib. conſcient. lib. 2. cap. 13. Caſ. 1. & 2.*

§. XXIII.

1. Quod præceptum *de die Dominico Loco Sabbathi* ſtrictè ſanctificando, *in Novo quoque Teſtamento* repetitum, & Chriſtianis ſub pœna maledictionis injunctum fuit, ut in die Dominicali cultui divino vacent, & ab omni ſervili opere abſtineant. vid. Ludov. Dunte *in Caſib. Conſcient. cap. 10. Quæſt. 67.* Quæ diei Dominici ſanctificatio, tam neceſſaria eſt, ut bona conſcientia à nullo Chriſtiano intermitti queat. Balduin. *dict. tr. cap. 13. Caſ. 3.* Lamb. Danæ. *dict. cap. 10. fol. m. 149.* latè & pie Hieronom. Zanchius *tr. de operib. Dei. part. 3. lib. 1. n. 30. fol. m. 677.*

2. Et hujus diei Dominicæ ſanctificationem *Conſtantinus Magnus* Chriſtum vera fide amplexus, primus ſancivit: Nova enim lege divulgata, indixit, ut per Univerſum Orbem terrarum, omnes Dominicam diem celebrarent, & venerarentur, teſte Euſebio *in vita Conſtantini lib. 4.* Sozem. *lib. 1. cap. 8.* Quem ſubſecuti Imperatores tanquam utriusque tabulæ cuſtodes, veluti *Valens, Valentinianus, Theodoſius, Arcadius, Honorius, Leo, & Anthemius* magno Zelo renovarunt; ac ſingularibus conſtitutionibus cunctis Civibus Romanis imperarunt, ut Dominici ſeu ſolis Diei debitam reverentiam habeant, qui cunctis ſemper honorabilis eſſe debet, ſicuti conſtat. *ex l. ut in die. 2. l. omnes dies. 6. l. dies. 9. §. 1. ibi: ſemper venerabilem. C. de feriis. Can injuria. d. conſecrat. 3. can. nullus. diſtinct. 44.* Scaccia *de judiciis lib. 2. cap. 5. num. 117.* Hilliger. *in D. E. lib. 24. cap. 7. lit. V.* Zepper. *dict. cap. 9 fol. m. 341.* Proſper. Rendell. *de vindem. cap. 2. fol. m. 22.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. lib. 2. cap. 16. num. 26.* latè Gregor. Sayrus. *in Theſaur. Caſ. Conſcient. lib. 7. cap. 2. num. 6.* Rodolph. Hoſpinian.. *de origin. feſtor. cap. 8.*

3. Rationem ſanctificandi, diem Dominicum hanc reddit Zonaras; Quoniam dies dominica imago eſt expectati futuri ſeculi. Zonar. *ad Synod. Nican. can. 20.* Aliter Caſſiodor. Romanus Senator: *Diem Dominicum Conſtantinus honorabat, quia in eo Chriſtus reſurrexit à mortuis.* Caſſiodor. *lib. 1. reſcript. 9.* quas rationes congeſſit & conjunxit Juſtinus Martyr dum ſcribit: *Die Solis communis omnes conventum facimus; quoniam prima eſt dies, in qua Deus tenebris, & materia mutatis mundum creavit. Et Ieſus Chriſtus noſter Salvator, eadem die à mortuis reſurrexit. Ea enim die, quæ ſaturni prior, anteriorque eſt, crucifixerunt ipſum: Et altera, quæ Saturnalem ſequitur, quæ eſt Dies ſolis, cum Apoſtolis ſuis apparuiſſet & diſcipulis, docuit iſta.*

Juſtin.

Juſtin. Martyr. *apolog. 2. pro Chriſtian.* Et hoc in capitularibus ceu Imperii Reſcriptis repetiit *Carolus Magnus: Placuit* ( ait ) *ut fideles diem dominicum, in quo Dominus reſurrexit, venerabiliter colant. in Capitul. lib. 6. cap. 202.* apud Lindenbrog. Mornac. *ad l. omnes 3. C. de feriis.* Quod brevibus in unum quaſi contraxit Angelus de Clavaſio: *Dies Dominica eſt inſtituta loco Sabbathi, quia eo die inchoavit mundum: Chriſtus reſurrexit à mortuis: Spiritus Sanctus datus eſt Apoſtolis: Et quicquid à Deo conſtitutum eſt inſigne in hujus diei dignitate dicitur geſtum: In hac die mundus ſumpſit exordium, & in hac per reſurrectionem, & mors interitum, & vita initium accepit.* Angel. de Clavaſ. *in Summa Angel. Verb. Dominica fol. m. 78.* Vide Hoſpinian. *de origin. feſtor. cap. 2. fol. 6. B.*

§. XXIV.

*1. Alia Ratio* hujus venerationis *& magis propinqua* eſt ipſa ſanctificatio in animi puritate conſiſtens, cui dies dominicus eſt deſignatus, ac ut rationem inſtitutionis ſatis accuratam habemus, quæ obligatio generalis eſt & moralis, ita ut cæteræ omnes occupationes, huic obſervationi cedere debeant. Dn. Theod Thumm. *in Decalog. Præcept. 3. fol. m. 137. 157. & paſſim.* Zanchius *d. tr. de operib. Dei. part. 3. lib. 1. num. 30.* Wilhelm. Ameſius *in Caſ. conſcient. lib. 4. cap. 33. num. 1.* Conſiſtit autem Sabbathi obſervatio & ſanctificatio, juxta, *Nazianzenum*, non tam in corporum hilaritate, aut in veſtium ſpendore, quam in animæ puritate, & mentis alacritate, piisque meditationibus: Si pro tympanis, ſacris hymnis: pro impiis cantionibus & ſaltationibus, pſalmodiis utimur. Proinde Lex de Sabbatho ſeu die Dominico requirit, ut ceſſamus ab omni externo & ſervili opere, *ait Gregorius Magnus*, atque omnimodo orationibus inſiſtamus, ut ſiquid negligentiæ per ſex dies agitur, per diem reſurrectionis do-

minicæ precibus expietur. Chryſoſtomus *in Matth. homil. 4. fol. 34. tom. 2.* Vide Dn. Thumm. *in dict. Decalog. Præcept. 3. fol. m. 134.* Occupationes igitur omnes, quæ notabiliter impediunt hominem, quo minus poſſit Deo & ejus cultui, vel publico vel privato vacare, ſunt regulariter & ordinariè illicitæ, ex natura & fine inſtitutionis diei Dominici. Ameſius *dict. cap. 33. n. 2.*

§. XXV.

1. Ac quamvis Imperator *Conſtantinus* Magnus reſcripſerit *in l. omnes 2. C. de feriis. ut omnes Iudices, urbanæque plebes, cunctarumque artium officia venerabili die ſolis quieſcant. Ruri tamen poſiti, agrorum culturæ liberè licenterque inſerviant: Quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio die frumenta ſulcis, aut vineæ ſcrobibus mandentur; ne occaſione momenti pereat commoditas, cæleſti proviſione conceſſa:* Symon. Grænenweg. *in legib. per Belg. abrogat. ad dict. leg omnes. 2. num. 1.* Et ex hac lege apparere, quæ ſit libertas Chriſtiana, ait Lambert. Danæus *in Ethic. Chriſtian. lib. 2. cap. 10. fol. m. 151.* Rudolph. Hoſpinianus *de origine feſtor. cap. 2. fol. 3. B.*

2. *Attamen* Imperator Leo *in Novell.* hanc Conſtantinianam legem caſtigavit, & graviſſimis rationibus motus, abrogavit; nullius momenti cauſam allegatam diei dominici dehoneſtationis, aſſerens; qui inſuper Conſtitutionem ipſam revera futili ratione niti affirmat: Proinde nec Agricolis nec quibuscunque aliis, illicitum & ſervile opus die Dominico aggredi, permittit. Quæ Leoniana Conſtitutio ſucceſſu temporis *in Conſilio Aureliano Anno 550. Canon. 21.* approbata & confirmata fuit; referente Grænevvegen *ad dict. Leg.*

§. XXVI.

§. XXVI.

1. *Leonem* Imperatorem, ſecuti fuerunt ſucceſſu temporis Imperatores & Reges occidentales. Sancivit namque *Carolus Magnus*, Chriſtianiſſimus Princeps, ſequenti Capitulo: *Ne opera ſervilia diebus dominicis tractentur, nevè ruralia viri exerceant, nec in campis arando, nec metendo, vel fænum ſecando, vel ſepem ponendo, nec in ſylvis ſtirpando, nevè arbores cædant, vel in petris laborent, nec in horto, nec ad placita Conveniant, nec venatum abeant.*

2. Aliam & quidem præclariorem edidit Conſtitutionem idem *Carolus Magnus*; rationibus Chriſtianæ fidei pleniſſimam *in Capitulo, Placuit. lib. 6. cap. 202. Placuit, ut fideles diem Dominicum, in quo Dominus reſurrexit omnes venerabiliter colant. Nam ſi pagani ob memoriam & reverentiam Deorum ſuorum, quosdam Deos colunt, & Iudæi more carnali Sabbathum carnaliter obſervant: Quantò magis à Chriſtianis iſta dies honorificè colendus eſt, ne in illo ſancto die, fabulis aut locutionibus aut cantionibus, vel ſaltationibus, vel deriſionibus, ſtando in biviis & plateis, ut ſolet, inſerviant: Sed ad ſacerdotem aut ad alium ſapientem hominem & bonum veniant, & eorum precationibus aut locutionibus, quæ ad animam, pertinent, utantur: Et illo die ſeu Sabbatho ad veſperas & ad matutinas ſeu ad miſſam cum eorum oblationibus, ſi fieri poteſt, omnes canendo, Kyrieeleiſon decantent. Similiter & paſtores pecorum eundo & redeundo in campum, & ad domum faciant, ut omnes eos, veraciter Chriſtianos & devotos eſſe, cognoſcant.* Vide Capitulare Caroli Mag. *apud Lindenbrog. lib. 7. tit. 200. lib. 2. tit. 7. & lib. 6. tit. 186. & 202.*

§. XXVII.

1. *Lege inſuper Alemannorum*, tempore Regis Lotharii una cum Principibus ſuis, id eſt, Triginta tribus Epiſcopis, Triginta quatuor Ducibus, & ſeptuaginta duobus

bus Comitibus ac cætero Populo, lata, de die Dominico venerabiliter habendo, ſub gravi pæna ita ordinatum fuit: *Die Dominico nemo opera ſervilia præſumat facere, quia hoc lex prohibuit, & ſacra ſcriptura in omnibus contradicit. Si quis ſervus in hoc Vitio inventus fuerit, vapuletur fuſtibus: liber autem corripiatur usque ad tertiam Vicem. Si autem poſt tertiam correptionem in hoc Vitio inventus fuerit, & Deo vacare die Dominico neglexerit, & opera ſervilia fecerit, tunc tertiam partem de hæreditate ſua perdat. Si autem ſuper hæc inventus fuerit, ut diei dominico honorem non impendat, & opera ſervilia fecerit: Tunc eo actus & Convictus coram Comite, ubi tunc Dux ordinaverit, in ſervitium tradatur; & quia Deo noluit ſervire, in ſempiternum Servus permaneat. Lege Aleman. cap. 38.*

2. De die Dominico ſanctificando, ita legibus *Baivvariorum* conſtitutum legimus: *Si quis die dominico operam ſervilem fecerit, id eſt, ſi bovem junxerit, & cum carro ambulaverit, detram ovem perdat. Si autem Sepem clauſerit, fænum ſecaverit, aut meſſem ſecaverit, aut collegerit, vel aliquod opus ſervile fecerit die dominico, corripiatur ſemel vel bis: & ſi non emendaverit, rumpatur dorſus ejus Quinquaginta percuſſionibus. Et ſi iterum præſumſerit operare die dominico, auferatur de rebus ejus tertia pars. Et ſi nec ſic ceſſaverit, tunc perdat libertatem ſuam, & ſit ſervus, qui noluit in die ſancto eſſe liber.* Leges Baivvar. *tit. 69. cap. 3.* Quibus legibus aſtipulatur lex Friſionum, *tit. 18.* Leg. Longobard. *lib. 2. tit. 49. leg. 1. & 2. apud Lindenbrogium.*

§. XXVIII.

1. Quam Feſtorum venerationem etiam *Ethnici* celebraverunt & venerabiliter obſervarunt. Affirmabant namque Sacerdotes, pollui ferias, ſi indictis conceptisque opus aliquod fieret. Nam *Tibulli Propertii* admonitum

*Luce*

*Luce ſacra requieſcat, requieſcat arator,*
*Et grave ſuſpenſu, vomere cenſet opus.*

Licet enim, etiam feſtis diebus quædam exercere opera fas fuerit, juxta Virgilium Maronem; Attamen majora opera rei Ruſticæ intermittenda erant diebus feriatis. Vel Marci Catonis præcepto, villicum exhortantis, diſciplina bona uti, ferias ſervare, alieno, manum abſtinere & cætera curare. Marc. Cato *de re ruſtica lib. 1.* Præterea apud Romanos, Regem ſacrorum, Flaminesque non licebat videre feriis opus fieri: Et ideo per *Præconem* denunciabatur, ne quid tale perageretur: Et Præcepti negligens multabatur. Præter multam verò affirmabatur eum, qui talibus diebus imprudens aliquid egiſſet, porco piaculum dare debere; Prudentemque expiare non poſſe, Scævola affirmabat; ſecundum Aurel. Macrob. *in Saturnal lib. 1. cap. 16.* Imò, primum hoc apud Romanos, Agricolæ ſanctum jus eſſe debebat, Diis immortalibus acceptum referre, votisque atque muneribus oblatis, fæcunditatem ſoli adſcribere, frugumque ubertatem. Petr. Gregor. Tholoſan *in Syntagm. Iur. lib. 2. cap. 16. num. 22.* Renat. Choppin. *de privileg. ruſticor. lib. 2. cap. 7. n. 2.*

§. XXIX.

1. Quæ tamen aſſertio *notabilem limitationem* habet, in operibus *momentaneis* & ex cauſa *Neceſſitatis* peragendis. V.G. *ſi eo ipſo temporis momento quò ad ſacra erat eundum, Vrbs aut domus aliqua conflagret, aut Hoſtis Vrbem obſideat, aut ſimile quidpiam accidat Reipublicæ damnoſum, propter quod Verbi divini prædicatio aut viſitatio intermittenda foret.* Neceſſitas enim non habet legem poſitivam eccleſiaſticam. Neceſſitas enim ipſa legem facit. *cap. remiſſionem. §. fin. cauſ. 1. Quæſt. 1.* Cum neceſſitas ſit lex temporis, Petr. Gerard. de Petr.

de Petr. Sancta. *in Singular. cap. 100. num. 1. & 2.* Dn. Fritſch. *de neceſſitate Concluſ. 2. num. 1. & ſeqq.* Franciſc. Reverter. *& cum eo* Don. Anton. de Marinis. *deciſ. Neapol. 130. num. 2.* Dunte *in Caſib. Conſcientiæ cap. 10. ſect. 1. Quæſt. 70.* Bened. Carpzov. *in Iurispr. Conſiſtorial. lib. 2. tit. 16. Definit. 251. n. 7. & ſeqq.* Sayrus *in Caſ. Conſcient. lib. 7. caſ. 2. num. 8.* Nam Salvator noſter ( Sabbathi Dominus, *Marci 2. verſ. 28.*) præcipuè docuit, ſuos requie illa externa non ita ſtrictè teneri, ſed veram ſanctificationem in animo devoto conſiſtere; utpote qui acriter defendit, Diſcipulos, Sabbatho ſpicas evellentes & colligentes, eo ipſo feſtum non profanare. *Matthæ. 12.* Quare ſolvere bovem, eumque aquatum ducere in die Sabbatho licuit. *Lucæ 13. verſ. 15.* Aſinum item & Bovem, è puteo liberare permiſſum, ſine violatione Sabbathi. *Lucæ 14. verſ. 5.* Imò etiam ipſe Chriſtus ſuo exemplo comprobavit, opera neceſſitatis cauſa ſuſcepta, etiamſi ſervilia ſint, ſanctificationi Sabbathi nihil derogare, cum Sabbathum propter hominem ſit factum, non homo propter Sabbathum; ne ſervus fieret Sabbathi *Marc. 2. verſ. 27.* latè Dn. Theodor. Thumm. *in Decalog. præcept. 3. fol. m. 135.* Ludov. Dunte *in Caſib. conſcient. cap. 10 ſect. 1. Quæſt. 70.*

2. Uvarum collectio quamvis ſit opus ſervile & manuarium, ingruente tamen aeris intemperie ex neceſſitate permiſſa erit; ne occaſione momenti pereat commoditas cæleſti proviſione conceſſa; ſecundum Conſtantinum Imperatorem *in l. omnes 3. ibi: non aptius alio die C. de feriis.* Cum etiam temporis momento per pruinas & congelationes tota vindemia cum maximo alimonii damno inhabitantium perire & corrumpi poſſit; Brunnemann. *ad dict. leg. omnes 3. C. de feriis.* Qui poſt *Choppinum*, dictum Reſcriptum de Caſu neceſſitatis ad evitandas

das contrarietates intelligit. Unde optimè ſcribit Fridericus Balduinus Theologus: *Cum tempore meſſis rarò eſt ſerenitas, eaque die Dominico affulget, neceſſitas eo die labores imperat: Modo quoad ejus fieri poteſt, cultus divinus non omnimodo, nec ab omnibus negligatur.* Balduinus. *in Caſib. Conſcient. lib. 2. cap. 13. Caſ. 4.*

§ XXX.

1. Sanè nec ipſi quoque Gentiles tam ſeverè tamque ſuperſtitiosè ſuos dies feſtos obſervandos eſſe cenſuerunt; Nam ipſe *Virgilius* ſcribit:

*Atque etiam feſtis, quædam exercere diebus,*
*Fas & jura ſinunt: vivos deducere, nulla*
*Religio vetat ſegeti prætendere ſepem.*

Virgil. *Georgic. lib. 1.* Inter quos fuit hæc diſtinctio ut haberent, obſervarentque alios dies faſtos, alios, nefaſtos, alios medios & interciſos; ſicuti ſcribit *Ovidius*:

*Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur:*
*Faſtus erit, per quem lege, licebit agi.*

Ovid. *faſtor lib. 1.* Tria verò illa verba fuerunt: *Do, Dico, Addico,* quæ erant Verba Prætoria totam jurisdictionem continentia, teſte Varron *de latin. lingua. lib. 5.* Lambert. Danæus *in Ethic. Chriſtian. lib. 2. cap. 10. fol. 158.* Gerhard. Joh. Voſſius *in Etymolog. lit. F. Verb. Faſtus.* Præſertim vero hanc circa inferias incidentem neceſſitatem Romani conſideraverunt, teſte *Aurelio Macrobio*, dum ſcribit: *Umbro negat, Eum pollui, qui opus vel ad Deos pertinens, ſacrumvè cauſa feciſſet, vel aliquid ad urgentem vitæ utilitatem reſpiciens actitaſſet.* Scævola *denique conſultus*; Quid feriis agi liceret. *Reſpondit*: Quod prætermiſſum noceret. *Si Bos in ſpecum decidiſſet, eumque paterfamilias, adhibitis operis liberaſſet: Non eſt viſus ferias polluiſſe*: Nec ille, *qui trabem tecti fractam fulciendo, ab eminenti vindicavit ruina. Macrob.*

 *Satur-*

*Saturnal. lib. 1. cap. 16. fol. m. 226.* Ubi Joan. Iſaac. Pontan, *in Notis.* Ita in terminis Choppin. *de privileg. ruſtic. lib. 2. cap. 7. num. 3.* Petr. Gregor. Tholoſ. *in ſyntagm. Iur. lib. 2. cap. 16. num. 23.* Proſper. Rendell. *dict. tr. part. 3. cap. 2.* Fritſch. *de neceſſitat. ſect. 7. concluſ. 2. num. 6. Vbi* in fine ſcribit; *In utroquè foro excuſatur neceſſitas operarum in diebus feriatis* Simon. Grænewegen. *de legibus per Belg. abrogat. ad dict. leg. omnes. 3. C. de feriis.* Benedict. Carpzov. *in Iurisprud. Eccleſiaſt. lib. 2. tit. 16. Definit. 251.* Ubi ſingulare præjudicium Saxonicum, *quod Anno 1613. à Supremo Conſiſtorio* promanavit, adducit.

§. XXXI.

1. Quæ *Limitatio* moribus quoque *Hollandicis* recepta, & ita temperata eſt, ut tempore meſſis fructus maturas ſecare atque colligere, aliaque omnino neceſſaria, quorum cunctatio damnoſa foret, die Dominico peragere liceret. Extat quoque ſingulare Privilegium ab Epiſcopo Ultrajectenſi, *Rudolpho à Diephout, Anno 1434.* Delphtenſibus de hac libertate conceſſum, *teſte* Keur; *De Delphland.* Græneweg. *dict. loc. num. 2.*

2. Idem *Gallorum* quoque moribus obtinet. Mos enim regionis in feriis obſervandis ſequendus eſt, modo ab Eccleſia non fuerit reprobatus *per cap. Vtinam. 76. diſtinct.* Tholoſan. *in Syntagm. Iur. lib. 2. cap. 16. ſub. num. 25.* Mornac. *ad d. l. omnes 3. C. de feriis.*

3. Hac tamen addita *declaratione*, ut diſpenſatio laborandi ac perficiendi aliquod opus ſervile, fieri non debeat, etiam ex cauſa neceſſitatis, *Niſi ſacris prius peractis,* & audita Concione. Balduin. *dict. tr. lib. 2. cap. 13. Caſu 4.* Quamvis enim *Columella*, Ruſticorum maximus fautor, eis varia in diebus feſtis peragenda concedat. Colum. *de re ruſtic. lib. 2. cap. final.* Ac multis in locis ex certis

cauſis,

cauſis, operariis ſervilia peragere permittatur. Hoc tamen non admittendum eſt, niſi finitis precibus & auditis ſacris: Quo caſu, ea non impedimento ſunt ſacris, quæ iis peractis ſuſcipiuntur, ut exinde cultui Divino nihil præjudicetur. Benedict. Carpzov. *in Iurisprud. Eccleſ. lib. 2. tit. 16. Definit. 251.* Ita namque reſpondit Conſiſtorium Saxoniæ Supremum: Dafern Ihr aber / durch ewer Geſinde / auß noth deß Gewitters halben / am Sonntage / Weitzen einführen laſſen; Ihr auch ſolches bey der Obrigkeit zuvor angemelt habt / und allererſt nach gehaltener Predigt und verrichtem Gottes-Dienſt / die Arbeit ewerm Gſinde anbefohlen / und verrichten laſſen / ſo hettet ihr dardurch den Sabbath nicht entheiliget / möcht auch deßwegen nicht in Straff genommen werden. h. e. *Cum per famulos veſtros die dominica, propter metum intemperiei aeris, triticum ex agro invehere ſiviſtis; dummodo ex præſcitu Magiſtratus, finita concione & poſt peracta ſacra, hoſce labores famulitio veſtro peragendos injunxeritis; per id diem Sabbathi prophanaſſe, & condignas inde pœnas promeruiſſe, non videmini.* apud Carpzov. *in Iurisp. Eccleſ. lib. 2. tit. 16. D. 25.* Ita cenſent quoque ex Caſiſtis & JCtis Sylveſter. *in Summa Verb. Dominica Quæſt. 5.* Petr. Gregor. Tholoſan. *dict. lib. 2. cap. 16. num. 25.* Gregorius Sayrus *dict. tr. lib. 7. cap. 2. n. 8.*

§. XXXII.

1. Sane *Neceſſitas*, quæ in maturanda Vindemia Prætorem ad diſpenſandum & relaxandum legis rigorem de ſanctificando die Dominico movere ſolet, debet eſſe *Evidens & Præſens*, quæ nec fingitur; nec Conſilio accerſitur, ſed per providentiam Dei nobis imponitur. De quo eſt caſus apud Divum *Lucam cap. 14. v. 4.* Adeò ut neceſſitas hæc, ſpecies caſus fortuiti ſit; aliàs nulla neceſſitas

excuſat, quæ poteſt eſſe non neceſſitas, ſecundũ Tertullian. *in exhortat. ad Caſtitat.* Sebaſt Medices *de caſib. fortuit.* §. *1. Quæſt. 6. num. 7.* Hering. *de fidejuſſor.* Freudenberg. *de reſcript. morat. cap. 22. verſ. 46.* Dn. Fritſch. *de neceſſitat, concluſ. 1. ſect. 4. Regul. 1. num. 3. & 4.*

2. Hæc autem neceſſitas I. *Primò*, medium ad finem eſſe debet, non reſpiciens lucrum, aut voluptatem, ut finem, ſed maximè & propriè incommodi alicujus extra ordinem incidentis evitationem. Leges namque non ſunt de fine, ſed de ordinatis ad finem. *per cap. alma mater. ubi Covarr in oper. part. 2. de ſent. excommun. in 6.* Unde *Caſiſtæ* ſcribunt: Quod neceſſitas & pietas tanquam cauſſæ diſpenſationis debeant eſſe moraliter certæ & indubitatæ. Nam cum præceptum ſervandi feſta certum ſit, certa quoquè eſſe debet cauſa illius obligationem tollens. Reginald. *in Pract. lib. 19. num. 50.* Caſtro Palao *in opere moral. tract. 9. Diſput. un. Punct. 10. num. 4.* Nihil igitur juvat eos, qui lucrum ceſſans damnum reputantes, ne occaſiones lucri præterire ſinant, in vulgaribus occupationibus exercentur. Unde Dn. Thummius ſcribit: *Continere ſe jubet Lex ab omni opere ſervili, id eſt, ab omni avaritia qua per negotiationem & reliquo terreno actu vita agitatur* Dn. Thumm. in *Præcept.* Decalog. tert. *fol. m. 154.* Et hoc Ethnici Romani in feriarum celebratione obſervarunt, *teſte Aurelio Theodoſio Macrobio.* (Imperatoris Honorii & Theodoſii Junioris Præpoſito ſacri Cubiculi [illegible]ta *l. un. C. Theodoſ. de præpos. ſacr. Cubic.*) Qui ſcribit: Virgilius *Maro omnium diſciplinarum peritus, ſciens lavari ovem aut lanæ purgandæ, aut ſcabiei curandæ gratiâ, pronunciavit*: Tunc demum ovem per ferias licere merſari, ſi hoc remedii causâ fieret, in verſiculo.

Balan-

*Balantumque gregem fluvio merſare ſalubri.*

Adjiciendo enim, *ſalubri*, oſtendit, avertendi morbi gratia tantummodo; non etiam ob lucrum, purgandæ lanæ cauſa fieri conceſſum. Hæc Macrob. *in Satural. lib. 2. cap. 16. fol. m. 227.*

3. II. *Secundò* Neceſſitas evidens, non ex incerta conjectura concipienda eſt. Hic enim propriè eſt caſus neceſſitatis venia dignus, quem ipſe Deus, non autem negligentia hominis fecit; ſicuti ſcribit Balduinus *in caſib. conſcient. lib. 4. cap. 8. caſ. 5. fol. m. 1070.* latè Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagm. Iur. lib. 2. cap. 16. num. 23.* Non facit igitur pro Agricolis & ſimilibus, qui vel ſementis vel meſſis tempore, diem hunc laboribus impendunt, quoniam periculum metuunt ex dilatione. Wilhelmus Ameſius *de Conſcient. lib. 4. cap. 33. num. 10.* Dn. Fritſch. *dict. tr. Concluſ. 1. ſect. 4. per tot.* Quod arbitrio Judicis dignoſcendum relinquendum, ſecundum Chaſſan. *ad Conſuet. Burg. Rub. 1. §. 5. Verb. Niſi habeat abolitionem.* Baiard. *ad Clar. §. furtum. num. 98.* De quo neceſſitatis caſu, & permittendo opera ſervilia, ſequentibus cautum reperitur *in Electoratu Saxoniæ.* Es ſoll auch an Sontag und Feyrtagen jederman verbotten ſeyn / auſſerhalb fürfallender Noth / welche er doch allemahl dem Pfarrhern und der Obrigkeit zuvor anmelden ſoll / mit Roſſen oder der Hand / die Arbeiten / ſo auff die Werckatage gehören / verrichten. h. e. *Omnibus & ſingulis prohibitum eſto, extra caſum incidentis neceſſitatis, quæ tamen toties paſtori & Magiſtratui loci, indicari debet, quoties ea contingit, equis aut operis manuariis labores eos, qui diebus nefaſtis tractari ſolent, peragere.* Ordin. Eccleſ. Elect. Saxon. *articul. general. 17. §.* Es ſoll auch. Dn. Tabor. *de metat. cap. 3. num. 2. & ſeqq.*

 §. XXXIII.

§. XXXIII.

1. Sanè *Canones* & *Canoniſtas* quod attinet, hæc diſputatio Videtur deciſa *in Cap. licet. 3. x. de feriis.* Ubi Pontifex Alexander reſcripſit: *Licet tam veteris quàm novi teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam requiem ſpecialiter deputaverit: & tam eum quàm alios dies majeſtati altiſſimæ deputatos, nec non natalitia ſanctorum martyrum Eccleſia decreverit obſervanda, & in his ab omni opere ſervili ceſſandum; Indulgemus, ut liceat paroecianis veſtris, diebus dominicis, & aliis feſtis (præterquam in majoribus anni ſolennitatibus) ſi alecia terræ ſe inclinaverint, eorum captioni ingruente neceſſitate intendere: ita quòd poſt factam capturam Eccleſiis circumpoſitis & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.* Qui *Canon*, quamvis loquatur tantum de captura *Hallecium*, Canoniſtæ tamen eundem ad quodvis aliud genus piſcium, veluti *in Thinnis*, & aliis piſcibus, qui uno ſolo anni tempore aut certis diebus tantum apparere ſolent, cujus piſcatio illo die facienda eſt, quin minus, magna ex parte amittatur, extendunt, Suarez. *in oper. moral. tom. 1. de relig. cap. 32. n. 6.* Azor. *in moral. inſtit part. 2. lib. 1. cap. 27.* Gregor. Sayrus. *in Caſib. Conſcient. lib. 7. cap. 2. num. 10.* Petr. Gerard. de petra Sancta *ſingul. cap. 100. num. 2.* Caſtr. Palao *in Moral. tract. 9. diſp. un. punct. 5. num. 10.* Imò ex eodem Canone Ulterius *Caſiſtæ* inferunt: Quòd licitum ſit ſegetes jacentes in agris, & fœnum in pratis, ad locum ſecurum in diebus feſtis deferre, ſi imminet tempeſtas, vel pluvia, quæ corrumperet, ſi in agro remanerent.

2. Eadem ex cauſa licitum eſt tempore vindemiarum Uvas colligere, ne pereant, & perſequi opus cœptum, quando notabile damnum ſequeretur ex dilatione & omiſſione operis. Sylveſter *in Summa Verb. Dominica Quæſt.*

*Quæſt. 5. diſt. 5.* Sayrus *in Clav. Regia. lib. 7. cap. 2. num. 10.* Caſtro Palao *d. diſput. un. Punct. 10. n. 3.* Qui hoc extendit quoque ad actionem mactandi animalia, præcipuè ſi ratio aliqua neceſſitatis vel utilitatis intercedit, qualis eſt, cibaria non eſſe ita ſuavia, ſi alio die diſponatur. Barboſa *ad dict. cap. licet. 3. num. 6. x. de feriis.* Et ante hos Jureconſultus Joan Lupus de Palat: Rubios *in repet. cap. per veſtras. x. de donat. int. V. & V. notabil. 17. num. 10. fol. 162.* Petr. Gregor. Tholoſan. *dict. lib. 2. Syntagm. cap. 15. num. 26. Rationem* hanc adducentes: Quod neceſſitas inſtans, periculum imminens, non recipiat dilationem, ſed ex ea cauſa à regulis juris, etiam moralibus recedatur. Tiraquell. *de retract. lign. §. 1. Gloſſ. 9. num. 32.* Cacheran. *deciſ. 68. num. 28.* Marta *de jurisdict. part. 1. cap. 48. num. 27.* Weſenbec. *conſil. 40. num. 6. & ſeqq.* Bened. Carpzov. *in Iurisprud. Eccleſ. lib. 2. tit. 16. Definit. 251. n. 8.* Nam & mos regionis ab Eccleſia non reprehenſus in feſtis celebrandis obſervandus eſt, juxta *B. Hieronymum*; Qui tradit: Quod unaquæque Provincia abundet in ſuo ſenſu, & præcepta Majorum, leges Apoſtolicas arbitretur. *in cap. Vtinam 11. Diſtinct. 76. tum* propter ſcandalum evitandum, *tum* etiam, quia ſacris peractis, quædam alicubi licent, quæ alibi vetantur. Tholoſan. *dict. cap. 15. num. 25. in fin.* latius Gregor. Saray. *in Theſaur. Caſ. Conſcient. lib. 7. cap. 2. num. 10.* Alios neceſſitatis & charitatis caſus refert. Gregor. Sarayus *dict. cap. 2. per totum.* Caſtro Palao *dict. diſput. un. Punct. 10. num. 3.* Ameſius *de caſib. conſcient. lib. 4. cap. 33. num. 10. & ſeqq.* Dn. Thumm. *in Decalog. præcept. 3. fol. m. 153.*

§. XXXIV.

1. *Quibus non contrariatur* id, quod ſupra dictum eſt de Sabbatho ſanctè colendo, nec ullis unquam operibus

ribus ſervilibus polluendo, ſub gravi maledictionis divinæ & execrationis pœna. *Pactum eſt ſempiternum* (ait Dominus) *inter me & filios Iſrael, ſignumque perpetuum, Cuſtodite Sabbathum meum: Sanctum enim eſt vobis: qui polluerit illud, morte morietur. Exod. 32. verſ. 14.* Nec poteſt ullam commutationem dare pro anima ſua. *Matth. 16.* Cui animæ conſolationi maximè intentus unusquisque eſſe debet his diebus, etiamſi poſſit ſuis operibus totum mundum lucrari *Luc. 9.* Anima enim plus eſt quam eſca & corpus. *Matth. 6. l. ſancimus. C. de epiſc. & Cler.* Petr. Gregor. Tholoſan. *dict. cap. 16. num. 25. Reſpondent* enim communiter noſtri *Theologi*, quòd lex lata de Sabbatho ceremoniali ſtrictiſſimè obſervando, illos ſoleat obligare, qui ſervierunt in Ægypto; ſicuti conſtat *ex Deuteron. 5. verſ. 25. Hebræorum cap. 4. verſ. 3.* Dunte *in Caſib. Conſcient. cap. 10. ſect. 1. Quæſt. 70. in fine.* unde bene ſcribit Dn. Theodorus Thummius: Quod ad externum otium à Deo *Deuter. 5. verſ 15.* mandatum attinet, illud Nos *in N. T.* non tangit: ſed tantum ſpectat, & unicè quidem ad Populum Iſraeliticum, nimirum, ut Sabbathum illis eſſet monumentum, quòd forti manu Dei, ex ſervitute Ægyptiaca liberati eſſent, & in ſignum, quòd Dei peculium eſſent. *Ezech. cap. 20. verſ 10.* quod præceptum ad nos non pertinere vel exinde liquido conſtat, quia nulla illius mandati repetitio *in N. T.* exiſtit. Dn. Thumm. *in Decalog. Præcept. 3. fol. m. 153. ac fol. 157.* Hinc B. Auguſtinus ſcribit: *Melius faceret, & Iudæus & Chriſtianus, in agro ſuo aliquid utile, quam ſi ſeditioſus aut ſaltans in theatro eſſet.* Auguſt. *in lib. de decem. Chord.* Et alibi: *Ergò omninò operari die dominica nos Chriſtiani non vetamur, modo à Dei cultu propterea non avocemur, neque à publicis concionibus & precibus, neq; à meditatione verbi Dei: modo, item Proximus offendiculum*

*culum non præbeamus.* Auguſtin. *in Pſalm. 92.* Conqueſtus eſt quoque *B. Hieronymus*, quod Chriſtiani homines ſua ætate, in feſtis ſuperſtitiosè obſervandis pene Judaizent. *in Epiſtol. ad Galat. cap. 4. verſ. 10.* Lamb. Danæ. *in Ethic. Chriſtian. lib. 2. cap. 10 fol. 158.* Quibus & aliis rationibus motus, Dominus Reinkingius deducit; Quòd lex moralis, de Sabbatho celebrando, non ſit planè moralis, ſed quoad circumſtantiam temporis, etiam ceremonialis exiſtat. Reinking. *de R. S. & E. lib. 3. claſſ. 1. cap. 2. num. 6.* Et poſt eum Dn. Theod. Thumm. *in Decalog. præcept. 3. in antitheſ. fol. 157. Quæſt. 1. & 2.*

§. XXXV.

1. Præterea ſciendum, quòd *nec ipſi Iudæi* in caſu neceſſitatis tam ſtrictè Sabbathum obſervarint. Nam *Iosua* belli Dux Populi Judaici, in die ſeptimo & Sabbatho Civitatem *Hierico* oppugnavit & ſubegit. *Ioſuæ cap. 6. verſ. 15. & 16.* Pari modo *Matthathias Maccabæus* ſtrenuus Imperator & defenſor Populi Judaici, cujus virtus toti Judeæ ſalutaris fuit, temperavit hunc legis rigorem de Sabbatho inviolabiliter ſervando, quo auctore decretum fuit, ut hoſte vitam eripere annitente, Sabbathum inſuper habere, fas eſſet. Macchab. *lib. 1. cap. 2. verſ. 41.* Quos Beda defendit in Homiliis: *Macchabæi ſine culpa ſua in Sabbatho pugnabant*; Ideò hodie, ſi quis jejunium fregerit ægrotus, Reus voti non habetur. *in cap. quod non 4. x. de Reg. Iur.* ſimilia reſcribit Nicolaus Papa *ad Bulgaros in cap. ſi nulla. 15. cauſ. 23. Quæſt. 8. Si inevitabilis urget neceſſitas, ſeu importunitas, nec quadrageſimali tempore pro defenſione tam ſua quam patriæ ſeu legum paternarum, bellorum præparationi parcendum eſſe.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in Syntagmat. lib. 2. cap. 16. num. 23.* Cævallos. *in Comm. opin. Quæſt. final. n. 6. tom. 4.*

2. Unde deducunt Canoniſtæ, quod ex neceſſitatis cauſa, aliquid mutari poſſit de forma aſſignata. Gonzales *ad Regul. Cancell. Roman. 8. Gloſſ. 60. num. 45.* Auguſt. Barboſa *ad dict. cap. Quod non 4. x. de Reg. Iur.* Et hoc decretum hanc vim habuit, ut in præſentiſſimo vitæ periculo liceret non ceſſare; Proinde ſi hoſtis arietem ſtrueret, tormenta muris admoveret, cuniculos foderet, aut ſimile quid aliud moliretur, ceſſandum non erat. Unde ſcribit Joſephus Flavius: *Et hucusq; manet apud nos conſuetudo, etiam Sabbathis pugnandi, ſi neceſſitas flagitaverit* Joſeph. *lib. 4. cap. 9. ac lib. 12. c. 8.* vide latius Iſaac. Caſaubon. *in Apparat. Contra. Baron. Exercit. 1. Numero. 8. fol. m. 48.* Et qui hoc ex eo collegit Dn. Lanſ. *de Religion. curand. cap. 4. fol. 48.* Cunæ. *de Republic. Hebræor. lib. 2. cap. 22.* unde ex communi Rabbinorum ſententia, pellere licet Sabbathum ad liberandas animas, adeò ut qui promptus ſit violare Sabbathum pro ſalute animarum, laudem mereatur. Rabbi Levi apud Hottinger *in Iur. Hebræor. leg. 33. in fine.*

§. XXXVI.

1. Quamvis autem *excuſentur Illi*, qui propter neceſſitatem, ſcilicet ob aeris intemperiem vel propter pruinas, ac grandines, uvas etiam diebus Dominicis recolligunt; attamen vinitores & poſſeſſores vinearum propter hanc incidentem & evidentem neceſſitatem, propria & privata authoritate contra ſanctificationem Sabbathi quidpiam committere non poſſunt, *deficiente publica Principis aut ejus, qui publicè Iurisdictionem habet, diſpenſatione & conceſſione*, cum jus neceſſitatis ſit ſingulare & exorbitans; Privatis autem integrum non eſt, propria authoritate jura ſingularia & exorbitantia exercere & ad utilitatem privatam producere *per l. quod verò 14. D. de legib. l*

*gib. l. quæ propter 122. D. de regul. jur. l. 1. C. de heredib. tut.* Felin. *in cap. cum quædam x. de jurejur.* Tabor. *in Criminal. Carol. V. art. 166.* Unde tradit Hieronymus Cuchalon Hiſpanus; quod Regula, *Neceſſitatem facere licitum, quod aliàs licitum non eſt*; intelligenda ſit, quando reperitur aliqua auctoritas approbativa, quæ ex neceſſitate illud fieri poſſe concedat vel permittat, approbatione generali, licet non ſpecialiter; ſiquidem contra legem Veniendum non eſt propria authoritate, Cuchalon *ad Decium in l. quæ 122. lit. A. D. de R. I.* Dn. Limnæ. *ad Capitul Carol. V. ſect. 8. num. 59.* D. Fritſch. *de neceſſitate Concluſ. 1. ſect. 4. num. 7.* Ac quod absque ſuperioris diſpenſatione privatus in diebus feſtis & Dominicis, etiam ex cauſa neceſſitatis nulla opera ſervilia agere poſſit, tradit ſylveſter *in ſumma Verb. Dominica. Quæſt. 7. num. 9.* Ferdin. de Caſtro Palao *in operib. moral. tract. 9. diſput. un. Punct. 10. num. 5.*

2. Proinde in Ordinatione Eccleſiaſtica *Electoratus Saxoniæ* diſpoſitum eſt: Welcher an Son- und Feyrtagen in Nothfällen ichtwas im Feld arbeiten wolle / daß er ſich zuvor bey dem Pfarrherr und Obrigkeit anmelden ſolle. h. e. *ut, quicunque diebus dominicis & feriatis, in caſu neceſſitatis, ullos labores ſerviles in rure peragere velit, ut prius paſtori & Magiſtratui loci indicet. Ord. Eccleſ. Sax. art. 17. §.* Es ſoll auch. Quemadmodum hoc ſingulari præjudicio ſupremi Conſiſtorii Electoratus Saxoniæ confirmat. Bened. Carpzov. *in juruspr. Eccleſ. lib. 2. tit. 16. Definit. 251. num. 12.* Quæ indulgentia etiam in patriæ *Ducatu Wurtembergico* à Paſtore & Antianis, ſeu Decurionibus cujusq; loci impetranda eſt, ac in diebus tantum feſtis Apoſtolorum conceditur. *Cynoſur. Eccleſ. Duc. Würtenb. fol. 88.*

§. XXXVII.

1. *Quantum ad alia Feſta Chriſtiana in honorem Hominum inſtituta*, veluti in memoriam & recordationem Sanctorum Apoſtolorum, Beatæ Virginis Mariæ, aut in honorem cujusdam Imperatoris vel Regis, propter egregias res geſtas, vel in gratam recordationem liberationis è manibus hoſtium: vel natalitii diei maximarum Urbium, aut Imperatorum, de quo *l. omnes 6. C. de feriis* latè Lambert. Danæ *in Ethica Chriſtian. lib. 2. cap. 10. fol. m. 159. & 160.* quoniam dies iſti Feſtales cultui divino ſunt inſtituti & deſtinati, prudenti conſilio, ab ipſa Eccleſia juxta cujusque Eccleſiæ devotionem vel commoditatem, in rememorationem beneficiorum à Divina Majeſtate acceptorum; Ideò in hiſce Feſtis publicis Magiſtratus Politicus facilius diſpenſat, adeò ut tempore meſſium & vindemiarum liberius recollectionem frugum inſtituere poſſimus; quia Præceptum hoc ab ipſa Eccleſia, vel à Magiſtratu Politico procedit, ideò lex iſta tanquam poſitiva facilius relaxationi ſubjacet, modo id fiat ab eo, qui legem iſtam condidit, ac tale feſtum inſtituit. latè Sayrus *in Theſaur. Caſ. Conſcient. lib. 7. cap. 3.* Caſtr. Palao *in oper. moral. tract. 9. diſput. un. Punct. 1. num. 4. Punct. 2. num. 2.* qui diſtinguit inter dies feſtos jure Synodali ordinatos. *Punct. 10. num. 9.*

2. In generali *Ducatus Würtembergiæ* Synodo *Anno MDLXXII.* Stuttgardiæ celebrato, de operibus Servilibus tempore Feriarum peragendis *14. Iulii* ordinatum fuit: Im hewet/ Embdet/ Korn und Haber-Ernd/ Herbſt und dergleichen Feldgeſchäfften/ wann das Wetter darnach beſchaffen/ und ein Nothfall iſt/ ſolle an den Feyrtagen (die Sontäg gäntzlich außgeſchloſſen) nach der Morgenpredigt/ und gar nicht darvor/ im Feld zuſchaffen erlaubt ſeyn.

Und

Vnd weiln in die Amptſtatt zulauffen zu weit / ſollen Pfarrherr/ Schultheiß/ Burgermeiſter und einer oder zween vom Gericht darüber erkennen / obs ein Nothdurfft ſeye. h. e. *tempore primi & ſecundi fœni, meſſis farreaceæ, & avenaceæ, vindemiæ, & aliarum operarum rureſtrium, ſi intemperies aeris immineat, & neceſſitas id exigat, diebus etiam feriatis, dominicis tamen omninò excluſis, peractis prius ſacris matutinis, & non ante conceſſum eſto, labores campeſtres ſuſcipere; Et quoniam è pagis, Civitates provinciales adire nimis longum foret, paſtori, Sculteto, Conſuli, uni item vel duobus è numero Iudicum cujusque loci, facultas cognoſcendi data eſto, an vere caſus neceſſitatis ſit, nec ne?* Cynoſ. Eccleſiaſtic. Würternb. *fol. m.* 88.

3. Cæterum nihil prodeſt leges ferre, niſi etiam illæ pœnalibus mandatis cuſtodiantur. Proinde Principes & Magiſtratus, qui curam Feſtorum & Sabbathi ſuſcipiunt, ejusdem ſanctificationem non legibus ſaltem ſed etiam pœnis tueri debent. Pœna transgreſſoris Sabbathi regulariter eſt arbitraria, qui juxta modum admiſſi coerceri debet. In ordinatione Electoratus Saxoniæ diſpoſitum eſt; Ut qui operas manuales in Sabbatho facit, ſex groſſos, ſeu quartam Imperialis partem; ſi verò equos aut boves laboribus adhibet, dimidium Imperialem pro mulcta ſolvere aſtringatur. *Ordin. Eccleſ. Elect. Sax. art. general.* 17. §. Es ſoll auch an Son- und Feyrtag. Quæ mulcta in Decreto quoque Synodali *Anno MDCXXIV.* confirmata fuit; cum declaratione; ut pœna ſeu mulcta ita Eccleſiæ & piis uſibus addicatur. Bened. Carpzov. *in Iuriſpr. Eccleſ. lib. 2. tit. 16. Definit. 252. n. 6.*

§. XXXVIII.

1. Sanè ii, qui *Pontificum Decreta & Canones* ſequuntur aſſerunt, quòd, quoties concedatur diſpenſatio peragendi opera ſervilia in diebus feſtis, Impetrantes licen-

tiam hanc *Eleemoſynis* aliisque piis operibus compenſare debeant, *Gloſſ. in cap. Presbyter verſ. Denarium Diſtinct. 82.* Petr. de Ravenna *in Compend. jur. Canon. tit. de feriis.* Proſper. Rendella *de Vindem. cap. 3. fol. 22. in fine* quod etiam Ethnici facere ſolebant quibus cum per religionem Pontificum feſtis diebus non liceret vindemiam cogere, quod ſi id fieri contigiſſet, prius *Catulum* ſacrificabant. Columell. *de re ruſtica lib. 2. in fin.* quam opinionem etiam *Caſiſtæ* ſequuntur, qui tradunt, quòd diſpenſatio operandi & peragendi opera ſervilia in diebus dominicis & feſtalibus, concedatur cum onere & obligatione, eleemoſynam aliquam elargiendi circumſitis Eccleſiis & Chriſti pauperibus poſt opus abſolutum; quam eleemoſynam dandam eſſe ex obligatione cenſent; quoniam ſub hoc onere datur facultas operandi in diebus feſtis, aliàs non debita; *Et hoc per dict. cap. licet. x. de feriis* ubi *Pontifex* in terminis piſcationis Hallecum ita decrevit; *Vt poſt factam capturam, Eccleſiæ circumpoſitis & Chriſti pauperibus congruam faciant portionem.* Suarez. *in oper. moral. lib. 2. de feſtis cap. fin. num. 7.* Ferd. de Caſtro Palao *in oper. moralib. part. 2. tract. 9. diſput. un. Punct. 5. n. 10.*

§. XXXIX.

1. Quæritur ulterius, in materia colligendi Uvas; *An Forenſis Dominus vineæ,* ein Außmann/ *uvas tempore vindemiarum collectas & contuſas, extra territorium, ad aliud Torculum premendi cauſa vehere poſſit; ſtante conſuetudine loci, ut Diſtrictuales nullibi, quam in Torculo publico uvas premere curent?* Reſpondetur, *quod non.* Quamvis enim quilibet ſit rerum ſuarum moderator & arbiter; & de re propria liberrima voluntate diſponere poſſit. Attamen voluntas iſta juxta legem aut conſuetudinem loci & rei ſitæ moderanda & dirigenda eſt, adeò ut lex ſit ejus voluntas.

tas. *per l. 2. D. de legib. l. leges ſacratiſſimæ. C. eod. tit.* Ideò cum conſuetudo aut ſtatutum exigat, ut poſſeſſores Vinearum accedant ad torcula ſita in territorio vel diſtrictu pagi, Uvas premendi cauſa, hoc ſtatutum etiam forenſes in territorio vel diſtrictu pagi prædia poſſidentes obligat, cum ſtatutum hoc magis ſit reale quam perſonale, ex qua actio in rem ſcripta oritur *arg. l. dudum. 14. C. de empt. vendit. l. 2. C. quæ res exportar. non deb.* Tiraquell. *de retract. in præfat. part. 1. num. 98.* Schrader. *in Inſtit. de rer. diviſ. §. 15. num. 3. & ſeqq.* Jacob. Cancer. *part. 3. Var. Reſolut. cap. 13. n. 260.*

2. Forenſis namque, ſi poſſidet aut emit bona in territorio, cum Domino territorii aut cum ipſis paganis ſeu Incolis pagi contrahere videtur, adeò ut teneatur ad onera impoſita prædiis & vineis, ex quo dicitur, Poſſeſſorem & forenſem emiſſe illa bona, cum ſua cauſa & cum ſuo onere. *per tot. tit. C. ubi in rem act. tot. tit. C. ſi à non compet. jud.* Dec. *in cap. quæ in eccleſiarum. x. de conſtitut.* Cravetta *Conſil. 201. num. 15.* Tiber. Decian. *reſpons. 55. n. 6. lib. 1.* Alderan. Maſcard. *de ſtatut. concluſ. 6. num. 47. & 184.*

§. XL.

1. Quod ſtatutum vel Conſuetudo *ſua æquitate* nititur, & pro valido habetur, ea ratione, quo lucellum illud vini torcularis, quod pro premendi opere ſolvitur, potius ipſe Dominus torculi publici, aut qui jus torculare in diſtictu poſſidet, percipiat, quam ut illud Forenſibus accedat, & extraneis deferatur. Ordinata enim charitas incipit à ſe ipſo. *per l. præſes. C. de ſervit. & aq. cap. ſi non licet. cauſ. 23. Quæſt. 5.* Albert. Brun. *conſil. feud. 1:4. num. 14.* Cravetta. *conſil. 8. num. 16. lib. 1.* Ac ſtatutum ex ordinata charitate conditum & promulgatum validum

dum eſt, licet alterius præjudicium reſpiciat. Doct. *in cap. dilecti x. de arbitr.* Matth. de Afflictis *deciſ. 290.* Schrader. *in dict. §. 15. n. 9. & ſeqq.*

2. Et hoc ſtatututum eo magis ratum erit, ſi quidpiam circa modum colligendi fructus, aut evehendi grana diſponat. Præſes enim Provinciæ in cauſa meſſis vel vindemiarum juxta Conſuetudinem cujusque loci, certum tempus vel modum ſtatuere poteſt *per l. præſides. 4. D. de feriis.*

3. Ideo hoc dubium ſingulari deciſione & præjudicio *in ſupremo Ducatus Burgundiæ Senatu* reſolutum fuit: *Que les habitans d' Eſtroye ayans vignes en un autre Villages c' eſt à dire à rivre Fontaine, ſont ſubiects au ban & defenſes faictes de vendanger les vignes auant certain temps. hoc eſt*: Quod Incolæ & Cives pagi Eſtrealis poſſidentes vineas in Pago Fonteneo, ſubjecti ſint legibus & bannimentis ipſius Domini pagi, quoad modum uvas colligendi & percipiendi & ante certum tempus vindemiandi. apud Joan. Bouuot. *Quæſt. notabil. tom. 1. part. 1. Verb. Ban. de Vendange Quæſt. 1.* Quæ deciſio etiam ad *Clericum & Sacerdotem* pagi, aliàs jure Canonico exemptum, extenſa fuit. *dict. Q. 1. in fine.*

4. Pari ratione *à Supremo Cathaloniæ Senatu* judicatum fuit, quod Edictum de non extrahendo frumentum extra territorium, ad forenſes quoque ibidem bona poſſidentes & grana colligentes extendatur, adeò ut fructus in territorio ſtatuentis collectos non extrahere ſed ibidem vendere obligentur, apud Jacob Cancer. *part. 3. Var. Reſol. cap. 13. num. 260.* vide quoque Petr. Caball. *Var. Reſolut. Criminal. caſ. 14.* Hieron. à Laurent. *deciſ. Aven. 40. num. 4.*

5. In

5. In ſtatuto vindemiali Würtenbergico ita diſpoſitum eſt: Wa einer/ er ſeye hohes oder nidern Stands im gantzem Hertzogthumb/ in ein Kelter die Nahfahrt ſchuldig/ oder ſonſten darein zufahren verbunden/ und ſelbigem nicht nachſetzte/ ſondern in ein andere Kelter führe/ oder in den jenigen Keltern/ unter welchen Zwing und Bännen die Gelegenheit gelegen/ und darein gehörig/ nicht drucken/oder deyhen wurden: der ſoll nicht allein/ den gebührenden Kelterwein/ ſeinen aigenwilligen Abfahrens halben/ ſondern/ auch den Keltern-Knechten/ ihren ſchuldigen Lohn/und darzu uns zehen Gulden zu unnachläßlicher Straff/ verfallen ſeyn. h. e. *quiquis, cujuscunque ſit ſtatus & conditionis, in toto hoc Ducatu, modo obſtrictus ſit certo torculari uvas premendas invehere, debitum hoc intermitteret, ſed ad aliud torculare deferret, vel in illis cellis torculariis, ſub quarum bannali diſtrictu vineæ eſſent ſituatæ, ſcapos cum folliculis ſive uvas collectas, prælo ſubjicere nollet; is non tantum vinum ſolitum, quod pro uſu torculi dari conſuevit, propter temerariam ſuam & ſpontaneam transgreſſionem, ſed & miniſtris torculariis, mercedem conſtitutam, inſuperque nobis decem florenos in mulctam irremiſſibilem, exſolvere, damnas eſto. Ord. Vindem. Wurtenb. art. 14.*

§. XLI.

1. Quæritur inſuper; *An vinitor aut Colonus ob malam culturam & ſupinam colendi negligentiam, vineam certo annuo cenſu conductam amittat, & Dominus eum fundo expellere poſſit?* Reſpondeo, *quod ſic.* Ante omnia enim, reſpondit, Cajus, colonus curare debet, ut opera ruſtica ſuo tempore faciat, ne intempeſtiva cultura, deteriorem fructum reddat *in l. ſi merces 25. §. conductor D. locati.* Id quod inprimis in vineæ cultura requiritur. Vitis namque tonſuram annuam quærit, quoniam celeriter fruticeſcit. Plinius *hiſtor. natur. lib. 17. cap. 27.* Proſper. Rendella

 *de vinear.*

*de vinear. cult. cap. 2. fol. m. 10.* Proinde propter vineam vel fundū negligenter cultum, vinitorem colonum expelli poſſe reſpondit *Paulus*, Imperatoris *Alexandri Severi* Conſiliarius *in l. quæro. 54. §. inter locatorem 1. ibi: ut oportet, coleret. D. locat.* Ac ſi conductor reconducta malè utatur, aut Vinitor negligenter vineam colat, ut Proprietarius integrum canonem & cenſum habere nequeat, vel ita deteriorando colat, ut vinum non in tanta bonitate, quâ vicinorum, producat, Conductor vineā amittit, propter reſcriptū Imperatoris Antonini *in l. ædem. 3. ibi: aut tu malè in re locata verſatus es. C. locati* Trentacinqu. *Var. Reſolut. lib. 3. tit. Locati. Reſolut. 4. num. 12.* Ludov. Molina *de Iuſtit. & jur. Diſput. 499. num. 17.*

2. Quæ caducitas vineæ propter malam culturam, eò magis procedit, quoniam major cura & induſtria in vinea requiritur, quam in agro aut prato colendo: Vineæ enim ſi putari & coli deſinant, deſiccantur, & in perpetuum deteriores redduntur, non tantum reſpectu fructuum, ſed etiam ratione proprietatis. *arg. auth. qui rem. Vbi.* Baldus *in notab. 2. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Aufrer. *ad Capell. Tholoſan. Quæſt. 353.* Ruland. à Valle *conſil. 49. num. 21.* Cardinal. Mantica *dict. tr. lib. 22. tit. 29. n. 6.*

§. XLII.

1. Et hoc inprimis dicendum eſt: *ob teneram vitium naturam*; adeò ut modica etiam Vinearum intermiſſio vel negligentia, maximæ agrorum deteriorationi æquiparari poſſit, ſecundum authoritatem Columellæ, dum ſcribit: *Cum omne genus ruris, niſi diligenti cura exerceatur, fructuoſum eſſe non poſſit, tum vel maximè Vinea. Res enim eſt tenera, infirma, injuriæ maximè impatiens; cum tamen aliquatenus ſe confirmavit, & velut juvenile robur accepit, negligen-*

*ligentiam ſuſtinet. Novella verò dum adoleſcit, niſi omnia juſtè perceperit, ad ultimam redigitur maciem, & ſic intabeſcit, ut nullis deinceps impenſis recreari poſſit.* Columell. *de re ruſtica lib. 5. cap 3.* Vites namque brevis eſſe ſolent vitæ; adeò ut mobiles eſſe videatur, ſecundum Plinium *in hiſtor. natur. lib. 16. cap. fin.*

2. Quæ cauſa eſt, ut Doctores tradant, Colonum Vinitorem, etiam ob modicam deteriorationem jus colendi amiſiſſe, ut è vinea repelli poſſit. Hieron. Magon. *deciſ. Florent. 101.* Proſper. Rendella *de vineæ cultura cap. 2. fol. m. 13.* Franciſc. Milanen. *deciſ. Sicil. 17. lib. 2.* Qui *ſub num. 33.* ſcribit: *Quamvis Colonus fundo expelli non poſſit, niſi propter deteriorationem magnam, & quæ in proprietate rei, non verò in fructibus conſiſtit, de quo* Corbulus *de jur emphiteut. cap. 13. num. 24.* Fr. Fulgine. *de jur. emphiteut. tit. de Var. Caſib. Quæſt. 2. num. 35.* Hoc tamen *non procedit in deterioratione Vineæ; quæ dum fuit recluſa nec putata congruis temporibus; ideò ex hiſce effectibus vinea exiccatur, ac cadit in commiſſum; Maximè quando in proprietate fuit damnificatus Dominus directus, ex quo habuit fructus minores, & per conſequens minor cenſus per plures annos percipiendus erit.* Cui aſſentiunt Tob. Nonius *Conſil. 58. num. 17.* Cardinal. Mantica *dict. tit. 29. num. 6.* Seraphin. *deciſ. RR. 1356. num. 4.* Ita in *Supremo Ducatus Burgundiæ Parlamento Anno MDLXXV.* judicatum fuit, *Que les Vignerons peuuent eſtre expulsès en cas de mauuaiſe culture, & que' amodiation eſt reſeloriè:* h. e. *quod vinitores poſſint expelli in caſu malæ culturæ, & quod admodiatio ſive locatio conductio ſit reſciſſa.* teſtè Joan. Bouuot. *tom. 1. Quæſtion. Notab. part. 3. Verb. Vignerons. Quæſt. 1.* Rationes in Contrarium collige ex *Auth. qui rem. C. de Sacroſ. eccleſ.* Corbul. *de emphiteuſ. cap. 13. num. 24.* Franc. Fulgine. *de Emphiteuſ. tit. de Var. Caducit. Quæſt. 2. num. 35* De Vineis diligenter

colendis ita in Statutis Mediolanenſibus diſpoſitum eſt: *Coloni vel partiarii, vel maſſarii, Vineas Locatorum benè cuſtodiant & colant; videlicet, diſcalciando, deinde regolciando, & poſtea ſcapando temporibus debitis, & eas vites impinguant. Et ſi contra fecerint, arbitrio Iudicis, Locatori damnum reſarciant.* Statut. Mediol. *cap. 402.* Ubi latè Horat. Carpan. *lit. C. & D. part. 2.*

§. XLIII.

*1.* Et hanc ſubitaneam expulſionem è Vineâ deteriorata per culturam pravam aut intermiſſam, Doctores *ad Emphiteutam quoque aliumque vinitorem Cenſualem* extendunt. Quamvis enim magna ſit differentia inter Emphiteutam & conductorem; ſiquidem Emphiteuta Dominium utile in bonis emphiteuticis habet. *per l. 1. & 2. C. de Iur. emphiteut.* unde eum naturaliter poſſidere dicitur. *per l. naturaliter D. de acquir. poſſeſſ.* Valaſc. *de jur. emphiteut. Quæſt. 29. in pr.* Card. Mantica *de Tacit. convent. lib. 22. tit. 2. num. 55.* Secus tamen dicendum in Conductore. Seraphin. *deciſ. 272. num. 8.* Thom. Maul. *de locat. cap. 4. n. 1.* Franc. Fulgine. *de emphiteuſ. in prælud. Quæſt. 5.*

*2.* Præterea quamvis Emphiteuta prædii ruſtici, non aliter propter deteriorationem expelli poſſit, niſi tribus copulativè concurrentibus, ſcilicet *I.* ut Deterioratio ſit magna, non modica: *II.* ut Deterioratio conſiſtat in proprietate reſpectu rei, non fructuum. *III.* ut Deterioratio proveniat ex dolo, lata & levi culpa, ſecundum Jaſon. *ad l. 2. n. 980. C. de jur. emphyt.* Redoan. *de reb. eccleſ. non alien. Quæſt. 79. cap. 13. num. 2. fol. 504.* Mantica *dict. tr. lib. 22. tit. 29. num. 17. & ſeqq.* Joſeph. Ludoviſ. *deciſ. Peruſ. 22. num. 21. ac deciſ. Lucenſ. 8. num. 13.* latè Fr. Milanens. *lib. 2. deciſ. 17. num. 29. & ſeqq.* Corbul. *de privat. Emphyt. cap. 13. num. 24.* Hoc tamen non procedit,

cedit, in emphyteuta vineam poſſidente, qui propter culturæ & curæ intermiſſionem, æque ac Colonus vel conductor, Vineâ privatur. Vinea enim ſi non putatur, nec ſumma diligentia cultivetur, deſiccatur, & in perpetuum quaſi deterioratur, non tam in fructibus quam in proprietate, dum quam difficulter ad debitum ſtatum reduci poſſit. Bald. & Jaſon. *in d. l. 2. num. 98. C. de jur. emphyt.* Joſeph. Ludoviſ. *in terminis Vineæ deciſ. Peruſ. 22.* Redoan. *dict. tr. cap. 15. fol. 504.* Et hoc caſtrenſis declarat in colono, qui vineam non putavit, nec tempore hyemali contegit, ac multa capita vitibus dimiſit, ut in ſequenti anno, paucos, imò nullos fructus producat; quem meritò à Vinea repellendum eſſe cenſet. Caſtrens. *in l. & hæc deſtructio §. cum fundum. num. 3. D. locat.* Vincent. Carocc. *tr. de locat. part. 4. Quæſt. 24. num. 42. fol. m. 1144.* Mantica *dict. tit. 29. num. 6.* Fr. Milanens. *dict. deciſ. 17. num. 34.* Franciſ. Fulgineus *de emphyteuſ. tit. de var. caducit. Quæſt. 2. num. 39.* Quæ aſſertio *Limitatur in minima* negligentia culturæ, ſicuti namque ex parva cauſa & minima læſione, Emptio Venditio, ita quoque Locatio Conductio & per conſequens Emphyteuſis quoque reſcindi non debet. *per §. 1. Inſtit. de Empt. Vendit. l. res bona. 54. ibi: propter minimam cauſam D. de Empt. Vendit.* Bald. *in auth. qui rem. notab. 2. C. de SS. Eccleſ. Vbi* Gothofred. *lit. D.* Unde Doctores tradunt: Quamvis Conductor, qui in domo conducta malè verſatus fuit, v. g. eam deteriorando ex hac cauſa expelli poſſit. *per l. ædem. 3. C. locati.* hoc tamen in minima deterioratione non procedere; Et hæc eſt exceptio à regula, ſecundum Tiraquell. *de retract. §. 57.* Dn. Am. Jacob. Eberhard. Becht. *diſp. eleganti de Minimis. poſit. 78. & 79.*



§. XLIV.

§. XLIV.

1. Hoc tamen obſervandum eſt, quòd Dominus vineæ & Locator, agendo contra Colonum de negligentia & deterioratione, *antiquum ſtatum vineæ* ſeu rei conceſſæ probare debet, ſi pro deterioratione agere velit; Ac teſtes deponentes debent ſcire ſtatum rei conceſſæ, tempore conceſſionis, aliàs deteriorationem non probant. Caſſador. *deciſ. R. R. 5. num. 3.* Seraphin. Razzal. *deciſ. 1356.* Quemadmodum non dicitur conſtare de melioratione niſi conſtet de antiquo ſtatu rei. Surd. *deciſ. 300. num. 21.* Dictus Seraph. Oliv. Razzal. *deciſ. 1453. num. 5.* Franciſc. Fulgin. *de Emphyteuſ. tit. de var. caducit. Quæſt. 2. num. 74.*

2. Unde *Bartolus* ſcribit; Quod ille, qui petit pœnam vel caducitatem contra conductorem, debet eſſe extra omnem culpam, & debet ante omnia docere, & probare, ſe omnia adimpleviſſe, ad quæ pro ſua parte tenebatur. Pœnarum namque ea natura eſt, ſivè ſint pœnæ legales, ſivè conventionales, quod niſi petens pœnam, probet ſe ſua parte adimpleviſſe id, ad quod tenebatur, & ſic debitum implementum contractus pro ſua parte feciſſe, repelli utique debeat, à petitione ipſius. Caſus eſt *in l. quæro. §. inter locatorem. D. locati. l. & ſi non fuerit. D. de jurejur. l. 1. C. de his quæ pœn. nom* Bartol. *in l. cum pater. §. libertis. D. de legat. 2.* Alexander. *conſil. 33. num. 1. vol. 2.* Gulielm. Redoan. *de reb. eccleſ. non alienand. Quæſt. 79. cap. 13. n. 2.*

§. XLV.

1. E contra quoque animadvertendum eſt, quòd vineæ cultura & cura fieri debeat à Conductore, *ſecundum morem regionis* vel *ſtatutum* cujusque Civitatis, ac juxta *Arbitrium* boni viri. *arg. l. item. 13. locati.* Alexander. *conſil.*

*conſil. 129. num. 1. lib. 2.* Hieron. Magon. *deciſ. Florent. 101. num. 1.*

2. Quæ cultura ut ritè peracta ſit; à Colono conductore negligentiæ incuſato probari debet. *per. l. eum 2. D. de probat.* Nam quando quiſpiam in obligatione ſive expreſſa ſivè tacita, ad factum certum & limitatum loco & tempore tenetur; tunc eo ipſo, dum illud non præſtitit, probata eſt ejusdem negligentia, niſi doceat contrarium aut legitimum impedimentum. Felin. *in cap. ſi autem. num. 3. Verb. negligentia x. de reſcript.* Etiamſi Colonus neget malam culturam & propriam negligentiam; nihilominus à negante probanda erit diligentia. Fulvius Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 50. num. 6.* Unde Bartolus *in l. in illa, D. de V. O.* concludit: quod licet aliàs Actor ſeu Locator teneatur probare negativam, contra Conductorem: v. g. du haſt nicht recht und wohl gebauet. h. e. *culturam non ritè & rectè peregiſti.* quæ eſt cauſa ſuæ intentionis agendo vel excipiendo: Hoc tamen non procedit, quando quiſpiam negat, conductorem feciſſe id, ad quod juxta legem contractus tenebatur: quoniam per probationem, quod ſibi debetur, habet jam intentionem fundatam. Petr. de Benintind. *deciſ. Bonon. 16. n. 1.* Plotus *ad l. ſi quando. §. 4. num. 80. C. unde vi.* Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap. 402. num. 14.* latè Fulv. Pacian. *d. probat. lib. 1. cap. 51. num. 45. & 49.*

3. Ratio in contrarium deſumitur ex Regula communiter à Doctoribus tradita: Quod in dubio Negligentia non præſumatur, ſed ab allegante probanda ſit. *per l. ſi defunctus. 10. C. arbitr. tutel. ibi: comprobari.* Alexander. *conſil. 45. vol. 1.* Cravetta *conſil. 77. num. 11.* Maſcard. *de probat. lit. N. concluſ. 1093. num. 1.* Qui huic dubio reſpondet *ſub. num. 5. & 6.* Ac quamvis in Conductore

ductore non præſumatur culpa: Hoc tamen *limitatur*, in eo qui diligentiam præſtare teneatur ratione officii. Carpan. *ad ſtatut. Mediol. cap. 398. & 402. lit. D.*

§. XLVI.

1. Alia occurrit *Quæſtio*; quam ſequenti forma proponit Proſper Rendella: Quæro, *Tu habes Vinitorem ſolertem in vinea tua, qui à me propter invidiam perſuaſus, receſſit à vinea mea, nec eam amplius colere deſiderat; An tenear tibi in id, quod tua intereſt, déſertam eſſe culturam?* Reſpondeo, Perſuaſorem, actione *de dolo malo* conveniri poſſe. Perſuaſio namque doloſa & fraudulenta, quæ propter invidiam peragitur, ſuaſorem obligat. Ita namque Proculus: *Cum quis perſuaſerit familiæ meæ, ut de poſſeſſione decedat: Poſſeſſio quidem non amittitur; ſed de dolo malo, judicium in eum competit, ſi quid damni mihi acciderit. in l. cum quis. 31. D. de dol. mal.* Qui textus concordat reſponſo Pauli *in l. ſervus 20. §. ſi perſuaſeris 1. D. eod. tit.* ubi Julianus ex tali facto: *dandam mihi de dolo actionem*, ſcribit. Ex doloſo namque conſilio non ſolum datur actio ei qui deceptus eſt, verum etiam illi, qui aliquod damnum paſſus eſt. *per l. eleganter. in pr. D. dict. tit.*

2. Quoniam doloſa perſuaſio plus poteſt efficere, quam violenta coactio *l. quod & 3. §. ſi quis violenter. 5. D. de liber. homin. exhibend. l. 1. §. perſuadere 3. D. de ſerv. corrupt.* Odofred. *ad d. l. cum quis 31. D. de dolo* Cels. Bargal. *de dolo lib. 6. Regul. 24. num. 20. & 24.* Proinde ſi quod damnum ſenſerim ex doloſa perſuaſione vinitoris mei, veluti quod vinea non tam bene proſciſſa ſit, adverſus perſuaſorem agere poſſum: in terminis Nicol. Bellon. *conſil. 43. num. 6.* Anton. Faber. *in Rational. ad dict. l. cum quis. 32. D. de dolo* Proſp. Rendella *de vineæ cultura. cap. 4. fol. m. 15.*

XLVII.

§. XLVII.

1. De hoc inſuper caſu Dubitari poteſt. *Si quispiam promiſerit dare operariis ſuis vineas colentibus pro mercede tantum, quantum alii Cives exſolvant, ac ſi Concives iſtos diverſimodè mercedem ſolviſſe conſtat*; Quæritur; *qualis merces vinitoribus perſolvenda?* Hæc quæſtio ſingulis ferè annis *in Civitate Grationopolitana* accidere ſolet; dum quidam Cives unum groſſum, alii ſex liardos pro mercede diurna ſolvere ſolent; teſte Guido. Papæo *in deciſ. Gratian. 252.* Ac in hoc caſu, mercedem ad minimum reducendam eſſe cenſeo, juxta Regulam: *in l. ſemper in obſcuris 9. D. de R. I. cap. in obſcuris 30. x. de Reg. Iur. in 6.* Quod in obſcuris vel ambigüis id, quod minimum eſt, ſequendum ſit: per reſponſum Labeonis *in l. qui concubinam. 29. §. cum ita 1. D. de legat. 3.* ubi Bartol. & Dynus; Paul. de Caſtro *in l. ſi ita relictum D. de legat. 2.* Menoch. *Conſil. 416. num. 20.* Hinc quando diverſæ ſummæ in ſtipulationem deductæ ſunt, omnino pro minima præſumendum *l. ſi ita ſtipulatus 12. l. ſi ita 109. ibi: Quod minus eſſet. D. de V. O.* Ita in genere nummis indiſtinctè relictis receptum eſt, ut pauciores legati videantur, ſi neque ex conſuetudine patrisfamilias, neque ex regione unde fuit, neque ex contextu teſtamenti apparere poſſit. *per l. omnis. 75. D. de V. O.* Nam juxta Senecam: *Humanitas inclinat in leviorem.* Cujac. *lib. 12. Obſerv. 16.* Covarr. *1. V. R. cap. 2. n. 6.*

2. Et hoc eo magis dicendum eſt, quoniam operarii ſe fundare neceſſe habent in promiſſione, quæ fuit generalis, ambigua, & obſcura propter varietatem ſolutionis & mercedis diurnæ. Ideò interpretatio fieri debet contra eos, ita ut illis minus debeatur; Cum pa-

ctum ſemper adverſus eum interpretrandum ſit, qui clarius poterat contrahere. *per l. veteribus. 39. ibi: quorum fuit in poteſtate legem apertius conſcribere. de pactis l. ſtipulationibus. D. de V. O.* Menoch. *conſil. 416. num. 26* Ita in terminis Anton. Matth. *ad Guid. Papæ. Quæſt. 252.* Marc. Anton. Natta. *conſil. 229. num. 2.* Petr. Peck. *in cap. in obſcuris 30. num. 2. x. de R. I. in 6.* Proſper. Rendella. *de vineæ cultur. cap. 4. fol. m. 14.* Sicuti in Curia Gratianopolitana judicavit ipſe. Guid. Papæ. *Deciſ. 252.* Diſſentit. Maynard. *lib. 6. deciſ. 88.* Jacob. Gothofred. *de ſalariis cap. 7. §. 7. lit. B.*

Pro quibus adduci poteſt. *cap. penult. x. de ſentent. excommun.* Cui reſpondit. Covar. *ad cap. alma mater. §. 8. num. 5.*

Ordi-

# Propter affinitatem materiæ, adjicere placuit Statutum Würtembergicum circa labores vindemiales, quod multa hactenus tradita magis elucidare, & commentarii loco eſſe poteſt.

## Ordinatio Vindemiandi reformata.

*Quomodo in poſterum decimæ vinariæ colligi, & qualiter in exigendis aliis vini reditibus in Ducatu VVurtembergico procedendum ſit?*

NOs FRIDERICUS gratiâ Dei Dux Würtembergiæ & Tecciæ, Comes Montisbeligardi, Dominus Heidenhemii, & Oberkirch, &c. Utriusque Ordinis Regnorum Galliæ & Angliæ Eques Auratus, &c. Omnibus & ſingulis noſtris Præfectis, Superioribus itẽ & inferioribus, primi & ſecũdi ordinis Rationalibus, Quæſtoribus & Diſcuſſoribus, Politicis & Eccleſiaſticis Officialibus, Præfectis,

## Newe reformierte Herbſt-Ordnung.

Welcher geſtallt es hinfüro mit Einziehung deß Weinzehendẽ auch anderer Weingefäll im Hertzogthumb Würtemberg ſolle gehalten werden?

WIr Friderich / von Gottes Gnaden / Hertzog zu Würtẽberg und Teck / Graf zu Mümpelgard / Herr zu Heidenheim und Oberkirch / ꝛc. Beeder Königlicher Cronen Franckreich und Engelland Ordens-Ritter / ꝛc. Entbieten allen und jeden unſern Ober-Vögten / auch Ober- und Under-Verrechneten / weltlichen und geiſtlichen Amptleuten / Vögten / Kellern / Kaſtnern / Verwaltern / Schaffnern / Pflegern und Schultheiſſen /

Cellariis, frumentariorum Curatoribus, Diſpenſatoribus, Procuratoribus, & Prætoribus, quibuscunque accepti & expenſi reddenda ratio incumbit, in Ducatu noſtro Wûrtembergico, gratiam & ſalutem denuntiamus, hisque vobis notum facimus: Quanquam omnibus noſtris præfecturis, prout neceſſitas cujusque loci videbatur requirere, exactè conſcriptas ordinationes tradi & per ſingulariter emãata pœnalia Decreta, ſub evidenti jactura noſtræ clementiæ, gravisque & inevitabilis animadverſionis injungi & præcipi, ſimulque ſingulis temporibus vindemiam antecedentibus publicè prælegi curavimus; qua ratione debitæ nobis ex vino decimæ, cenſus partiales aliique reditus vinarii, citra fraudes ac diminutionem ullam fideliter, candidè & modo legitimo præſtari & recipi deberent: hisce tamen non attentis, perſpectis diligen-

dieſes unſers Hertzogthumbs Würtemberg / ꝛc. Unſern Gruß zuvor / und fugen euch hiemit zuvernemmen: Wiewol in allen Unſern angehörigen Aemptern / jedes Orths erforderender Nothurfft nach außführliche beſchribene Ordnungen gegeben / auch durch ſonderbahre ſcharpffe ergangene ernſtliche Befelch / bey Vermeydung Unſerer Ungnad und ernſtlicher unnachläßlicher Straff aufferlegt und befohlẽ / auch jedesmahls vor dem Herbſt offentlich verleſen worden / wie und welcher geſtallt / der uns gebührende ſchuldige Weinzehend / Gült / Theil / und andere Gefäll-Wein / ohne einigen Vortheil und Abgang / getreulich / auffrecht und redlich ſolle gereicht und empfangen werden / ſo befinden wir doch / in Haltung der Urkund / Item Abhörung der Amptleuth Rechnungen / wie nicht weniger andern notwendigen gehabten Erkundigungen / daß ſolchen ernſtlichen zum offtermahl widerholten / außgekündten / verbeſ-

ter atteſtatis, & examinatis probè quæſtorum rationibus, habitisque aliis neceſſariis inquiſitionibus deprehendimus, quod poſthabitis hisce ſeriis, ſæpius repetitis, publicatis & reformatis ordinationibus, & decretis in plurimis Ducatus noſtri locis, in quibus vinearum cultura viget, in exigendis reditibus vinariis multivarias confuſiones, fraudes & verſiones in commodum proprium, tum à noſtris conſtitutis Decimatoribus fuerint commiſſæ: Unde damnum non modicum ærario noſtro fuit illatum: Huic in poſterum providendo, ex hiſce aliisque urgentibus & legitimis rationibus; publicam & Univerſalem hanc ordinationem typis mandari, & in omnibus noſtri Ducatus locis, quæ vinifera ſunt, ſubditis aperiri & publicari voluimus, quod in poſterum major in illa obſervanda, quam hactenus fieri

ſerten Ordnungen / und Befelchen zu wider / an vielen Orthen Unſers Hertzogthumbs / da Weinwachs iſt / in Einziehung Unſerer Weingefäll / allerhand Unordnungen / Vortheil und Eigennützigkeit / eines Theils bey denen / die den Zehenden haben ſollen reichen und geben / als denen / die denſelben von unſertwegen haben ſollen empfangen / und einnemmen / fürgeloffen / dahero dann Uns an Unſerm Cammer-Gut mercklicher Schaden und Nachtheil erfolgt; Solchem nun ins künfftig zufürkommen / haben wir / auß dieſem und andern hochtringenden billichen und rechtmäſſigen Urſachen / dieſe gemeine Ordnung in offentlichen Truck verfertigen / und aller Orthen Unſers Hertzogthumbs (da es Weinwachs hat / den Underthanen eröffnen und ankünden wollen / damit hinfüro ob derſelben mit mehrerm Fleiß / als etwann bißhero geſchehen / gehalten werden möchte / alles bey denen ſtraf-

 con-

conſuevit, adhibeatur induſtria, & quidem hæc omnia ſub pœnis juxta arbitrium judicis & mulctis per ſingulos ſubſequentes articulos indictis & aſſignatis.

I.

Primo neque jus anticipiandi & terminorum prærogativam habens, neque quiſpiam alius uvas colligito priusquam vineæ & vineta à cujusque loci præfectis & huic muneri deſtinatis, idoneis & prudentibus viris, juxta tenorem ordinationis noſtræ provincialis fol. XLV. prout neceſſitas exigit, fuerint inſpecta, tēporis opportunitas expenſa, & vindemiandi licentia conceſſa, ſub pœna decem florenorum.

II.

Quilibet civis aut ſubditus in ſolo conceſſo, & permiſſo diſtrictu bannali ſe contineto, nec eodem egreditor, aut ex aliis, extra hoc bannale ſolum ſitis vineis uvas colligito, ſub pœna decem florenorum: cu-

ſen/ oder nach Erkantniß deß Richters/ ſo bey jedem Articul inſonderheit geſetzt und beſtimmet ſeynd.

1.

Erſtlich/ ſolle weder Vorleſer/ noch ſonſten niemand leſen/ die Weinberg und Felder ſeyen dann zuvor durch die von jedes Orths Vorgeſetzte darzu verordnete taugentliche und verſtändige Perſonen/ vermög der Lands-Ordnung folio 45. nach Nothdurfft beſichtiget/ die Gelegenheit der Zeit erwogen/ und zuleſen erlaubt/ bey Straff zehen Gulden.

2.

Solle ein jeder Burger oder Unterthan/ allein in den auffgethanen/ und erlaubten Bännen bleiben/ und nicht auſſer denſelben ſchreiten: noch andere Weinberg/ ſo under ſolchem Bann nicht gelegen/ leſen/ bey Straff zehen

jus-

jusmodi transgreſſores cuſtodes vinearum attendunto, eosque deferre ſacramento obſtricti ſunto: Opportunum tamen tempus, ſi forte putredo aut ſimile quid inciderit, obſervator, ejusque ratione habita, ne damnũ quisquam aut detrimentum patiatur, per Officiales, adjunctis duobus aut tribus è Judicio aut Senatu hujus rei peritis, probis viris, & vinetorum viſitationi antea adjunctis, prout neceſſitas expoſcit, venia dator, & diſpenſation fito.

III.

Quod ſi inſuper inter vindemiandum tẽpeſtas calidior ingrueret, ut torcularii labores nimium cumularentur, nec ſufficiens fieri poſſet uvarum expreſſio, ubique locorum, prout neceſſitas id exigit, per *Præfectos*, aut Prætores, conſules, & eos qui judicio aſſident, probe attenta rerum

Gulden: Auff welche die Weinberg-Schützen ihr Aufſehen haben/und dieſelbige bey ihren Eyden anzuzeigt / ſchuldig ſeyn ſollen/ jedoch ſolle hierinnen auch die Zeit / da fäulin oder anders einfiele/ obſervirt/ und nach geſtallt derſelbigen/damit niemand zu ſchaden und Nachtheil komme durch die Beampten / neben zu ſich ziehung zweyer oder dreyer / der Sachen verſtändiger unpartheyiſcher Gerichts- oder Rahts- Perſonen/ ſo zuvor der Feldbeſichtigung beygewohnt / und es für ein Nothdurfft gehalten wird/erlaubt und diſpenſirt werden.

3.

Wo auch in wehrendem Herbſt warm Wetter anfallen / daß man in den Keltern überhäuffet/und nicht alles erdeyen köndte/ ſolle an Orthen und Enden / da es die Nothdurft/durch Vogt od' Schultheiß/ Burgermeiſter und Gericht/nach Erwegung der Sachen Beſchaffenheit und der Zeit mit dem Leſen / ſondere

& temporis contingentia, certus modus & ordo vindemiandi præſcribuntor, quibus ſub pœna decem florenorum omnino paretor & obtemperator.

IV.

Nullus præterea vindemiando alios anticipet, niſi muneris præeminentia, quod ei incumbit, ſingulare privilegium à nobis obtinuerit, aut per Præfectos, qui conſules, & nonnullos è numero judicum ſibi adjungere tenentur, hujus rei licentiam conſecutus fuerit; ſervato tamen hac in parte legitimo ordine, ne ob favorem, divitias, aut cognationis habito reſpectu, divites pauperibus præferantur; ſemper inſuper, & unaquaque vice indicetur & prælegatur, qui vindemiando præcedunt, ut ii omnibus innoteſcant.

V.

Nemini horum, qui pro reddendo vino, pecunias receperunt, aut vineas poſſident partiarias, tam in-

Ordnung und Maß gegeben/ welcher Ordnung/ bey Straff zehen Gulden/ würcklich gelebt/ und nachgeſetzet werden ſolle.

4.

So ſoll keiner vorleſen/ er ſeye dann deſſen inſonderheit ſeines tragenden Ampts wegen/ von uns befreyet/ oder jhme ſonſten durch die Amptleut/ welche die Burgermeiſter und etliche deß Gerichts zu ſich ziehen ſollen/ erlaubt und vergůñt/ jedoch daß hierinnen gute Ordnung gehalten/ und nicht etwann nach Gunſt/ Reichthumb oder Freundſchafft gehandlet/ und in ſolchem die Reichen den Armen fürgezogen/ auch jedesmahls angezeigt/ nnd verleſen werde/ wer die Vorleſer ſeyen/ damit månniglich dieſelbige wiſſen möge.

5.

Es ſolle keiner vor oder in wehrendem Herbſt/ ſo auff Wein entlehnet/ oder theilbarn Weingart hat/ kein Muſ-

gru-

gruente, quam durante vindemia, uvas apianas, amineas, baſilicas, rheticas aut alias conſimiles nobiliores, in uſum vini acinacei aut alterius generis domum, aut aliò divendendum portandas, aut in foro publico venales exponendas, decerpere licitum eſto, niſi impetrata prius venia (quæ tamen citra ſingulariter urgẽtes cauſas quoniam id tam Nobis quoad decimas, quã iis, qui pro reddendo vino, ſub certa æſtimatione à Magiſtratu, publica authoritate conſtituenda pecunias crediderunt, obfuturum & maximo detrimento eſt, haud facile concedatur) ab unius cujusque loci *Præfectis* officialibus; talisque quoad decimas, & quæ aliâs debentur, & exigi ſolent, cum Præfectis prius conveniat, ſub mulcta decem florenorum. Cum opulentis tamen, qui collectum vinum ſibimet ipſis reponunt, in tantum diſpenſamus, ut ad vinum acina-

catellerTraminner/ Gutedel/ Veltliner / noch andere dergleichen edle Trauben/ zu rapbeſſen/ Beer- oder andern Weinen in ſein Hauß/ oder aber zu feylem Marckt zutragen/ oder ſonſten zuverkauffen / abzuſchneiden Macht haben/ es ſey jhme denn durch die jedes Orths fürgeſetzte Amptleut (welches doch ohne ſonderbahre bewegende Urſachen / weilen ſolches ſowohl Uns am Zehenden / als dem jenigen / ſo jhnen auff Wein geliehen / zu Nachtheil und Abgang gericht / nicht bald geſchehen ſolle) erlaubt / und ein ſolcher ſich zuvor deß Zehenden / und anderer Gebühr wegen/ mit dem Amptmann vergleichen/ bey ſtraff zehen Gulden. Jedoch wöllen wir mit den vermöglichẽ / ſo jhren erwachſenen Wein ſelbſten legen / hierinnen ſo fern diſpenſiren / daß ſie zu rapeſſen / oder anderer jhrer Nothdurfft / dergleichen Trauben/ ohne Vberfluß/ auß jhren eignen und nicht theilbaren Weingarten / wol herauß

ceum, & alios uſus neceſſarios, ejusmodi uvas citra vitium ſuperflui è propriis, non vero partiariis vineis decerpere, domumque aſportare liceat, præſciis tamen Decimatoribus, quibus ejusdem qualitatis & bonitatis decimæ exhibentor.

In quo autem tractu, & ubi locorum exiguus rubri vini proventus creſcit, & hactenus obſervari conſuevit, ut rubens cum albo promiſcuè colligeretur, cuique loco illud juxta prædictam tamen cognitionem, intactum relinquimus.

VI.

Si quiſpiam vineam ſuam uvis jam denudaverit, eò vindemitores ſuos adigito & admoneto, ne vicinorum aut uvas aut arborum fructus decerpendo, aliove modo inter commeandum domum incommodent; ſecus ſi fecerint, transgreſſores irremiſſibilem incarcerationis pœnā pro qualitate delicti luūto.

ſchneiden/ uñ heimtragen mögen/ jedoch daß ſolches mit Urkund geſchehe/ und in gleicher gütin/ der Zehend darvon erſtattet werde.

An was Orthen und Enden aber nicht viel Roth Gewächs/ und bißhero in üblichem Herbringen/ das Roth und Weiß untereinander geleſen worden/ laſſen wirs jedes Orths/ der vorgeſetzten Erkandtnuß nach/ dabey bewenden.

6.

Wann einer in ſeinē Weinberg abgeleſen/ ſolle er ſeine Leſer dahin halten/ und ermahnen/ daß dieſelbigen den benachbarten an jhren Trauben oder Obs im heimgehen/ oder ſonſten keinen Schaden zufügen/ dann im widerigen die übertretter mit unnachläſſiger Thurnſtraff nach jhrem verbrechen/ ſollen angeſehen werden.

VII. Nul-

VII.

Nullus inſuper in alterius vinea aut prædio racemet, aut arbores defrondet, ſub mulcta fredæ minoris, ſive Trium florenorum cum quindecim crucigeris, aut pœna incarcerationis.

7.

So ſolle niemands dem andern in ſeinen Wein- oder Baumgarten afftерbergen/ oder Laub ſtreiffen/ bey ſtraff eines kleinen Frevels/ oder der Gefängnuß.

VIII.

Quoniam ab antiquo Nobis licet & vi librorum Jurisdictionalium & publicorum Jus competit, pro ratione vindemiarum, & beneplacito noſtro, Stutgardiæ majorem vel minorem numerum torculariorum, in uſum exprimendi vini concedere; ideoque ſingulis vicibus per noſtros eò deſtinatos conſiliarios, officiales & alios pro vindemiarum magnitudine probe perpendatur, quot & quibusnam preſſoriis unaquaque vice utendum ſit, juxtaque ſignificetur, quantum vini Stutgardiæ cujusque preli miniſtris juratis noctu atque interdiu in potum ſit præbendum; Exce-

8.

Weilen uns/ wie von alters herkommen/ gebührt/ wir auch krafft der Lägerbücher deſſen befügt/ nach Gelegenheit deß Herbſts/ und Unſerm Wolgefallen/ zu Stuttgarten wenig oder viel Keltern umbgehen zulaſſen/ ſo ſolle jederzeit durch Unſere darzu verordnete Räthe/ Beampte/ und andere/ nach gröſſe deß Herbſts erwogen werdẽ/ wieviel/ und was für Böhm/ jedesmahls ſollen umbgehen/ ꝛc. Und darneben angezeigt werden/ was für Wein zu Stuttgarden/ auff jeden Baum/ Tag und Nacht/ denen darzu verordneten Perſonen ſolle gegeben: Es wäre dann ſach/ daß einer ſo ein eigne Kelter hätte/ zu ſolchen geringen

 pro caſu

pto caſu ſi quiſpiam qui privatum & proprium torcular poſſideret, illud tempore exiguæ vindemiæ propriis ſuis ſumptibus, nullis in nos redundantibus impenſis aut moleſtiis, ad ſuum, eorumque qui hoc eodem torculari alias uti ſolent, vinum exprimendum præpararet, & vino pro laboribus torculariis præſtari conſueto, pro illo anno renunciare & carere velit; tunc iſte in hoc ſuo opere nullatenus impediatur. In omnibus autem Ducatus noſtri ditionibus proviſio fiat, ne quis ultra debitum ſtatutum expendere, à miniſtris torcularis adigatur, nec ipſi ex vino liberaliter donato quæſtum ullum aut lucrum quærant, multo minus ad id recipiendum, certa dolia & vaſa ſub torculari reponant.

IX.

Conſimiliter, ubi vindemiarum penuria & neceſſitas id exigit, in Ducatu noſtro torcularium noſtro-

Herbſten ſeine Kelter / auff ſein ſelbſt eignen Unkoſten / ohne Unſer Beſchwerd / zu Abdeyung ſeines / und ſeiner Kelter Kunden Wein öffnen / und deß gewöhnlichen Baumweins / ſich auff einen ſolchen Jahrgang verzeyhen und begeben wolte / alsdann ſolle ein ſolcher hieran nicht verhindert werden / aber in allen Orthen Unſers Hertzogthumbs die Fürſehung geſchehen / daß niemand von den Kelter-Knechten / wider die Gebühr und Schuldigkeit übernommen / nach ſie mit dem Wein / ſo jhnen etwann verehret / einigen Vortheil oder eygennutz ſuchen / viel weniger zu ſolchem ſondere Faß unter die Kelter legen.

9.

Ebenmäſſig / wo nicht reiche Herbſt ſeyen / und die Nothurfft ſolches erfordert / ſolle es ſonſten im Hertzog-

rum

rum & prælorum pro indigentia rei ratio habeatur & diſponatur quot præla tum in uſum vini premendi ſint concedenda: præcipue verò ordinetur, ut undiquaque torcularia opportuno tempore præparentur, vaſa, cuppæ & lacus torcularii, aqua ſuperfuſa irrigentur, trabibus item & tignis prelo ſupponendis, tabulis, aſſeribus, aliisque requiſitis probè inſtruantur, nec in cochlea, ergata, lacu torculario, & alibi defectus aliquis aut impedimentum ullum appareat.

thumb mit Unſern Keltern und Bäumen nach Gelegenheit und geſtalltſame der Sachen erwogen/ und gehalten werden/ wie viel Bäum ſollen umbgehen/ in allweg aber die Anordnung geſchehen/ daß allenthalben die Keltern zu rechter Zeit gerüſtet/ die Geſchürr und Biet gewäſſert/ und mit Bracken/ Brittern und anderer Zugehör wol verſehen werden/ auch an Spindeln/ Bieten und anderm kein Mangel oder Verhinderung erſcheine.

X.

Cum vero hactenus præſertim ingentes & noxii defectus propter omiſſionem menſurationis inciderint, quod ex negligentia Præfectorum, Decimatorum, vectiariorum ſive miniſtrorum torculariorum, non quotannis peracta fuerit menſuratio, aut menſuratorum vaſorum prò uſu exigente quædam fuerit in-

10.

Nachdem aber bißhero inſonderheit/ groſſe ſchädliche Fehl und mängel mit dem eychen fürgefallen/ daſſelbige auſſer Fahrläſſigkeit/ der Amptleut/ Zehender und Kelter-Knecht/ nicht jedes Jahrs geychen/ oder die Nothdurfft an Eychen vorhanden geweſen/ dardurch Uns nicht ein geringer abgäg erfolgt: So iſt ſonderlich bey dieſem Punct-

digentia, ex quo non modica nobis coorta eſt jactura: Itaque præcipue hoc in puncto ſerio injungimus & imperamus, ut in poſterum in noſtro Ducatu ſingulis vindemiis quælibet vaſa menſurationi inſervitura, adhibita induſtria, & obſervato ordine per conſtitutos mẽſuratores menſurentur, & claviculis infixis, ut neceſſitas hoc exigit, diſtantia menſurationis notetur, ſub inevitabili jactura noſtræ Clementiæ, & pœna gravis animadverſionis.

XI.

Multi inſuper vinum ſuum juſto longius in menſurationi deſtinatis vaſis repoſitum reliquerunt, eadem convenienti tempore non evacuaverunt, aut etiam adhibita induſtria diſceſſerunt, poſt ſe relictis vaſis vino repletis; quod in uvis exprimendis, decimis tribuendis, & alibi haud exiguam remoram peperit, proindeque in poſterum non ulterius tolerabitur,

ten Unſer gantz ernſtlicher Befelch/ Will und Meinung daß hinführo in Unſerm Hertzogthumb/ alle Herbſt/ alle und jede Eychen/ ordenlich und mit Fleiß durch die geſchworne Eycher geychen/ und mit Näglen der Nothdurfft nach bezeichnet werden ſollen/ bey Vermeidung Unſerer Ungnad/ und ernſtlicher Straff.

II.

So haben auch viel jhren Wein lang in den Eychen ſtehen laſſen/ ſelbige bey rechter Zeit nicht geläret/ oder mit fleiß darvon gangen/ und ſtehen laſſen/ dardurch man im denẽ/ Zehendreichung/ und andern/ mercklich verhindert/ welches hinfüro nicht mehr zugeſtatten/ ſondern bey ſtraff eines Guldens/ ein jeder die Eych alsbald leeren/ und anders in keinen weg/ als zu dem eychen gebrauchẽ/ auch die Ey-

ſed ſub pœna unius floreni prohibitum eſto, & unicuique injunctum, ut vas menſurationi deſtinatum confeſtim exoneret, nec ad ullos alios uſus, niſi ad menſurandum adhibeat, vaſaque menſurationi & torculari inſervientia (qualia ſunt decimatorum, & famulorum torculariorum labra & diotæ menſuratoriæ, cuppulæ, ſitulæ, & trimodiæ) ad nullum aliud torcularium, aliave loca exportet, ſub pœna præſtituta.

XII.

Nemini trabes & tigna prelo ſubjacentia, tabulas aſſeres aut ſimilia vaſa torcularia, è cellis torculariis noſtris patrimonialibus aut Monaſterialibus, exportare licitum eſto, qua in parte quilibet ſervus torcularius & vinifactor, quantum prelo & lacui ſuæ curæ commiſſo, ſunt aſſignata, ſedulo cuſtodito, nam quot ab ingreſſu functionis ſuæ vaſa ei fuerunt tradita, totidem ſub finem vindemiarum,

chen und andere Keltergeſchirꝛ (als der Zehender und Kelterknecht/ Eychgelten/ Kübel/ und Butten) unter kein ander Kelter/ oder ſonſten ander Orthen hintragen/ bey obgeſetzter Straff.

12.

Es ſolle keiner kein Bracken/ Britter oder dergleichen Keltergeſchirꝛ/ auß unſern eigenthumblichen/ oder Kloſterkeltern tragen/ auff welches dann ein jeder Kelter-Knecht/ was er auff ſeinem Baum und Biet hat/ gute Achtung haben/ und ſo viel jhme zum anſtand überantwortet worden/ ſolle er nach Außgang deß Herbſts von Stuck zu Stuck wider lifern/ bey welchem aber mangel oder Abgang gefunden wird/ der ſolle ſolches zu-

rum, ſingulatim exhibendo, reſtituto; penes quem vero aliqua inſtrumenta defecerint, aut plane carere deprehendatur, is ea perſolvendo ſatisfacere adſtrictus eſto; niſi quidpiam cōfractum eſſet, quo in caſu teſtimonio inſtructus, fruſtra exhibeto; vindemiis autem abſolutis *Præfecto* loci indicet, quid in cochlea, ergata, aſſeribus, trabibus & tignis prelo ſubjunctis, tabulis, lacu torculario, aut alibi deceſſerit vel attritum fuerit, ut ea congruo tempore reſarciri, & pro neceſſitate inſtrui omniaq; vaſa torcularia commodo & opportuno tempore bene exſiccata, convenienti loco, unâ reponi & aſſervari poſſint.

XIII.

Ut cuique vinum expreſſuro pro uſu vineæ ſuæ vindemiatoria vaſa ſint paratiora, quilibet iis in locis, ubi ad cupparum comparationem, propriis ſumptibus, quis non eſt adſtrictus,

bezahlen ſchuldig ſeyn/ es wäre dann/ daß etwas daran verbrochen/ ſolle er mit Urkund die Stuck lifern / nach außgang deß Herbſts dem Amptman anzeigen/ was an Spindel/ Britter/ Bracken/ Biethſchalen und andrem mangle / damit ſolches bey rechter Zeit könne beſtellet/ und alles nach Nothdurfft verſehen/ auch alles Keltergeſchirr bey guter rechter und gelegner Zeit/ wol und trucken wider an ſein gebührend Orth zuſamen verwahrt werden.

13.

Und damit einem jeden Deymann ſein Gut / mit einem Geſchirr deſto baß verſehen werden möchte / ſo ſolle ein jeder / da man nicht eigen Geſchürr zuhalten ſchuldig / ein Tag zwey oder drey zu

uno aut altero antequam uvarum collectioni initium eſt facturus, aut torculorum præfectos, in torcularíis, in quæ briſas vehere tenetur, aut ſponte vecturus eſt, adeat, ab iisque cuppam ſibi concedi petito; nec quisquam pro ſuo arbitrio absque venia ullum vas ſignato, aut alterius nomen deleto ſuumque adſcribito, multo minus in illud vas, quod ſibi conceſſum non eſt, briſas infundito, & poſſeſſionem ejus apprehendito, ſub mulcta unius floreni.

XIV.

Si quis, cujusque ſit ſtatus, conditionis, aut dignitatis in univerſo noſtro Ducatu, torcularium, cui ex advecto muſto reditum debet, aut aliâs uvas calcatas eidem invehere obſtrictus eſt, præteriret, & alii torculari inferret, aut in illis torculariis, in quorum circumſcripto diſtrictu aut banno vineæ ſitæ eſſēt & adſtrictæ; vinum non exprimere vel-

zuvor / und ehe er leſen will / zu den Zehendern oder Keltermeiſtern in die Keltern in welche er zufahren verbunden / oder für ſich ſelbſten zufahren vorhabens iſt / gehen / und jhne umb ein Geſchirr erſuchen und anſprechen / und ſolle keiner für ſich ſelbſten / und eygens Gewalts kein Geſchirr beſchreiben / oder eines andern Namen außlöſchen / und ſeinen dagegen anzeichnen / weniger aber daſſelbig Geſchirr / ſo jhme nicht verſprochen / beſchütten und einnehmen / bey ſtraff eines Guldens.

14.

Wo einer / er ſey hohes oder nidern Stands / in gantzem unſerm Hertzogthumb / in ein Kelter die Nachfahrt ſchuldig / oder ſonſten darein zufahren verbunden / und ſelbigem nicht nachſetzte / ſondern in ein andere Keltern führe / oder in den jenigen Keltern / unter welchen Zwing und Bännen die Weingart gelegen / und darein gehörig / nicht drucken oder deyen wür-

le præſumeret, is non vinum modo ex uſu torcularis debitum, propter voluntariam hanc transgreſſionem, ſed torculariis quoque ſervis debitam & conſtitutam mercedem, nobisque inſuper decem florenos inevitabilis pœnæ loco perſolvito. Quod ſi tamen quispiam tempore vindemiarum uberiorum, aut aliis incommoditatibus urgentibus Stugardiæ, aut alibi, locorum viniferorum, ubi vitium copia abundat, in tali torculari cui vinarium reditum debet, promoveri non poſſet, rei qualitate perpenſa, & exigente hac neceſſitate, ab illis quibus hoc permittendi facultas à Nobis eſt conceſſa, Præfectis ſcil. conſtitutis Inſpectoribus, aut torcularium Præpoſitis, & moderatoribus, ad alia torcularia uvas ſuas contritas vehendi, (præprimis autē Stugardiæ, iis, qui capacioribus vaſis unam ſaltem & alteram vecturam infundere poſſunt,

de / der ſolle nicht allein den gebůhrenden Kelterwein / ſeines eigenwilligen abfahrens halben / ſondern auch den Kelter-Knechten jhren ſchuldigen Lohn / und darzu Uns zehen Gulden zu unnachläſſiger Straff verfallen ſeyn. Jedoch da in groſſen Herbſten / oder anderer Ungelegenheit wegen / zu Stuttgardten / oder andern Orthen / da groſſer Weinwachs iſt / einer bey einer ſolchen Kelter / in welche er nachzufahren ſchuldig / nicht gefertiget werden köndte / ſolle jhm nach Erwegung der Sachen beſchaffenheit / und erforderender Nothdurft / durch die / ſo ſolches von Unſertwegen macht haben / als die Amptleut / verordnete Inſpectores, Ober-Keltermeiſter / in andere Keltern zufahren / ſonderlich aber zu Stuttgarten / den jenigen / die etwañ mit einer Fährt oder zwo / ein groſſes Geſchirr beſchitten / und andere / die zehen oder mehr Fahrt haben / fortgewiſſen werden müſſen ohne Verweigerung erlaubt werden /

dum

dum interim alii quibus decem aut plures vecturæ ſunt, ob vaſorum penuriam inviti coguntur dimitti) venia ultrò & citra ullam denegationem dator, Nobis tamen debito reditu, cenſu, & decimis exſolvendis, omnino reſervatis.

XV.

Nemini vindemiali tempore vinum ſuum & briſas vinaceas extra publica torcularia, in preſſoriis privatis, quæ nullo torculorum jure gaudent, vinum exprimere conceſſum eſto; multo minus nigras, aut albas, integras, aut in ſuperpoſita cavea pedibus contritas uvas domi ſuæ, horreo, aliisve ſuſpectis receptaculis inferto aut reponito, verũ ordinario torculari quivis utitor; ſique juſtum pedem uvæ hæ non attingere valeant cum alio de briſis conjungendis convenito, ſub mulcta decem florenorum, aut pœna graviori arbitraria, prout transgreſſionis poſtulat qualitas.

aber doch Uns Unſern ſchuldigen Zins/Gült und Zehend-Wein / zuerſtatten ſchuldig ſeyn.

15.

Es ſolle keiner zu Herbſtzeiten/ſeinen Wein und Treßter auſſerhalb der ordenlichen Keltern in Trögen und Trotten da er nicht Kelter- oder Trotten-Recht hat / trucken oder deyẽ/ vielweniger ſchwartze oder weiſſe/ gantze oder getrettene Trauben / in ſein Hauß/ ſchewren / oder andere argwöhnliche Orth tragen / oder ſtellen / ſonder ein jeder die ordenliche Kelter brauchen / und wo ein ſolcher keinen gantzen Secker / ſich mit einem andern zu jhme zuſchütten/ vergleichen/alles bey Straff zehen Gulden / oder ferner/ nach deß Ubertretters verhandlen.

XVI.

In illis autem locis & confiniis, ubi cuique proprias poſſidere cuppas & diotas eſt injunctum, quilibet ea in parte, eodemque in loco in quo aut ab antiquo fieri conſuevit, aut ſors ei conceſſit, ſuam cuppam collocet, ne illa impedimēto eſſe poſſit crebris vecturis aut etiam incommodet continuò re- & commeantes; Unusquisque autem finitis vindemiis foveam è terra ſub cuppa ſua effoſſã, ſi commodus viæ uſus, aut neceſſitas aliqua id exigere videatur, ſub pœna unius floreni, oppleto & complanato.

XVII.

In ſimili labra ſub vineis, ita ut neque pretervehentibus neque prætereuntibus ullo impedimento ſint, collocantor, nec quisquam alterius vas in campo uvis calcatis irrigato, aut loco moveto, niſi conceſſa ipſi ſit venia ſub pœna unius floreni.

16.

An Orthen und Enden aber / da ein jeder ſein eigene Bitten haben muß / ſolle ein jeder / an das Orth und Ende / dahin er von Alters / oder durch das Loß beſcheiden / ſeine Büttlnen ſetzen / damit durch dieſelbe / weder im fahren / noch wandlen / niemand geirret / noch verhindert werde / und ſoll ein jeder nach dem Herbſt / ſein Büttenloch / da es die Nothdurfft der Straſſen halben und ſonſten erfordern würde / bey ſtraff eines Guldens wiederumb einziehen und ebnen.

17.

Ebenmäſſig ſollen die Züber / under den Weinbergen ohne Verhinderung / der fürüberfahrenden und gehenden / geſetzt / und niemand dem andern im Feld ſein Geſchirr beſchütten / noch ſelbiges hinweg thun / es ſeye jhm dañ erlaubt / bey ſtraff eines Guldens.

Pari ratione juxta cujusque vineam ſemitæ ab iis, quibus antiquitus neceſſitas hoc peragendi incubuit, ita complanantor, quo expeditior per illos ſit tranſitus.

XVIII.

Cum etiam illis in locis & tractibus, ubi cãpeſtria ſũt torcularia, nonnulli hactenus cuppas ſuas procul à tor cularibus, propè vineas ſuas collocaverint, quilibet inpoſterum ſub mulcta decẽ florenorum, & quidem ex ſingulariter moventibus cauſis diotam ſuam prope torculare apponito, quam rem Decimatores conſtituti, & torculorum Præfecti ſive Magiſtri ſedulò attendũto.

XIX.

Sub eâdẽ quoq; pœna nullus diotam ſuam, in propriâ aut alienâ area, horreo aliisve ſuſpectis locis, ſed quantum fieri poteſt, quam proxime torcularibus apponito, in quo itidem decimatores, aliique torculorum Præfecti, vigiles haben-

Deßgleichen ſollen auch bey eines jeden Weinberg/ die Weeg/ durch die jenige/ die es von alters hero ſchuldig geweſen/ alſo gemacht und außgebeſſert werden/ daß man darauff könne fortkommen.

18.

Als auch an Orthen und Enden/ da Feld-Keltern ſeyen/ bißhero etliche jhr Büttinen weit von den Keltern/ unter jhre Weinberg geſtellt/ ſolle hinfüro ſonder bewegender Urſachen willen/ ein jeder bey ſtraff zehen Gulden/ ſein Büttin zu der Kelter ſtellen/ und deßwegen/ durch die verordnete Zehender/ und Keltermeiſter fleiſſige Auffachtung gegeben werden.

19.

Es ſolle auch bey gemelter Straff/ keiner ſein Bütten/ in ſeinen oder anderer Höff/ Scheuren oder ſonſt verdächtige Orth/ ſondern ſo nahe es ſeyn kan/ zu der Kelter ſtellen/ darauff dann abermahl von Zehendern/ und andern/ unter die Keltern ver-

to oculos, ne quis cuppam ſuam, ut à quibusdam fieri hactenus conſuevit, ſtillicidiis aut canalibus imbri demittendo deſtinatis, ſupponat.

XX.

Nulli noctu, poſt ſonitum companæ veſpertinum in campum evehi, aut vinũ è torculari avehere licitum eſto, nulli inſuper de manè ante companæ ſonitum è vineis aut torculari, briſas aut vinum domum vehere permiſſum eſto, ſub pœna decem florenorum: multò minus ante & poſt prædictum tempus in torculari diotarum obturacula relinere, vinumque luxato epiſtomio demittere fas eſto, niſi improviſa & repentina neceſſitas moram non patiatur, tunc tamen cum præſcitu nihilominus præfecti, torculi præpoſiti, aut decimatoris, id peragitor.

XXI.

Sub gravi pœna & evitatione noſtræ inclementiæ in vino demittendo & ex-

ordneten Perſonen/ mit fleiß auffachtung gegeben werden/ daß niemand ſeine Büttinen/ wie von theilen bißher geſchehen/ unter die Dachtrauff oder Rinnen ſetze.

20.

Es ſoll keiner bey Nacht/ erſt nach der Abend-Glocken ins Feld fahren / oder Wein von der Kelter heimführen deßgleichen ſolle auch keiner/ Morgens vor der Morgen-Glocken von den Weinbergen oder die Kelter-Treber / hereiner/ oder Wein heimführen / bey Straff zehen Gulden/ viel weniger vor oder nach ſolcher Zeit / in der Keltern anſtechen und ablaſſen/ es wäre dann/ daß auſſer unverſehenen Nothfällen / ſolches nicht eingeſtellt werden könte/ ſo ſolle es mit Vorwiſſen deß Amptmanns / Keltermeiſters oder Zehenders beſchehen.

21.

Es ſoll hinfüro bey Vermeidung unſerer Ungnad und hoher Straff / im ablaſſen

primendo in omnibus torculariis, ſecundum tenorem ordinationis cujusque loci æqualitas obſervator, omnis partialitas excluditor, & cuique ſervato ordine & temporis prærogativa, inquibus etiam locis teſtimoniis diſtributis ordo conſtitui conſuevit, ſecundum obtenta ſorte pignora aut ſigna teſtimonialia preſſura fito, & coactio permittitor.

und deyhen / unter allen Keltern / jedes Orths gemachter Ordnung / ein Gleichheit gehalten / alle Partheyligkeit vermitten / und jedem der Ordnung / auch an was enden / es mit den geſteckten Pfanden gebräuchig / den Pfanden nach gedeyhet werden.

XXII.

Ut vero curſus exprimendarum uvarum eò magis promoveatur, quilibet, quem juxta ſeriem vindemiandi conſuetum, ordo uvas colligendi & cogendi tangit, eique tempus præſtitutum notificatur, tam interdiu quam nocte, ad ingerendas lacui torculario contritas uvas ſe præparato, nec prelum ocioſum relinquito. Quicunque enim hac in parte negligens & immorigerus deprehenditur, illius pignus teſtimoniale removetor, & qui in ordine

22.

Jedoch / damit die Keltern gefürdert / ſolle ein jeder / an dem die Ordnung / und an welchem das Deyhen / dem leſen und bännen nach kommt / auch ihme angezeigt wird / es ſeye Tag oder Nacht / ſich alſobald zu dem Auffſchütten gefaßt machen / und den Baum nicht laſſen leer ſtehen / dann welcher hierüber ungehorſam und fahrläſſig befunden wird / dem ſolle ſein Pfand hinderſich geſteckt / und der neck ſt folgende in der Ordnung / welcher gefaßt / befürdert werden / darob ſonderlich die Kelter-

ordine proximus ſe præparaverit, promovetor, cui rei inprimis torculorum præfecti vi juramenti præſtiti, ſedulo invigilanto, & transgreſſores mox deferunto & mulctanto.

XXIII.

*P*ræſertim torculorum Præfecti & famuli, ſingulis vicibus preſſuram ſub prelo promovento, nec pedem ullum ultra tempus in cujusque loci ordinatione præfixum, ſub lacu relinquunto, ſed præfixo ſemper tempore dejiciunto: Proſpiciant item, ut vinaceorum ſcapi & ſcipiones una cum folliculis confeſtim è torculis efferantur, ne in ſtipites arrectarios, in quos prelum cardinatum eſt, incidant & impedimento ſint: illisque, quos ordo premendi tangit, preſſuræ horam prius ſignificent, ne aliqua in parte deſides, aut commeſſationibus magis & compotationibus intenti, quam promovendis expreſſionibus curam habere

meiſter / bey jhren Pflichten / jhr fleiſſiges Auffſehen haben / und die Vbertretter alſobald rügen und anzeigen ſollen.

23.

Und ſollen ſonderlich die Keltermeiſter und Knecht jedesmahls die Bäum fürdern / und keinen Secker länger / als ſich jedes Orths Ordnung nach gebührt / auff dem Biel ligen laſſen / ſondern bey rechter Zeit abwerffen / die Fürſehung thun / daß die Treſter gleich auß den Keltern kommen / und nicht in die Docken löcher fallen / auch dem jenigen / an dem die Ordnung zu deyen / zuvor ſolches anzeigen / und an jhnen nichts erwindẽ / oder eſſen und trincken lieber / als die Fürderung der Bäum ſeyn laſſen / darzu ohne ſondere Erlaubnuß nicht auſſer der Kelter gehen / ſondern jhren Vorgeſetzten folgen und gehorſam ſeyn.

repe-

reperiantur, ne item absq; venia impetrata torculari egrediuntor, ſed eorum præpoſitis obediunto, & illorum juſſa exequuntor.

XXIV.

Præfecti quoque Torcularii, fabri lignarii, aut ſervi vinifactores, Nemini vinum ſub torculo exprimenti ullo modo concedant, pro ſuo lubitu præla religare; quatuor, quinque aut ſex viris adhibitis, vectibus torcularia circumagere & præla ſuſpendere, hocque modo toto pondere urgente, cochleas, ergatas trabes prælo ſubjungēdos, tabulas, & aſſeres diſrumpere, & diffindere, aut præla ſubito cum impetu demittere: Quod ſi enim hac ratione quidpiam ex negligentia ruptum aut quaſſatum reperiatur, hujus reparationis impenſæ ipſis perſolvendæ incumbunto, juxtaque transgreſſoribus debita pœna irrogator; In id vero operam navanto, ut ſingulis vicibus is qui vino

24.

Es ſollen auch die Keltermeiſter / Zimmerleuth oder Kelter-Knecht / den jenigen / ſo deyhen / mit nichten geſtatten / jhres Gefallens die Bäum zu ſpannen / jhr vier / fünff / oder ſechs daran ziehen / Spindel / Bracken und Britter zerreiſſen / und verſpälten / oder die Bäum ſchnell ablauffen laſſen / dann ſo hierüber etwas muthwilliger weiß verderbt werdē ſolte / ſolle ſolches vō jhnen bezahlt / uñ die Vbertretter noch darzu mit verdienter Straff angeſehen werden / ſondern daran ſeyn / daß jedesmahls von dem / der außgedeyhet / der Kandel geleeret und außgeraumt / und in ſolchem kein muthwillige Verhinderung fürlauffe.

exprimendo finem facit, aream vinariam probè evacuet, & expurget; nec in hoc ulla petulans remora appareto.

XXV.

Ad evitandas ſuſpiciones & cogitationes ſiniſtras, omnibus & ſingulis conſtitutis torculorum præfectis, fabris lignariis, famulis, & aliis vinifactoribus, cibus ordinarius, per eorum uxores & famulitia, juſto & opportuno tempore, non de nocte, & quidem in fiſcellis, non in ſitulis, apportator.

XXVI.

Omnes Noſtri Præfecti eò diligentiæ incumbunto, ut viri honeſti integræ famæ & vitæ, quibus negocium hoc concedi poteſt, in torculi præfectos, Decimatores, fabros lignarios, famulos torculares, & miniſtros alios, quocunque nomine pro cujusvis loci conſuetudine inſigniantur, in præſentia judicum eligantur, & præſtito prius jura-

25.

Zu fürkommung Argwohns/und Verdachts/ſollen allē unter den Keltern verordneten Keltermeiſtern / Zimmerleuthen/Kelter-Knechten/ und andern/ jhre Weiber und und Geſind/jhnen bey rechter Zeit / und nicht bey Nacht / auch keines weges in Gölten/ ſondern in Körben zueſſen bringen.

26.

Von allen Amptleuten/ ſolle mit ſonderm Fleiß dahin getrachtet werden / daß auffrechte / redliche / ehrliche Geſellen / denen zuvertrauen / zu Keltermeiſtern/ Zehendern/ Zimmerleuthen / Kelterknechten/ und andern/ wie man ſelbige jedes Orths zunennen pflegt / in beyſeyn eines Gerichts erwöhlet/ und auff gewöhnlichen geleiſten Eyd / beſtättiget / darneben ſelbigen/

mento

mento ſolito confirmentur, ſimulque, ut conformiter præſcriptis & promiſſis ſe gerant & obſequantur, ſeriò & ſedulò admonentor.

XXVII.

Et quicunque ejusmodi miniſtrum torcularium juratum, ſeu verbis ſeu factis, in aſſignato munere, aut vi juramenti quidpiam denunciantem temerè aggreſſus fuerit, inevitabiliter & graviter id luito, aut pro injuriarum qualitate relatis omnibus circumſtantiis, nobis notificator: & poſtmodum omnes decimatores, miniſtri torcularii, aliique illuc conſtituti in muſto demittendo & uvas cogendo decentem ordinem obſervanto, præcipue vero ſumma cum induſtria & cura ſub prædicta pœna ad ſequentes regulas in vino demittendo, & epiſtomium luxando ſedulò attendunto, ſcilicet, ne quis in poſterum, cujuscunque ſit ordinis, ſub mulcta

in gantzem ſeinem Innhalt würlich zugeleben / und nachzuſetzen / mit Ernſt und Fleiß erinnert werden.

27.

Und welcher einen ſolchem geſchwornen Kelterdiener / mit Worten oder Wercken / in anbefohlnen ſeinen Verrichtungen / oder in dem er einē auß ſchuldiger Pflicht / etwas anzeigt / freventlich antaſten würde / der ſoll ohnnachläſſig mit ernſt geſtrafft / oder nachdem die Schmach fürgangen / mit Umbſtänden an uns berichtet werden: und ſollen nachmahls alle Zehender / Kelter-Knecht und andere verordnete Perſonen / im Ablaſſen und Deyhen / gute Ordnung halten / inſonderheit aber mit allem Ernſt und Fleiß / innvermelter Pön / auff nachfolgende Puncten / deß Ablaſſens und Zapffenzuckens wegen / fleiſſig Auffſehens haben / nämblich daß keiner mehr / wer er auch ſey / bey Straff zehen Gulden /

decem florenorum, aut pro ratione delinquentis ſub pœna graviori, ſive pecuniaria ſive corporis afflictiva, ſine præſcitu noſtrorum conſtitutorum ſcribarum, aut famulorum epiſtomium luxato, diotas & cuppas relinito, aut quidquam, ne minimum quidem exhaurito, vel etiam, modicum ſit ſive multum domum vehi aut portari curato, priusquam vinum in ordinariis menſuratis vaſis ſit menſuratum, & à conſtitutis ſcribis vel decimatoribus, vel prævio alio fide digno teſtimonio annotatum & de induſtria conſcriptũ: Quod ſi verò in caſu evenientis ubertatis vinariæ quiſpiam vinum ſuum maturationis commodioris gratia ê diota continuo profluens, mox in doliis receptum domum eſſet vecturus, eadem illa dolia ante vindemiam (utut prioribus vindemiis menſurata forent) denuò à juratis menſuratoribus rurſus menſurantor, iisque

oder nach geſtallt deß Vbertretters / höher / Gelt oder Leibsſtraff / ohne vorwiſſen / Unſerer verordneten Schreiber / oder Zehendknecht / keinen Zapffen zucken / Büttin oder Gölten anſtechen / oder im geringſten etwas abſchöpffe / auch weder viel oder wenig heimführen oder tragen laſſe / der Wein ſeye dann zuvor in ordenlichen Eychẽ geychen / uñ durch die verordnete Schreiber / oder Zehender / oder ſonſten anderm unverdächtigem Urkund / verzeichnet / und mit gutem Fleiß auffgeſchrieben / im fall aber menge und viele deß Weins / gleich von einer Büttin oder Zuber herunder / einer ſeinen Wein gleich / umb beſſerer Befürderung willen / in Faſſen wolte laſſen heimführen / ſollen abermahls ſolche Faß vor dem Herbſt / (ob ſelbige ſchon dẽ andern Herbſt zuvor geychen wären) auff ein newes durch die geſchworne Eycher / wider geychen / und die Eych darauff geſchnitten werden / und ſo offt er ein ſolches Faß gefüllt / ſolle ſolches

ſignum

ſignum menſuræ inciditor, & quotiescunque tale dolium fuerit repletum, loco non avehitor, priusquam â Scriba torculario, Decimatore, aut aliis ad hoc negociū conſtitutis perſonis, inſpectū & tabulis ſit inſcriptum; Hujus articuli tenorem, quem præ reliquis obſervari Noſtrâ quam plurimum intereſt, omnes præfecti, & deſtinati miniſtri torcularii, aut ſcribæ & decimatores, quam diligenter cuſtodiunto, & ne in parte aliqua violetur, ſedulò attenduntò; Decimatores tamen, & ſcribæ torcularii qui ea tantum attendunt quæ ipſis indicantur (modo ab ipſis in noſtrum præjudicium ex propoſito nihil amoveatur aut negligatur) hac in re nullatenus periclitantor, ſed illi tantum, qui debitum ſuum, proprii ac prohibiti commodi & lucri ergò impediti, non exſolvunt, nec præſtare volunt, ob id puniuntor.

von der Stell nicht geführt werden / es ſeye dann zuvor durch den Kelterſchreiber / Zehender / oder andere Perſonen beſichtiget und auffgeſchrieben: Ob welchem inſonderheit / weilen an dieſem Articul hoch und viel gelegen / alle Amptleut / und verordnete Kelter-Perſonen / als Zehender und Kelter-Schreiber / fleiſſig halten / und daß hierwider nicht gehandlet / gute Achtung geben ſollen / jedoch ſollē die Zehender und Kelterſchreiber / als die allein darauf ſehen müſſen / was ihnen angezeigt / (davon ſelbſten / Uns zu nachtheil / vorſätzlich nicht veruntrewet / oder verabſaumet wird) hierunder nicht gefährt / ſondern allein die / ſo Uns die Schuldigkeit / verbottener eygennütziger weiß / nicht leiſten / und widerfahren laſſen / darumb geſtraffet werden.

XXVIII.

Ab unaquaque item diota, quæ de protropo præſertim debentur, decimæ, ordine mox recipiuntor, nec uni aut alteri conceditor, aut connivendo permittitor, ut decimæ ex ſecunda, tertia, aut quarta demum diota præſtentur ſub prædicta mulcta decem florenorum, aut pro ratione transgreſſionis ad Judicis arbitrium & moderamen, aliâ imponendâ.

XXIX.

Nec minus jurati ſcribæ torcularii & decimatores ad vinũ, quod è lacu adhuc profluit & ſtillat, ſedulò attendunto, ne quid ipſis inſciis, aut quidquam nondum menſuratũ, avehatur aut aſportetur, quod non prius diligenter & teſtimonio adhibito conſcriptum ſit: debitæ item decimæ, reditus partiarii, cenſus & vinum torculare admenſum & præſtitum fuerit; Inprimis verò decimatores in hoc diligẽter intendant,

28.

So ſoll auch von jeder Büttin/ inſonderheit was an Vorlaß/ zu Zehenden gebührt/ der Zehend ordenlich empfangen/ und nicht einem oder dem andern geſtattet/ zugelaſſen oder überſehen werden/ daß der Zehend erſt von der andern/ dritten oder vierten Büttinen entrichtet/ alles bey obgeſetzter ſtraff/ der zehen Gulden/ oder nach geſtalltſame deß verhandlens/ nach richterlicher Erkandnuß und Ermäſſigũg.

29.

Nicht weniger auch/ ſollen die geſchworne Kelterſchreiber/ und Zehender mit dem Wein ſo von dem Biet laufft/ jhr Auffſehens haben/ daß nichts ohne jhr vorwiſſen/ oder ungeychen/ hinweggeführt/ oder getragen werde/ ſolches ſeye dann zuvor/ mit Fleiß und gutem Urkund auffgeſchrieben/ auch der gebührende Zehend-Theil-Gült und Kelterwein erſtattet. Sonderlich ſollen die Zehender dahin ſehen/ daß uns der ſchuldige Zehend und Theil bey ne de-

ne decimæ debitæ, & cenſus partiarius è lacu torculario, de extrema vappa & circumcidaneo, ſed muſto primæ preſſuræ, aut vino, æque ac illi, qui decimas aut cenſum partiarium exſolvit, præſtantor.

XXX.

Et ſic ſcribæ torcularii aut Decimatores in ſingulos dies ſtudioſè annotanto, & conſcribunto, quid & quantum quivis de protropo, ſeparatim verò de vino tortivo loco decimarum, & vini pro laboribus torcularibus debiti exhibuerit, idque & hoc omne rationario vindemiali inſcribunto, vindemiisque finitis illis, quibus convenit, bona fide & teſtimonio ſufficienti offerunto.

XXXI.

Juxta hoc verò, vi præmiſſæ admonitionis non modo attentè inſpiciunto, ſed inſuper etiam certò curanto & diſponunto, ut omne nobis debitum vinum confeſtim à Decimatoribus

dem Biet nicht zuletzt / ſondern ein mittelmäſſiger Moſt / oder Wein / ſo wol als dem / der den Zehenden oder Theil gibt / gedeyhen und widerfahren möge.

30.

Und ſollen alſo die Kelterſchreiber oder Zehender / von Tag zu Tag / mit fleiß verzeichnen und aufſchreiben / was / und wie viel ein jeder zum Vorlaß / und dann abgeſöndert / zum Druck / zu Zehenden-Theil und Kelter-Wein gereicht / und ſolches alles in ihr Herbſt-büchlein einverleiben / und nach dem Herbſt / dahin es gehört / unkundlich mit gutem Glauben übergeben.

31.

Darneben aber auch bey erſt beſchehener Erinnerung / nicht allein ſein Auffſehen haben / ſondern auch die unfehlbare Verfügung und Verordnung thun / daß aller ſolcher unſer gefallener Wein /

in pe-

in peculiaria eo deſtinata dolia, ſine defectu fideliter infundatur, nec ſparſim in trullis huc illuc reponatur, ut evaporet, maxime vero vaſa menſurata promptiſſimè evacuantor.

alsbald durch die Zehender/in die ſonderbahre darzu verordnete Faß / ohne Abgang / getreulich geliefert/geſchütt/und nicht in Zübern hin uñ wider geſtellet werde/ oder verrieche / ſonderlich aber die Eychē aufs fürderlichſt geleeret werden.

XXXII.

Singulari quoque induſtria Decimatores providento, ne ii qui vinum domum reportant, vaſa menſurata ultra clavos infixos repleant, ſicque aliquot modios pluris quam illis competit ab unaquâq; amphorâ, non detractis decimis, in ſui commodum, Noſtri verò detrimentum & præjudicium aſportent.

32.

Mit ſonderm Fleiß auch / ſollen die Zehender ihr Auffſehen haben/ daß die jenige / ſo Wein heim thun / die Eych nicht über die geſchlagene Nägel füllen/ und alſo etlich Imi weiter / als ſich gebührt/ von jeder Eych / unverzehend / zu ihrem Vortheil / und uns zu Nachtheil/ darvon bringen.

XXXIII.

Præfecti noſtri, Prætores & Rationales ad decimas & torculum deſtinati miniſtri, ut hactenus forſan quibusdam in locis fieri conſuevit, ſibimet ipſis ex decimis, & vino ex torculo aut aliunde collecto nullũ privatum commodũ quærunto, ſed æque ac alii debi-

33.

Es ſollen unſere Ampt-leuth/Schultheiſſen und Pfleger/Zehend- und Kelterknecht/ wie etwann bißhero theils Orthen beſchehen ſeyn möchte / ihnen ſelbſten deß Zehenden- Keltern und andern Weins halben/kein eygennützig Beynutzung ſchöpffen/ ſondern ſo wol als andere/ den ſchuldigen

tum

tum ex torculo, prelo, aut aliunde proveniens vinum ex protropo ſcilicet protropum, ex preſſura preſſuram, ſyncerè, fideliter, adhibitoque teſtimonio probabili præſtanto, nec hac in parte ulla præ aliis prærogativa gaudento.

XXXIV.

Quod ſi etiam ii, qui ad torcular deſtinati ſunt, uni aut alteri, torculo ſuo in cogendo vino utenti pro reddendo vino nummos dederint, ii ad amovendum omne periculum & ſuſpicionis notam, ejusmodi vinum à debitoribus adhibitis teſtibus idoneis accipiunto, & inde competens debitum citra omnem machinationem fraudulẽtam exhibento.

XXXV.

Quilibet poſſeſſor vinearum partiariarum, proventum inde perceptum, ſub pœna decem florenorum peculiari cuppæ infundito, ut id quod nobis exinde debetur, tam de protro-

Kelter / Bohm und andern Wein / nämblich vom Vorlaß / den Vorlaß / und vom Truck / den Truck / auffrecht und redlich / darzu mit gutem Urkund / zureichen ſchuldig ſeyn / und hierinnen den geringſten Vorzug vor andern nicht haben.

34.

Da auch ſolche Perſonen / die unter die Kelter verordnet / einem oder dem andern / ſo unter jhren Keltern deyhet / auff Wein geliehen / ſollen dieſelbige zu Fürkommung allerhand Gefahr und Argwohns / ſolchen Wein von jhren Weinleuthen mit gutem Urkund empfangen / und die gebührende Schuldigkeit ohne einigen Vortheil darvon erſtatten.

35.

Es ſolle ein jeder / ſo theilbare Weingart hat / ſeinen in ſolchen Weingarten / erwachſenden Nutzen bey ſtraff zehen Gulden / in ein ſonder Geſchirr ſchitten / damit Uns im Ablaß und Deyhen / die Schul-

po quàm de preſſura ſingulis vicibus ſine querela exhibeatur, excepto caſu, quando in quibusdam vineis pauci tantum cadi botris repleri poſſunt, & ejusmodi uvas ſeparatim calcare & cogere non utile & proficuum foret, tunc enim tale vinum per viros integros una cũ decimatore æſtimator, ut ſciri poſſit, quid Nobis exinde debeatur, quo peracto poſſeſſori integrum eſto, ejusmodi vinum reliquo vinearum proventui immiſcere, ita tamen, ut nihilominus debitæ decimæ, & ob torculi uſum, daſtinatum vinum, exinde præſtetur: *Præſertim* autem vos præfecti & officiales permittere non oportet, quò talibus in vineis partialibus arbores, olera, aut rapæ plantentur.

XXXVI.

Nulli etiam, quicunq; ſit, absque gravi cauſa conceditor, & permittitor, vetuſta, tenuia, & effœta vina vinaceis affundere, eadem

digkeit davon jedesmahls / ohnklagbar erſtattet werden möge / es wäre dann ſach / daß in einem ſolchen Weingart / allein etlich wenig Butten voll erwachſen / und ſolchen Wein allein zudeyen / nicht nutzlich / alsdann ſolle ſolcher Wein durch unpartheyiſche / neben dem Zehender / was uns zum theil davon gebühren möchte / geſchätzt; und folgends einem ſolchem unverwehrt ſeyn / ſolchen Wein unter ander ſein Gewächs zuſchütten / jedoch daß in allweg der ſchuldig Zehend- und Kelter-Wein auch davon erſtattet werde / inſonderheit aber ſollen ihr die Amptleuth nicht zulaſſen / daß in ſolchen Theil-Weinbergen / Bäum / Kraut / oder Rüben gepflantzt werden.

36.

Keinem ſolle auch / wer der ſeyn möge / ohne ſonderbahre bewegende Urſachen; geſtattet oder zugelaſſen werden / alte ſchlechte verdorbene

hac ratione reſtaurandi animo: Quapropter transgreſſores, aut decimis, torculove deſtinati ſervi, qui id clam aut peragunt, aut permittunt, periculum illud in ſe ſuſceptum commeritâ carceris aut pecuniariâ pœnâ luunto.

Wein/ an die Treßter zuſchitten/ der Meinung ſelbige wider damit auffzurichten/ derowegen die Ubertretter/ oder Zehend- und Kelter-Knecht/ ſo ſolches heimlich thun oder zulaſſen/ ſolcher gebrauchter gefahr wegen/ mit verdienter Thurn- oder Geltſtraff ſollen angeſehen werden.

XXXVII.

Cumque hactenus ob immodicas nocturnas, diurnasque potationes, in exhauriendis doliis, in quibus decimæ noſtræ, & vinum torculare continebatur, in decimis noſtris & doliis torcularibus ingens decrementum apparuerit, aliiq; inconvenientes exceſſus & luxus tam à peregrinis prætereuntibus, quàm ſubditis noſtris comitteretur & invaluerit, idẽ ſub pœna incarcerationis ſeverè hac cõſtitutione prohibitũ eſto, & inpoſterũ vinũ noſtrũ incellulis torculariis repoſitũ reſervator & includitor, aut ubi tales caſulæ deficerent, minimis, quibus fieri poteſt,

37.

Und als bißhero durch das überflüſſig/ täglich und nächtlich trincken/ auſſer unſern Zehend- und Kelter-faſſen/ groſſer Abgang erfolgt/ auch andere Ungebühr und Uppigkeit/ ſo wol durch die frembde fürüberreiſende/ als unſere Unterthanen geübt/ ſo ſolle ſolches hiemit bey Thurnſtraff abgeſtellt/ und hinfüro unſere Wein in die Kelter-Häußlein verwahrt und beſchloſſen/ oder wo dergleichen Häußlein nicht ſeyn/ zum ſchlechteſten und eingezogneſten Koſten/ wo es vonnöthen/ dergleichen erbawet/ und darinnen die Zehend- und Herrenfaß fleiſſig und wol verwahrt werden.

 ſumpti-

ſumptibus, ubi neceſſitas id poſtulat, extruantor, in iisque dolia noſtra in uſum receptionis decimarum optime cuſtodiuntor.

XXXVIII.

Mane ante matutinum, & veſperi poſt veſpertinum campanæ ſonitum, omnes torculari abeſſe jubentor, exceptis iis qui adhuc ſub eo in laboribus vindemialibus diſtinentur, ſub mulcta floreni unius; ut & interdiu omnes otioſi, quibus in re torculari nihil negocii eſt, maxime verò omnes peregrini vagabundi & mendici, vi generalis Reſcripti ſub pœna carceris expelluntor & abiguntor, ſimulac nec negotiatores ullos aut mechanicos, uti ſunt mercatores, coriarii, ſutores, piſtores, ſartores & alii ſub torcularibus dolia reponere, vinumque pro debitis eorum prætenſis collectum iis infundere, ſub pœna confiſcationis vini hujus, ullatenus permittitor.

38.

Morgens vor der Morgen- und Abends- nach der Abend-Glocken / ſolle niemands mehr unter der Kelter geduldet werden / er habe dann darunder zuſchaffen / bey ſtraff eines Guldens / wie auch den Tag umbhin / alle Faullentzer / ſo nichts in der Kelter zuverrichten / in alle weg aber alle Frembde / Landfahrer und Bettler / vermög Unſerer Lands-Ordnung bey Thurnſtraff / abgeſchafft und außgetrieben / auch daß Handthierungs- und Handwercksleut / als Krämer / Gerber / Schuſter / Becken / Schneider und andere / unter die Kelter Fäſſer legen / und jhren einbringenden Schuldwein darein thun / bey confiſcirung deß Weins / gar nicht geſtattet / oder zugelaſſen werden.

XXXIX.

Non minus item deprehendimus aliquibus & multis in locis circa initium medium & finem vindemiarum hactenus à Prætoribus, quæſtoribus inferioribus & torculi miniſtris, in propriis ædibus, aut publicis diverſoriis, ut & ſub torcularibus commeſſationes, convivia & compotationes inſtitui, vel panes, Carnes, butyrum coctum, aliaque victualia à ſervis torculariis maximè emi, vinum vetuſtum cum recenti commutari, nec minus in compotatione proventuum vindemialium à Præfectis, archigrammateis, aliisque adjunctis è ſenatu aut aliunde aſſumtis perſonis, pari modo epula inſtrui horumque ſumptus in univerſum erogatos de vino ex noſtris reditibus collecto perſolvi conſueviſſe, & horum omnium ne minimum quidẽ tam in expenſis, quàm in acceptis ullo modo rationes fuiſſe

39.

Nicht weniger haben wir befunden/ daß an etlichen und an vielen Orthen/ vor/ in und nach dem Herbſt / bißhero durch die Schultheiſſen / Unterpfleger, und Kelterknecht / in jhren eygnen / oder offnen Würthshäuſern / auch unter den Keltern Gaſtungen und Unterzechen gehalten / oder Brod/ Fleiſch/ Schmaltz/ und andere Victualia / ſonderlich von den Kelter-knechten erkaufft/ und alter Wein gegen dem Newen abgewechſelt/ wie nicht weniger in Abrechnung deß Herbſts / durch die Amptleuth / Stattſchreiber / und darzu gezogene Gerichts- und andere mehr Perſonen gleicher geſtallt Gaſtungen angeſtellt/ uñ ſolcher Koſtẽ aller mit Wein/ von Unſern Gefällen / abgericht und bezahlt/ jedoch/ davõ weder in Einnahm/ noch außgab/ das geringſte in Rechnung nicht gebracht/ diß alles ſolle hinfüro / bey Vermeidũg Unſerer Ungnad/ uñ ernſtlicher unnachläſſiger Straff gäntzlich abgeſchafft werden/

redditas: Quæ omnia inpoſterum ſub comminatione evitandæ noſtræ inclementiæ,& gravis inevitabilisq; animadverſionis omnino prohibita ſunto: Sin autem in computandis proventibus vindemialibus, per eò neceſſariò deſtinatas perſonas quidpiam compotando conſumptum iri neceſſum eſſet, in hoc omnis exceſſus abeſto, & commeſſationes hæ nummis non vino perſolvantor.

XL.

Vi librorum Jurisdictionalium, vinum cenſiticum & tributarium ex unâ manu indiviſim & inſeparabiliter excipitor, ex iis partibus,quæ unum totum, & vineam cenſualem integram conſtituunt, cum verò contra hanc proviſionem, multa vineta, maximè in diſtrictu monaſteriorum noſtrorum huc illuc variè fuerint diſtracta & in partes diſmembrata, ita ut debitum nobis vinum cen-

im fall aber je in Abrechnung deß Herbſts / durch die darzu nothwendig gehörige Perſonen / Zehrung auffgewendt werden müßte/ ſolle alle übermaß abgeſchnitten / die Zehrung mit Gelt / und nicht mit Wein bezahlet werden.

40.

Vermög der Lager-Bücher / ſolle der Beeth- und Gült-Wein / auſſer einer Hand unzertrennt und unzertheilt/ von den Stücken/ ſo zuſamen gehören / empfangen werden/ ſolchem aber zuwider/ ſeynd ſolche Güter / ſonderlich in unſern Klöſtern hin und wider / ſehr verſtückelt / und der ſchuldige Gült- und Beethwein / bißhero auß vielen Händen/ Uns zu groſſem Abgang/ Nachtheil uñ Schaden/ alſo von einem / etwann

ſiti-

ſiticum & tributarium hactenus per plures manus non ſine ingenti noſtro detrimento, jactura & incommodo, & quandoque ab uno & altero vix menſura dimidiata fuerit exhibita, quapropter in poſterum ad evitandas confuſiones vinum ejusmodi non amplius à ſingulis excipitor, ſed tenor librorum publicarum & territorialium quam probè obſervator, portitor ſive exhibitor conſtituitor, & per unam ſaltem perſonam in probata tamen bonitate recipitor, nec ab illis ullus quæſtus illicitus exercetor, omnibus vero modis providetor, ut quantum fieri poteſt, ejusmodi vineæ rurſus conjungantur.

XLI.

Quo locorum decimæ ex vino nondum defœcato & uvis recenter calcatis mox ſub vineto exſolvuntur, noſtri Præfecti in poſterum vi datæ fidei, & juramenti Nobis præſtiti, per

nicht mehr als ein halbe Maß geliffert worden / ſo ſolle hinfüro umb mehrerer Richtigkeit willen ſolcher Wein nicht mehr von jeden inſonderheit eingezogen / ſondern der Inhalt der Läger-Bücher obſervirt / ein Träger gemacht / und auß einer Hand / jedoch an guten Werth empfangen / und võ ihnen kein eigennutz gebraucht / in allweg aber dahin getrachtet werden / daß / ſoviel müglich / ſolche Weinberg widerumb zuſammen gebracht werden.

41.

An Orthen und Enden / da der Zehend an rauen Wein und getrettenen Trauben / unter den Bergen gegeben würde / ſollen hinfüro Unſere Amptleuth bey ihren Pflichten und Eyden / damit ſie Uns univer-

univerſum illum tractum in quibus decimæ præfato modo in ſingulis clivis mox ſub vinetis aut alibi admetiuntur, certum modum & ordinem adornanto, ut ſingulis ingruentibus vindemiis denuò omnes orcæ juſto & legitimo modo menſurentur, ipſaque menſura in ſingulas amphoras, modios & menſuras, doliis inſulpatur, nec quisquam in poſterum orcam vehat eaque utatur quæ menſurata non ſit, ſub mulcta decem florenorum.

XLII.

Nemo item dolium currui imponito aut avehito, niſi à deſtinato ad decimas miniſtro prius ſit inſpectum, & maximè eò intenditor opera, ne inter imponendum, lucrum aliquod illicitum aut proprium commodum quæratur, veluti ſi quis liquorem ſeu vinum velit exhaurire, & dolio ſuo infundere, vinacea verò relinquere; ſed antequam ad recipiendum

verwandt und zugethan / an allen Orthen und Enden / da der Zehend obgehörter maſſen / unter den Bergen und ſonſten gereicht wird / die unfehlbare Führſehung und Verordnung thun / daß jedes Herbſts von neuem alle Fuhrfaß recht und ordenlich geychen / auch die Eych beym Eimer / Imi und Maß auff die Faß geſchnitten werde / uñ niemands kein ungeychen Fuhrfaß mehr führe / bey ſtraff zehen Gulden.

42.

Und ſolle keiner kein Faß laden / oder hinweg führen / es habe dann der verordnete Zehend-Knecht ſolches zuvor beſichtiget / und ſoll ſonderlich mit Fleiß dahin geſehen werden / daß unter ſolchem Laden kein Vortheil / oder Eygennuß geſucht / als daß einer wolte den Wein oder Brüech laden / und die Treſter ſtehen laſſen / ſondern ſolle / ehe und dann er anfanget zu laden / zuvor mit einem Pfahl in dem

& im-

& imponendum, currui vinum ſeſe quis accingat, palo aliquo in diota uvas calcatas & briſas circumagito: quod ſi enim hâc in parte fraudulentus quisquam conatus apparuerit, debita gravi & irremiſſibili pœna transgreſſor quilibet ſcelus hoc luito.

Zuber/ die Treber durch einander rühren / und zerbrechen/ dann da hierunter einiger betrüglicher Fürſatz ſolte fürlauffen / ſolle unnachläſſige ernſtliche Straff gegen den Ubertrettern fürgenommen werden.

XLIII.

Ut autem omne periculum, quantum fieri poteſt, evitetur, & neceſſitate ita exigente, conveniens rationum calculus & manuductio reperiri queat, jam ſuperius conſtituto modo quilibet auriga vel carpentarius, qui vinum & uvas calcatas è vineis advehit, orcam ſuam ante vindemiam à juratis menſuratoribus ſedulo menſurari, menſuramque inventam dolii fundo incidi & annotari curato.

43.

Damit aber alle gefahr/ ſo viel müglich/ vermitten/ und im Fall der Nothdurfft gebührende Nachrechnung und Anleittung gefunden werden möge/ ſo ſolle obgemelter maſſen/ ein jeder Kärcher oder Fuhrmann/ der alſo Wein und Treſter/ von Weingarten unter die Kelter führt/ ſein Lad oder Fuhrfaß/ vor dem Herbſt durch die geſchworne Eycher fleiſſig eychen / und die Eych an Faßboden verzeichnen oder ſchneiden laſſen.

XLIV.

Quoniam item hactenus in exſolutione decimarum juxta vineta, ingens decrementum in hoc appa- ruit,

44.

Und weilen bißhero an dem Zehenden / ſo unter den Bergen gegeben / ein groſſer Abgang in dem erfolgt / daß

ruit, quod non pauci botros recenter collectos, cadis aliisque vaſis vinariis impoſitos domum aut aliò inſciis juratis operariis torculariis exportaverint, proinde abuſus iſte ſub mulcta decem florenorum in totum prohibitus eſto, ne ſcilicet absque præſcitu juratorum decimatorum, aut impetrata prius venia, tale quid ante legitimam detractionem decimarum inpoſterum è vinetis aſportetur.

XLV.

*P*ræterea etiam per id tempus deprehendimus, hactenus hic & illic, è noſtris cuppis ad colligendas decimas in campo aperto poſitis, ſi vinum decimale non confeſtim ad torcularia fuit advectum à plerisque in exhauriendo vino tam Senioris quam juvenilis ætatis ingentia commiſſa fuiſſe furta, præcipue cum nonnulli terebris & epiſtomiis inſtructi, decimatore paululum à cuppa tri-

ihrer viel ungetrettene Trauben / in Butten oder andern Geſchirren / heim in ihre Häuſer / oder anderſtwohin / unwiſſend der geſchwornen Zehend-Knecht / getragen / ſo ſolle hiemit bey ſtraff zehen Gulden ſolches gäntzlich und allerdings abgeſtrickt ſeyn / daß ohne Vorwiſſen und Erlaubnuß der Zehender / dergleichen unverzehend nicht mehr von den Bergen ſoll hinweg getragen werden.

45.

Wir haben auch befunden / daß ſolche Zeithero hin und wider / bey unſern auff dem Feld ſtehenden Zehend-Zübern / darein Unſere geſammlete Zehendwein geſchüttet / wann ſelbiger nicht gleich unter die Kelter geführt worden / von vielen Jung und Alt / ein groſſer Diebſtall vorgangen / ſonderlich in dem / theils ſich mit Bōrern und Zapffen gefaßt machen / daß wo ein Zehender / dem Zehend-Zuber / den Rucken gewendet /

butaria diſcedente, protinus diotam perforatint, in orcis, amphoris, qualis exceptoriis, aliisque vaſis vinariis vini haud exiguum furto ſuſtulerint, os dolii rurſum obſtruxerint, aut decimatorem videntes, nec illico epiſtomium applicare valentes, aufugerint, & nobile donum Dei petulanter perdiderint, & vinum effluens terræ commiſerint: Quapropter in præſentiarum omnes dehortamur, & volumus ſeverè admonitos, ut in poſterum ab ejusmodi petulantiâ ſibi caveant. Quod ſi enim quiſpiam, qui pubertatis ſuæ annos pertigerit, in ejusmodi furto deprehenſus fuerit, confeſtim carceri includitor, criminaliter accuſator, & quidquid pro ratione delicti judicatum fuerit, etiam executioni demandator; Juvenes autē tam pueri quam puellæ protinus numellis aquaticis imponuntor, & è machinâ hac aquis incumben-

gleich ſolche Geſellen/ den Zuber angebort/ in Gölten/ Krügen/ Flaſchen/ Butten/ und andern Geſchirren/ ein nahmhafftes an Wein geſtohlen und abgetragen/ und den Zapffen fürſchlagen/ oder da ſie den Zehender geſehen/ und in Eyl keinen Zapffen fürmachen können/ ſie außgeriſſen/ und die edle Gab muthwillig in die Erden lauffen laſſen/ als wöllen wir hiemit männiglich gewarnet und ermahnet haben/ dergleichen müſſig zugehen/ dann da hierüber jemands/ ſo ſeine mannbare Jahr erreichet/ in dergleichen Diebſtall ſolte betretten werden/ der ſolle alsbald gefänglich eingezogen/ peinlich beklagt/ und was erkennt/ an jhme exequirt/ die junge Knaben oder Mägdlein aber alsbald auff den Güſſübel geſetzt/ hinab geſprengt oder auſſer mangel deſſelben/ mit dē Narrenhäußlin ohnnachläſſig geſtrafft werden/ welche Perſonen/ dann ein jeder/ ſo ſolche in dergleichen Diebſtall ergreifft/ bey ſeinen Pflichten

ti, præcipites dejiciuntor, aut in defectu harum in carcere publico, quam ædiculam ſtultorum indigitant, captivi irremiſſibiliter pœnam luunto, cujusmodi transgreſſores quicunque in furto deprehenderit, vi juramenti præſtiti & datæ Nobis fidei, deferre obligatus eſto,

und Eyden zurügen / verbunden und ſchuldig ſeyn ſoll.

XLVI.

Inprimis Decimatores debita eaque qua fieri poteſt, ſumma induſtria eò intenti ſunto, ut quotidie circa veſperam collectum vinum decimale è vineis in torcular, & deſtinata eidem loca vehatur; nec minus decimarum vectores, ejusmodi vinum cum minimo, quo fieri poteſt diſpendio ſuo loco inferant, & ut prædictorum decimarum miniſtrorum ſolertia eò apertius pateſcat, quotquot interdiu ſeu dimidias, ſeu integras vecturas, pro decimis excepeerunt, ſingulari cura baculis inciduntu, numerumque harum

46.

Und ſollen ſonderlich die Zehender / mit ſchuldigem getrewſtem und beſtem Fleiß dahin ſehen / daß alle Abend / der empfangene Zehendwein aller von dem Feld in die Kelter / und ſein gehörigen Ort geführet werde / nicht weniger auch die Zehendführer / allen ſolchen Wein mit wenigſtem Abgang / ſo immer geſeyn kan / an ſeyn gehörig Orth liffern / und damit berührter Zehendknecht fleiß / deſto würcklicher verſpürt / ſollen ſie / waß ſie deß Tags für halbe und gantze Fährt / zu Zehenden empfangen / mit ſonderm Fleiß / auff Höltzer ſchneiden / und alle Abend ſolches dem Kelter-

harum ſingulis temporibus veſpertinis ſcribæ torculari ſignificanto, ut omnia ordine conſcribere queat.

XLVII.

Huic congeſtæ vindemiali ordinationi, tum omnes in univerſum, tum vos præcipue ſingulos, quantum cujusque loci poſtulat conditio, quoad ſingula præſcripta capita & puncta non conformiter tantum & devotè geſturos indubie ſperabimus, nec quidquam quod ad fidelem & immotam executionem horum ſecundum præſtitam à Vobis fidem & prout obedientia vobis incumbit, quãtum in vobis eſt, neglecturos; verum inſuper vobis clementiſſimè mandamus, ut ante proximam & ſubſequentes vindemias hæc ſtatuta publicè prælegi, & ab omnibus ſervari nec quicquam contra ea machinari curetis, & cum induſtria admoneatis, pœnasque pro qualitate violatorum ſingulorum punctorum irrogatas

ſchreiber zuwiſſen machen und anzeigen / damit Er ſolches alles ordenlich auffzuſchreiben wiſſe.

47.

Wollen uns demnach / hierauff insgemein / und ſonderlich zu euch ernſtlich verſehen / ihr werdet nicht allein dieſer Unſerer zuſammen getragener Herbſt-Ordnung / ſo viel jedes Orths Gelegenheit nach / die Nothdurfft erfordert / in allen vorgeſchribenen Puncten gehorſamlich geleben und nachſetzen / auch an ſteiffer und getreuer Execution, obligender verpflichter Schuldigkeit nach / eweres theils nichts erwinden laſſen / ſondern befehlen euch noch ferner gnädiglich / ihr wollet noch vor jetzt / und künfftig / alle Jahr / vor angehendem Herbſt / dieſe Ordnung offentlich verleſen / auch männiglich darob zuhalten / ſelbiger würcklich zugeleben und nachzukommen / mit allem Ernſt / Eyfer / und Fleiß ermahnen / und erinnern / von den Straffwürdigen / die bey

gatas absque ulla conniventia, remiſſione vel perſonarum reſpectu fideliter exigatur, & eâdem fide rationibus inſeratur: Quod ſi etiam præter allegatos plures defectus & vitia, hoc aut alio loco Prefecturarum vobis commiſſarum ſciretis, aut inpoſterum experiemini, ea omnia removeatis, aut pro delicti gravitate ſubmiſsè Nobis ſignificetis, quoniam in hiſce ulteriorem ordinationem & diſputationem tam augendo quam minuendo nobis ipſis reſervamus.

Omnibus item Præfectis, ſcribis, miniſtris partiariis, ut & decimatoribus torculariis, ſingulis denique perſonis, quæ in exigendis reditibus noſtris vinariis occupatæ ſunt, pro qualitate muneris & functionis- demandatæ, prout cujusvis civitatis, oppidi, pagi, aut villæ commoditas exigit, formulam juramenti exactam & benè

jedem Puncte dem Verwürcken gemäß / angeſetzte Straffen/ ohne einigen Nachlaß/ oder anſehen der Perſonen / ohnfehlbar einziehen/ und gebührlich verrechnen. Ob ihr auch über erzehlte / noch mehr ſchädliche / unpaſſirliche Fehl und Mängel/ an einem oder dem andern Orth ewers Ampts jetzo wiſſet / oder ins künfftig in Erfahrung brächten/ dieſelbige abſchaffen, oder wo der Fehl groß ſolches unterthänig berichten / inmaſſen wir uns dann in diſem fernere Ordnung/ Minderung und Mehrung zuthun vorbehalten.

Ihr ſollen auch/ auſſer ſolcher neuer verbeſſerter Herbſt-Ordnung / den Kelter-Meiſtern / Kelter-Schreibern / theil und Kelter-Knechten / auch Zehendern und andern Perſonen / ſo zu Einziehung der Weingefäll / gebraucht werden/ nach ihr jedes Obligender Verrichtung Beſchaffenheit / und der Stadt / Flecken/ oder Dorff/ einen ſon-

comprehenſam, vos, ex hac præmiſa reformata & renovata ordinatione vindemiali, proponunto, verbaque inſerta, *fideliter, & citra fraudem*, benè & explicitè declaranto, ut ea nequaquam hunc ſenſum habeant, & eò detorqueri queant, quod ſi fortè quiſpiam præſtito ſuo juramento non ſatisfecerit, quaſi confeſtim periclitetur, & mox in flagranti crimine puniatur; ſed omnes & ſingulos quoad contenta formulæ juramenti admonere, & quorumlibet verborum inſertorum declarationem, præſertim verò, verborum præmiſſorum exhibere, quo quisque præſtitum ſuum juramentum, fideliter, candidè, & citra omnem fraudem, conſtanter ſervare, neque ab eo quicquam ſe averti ſinere velit; communiter enim, hæc verba, *fideliter & citra ullam fraudis ſuſpicionem* hunc intellectum habent, quod ſi quis neque ſcienter, ex propoſito

dern wol ſpecificirten Eyd begreiffen / und jhnen die im Eyd inſerirte Wort / getreulich und ohngefährlich, wol erklären / daß ſelbige nicht jhrem eines Theils gefaßten Wohn nach / alſo ſchlechtlich zuverſtehen / oder den Verſtand haben / daß ob ſchon einer / ſeinem geleiſten Eyd nicht alſo würcklich nachgeſetzt / daß man jhne darumb nicht gleich gefähren / oder greiffen werde / ſondern ſie alle und jede beſonders / deß Eyds / umbſtändlich erinnern / und jhnen ein gute Erläuterung / ſonderlich aber obgeſetzter Wort geben / daß nämblich ein jeder ſeinen geleiſten Eyd / getreulich / redlich / und ohne alle Gefahr / feſtiglich halte / und ſich davon nichts abwenden laſſen ſolle. Dann insgemein haben die Wort / getreulich und ohngefährlich / den Verſtand / da einer nicht wiſſentlich / vorſetzlich / beträglich etwas werde überſehen / veruntrewen / oder unterſchlagen / alsdann ſolle niemand nicht gefährt werden / im widrigen Fall aber

vel

vel doloſè, aliquid negligeret, amoveret, aut in aliquo defraudaret, is minime poſſet periclitari: quod ſi vero res ſecus ſe haberet, nemini ſub prætextu horum verborum, delictum & perjurium commiſſum, palliare tegere & fucare licitum eſto. In his omnibus, ſeveræ noſtræ & conſtanti voluntati ſatisfit. Datum Stugardiæ die 10. Junii, à Servatoris Noſtri Chriſti nativitate, Anno milleſimo, Sexcenteſimo ſeptimo.

werde ſich keiner dieſer Wort zu Bemäntlung ſeiner begangenen Untreu/oder Meinends zugebrauchen / oder zuerfrewen haben. An dem allem geſchicht Unſer ernſtliche und zuverläßliche Meinung / Datum Stutgarten den zehenden Julii / nach Chriſti Unſers Seligmachers Geburt gezehlet / Ein tauſend ſechshundert und ſieben Jahr.

IN-

# INDEX RERUM ET VERBORUM.

Numerus reſpicit paginas.


A.

Ædiles curules. *eorum cura circa falſas menſuras.* 4.

Africa. *ejus mores, circa delictum depravatorum menſurarum* 136.

Agrimenſor. *agrimenſores jurant, ſecundum judicium ſuum, ſe veritatem dicturos.* 99. *cùm alii in arte periti ſaltem jurant de credulitate* 99. *formula juramenti agrimenſoris in Ducatu Würtembergico* 177. *agrimenſor renunciando fallens quempiam, à parte læſa conveniri poterit in id, quod ejus intereſt* 179. *quæ actio extenditur quoq; ad agrimenſoris latam culpam* 179. *ratione hujus intereſſe contra agrimenſorem fallentem jurari poteſt in litem* 180. *Non tam favore Domini, cui res ſua eripitur, quàm odio agrimenſoris, qui contra officium defraudat* 181. *hoc juramentum defertur etiam ob latam culpam* 181. *duo agrimenſores, quibus demandata eſt menſura, dolosè in officio verſantes in ſolidum tenentur.* 200. *ſinguli agrimenſores conveniuntur ex proprio dolo, qui eſt individuus* 201. *agrimenſor doloſus ſolidum Actori ſolvens, adverſus ſocium doli, & commenſorem regreſſum non habet, nec ab actore ei cedi poteſt actio* 203. *agrimenſor dolosè renuncians ultra damnum, quod læſo reſtituere obligatur, tenetur de jure canonico pœna pœnitentiæ* 204. *de jure civili, ut falſarius afficitur pœna L. Corneliæ de falſis* 204. *ſecundum jus canonicum fuſtigatur.* 204. *moribus hodiernis arbitrariè punitur* 204.

Amicitia *ea, quæ jure familiaritatis aut amicitiæ peraguntur, nec ſervitutem, nec poſſeſſionem inducunt* 439.

Anglia. *in ea jus regium circa menſuras & pondera* 7. *circa que uniformitatem effecit in Anglia Rex Richardus.* 33.

B.

Belgia. *In Belgicarum provinciarum civitatibus menſuræ quotannis publicè inſpiciuntur, & publicis ſignaturis deſtitutis utentes arbitrariè puniuntur. 76.*

Beſoldi. *opinio circa irrogandam pœnam falſificationis menſurarum exploditur. 169.*

Brandenburgum. *ſtatuta Brandeburgica circa pondera & menſuras 18. uniformitas ponderum & menſurarum reperitur in Electoratu Marchiæ Brandeburgicæ 36. Brandeburgica conſtitutio circa menſuras 69. quid in Electoratu Brandeburgico ſtatutum ſit contra depravantem menſuras. 136. quid, circa irrogandam pœnam pro falſificatione monetarum 171.*

Burgundia *licet in ejus Comitatu jus habendi & concedendi menſuras ſit mixti Imperii, tamen poſtmodū edicto Regio inter jura ſuperioritatis fuit relatum. 115. quid in hujus Ducatus ſupremâ curia deciſum ſit, ſi quis alteri ſcienter pondera & menſuras adulteratas commodat. 139.*

C.

Camera Imperialis. *ejus obſervantia circa pondera & menſuras 21. Camera Imperialis obſervare ſolet jus ſtatuendi circa pondera & menſuras quod ex parte imperantis ſuperioritatem, ex parte verò recipientis ſubjectionem probat 112. exemplo Civitatis Erfurdienſis 113.*

Capitale crimen. *qui tale factum committit, quod quidem ſua natura capitale non eſt, ex eo autem cædes, aut alia multa ſequi ſolent, is propter culpam capitaliter puniri poteſt. 150.*

Cardinales. *eorum conſenſus in rebus magni momenti apud Pontificem Romanum, pro ſubſtantia requiritur. 42.*

Carolus Magnus. *ejus conſtitutio circa menſuras 6. Carolus M. ejusque ſucceſſores jus ſtatuendi circa pondera & menſuras communicarunt Imperii proceribus. 20. Carolus M. parilitatem circa pondera & menſuras in toto Imperio efficit. 33.*

Carolus Quintus. *parilitatem menſurarum & ponderum fuerat inſtituturus, à quo tamen impeditus fuit. 33.*

Carolus Rex Hungariæ. *ejus conſtitutio circa pondera & menſuras. 8.*

Caſſiodorus. *ejus judicium de agrimenſore. 100.*

Caſtella. *ſecundum hujus regni conſtitutiones uniformis eſt ponderum*

*derum & menſurarum modus 35. in hoc regno moribus obſervatur, ut contra depravatores menſurarum &c. ſignum & nota publica imprimantur. 74. in hoc regno falſata pondera & menſuræ publicè franguntur & comburuntur, ut hoc exemplo alii deterreantur. 131.*

Caſtri Rudolphi. *apud Bituriges Baroni jus adjudicatum eſt, menſuras propriis armis ſignandi 78.*

Caſtrum. *concedendo, intelligitur quoque Princeps conceſſiſſe adjacentia & ſupellectilia. 412.*

Caudicarii. *qui ſint? 5.*

Cauſa injuſta. *licet non excuſet à toto, tamen excuſat à tanto 159.*

Cauſæ Pecuniariæ. *quoniam in illis lata culpa dolo aſſimilatur, ideò talis dilinquens meritò extraordinariè eſt puniendus. 159.*

Charondas, *ejus judicium de menſuris & ponderibus regio ſtigmate ſignandis. 118.*

Chaſſanei. *ſententia de agrimenſore. 100.*

Chriſtophorus *Dux uniformitatem ponderum & menſurarum in Ducatu Würtembergico effecit. 35.*

Clerici. *Eorum pondera etiam & menſuras Princeps territorii ſignare poteſt. 118. qui mercaturam exercentes ratione hujus negotiationis ſtatutis Judicis ſecularis ſubjiciuntur. 119.*

Cœmiterium. *ad hoc dilatandum vicinus ad vendendum agrum ſuum juſto pretio compelli poteſt. 520.*

Commercia. *quæ publicum rerum & commerciorum uſum impediunt, à Prætore è medio ſunt tollenda. 130. Commercia corruptis inſtrumentis concidunt. 14.*

Conſilium. *ea, quæ conſilio & judicio fiunt, etiam in firmitate ſua perſiſtunt. 41.*

Conſules *civitatum menſuras publicas ſtatuunt cum authoritate ſuperioris. 114. exemplo civitatis Erfurdienſis. 114.*

Contractus. *ſubſunt jurisdictioni ejus, in cujus territorio jacent, vel geruntur. 51. forenſes in contractibus obſervare tenentur ſolennitatem illius loci, in quo contrahunt. 50. idem jus etiam ad Clericos, & Perſonas Eccleſiaſticas extenditur. 50. in contractu emptionis, venditionis, cujusnam loci menſura attendenda ſit, loci contractus, an rei ſitæ? 53.*

Credenzerius. *à quo eligatur. 9.*

Crimen falſi. *ad infligendam pœnam in crimine falſi requiritur dolus malus. 141.*

Criminalia. *In criminalibus, pœnam*

*nam corporis non contingentibus lata culpa æquiparatur dolo. 148.*

Cuppæ. *vide torcular.*

D.

Dardanarii, *propter falſum menſurarum modum extra ordinem puniri debent. 129. Dardanarii, qui dicantur. 130.*

Dolus. *proprius nulli patrocinium afferre, aut eum indemnem conſervare poteſt. 203.*

Dominicus dies, *quare ſit ſanctificandus, vera & ſolida ratio. 527.*

E.

Exactiones. *Earum novatores, plerumque in Magnatum aulis ſeſe oſtentant, qui Principes ad civium opes exhauriendas, ad inuſitata impoſitionum genera perſuadent. 449. hæ peſtes Reipublicæ ab aulis Principum ſunt arcendæ 449. Pœnæ inventorum novorum tributorum æternæ & temporales 450. Ulterior invectura in tales archigogolantes 451. Talibus exactoribus Principes oportet reſiſtere & eorum liberationem pro beneficio divino æſtimare 452.*

F.

Ferraria. *In ejus Ducatu menſuræ & pondera quotannis ſub certa præſtituta pœna bullari debent 75. ejus circa ſignationem menſurarum conſuetudo. 79. quid ejus ſtatuto ſancitum contra depravantem menſuras. 135.*

Feudi. *conceſſione omnia tranſeunt, quæ Rex ibi habuit, modo ejus naturæ ſint, ut per privatum poſſidere poſſint. 30.*

Flumina. *conceſſo caſtro non veniunt. 28.*

Forenſis, *quoad rem ſitam in alieno territorio, iisdem juribus gaudet, quibus ſubditus loci 51. quoad ſtatuta rem ſubjectam concernentibus, forenſis habetur pro ſubdito. 52. licet forenſis regia dignitate emineat. 52.*

Furta. *plura commiſſa in eadem re, & eodem tempore, pro uno tantùm delicto æſtimantur, & una tantùm pœna expiantur, 322. declaratur hoc procedere, quoad vindictam publicam, non quoad perſecutionem privatam. 322.*

G.

Gabrielis Palæoti. *Cardinalis ſententia de neceſſitate conſenſus Cardinalium in rebus magni momenti apud Pontif. Romanum. 42.*

Galliæ Reges. *imperium circa Pondera & menſuras adſcribunt ratiociniis regiis 6. eorundem circa eandem rem decreta. 6. hodie rex Galliæ authoritatem ponderum & dimenſionum in*

Ducatu

*Ducatu Normannico ſibi purè vindicat. 7. uniformitatem menſurarum,& ponderum tentabant fruſtra Reges Galliæ 34. quidam nobiles Galliæ, imperio Germanico circa menſuras & pondera fere conſentiunt, exemplo Baronis Caſtri Rudolphi. 19. in Galliis unum menſurarum & ponderum archetypum eſſe, ſunt, qui tradunt. 34. in Gallia menſura regia Pariſiis in ædibus Conſularibus publicè proſtat. 67. Galliæ Reges Gentilitias procerum notas ſuis ponderibus & menſuris jus imprimendi conceſſerunt. 78. Rex Galliæ jus conſtituendi cuſtodes pannariæ inſpectionis civitati Dornethal concedere noluit 85. In Regno Galliæ menſores ſola regis authoritate conſtituuntur. 94. qui tamen officium ſuum in ditionibus Principum & nobilium Galliæ minimè exercere audent. 94. in Gallia omnes præſcriptiones de jure menſurarum reductæ ſunt ad triginta annos, nec requiritur in iis titulus, aut bona fides. 116.*

Germanicum Imperium. *in eo poteſtas circa Pondera & menſuras vigore jurisdictionis territorialis competit ſtatibus Imperii. 17. nullibi regnorum Principibus vel ſtatibus tam auguſta competit poteſtas circa menſuras & pondera, quàm in Imperio Germanico. 18.*

Gothi Impp. *iis delegata ponderum & menſurarum cura. 5.*

Græcorum. *cura circa pondera & menſuras. 4.*

Guido Papæus *in villa ſua Sancti Albani menſuras armis propriis ſignari curavit. 78.*

H.

Hebræorum. *cura circa pondera & menſuras. 3. apud eos menſura portæ affigebatur. 67.*

Hiſpaniarum *regis conſtitutio circa menſuras & pondera. 7. Hiſpaniarum rex ſtatibus provinciarum in Belgio unitis invitis uniformitatem ponderum & menſurarum imponere non potuit. 45. diſſentientes recenſentur circa ſententiam remiſſivè 46. in regno Hiſpaniæ conſuetum eſt, ut menſuræ publicè non ſignatæ tanq. ſuſpectæ per Magiſtratum frangi poſſint. 74.*

Hunnorum *Regum edicta circa pondera & menſuras. 6.*

Hungaria. *In ea par menſurarum & ponderum obſervatur modus, circa delictum depravātis menſuras. 135.*

I.

Ignorantia. *quæ in ſe eſt involuntaria, nullum inducit peccatum. 142. in dubio præſumitur ignoran-*

*norantia, niſi probetur ſcientia. 142. quod ampliatur procedere in delictis 142. ac in terminis falſarum menſurarum 143. Contrarii aſſertio. 143. ignorantia non eſt de publicis 146. ea ignorare, quæ publicè manifeſta ſunt, habetur pro ignorantia craſſa ſupina & affectata 147. Talem allegans ignorantiam cenſetur allegare dolum præſumptum 147. proinde tale factum illicitum eſt & punibile. 147. Ignorans dolo non caret, ſi verſetur in actu per ſe illicito. 153. Ignorantia vincibilis, licet non Excuſet à lata culpa, tamen liberat à dolo. 158.*

Illicita. *illis dans operam, cauſa reputatur eorum, quæ inde ſequuntur. 149.*

Imperatores. *penes illos fuit in Monarchia Romana jus ſtatuendi circa pondera & menſuras 20.*

Imperii *Conſtitutiones circa menſuras & pondera. 18. Imperii univerſalis obſervantia, jus ſtatuendi circa pondera & menſuras confirmat. 21.*

Inſtrumenta *corruptis iis commercia concidunt. 14.*

Involuntaria *delicta jura quoque coërcent. 148.*

Johannis *de tempore lepida hiſtoria. 476.*

Italiæ *conſuetudo circa ſignificationem menſurarum. 79.*

Judicii *obſervantia jus facit. 21. ea, quæ judicio fiunt, etiam in firmitate ſua perſiſtunt. 41.*

Juliacenſis. *Ducatus conſtitutio circa irrogandam pœnam pro falſificatione monetarum. 170.*

Juribus. *majeſtatis annumeratur poteſtas circa pondera & menſuras. 14.*

Juriſdictionis. *fructus ad eum ſpectant, qui juriſdictionem exercet. 167.*

L.

Lapis *terminalis ſeu finalis vide terminus.*

Lubeccenſe. *jus circa depravantem menſuras. 136.*

M.

Mantua. *in Ducatu Mantuano publicæ menſuræ in loco Guaſtallæ publico proſtant. 67.*

Materia *propter ejus parvitatem plurima in jure ſunt impunibilia, quæ aliâs punirentur. 163.*

Mechlinia. *in illa de menſuris cognoſcunt Decanus, cæterique lanificii jurati. 95. quod tamen peragunt non jure proprio, ſed nomine adminiſtratorio. ibid. ex conceſſione & conniventia territorii. ibid.*

Medicus. *in arte ſua falli poteſt. 104.*

Medio-

Mediolanum *Mediolanenſe ſtatutum, frumentum exportari prohibens, comprehendit quoque Bergomenſem Reipublicæ Venetæ ſubditum. 52.*

Menſorum. *collegii initium. 4. menſor non tantùm de menſuris agri, ſed & de ſervitutibus modum dicit. 97. licet eligatur menſor à Domino territorii, tamen mitti poteſt à Judice & à partibus ad peragendum officium 97. exinde tamen judex dici nequit, ſed tantùm nuncius. 79. menſoris aſſertioni eſt ſtandum 98. pronunciat enim ut arbiter 98. gerit munus authoritate publica ordinatum 98. conſiſtit item in officio jurato 98. teſti uni creditur circa illa, quæ ſpectant ad officium ſuum. 99. menſor publicus juramentum veritatis præſtare cogitur. 99. facti veritas in menſurando per evidentiam rei haberi poteſt. 99. quod menſor metiendo pronunciavit, judex loci exequitur 100. quorum æſtimationi potius eſt ſtandum, quàm teſtibus 100. hanc veram, & communem opinionem eſſe aſſeritur 100. periti in arte participant de judice & de teſte 100. imò ſunt quaſi judices. 101. non tenentur reddere rationem ſuæ æſtimationis. 101. requiritur ut menſor à Domino territorii ſuſcipiatur mediante juramento. 101. ad ſimilitudinem teſtium. 101. menſor ſaltem jurat ab initio officii ſuſcepti, non circa ſingulos actus 102. & tamen ſinguli actus unam merentur fidem. 102. in quibusdam locis receptum eſt, ut menſores quotannis juramentum repetant. 103. ſingulare eſt, quod menſori uni ſoli fides habeatur. 103. quia publicè ſub publico juramento eſt receptus 103. quia participat de judice & teſte. 103. an menſor in ingreſſu officii ſui præſtet juramentũ credulitatis, an veritatis. 109. authoris judicium circa hanc rem. 104. ubi certa notitia in arte per peritũ haberi nequit, ibi ſufficit juramentum credulitatis. 105. in menſuratione facienda, judex partes citare debet ad locum 105. ſi de relatione menſoris dubitetur, quidam ei onus, aſſertionem ſuam probandi incumbere ſtatuunt. 105. author magis inclinat in ſententiam contrariam. 106. præſumptio juris eſt probatio liquida 106. peritus in arte plenam meretur fidem circa artem ſuam 106. exemplo agrimenſoris 107. adducuntur diſſentientes remiſſivè. 108. lite exiſtente de finibus agri cujusdam,*

quisnam ſumptus agrimenſori ſuppeditare teneatur. 108. ad præcavendas contrahentium circumvextiones in quavis civitate certi menſores juratò conſtitui ſolent. 92. qui lites ortas dirimunt. 92. hi in jure paſſim vocantur arbitri 92. lege Manilia ob contentionem quinque pedum decempedator adiri ſolebat. 92. nemo de hiſce litibus pronunciare valet, niſi hoc publica authoritate obtinuerit. 93. hodiè hæc poteſtas conſtituendi competit Principibus & ſtatibus Imperii. 93. plerumque locorum Magiſtratus oppidani hanc curam ſibi ſumunt conſtituendi menſores. 95. quales ad menſorum officium eligi debeant. 96. Totum hoc judicandi officium requirit artificem egregium, virum bonum & juſtum. 96. menſorum officium non tantùm in ponderando & metiendo, ſed & in judicando conſiſtit. 97. menſor qui in menſuræ renunciatione quempiam decepit, tenetur decepto actione in factum 175. hæc actio magis naſcitur ex delicto, quàm ex contractu. 175. quod ſit menſoris officium & quæ ejus qualitates eſſe debeant. 176. menſor à partibus electus per imperitiam aut negligentiam falſam menſuram renuncians ſecurus eſt à pœna & damni praſtatione. 108. menſoris renunciatio efficaciam non habet niſi ea à prætore partibus ad id citatis publicetur. 192. menſor officium ſuum etiam per ſubſtitutum expedire poteſt. 197. Mẽſor tamẽ hoc caſu tenetur de dolo ſui ſubſtituti 197. ſi actori ab uno ex menſoribus fuerit ſatisfactũ tunc alter ab ulteriori petitione liberatur. 202.

Menſuræ. qui eas licet privatas publicè non ſignatas tenet, puniri debet. 75. cujus inſigniis menſuræ & pondera ſint notanda. 76. ſymbola & inſignia publica repræſentant ſignatum, ſc. imperii & juriſdictionis quaſi poſſeſſionem 76. ſi civitas Principales menſuras ſuo ſigno notaverit, puniri ob id poteſt 77. ſingulis pannis regia ſigna cum civitatis marca, ubi confecti ſunt, imponi ſolent. 78. niſi conſuetudine aliud fuerit receptum. 78. niſi per præſcriptionẽ immemorialem vel conceſſionem & delegationem Principis hoc jus obtinuerint. 78. ad evitandas fraudes impreſſa menſuris ſigna ſtatis temporibus revideri conducit. 80. quæ gratis fieri debet. 81. in bene conſtitutis Rebuspublicis certi conſtituuntur menſuratorum viſitatores 82.

*qui quotannis mercatorum mẽſuras ad publicum gnomonem examinare. 82. repertas menſuras adulterinas publicè frangere ſolent. 83. & quidem ante fores ipſius adulterantis. 83. fraudantes inſuper pro qualitate delicti à Magiſtratu puniri ſolent. 83. Cuſtodes menſurarum negligentes in officio ſuo puniri debent. 83. hi viſitatores lites in actu viſitationis ortas recurrendo ad archetypum menſurarum dirimere ſolent. 83. Omnes ad communem terræ menſuram ſolvere tenentur. 84. jus conſtituendi menſurarum cuſtodes competit Domino territorii. 84. inſpectio menſurarum eſt actus jurisdictionis, eive cohæret. 84. Magiſtratus creatio, quales etiam, ſunt menſurarum cuſtodes, ad curam Principis pertinet. 85. in actu viſitationis pœna arbitraria vertitur. 85. in quibusdam civitatibus Imperii obſervatur, ut rerum vendibilium menſuratio fiat in loco publico, menſura publica, per perſonam publicam 87. alibi & hoc receptum eſt, ut omnium ponderum & menſurarum formæ à certo aliquo jurato artifice conficiantur. 88. quæ conſuetudo coërcendis defraudantium machinationibus maximè conducit. 88. lex, mutationem menſurarum prohibens intelligit defraudationem aliorum, non verò reductionem ad juſtum pondus. 165. quod eò magis procedit ſi hæc correctio palàm fiat. 165. neque lex ullam pœnam hanc in rem ſtatuat. 165. exactio pœnæ falſificationis menſurarum non affert decepto præjudicium, quò minus contra lædentem agere poſſit ad intereſſe. 166. ſcienter iniquè menſurando alterum defraudans, furti actione conveniri poteſt. 166. quoniam Dominus territorii Jure ſuperioritatis poteſtatem ſtatuendi de menſuris ſibi vindicat, ideoque ei merito quoque coercendi poteſtas competit in eos, qui cõtra leges delinquunt. 167. exploditur diſtinctio Knicheni circa irrogandam pœnam falſificationis. 168. ſententia Authoris declaratur. 169. 170. cautela traditur, ad amovendam ſubjectionis aut Landſaſſionatus quæſtionẽ, ut ii, qui in alterius territorio caſtra, pagos &c. poſſident, diverſis ponderibus ac menſuris utantur. 113. ſubditis altam jurisdictionem habentibus tuitio quantitatis menſurarum diverſæ à ſuperioris, conceditur; diminutio autem vel augmentum*

tum ejusdem ſine Principis authoritate iis non permittitur. 115. quod ita obſervatur in Regno Neapolitano. 115. Jus menſurarum à privatis acquiritur vel per conceſſionem Principis. 115. vel per uſum diuturnum & longiſſimum. 116. Dominis poſſeſſionum reditus ad menſuram in ſuis caſtris uſitatam exigere non licet, ſi Domino territorii competat jus menſuras dandi. 116. Cenſus annui, & operæ debitæ juxta morem conſuetum ſunt præſtandæ. 117. menſuræ & pondera regis ſtigmate ſunt ſignanda in ſignum tam ſuperioritatis quàm ſubjectionis. 117. Princeps territorii menſuras & pondera etiam Clericorum ſignare poteſt. 118. Clerici mercaturam exercentes ratione hujus negotiationis ſtatutis Judicis ſecularis ſubjiciuntur. 119. menſurarum juſtus modius in publicis civitatum ædibus, & templis proſtat, ut cuilibet ex archetypo tali exemplum juſtum deſumendi conceſſum ſit. 151. menſuras falſas fabricans, aut vendens verſatur circa ignorantiam vincibilem, quæ non eſt excuſabilis, ideoque veniâ non eſt dignus. 153. qui falſis & adulterinis menſuris, vel ponderibus ignoranter uſus eſt in mercatu publico, à pœna falſi hoc prætextu non liberatur. 155. adducuntur aſſertionis rationes. 155. 156. adducuntur Doctores, qui hanc ſententiam fovent. 165. adducuntur diſſentientes, cum eorum rationibus. 156. iisdem reſpondetur. 157. ſententia prior aſſertiva declaratur eatenus procedere, ut delinquens habita ratione circumſtantiarum arbitrariè mulcta pecuniaria puniri debeat. 158. quoad irrogandam pœnam an verba toties, quoties, ſint referenda ad ſingulos metiendi actus, an verò ad ſingulos contractus, qui plures actus requirunt, 161. affirmatur prius, & adducuntur rationes affirmationis. 161. 162. an pœna graviori plectendus ſit is qui utendo falſis menſuris prima aut ſecunda vice in fraude deprehenditur. 162. aſſeritur negativa cum rationibus ejus. 162. an is incurrat pœnam falſi, qui in re minima menſurando falſum commiſit. 163. menſurarum cura ad Magiſtratum pertinet. 2. earundem origo eſt ab ipſa natura 3. unde menſura dicatur. 3. menſurarum cura apud Hebræos. 3. apud Græcos. 4. apud Romanos. 4. circa falſas menſuras Ædilium curulium poteſtas 4.

ſtas. 4. menſurarum curam aliqãdo Imperatores ſibi ipſis ſumpſerunt. 5. ea poſtmodum Imperatoribus Gothis, Regibus Romanis ceſſit. 5. circa menſuras Caroli M. conſtitutio 6. circa easdem Hunnorum Regum edicta. 6. Imperium circa menſuras Galliæ Reges adſcribunt ratiociniis Regiis. 6. eorundem decreta circa menſuras. 6, cura circa hanc rem in ſingulis Galliæ municipiis. 7. circa menſuras Hiſpaniarum Regis conſtitutio. 7. circa easdem jus Regium in Anglia. 7. menſuræ genera Senatusconſulto parlamentario hodie mutari conſueverunt. 7. Juri Regio in Anglia vicinæ Scotiæ leges ſe conformant. 8. circa menſuras Caroli Regis Hungariæ conſtitutio. 8. circa eandem rem Regum Sigismundi & Uladislai conſtitutiones, 8. circa idem Regni Neapolitani tribunal ſingulare. 8. circa idem jus Regium in Sicilia. 9. ejusdem rei cura in Republica Veneta. 9. circa idem jus in Principatu Pedemontano & Ducatu Sabaudiæ reſidet apud Ducem Sabaudiæ. 9. Menſurarum jus Regiæ eſſe poteſtatis etiam Barbari norunt. 10. cur poteſtas circa menſuras ſit ſummi Imperii. 12. menſura unde dicatur? Hebræorum etymon. 14. poteſtas cira menſuras juribus majeſtatis annumeratur. 14. poteſtas cira menſuras & pondera in Imperio Germanico vi jurisdictionis territorialis competit ſtatibus Imperii. 17. menſuris quantitatem & modum dicere ſoli Principi licet. 17. jus frangendi falſas menſuras ad exemplum juris conſtituendi attribuitur altæ jurisdictioni. 23. menſurarum immutatione facta, an & forenſes in recipiendis certis modiis annuis novam mẽſuram agnoſcere teneantur. 49. menſura fundi empti intra quod tempus fieri debeat. 58. ubi diſtinguit author. 58. quid ſi conventum ſit, ut intra tres menſes venditor prædium menſuræ ſubjicere teneatur, deciditur. 59. quid de emptore circa hanc controverſiam tenendum? deciditur 60. ſi in diviſione bonorum inter fratres, citra tamen determinationem temporis, menſurationis facta fuerit mentio, an poſt lapſos viginti annos hæredes alterius fratris defuncti menſurationem demum petere valeant. 60. venditione ad menſuram facta, interim donec prædium menſuretur, an pœnitentiæ locus ſit. 61. ſi tractu temporis propter negli-

gentiam agrimenſoris in defectu erratum appareat, tunc menſuratio eſt redigenda ad juſtitiæ libram, & venditor pro rato pretii ſoluti, damnum reſarcire cogitur. 63. quamdiu deceptis in menſuratione ſuccurratur ibid. actio ſupplementi durat ad triginta usque annos. 63. remedium contra depravatores menſurarum eſt ſigni, & notæ publicæ impreſſio. 73. menſura publica per ſignum authenticum diſcernitur ab adulterina menſura. 74. character, & ſtigma publicum, fidem & probitatem menſurarum ſpondet. 74. menſuræ publicè non ſignatæ in falſi ſuſpicionem incurrunt, ideoque per magiſtratum frangi poſſunt. 74. vide etiam tit. pondera.

Mercatores. *Inter illos obſervatur, quod per ſigni impoſitionem in ciſta merces probentur ejus eſſe, cujus eſt ſignum. 77. adducuntur Doctores conſentientes. 77. mercatores in menſuratione, pannos nimium tirantes & extendentes arbitrariè puniuntur. 164. an mercator pōdus juſto levius propria authoritate adæquare, & ad juſtam quantitatem addendo aliquid redigere poſſit? 165.*

Modius. *modios æneos vel lapideos Juſtinianus Imp. in Eccleſiis cujusvis civitatis conſervari juſſit. 66. quod hodie adhuc videre licet in templis quibusdam. 66. ſtatutum circa abrogationem veteris modii eſt prohibitorium. 42. item in rem, non in perſonam ſcriptum. 42. hoc in caſu contractus juxta ſtatutum loci, ubi res ſita eſt, regulatur. 42. hanc affirmativam Doctores communiter ſequuntur 42. juxta eā in ſummis curiis deciditur. 50. in conventione de certis frumenti modiis ſolvendis attenditur quoad menſuram locus ſolutionis. 53. idem judicatur regulariter in expenſis & damnis. 33.*

Molendinæ. *earum inſpectio delictorum moletrinorum coercitio, reliquaque de molis ſtatuendi poteſtas, accenſetur juri ſuperioritatis territorialis. 343. rationes aſſertionis. 344. 346. 347. In Monarchia Romana ſoli Imperatores Romani, de Piſtoribus, de frumento, de pane, de molendinis &c. conſtitutiones promulgabant. 348. moletrinarum curam Imperatores ſubſecutis temporibus commiſerunt præfecto annonæ 349. ſubditi poſſunt cogi, ne ad alia,*

*quam*

*quàm ad Domini molendinum accedant. 424. alii contrarium ſtatuunt. 424.*

Molitores. *Eorum improbitas & fraudes. 344. molitores præſumuntur eſſe fures. 345. maxima neceſſitas boni publici ergo efflagitat, ut circa cauſas molendinarias omtimè proſpiciatur. 346. furtis & deceptionibus molitorum acri remedio obviandum eſt. 347. Molitores noſtri ſunt veterum piſtorum ſucceſſores. 349. Status Imperii moderni, cum iis competant jura territorialia non minùs ordinant de molendinorum viſitatione, & inſpectione, quàm olim Imperatores. 349. in Ducatu Würtenbergico ſoli Principi competit inſpectio molendinorum 312. idem habetur in ſtatutis Miſniæ, Saxoniæ, Ducatus Juliacenſis &c. Electoratus Brandeburgici, & Ducatus Brunſuicenſis. 350. 351. exterorum leges & conſuetudines circa hanc rem. 352. apud Romanos Piſtores, ſive molitores propria habuerunt Collegia, jura, & privilegia. 353. Theodoricus Gothorum Rex Romanus piſtorum & molitorum cauſa conſtituit præfectos annonæ. 356. In Gallia olim ignominia datum fuit, inſpectores molendinorum à Rege nominatos fuiſſe. 356. ubi ſpecies jurisdictionis in caſtro vel pago ſunt penes duos, cuinam competat inſpectio molendinorum 356. ea regulariter ſpectat ad Dominum territorii. 357. probatur aſſertio. 357. 358. 359. ampliatur ſententia, ut nihil interſit, ſive ſuperior ſolam poſſideat jurisdictionem territorialem, ſive cum illa altam habeat ſeu criminalem. 360.*

Moneta. *plurimis in locis ex conniventia Principum mulctæ pecuniariæ pro falſificatione monetarum competunt Magiſtratibus Muncipalibus. 172, 173.*

Municipalis. *civitas, vel alius mediatus exiſtens, in quaſi poſſeſſione Juris menſurarum & ponderum eo ipſo jurisdictionem vel ſuperitatem declarare nequit. 113.*

N.

Neapolitani Regni. *cura inquirendi in falſas monetas. 84. ejusdem decretum de menſuris & ponderibus Regio ſtigmate ſignandis. 118. ſingularis pœna falſificatorum ponderum & menſurarum in regno Neapolitano. 135. In hoc tribunali ſingulare circa pondera & menſuras. 8.*

Nuces. *earum menſura in ſuperiori Suevia à quo concedatur, & quan-*

*& quantum quotannis importet. 11.*

O.

Officiales *publicos quilibet juvare tenetur. 101. injurato non creditur, quoties aliquid à lege alicujus conſcientiæ relinquitur. 102. in quibusvis officialibus obtinet, ut ab initio officii ſuſcepti ſaltem jurent, non circa ſingulos actus. 102.*

P.

Pariſienſis. *ſuprema curia duplici arreſto jus conſtituendi cuſtodes Pannariæ inſpectionis Baronibus regni jura ſuperioritatis habentibus adjudicavit. 85.*

Peloponnenſium. *circa pondera & menſuras uniformitas. 33.*

Pertinentiarum. *vox, utut generaliſſima, non tamen includit regalia. 28.*

Platonis Præcepta *à M. Tullio relata, ab omni, qui reipublicæ praeſt, ſanctè ſunt cuſtodienda. 447.*

Pondera *eorundem cura ad Magiſtratum pertinet. 2. Eorundem origo eſt à natura. 3. cur poteſtas circa ea ſit ſummi Imperii 10. poteſtas circa ea & menſuras juribus Majeſtatis annumeratur. 14. an is, qui falſis ponderibus & menſuris ſcienter utitur, eadem pœnâ puniatur, quâ doloſè fabricans eas puniri ſolet. 147. ponderum & menſurarum exactam habere curam Principi incumbit. 65. quæ ſit pœna ejus, qui ponderum & menſurarum exemplar publicè affixum refigit & corrumpit. 70. Jus ſtatuendi circa pondera & menſuras ex parte imperantis ſuperioritatem, ex parte verò recipientis ſubjectionem probat. 111. ponderum & menſurarum falſificatores tenentur pœna falſi & quidem atrociori. 127. ponderum & menſurarum exæquatio concernit commercia ſubditorum, unde & illorum judicium circa hanc rem erit explorandum. 42. ex ponderum & menſurarum longiſſimo uſu provinciales jus quæſiverunt, ac in quaſi poſſeſſione menſuræ conſuetæ exiſtunt. 43, an Princeps Imperii ad inſtituendam uniformitatem mẽſurarum & ponderum ſubditorum Conſenſum requirere teneatur. 38. an jus ponderum & menſurarum vendito caſtro cũ territorio tranſeat in emptorem. 27. Ponderum & menſurarum uniformitas in republica maximè utilis eſt. 32.*

Pontifex Romanus. *omnia ardua negocia coacto Cardinalium Senatu expedire tenetur. 41.*

Portuenſes. *qui ſint. 5.*

Poruſſia. *quid de illius Jure ſit ſancitum, contra depravantem menſuras. 136.*

Princeps. *commercia, & quibus vita humana indiget, promovere tenetur. 13. illi ſoli licet menſuris quantitatem & modum dicere. 17. is tenetur dolis & fraudibus ſubditorum quoad lucrum captandum obviare. 13. Princeps, qui jura in territorio poſſidet, liberum arbitrium habet, an & quando onus tributi ſuis imperare velit. 42. Princeps per mandata ſua neminem intelligitur prægravare. 44. omnes fere Principes in regiminis ingreſſu Provincialibus jura & privilegia ſua cōſervaturos promittunt. 45. Princeps de rebus in Principatu ſuo ſitis promiſcuè diſponere poteſt. 52. Princeps etiamſi prudens, tamen Conſiliariis eget. 38.*

Profeſſor. *dum fert teſtimonium de ſcientia diſcipuli in actu præſentationis, tenetur jurare de veritate 104.*

Prohibitam *rem faciens, dolosè facere cenſetur. 154.*

Provinciales. *ex uſu ponderum & menſurarum longiſſimo jus quæſiverunt, ac in quaſi poſſeſſione menſuræ conſuetæ exiſtunt. 43.*

R.

Regalia. *poſſideri non poſſunt à ſubdito absque ſpeciali Principis conceſſione. 26. regalia non ſunt jura realia, & fundo inhærentia, ſed perſonalia 29. Regia jura in generali conceſſione caſtri cum pertinentiis non veniunt. 28. Regiæ poteſtatis inveterata conſuetudo circa pondera & menſuras ſtatuendi. 19. regnandi opinio circa irrogandam pœnam falſificationis menſurarum exploditur. 169.*

Romani. *Imperatores remedium præbent contra falſificationes menſurarum, reſcribendo, ut modi ænei vel lapidei cum ſextariis & ponderibus per manſiones & ſingulas civitates collocentur. 66. Romanorum cura circa pondera & menſuras. 4. & 66. Romanis Regibus menſurarum & ponderum concredita cura. 5. apud Romanos menſorum functio honorifica erat, & immunitatibus gaudebat. 96.*

S.

Sabaudiæ. *Dux in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontano jus habet ponderum & menſurarum. 9.*

Saxonica *dicaſteria quid obſervent circa pœnam, quâ ſcienter*

*falſis ponderibus & menſuris utens punitur, & dolosè eas fabricans 138.*

Scaynus. *an menſoris aſſertioni ſit ſtandum? 99.*

Scholaſticus. *ſi Scholaſtico pro viatico ſit legatum ſtudiorum cauſa, ſolutio facienda eſt ibi, ubi operam dat ſtudiis. 53. conſtitutio Provincialis Würtembergica circa hanc rem. 54.*

Scotia. *quid regni Scotiæ legibus cautum ſit, circa depravantem menſuras. 135. illius conſuetudo circa irrogandam pœnam pro falſificatione monetarum. 171.*

Scire *& Scire debere paria ſunt in jure 144. ex eo, quod quis tenetur ſcire, præſumitur ſcire. 144.*

Senatores. *Principes omnia ardua negotia cum conſilio & conſenſu Senatorum provinciæ expedire debent. 40. Senatores provinciæ ſunt inter Principem & populum interjecti ut mediatores. 40.*

Sicilia. *in ea jus regium circa pondera & menſuras 9. in regni Siciliæ metropoli Meſſina, Prorex ſtatis temporibus eligit Credenzerium; quodque ſit ejus officium? 94. in regno Siciliæ ſingularis pœna falſificatorum ponderum & menſurarum. 135.*

Sigismundi. *regis conſtitutiones circa pondera & menſuras p. 8.*

Statibus *jus circa pondera & menſuras ſtatuendi communicatum eſt per Receſſus Imperii. 20.*

Subjectionis. *realis effectus. 53.*

Subſtitutus *in officio ſuo delinquens de ſubſtituentis voluntate deliquiſſe cenſetur. 200.*

T.

Terminus. *crimen termini moti tam atrox eſt, quàm menſuræ falſificatio. 213. primævo mortalium ſeculo crimen termini moti planè erat incognitum 214. poſtquam diſtingui ceperunt dominia, etiam agris termini ſunt poſiti; actio finium regundorum & crimen de termino moto originem ſumpſit. 214. Reipublicæ intereſt, ne rerum dominia ſint in incerto. 216. per ramos, columnas, ſtatuas, montes, fluvios. foſſas. 216. per arbores & arbuſta, petras, itinera, & vias publicas, rivos, ſepes, ſepulchra. 217. communiter per lapides. 220. apud Romanos lapis terminalis erat pro perpetuitate, quem ut Deum, coronis, & victimis venerabantur. 222. antiqui lapides hos inviolabiles eſſe voluerunt. 222. etymologia, definitio & diviſio termini. 223. 224. 225. 15. qui privatim dolo malo terminos ponit, incidit in crimen falſi.*

*falſi, & hac pœna punitur. 323. Terminus falſus non tribuit poſſeſſionem. 324. pœna amotionis terminorum etiam locum habet contra eum, qui mandato alterius terminos turbat 324. qui terminos finales amovere tantùm tentavit, ſed non perfecit, is extra legis pœnam eſt. 326. an attentans movere lapides finales ſit omninò extra legis pœnam 526. termini legitimè poſiti non modicum habent effectum in probando Territorio, jurisdictione & confinibus. 252. declaratur, confinia & jurisdictionem territorialem etiam aliis modis probari poſſe. 254. requiritur, ut lapides alios terminales recta linea reſpiciant. 254.*

Territorium. *territoriorum Domini poſſunt inhibere ſubditis, ne aliorſum emigrent habitandi gratia, aut commercia exerceant in locis peregrinis, vel invehant cereviſiam, & vinum forenſe. 423.*

Theodorici Gothorum *Regis edictum de novis indictionibus. 449.*

Torculum. *de ſignificatione vocabuli torculum, &, quot modis dicatur. 379. unde derivetur torculum. 381. nominalis definitio hujus verbi. 381. quorundam definitio realis refertur. 381. vera definitio traditur. 381. differentia torculi à prælo. 381. preſſorium conſtruitur vel ex lignis, vel lapidibus. 382. diviſio torculi. 382. quilibet privatus in fundo aut ædibus ſuis, torculum ſui, & aliorum uſus gratia inconſulto Principe liberè ædificare poteſt 383. torculo empto aut legato, vaſa quoq; vinaria Emptori aut legatario cedunt, ac inſtar bonorum immobilium cum torculo tranſeunt. 405. cuppæ, tanquã inſtrumenta torculi ſubſtantialia neceſſariò tam in contractum, quàm legatum veniunt. 405. torculum, ſi immobili ædificio inhæret, res ſoli exiſtimatur, & ædium pars. 409. locator ædium tenetur conductori concedere torculare annexum ad premendas uvas deſtinatum. 410.*

Torcularis cenſus *præſtatur vel in pecunia numerata, vel in muſto. 477. Dominus torculi bannalis, qui pago cum jurisdictione præeſt, cenſum torcularem pro lubitu mutare vel augere non poteſt. 478. in redditibus præſtandis veterem conſuetudinem Domini poſſeſſionum obſervare debent 478. circa exactiones conſuetas debitores habent jus acquiſitum, quod illis*

*invitis adimi facilè non poteſt. 479. Operæ ruſticorum, quoad qualitatem & augmentum nullatenus ſunt extendendæ, ſed potius intra conſuetos fines cohibendæ. 479. Controverſia inter Dominum, & diſtrictuales exiſtente circa cenſum torcularem, omnium primò pacta conventa ſunt inſpicienda, quæ actus naturam informant, & reformant 480.*

Turonenſes. *conſuetudines circa menſuras & pondera, regio ſtigmate ſignanda. 118.*

V.

Vaſallus. *libertatem à certis præſtationibus, contra Dominum præſcribere poteſt, ſi Dominus Vaſallitica onera requirens vaſallo deneganti per longiſſimum tempus acquieverit. 460.*

Vectigal. *ſolvere negligens, merces committit, nec per ignorantiæ allegationem liberatur. 154.*

Venetæ. *reipublicæ cura circa pondera & menſuras. 9.*

Vindemiarum. *apertura fieri ſolet à Domino loci, communicato prius conſilio in forma informationis cum peritis vinitoribus per judicem ordinarium, 512. quare apertura vindemiarum publicè fieri ſoleat. 511. ſi vindemiator ante aperturam vindemiæ contra publicum proclama propria authoritate uvas collegerit, non tantùm debita pœna plectitur, ſed & vicinis damnum & intereſſe præſtare cogitur 513. tempore vindemiæ aliorum vineas adhuc dum clauſas pro uvarum racematione ingredi probitum eſt. 514. poſt aperturam vinearum & uvas collectas cuilibet liberum eſt, racemos omiſſos colligere. 514.*

Vinea. *Colonus ob malam culturam vineam certo annuo cenſu conductam amittit, & Dominus eum fundo expellere poteſt. 549. vinitorem alterius perſuadens, ut culturam vineæ deſereret, conveniri poteſt à Domino vineæ de dolo malo. 556. promittens dare operariis ſuis vinitoribus tantum, pro mercede, quantum alii cives ſolvunt, & conſtet cives diverſimodè mercedem ſolviſſe ad eam quantitatem tenetur, quæ minima eſt. 557.*

Vinum. *iſt donum Dei, tum ratione virtutis per uſum, tum ratione felicitatis per culturam. 500. cùm vinum certæ ſpeciei promittitur, ſolutio fieri debet in eo loco, ubi dolium eſt. 53.*

Uladislai *Regis Hungariæ conſtitutiones circa menſuras & pondera. 8.*

Uvæ *recenter collectæ, citò devehendæ ſunt ad cuppas, ideoque cuppa-*

*cupparum inprimis habenda cura. 509. explicatur ordinatio Würtembergica. 510. Dominus territorii circa tempus uvas colligendi, & vindemiandi, ordinationes optimè poteſt promulgare. 510. uvarum collectio an diebus feſtis bona cõſcientia fieri, aut à Magiſtratu permitti poſſit, ubi Sabbathi obſervatio Hebræis demandata declaratur. 532. forenſis, dominus vineæ uvas tẽpore vindemiarum collectas & contuſas contra loci conſuetudinem extra territorium ad aliud torculum vehere nequit. 146.*

W.

Würtembergica. *ordinatio circa pondera & menſuras. 18. in Ducatu Würtembergico menſurarum & ponderum archetypus in Archivo Principis Stutgardiæ aſſervatur. 67. conſtitutæ inſuper ſunt duæ civitates principaliores, quibus exemplaria ab archetypo deſumpta ſunt communicata, unde reliqua loca juſtam rectitudinem petunt. 67. in Ducatu Würtembergico menſuræ quotannis publicè inſpiciuntur, & publicis ſignaturis deſtitutis utentes arbitrariè puniuntur. 75. quid obſervetur in Ducatu Würtembergico circa ſignationem menſurarum, 79. civitates Municipales Würtembergicæ jus ſignandi menſuras, ulnas, & pondera per gratiam & delegationem Principis ſibi vindicant. 80. ſanctio Ducatus Würtembergici circa curam de cuſtodibus menſurarum. 87. quomodo obvietur fraudibus venditorum in Ducatu Würtembergico. 88. Würtembergici Juris ſanctio de irroganda pœna pro falſificatione monetarum 171. Formula juramenti agrimenſoris in Ducatu Würtembergico 177.*

Z.

Zygoſtatas. *nemo ordinat, niſi Princeps, quo Jure ſuperioritatis territorialis cluit. 348.*

*F I N I S.*

## Omiſſa.

Ad cap. 1. pag. 6. lin. 24. addatur: *hoc eſt, Jus ponderum, menſurarum, ulnarum, metiendi item Corpora Cubica, ſive dolia menſurandi, & agros.*

Pag. 7. lin. 5. add. *h. e. Apparitor generalis, Viſitator molendinorum, ponderum, librorum, ulnarum, Staterarum.*

Cap. 3. p. 19. l. 15. add. *h. e. Apparitor Generalis Regis, Viſitator ponderum.*

Cap. 4. p. 34. l. 16. add. *h. e. de Reductione ponderum & menſurarum ad unam formam, & quod in Francia non niſi una forma ulna, longitudinis trium pedum, ſeptem digitorum, & decempeda ſive pertica habenda ſit octo linearum; quæ vocabitur ulna Regia.*

## Errata.

Cap. 1. p. 6. l. 23. lege: Etalonage. Reliqua Sphalmata ſi quæ forte inter feſtinandum irrepſerunt, & Valdè levia erunt, ipſe benevolus lector, pro Candore ſuo emendabit.

# NICOLAI MYLERI
ab Ehrenbach/ JCti,
# ARCHOLOGIA ORDINUM IMPERIALIUM,
Seu
*De*
Principum & aliorum Statuum
Imperii Rom. Germanici
priſcâ origine,
*Liber Singularis:*

Editio Secunda
correctior.

Wolfram Suchier.

*TUBINGÆ,*

Impenſis JOH. GEORGII COTTÆ,
Acad. Bibliopolæ.
Literis MARTINI ROMMEII.

Anno M. DC. LXXXIII.

# Lectori Cupido & Candido
## EDITOR,
## Academiæ Tubingenſis Librarius,

*Salutem & Obſervantiam!*

QUam iſtîc publicare viſum eſt, ORDINUM IMPERIALIUM ARCHOLOGIAM, pergratum fore omnibus, de hoc ſtudiorum genere ſollicitis, haud unas ob cauſas confido. Siquidem ea, quæ publicis actis æquè ac ſcriptis celeberrimus autor, Nobiliſſimus Dn. MYLERUS ab Ehrenbach/ JCtus, atque Sereniſſimi Wirtembergiæ Ducis &c. intimæ admiſſionis Conſiliarius, ſanctioris item Conſiſtorii Director ampliſſimus, antehac in lucem emiſit, incredibili ac inuſitato cum applauſu, ubivis fuerunt ſuſcepta, quanquam juvenilibus prope annis elaborata, & vix deinceps retractata. Voluit autem tunc ipſe, cum de Principum & Statuum Imperii Rom-Germanici præcipuis juribus ſuccinctam delineationem, quæ aliquoties recuſa eſt, primitus prodire juſſiſſet, majori tantum operi, illo velut compendio, interea præludere; donec aliquando, otium à ſummarum occupationum ſudoribus, quibus quotidie incumbit, per horas ſucciſivas nactus, fœtum hunc penitus ematuraret. Illud enim, ſicuti ſpero, apud rerum intelligentes, omnem extra

controverſiam poſitum erit, tantos viros, qui & ſolida pollent eruditione, & graviſſimis rebus agendis quotidianam manum ac mentem admovent, de arduo hoc juris publici argumento, circa quod ſubinde verſantur, omnium optimè poſſe commentari. Quanquam autem Excellentiſſimo Domino Autori propoſitum eſſet, totum de hac materia opus ſimul in orbis eruditi conſpectum dare, attamen cumulatiſſimorum, quibus bono publico diſtinetur, negotiorum moles, identidem recurrens, id usque huc minimè permiſit. Itaque illi hunc, qui jure ſuo reliquos antecedit, de Principum & aliorum Statuum Imperii Romano-Germanici priſca origine, librum ſingularem, ne deſideriis aliorum honeſtis, ſuisque item promiſſis, nihil dare velle videretur, tantiſper præmittere placuit; procurato in hunc tractatum, &, qui illum ſequentur paulo poſt, conſimilis argumenti plures, ab inſignitiſſima Sacræ Cæſareæ Majeſtatis gratia, quam aliàs quoque pronam ſenſit, cum nuper ad aulam ejus Legationem obiret, privilegio ſingulari, ad viginti annos extenſo, & vigore publici inſtrumenti ſuper hac re Cæſarei, in me meosque benigniter derivato, ſicuti ſuo loco uberius monere haud omiſimus. Quapropter, cum ad promovendam reſiduorum meditamentorum, non tam elaborationem, quæ jam in promtu eſt, quàm pleniorem illorum reviſionem, vacuas horas impendere autor, benivoli Lectoris commodo deditiſſimus, omnino decreverit, proximo quovis tempore, plura magni hujus momenti ſcripta licebit expectare. Maximam quippe recreationem, quam alii pro nativa indole aut adſuetudine longiori, rerum item ſuarum conditione, cæte-

ris

ris in rebus reperire ſolent, ipſe potiſſimum in hiſce ſtudiis & olim quæſivit, & ab hoc inſtituto ne nunc quidem recedit, promptus ſemper ac intentus, quotiescunque vacuitas horarum, privatis negotiis conceſſarum, illud indulget, etiam ſic publico egregiè prodeſſe. Optent modò mecum, quibus talia legere volupe fuerit, longam viro ſummo incolumitatem, & de noſtra in edendo cura omnem induſtriam ſibi promittant. Quòd ſi illa tamen, in hoc forſitan libro, ut ſit inter initia videbitur alicubi defuiſſe, non Nobiliſſimo autori, ſed operis typographicis, propter appropinquantes nundinas feſtinantioribus, hactenus imputetur: aberrationibus, quæ apparebunt, haud difficulter emendandis. Interim perſpicaciores in poſterum oculos, bona fide, Lector æquanimis ſibi ſpondeat, ſimulque conatibus hiſce conſtanter favere pergat. Scriptum Tubingæ 5. Aprilis, Anno Servatoris humani MDCLXIII.

# ORDO CAPITUM.

CAPUT. I.

*De Origine Principum ac Statuum Imperii Romano-Germanici, horumque Dignitatum & Privilegiorum progreſſu* pag. 1.

CAP. II.

*De Dignitatibus & Officiis ſub Imperatoribus primis, imò ſub primordio Romani Imperii.* p. 5.

CAP. III.

*De Dignitatibus, Officiis & Adminiſtris, ſub Conſtantino M. & Impp. præcipuè Græcis.* p. 12.

CAP. IV.

*De Gothis, eorumque irruptione in Imperium Romanum; præſertim de Italiæ ſubactione.* p. 18.

CAP. V.

*De Longobardis, eorumque adventu in Italiam, occupatis terris, & forma adminiſtrandi Regnum Longobardicum, per Duces & Comites.* p. 29.

CAP. IV.

*De Imperii Romani Occidentalis translatione à Græcis in Carolum Franciæ Regem, qui Senatum Populumq; Romanum coronante Pontifice Leone III. Auguſtus, poſtea Carolus Magnus cognomine appellatus fuit. Vbi de Conſtitutione Imperii Romano-Germanici de Ducum & Comitum per provincias ordinatione, eorumque jure temporali.* pag. 47.

CAP. VII.

*Quibus officia Ducalia & Comitialia à Carolo M. ejusque Succeſſoribus concredita fuerint. Vbi inprimis de eorum qualitate & virtutibus.* p. 66.

CAP. VIII.

*De hac adminiſtratione, quando ſucceſſu temporis in Feudum dari*

*dari cœpta fuit. Vbi, an & quando hereditaria facta. Ac inſuper de filiis Ducum & Comitum.* p. 71.

CAP. IX.

*De conditione Ducum vel Comitum ſub Saxonib. Impp. Quando hereditariæ eſſe cœperint; ac de Imper. Otthone Magno.* p. 78.

CAP. X.

*Illatio ex his, quòd ſub Otthonibus Impp. Ducatus aut Comitatus, cum ſuperioritate territoriali hereditarii eſſe cœperint.* p. 87.

CAP. XI.

*De Otthonibus Impp. ac quod bene egerint, Viris de Imperio R. G. benemeritis, Ducatus & Comitatus, hereditario jure unà cum Regalibus conferentes.* p. 91.

CAP. XII.

*De Eccleſiaſticis Imperii Statibus, eorumque origine.* p. 105.

CAP. XIII.

*De Conditione Epiſcoporum & Abbatum ſub Otthone M. à quo Principalem poteſtatem cum territoriali jurisdictione habere inceperunt.* p. 116.

CAP. XIV.

*De jure Advocatiæ,* **von Kaſtenvogteyen /** *& de Advocatis ipſis.* pag. 125.

CAP. XV.

*Quod cum Principali dignitate Epiſcopis conceſſa, non omnia ſimul Regalia tranſierint, ſed ſucceſſu temporis tandem acquiſita fuerint.* p. 133.

CAP. XVI.

*An hæc liberalitas erga Epiſcopos & Abbates, Imperio R. G. proficua fuerit necne? Vbi mores aliorum Regnorum recenſentur.* p. 141.

CAP.

CAP. XVII.

*De Civitatum Imperialium origine, immedietate, & à quibus Impp. eam acquiſiverint?* p. 154.

CAP. XVIII.

*De origine Civitatum Imperialium, earumque ſuperioritate; quæ quandoque ab Impp. Epiſcopis ad tempus commiſſæ, quandoque ademptæ fuerunt.* p. 166.

CAP. XIX.

*De variis modis & mediis; quibus una vel altera Civitas, quædam jura ſuperioritatis, ab hoc vel illo Imperatore obtinuerit. Quod exemplis illuſtratur.* pag. 172.

CAP. XX.

*Quòd adquiſita hâc Civitatum immedietate, Imperatores iisdem non mox omnia majora Regalia attribuerint. Vbi de reſervatione Collectarum, Telonii, Monetæ, Iudæorum, Maleficorum jure, & ordinatione Præfectorum Vrbicorum.* p. 181.

CAP. XXI.

*De Advocatis Vrbicis, aliàs* Reichsvögt & Reichsſchultheiſſen *vocatis. Vbi differentia Advocati Vrbici & Eccleſiaſtici.* p. 187.

CAP. XXII.

*De Civitatibus Imperii, quando tandem & quâ curâ, tanquam immediati Status Imperii libertatem obtinuerint? Vbi an conſultum, Advocatiam Vrbicam de novo introducere?* p. 205.

CAP. XXIII.

*De comparatione Principum & Comitum Imperii, cum Præſidibus & Præfectis, ſeu Locum tenentibus aliorum Regnorum, præſertim verò utriusque veteris Romani Imperii, tam Orientis, quàm Occidentis.*

PRÆLO-

# PRÆLOQUIUM SEU CAPUT I.

## *De Origine Principum ac Statuum Imperii Romano-Germanici, horumque Dignitatum & Privilegiorum progreſſu.*

### SUMMARIA.

1. *Origo & principium Statuũ Imperii Romano-Germanici repetendum.*
2. *Origo cujusque rei præcipua pars eſt.*
3. *In dubio ſæpiſſimè ad originem ceu fontem eſt reſpiciendum.*
4. *Principes & Status Imperii antiquiſſimam habent ſcaturiginem.*
5. *Variæ de ea & veterum & recentiorum Hiſtoricorum ſunt opiniones.*
6. *Germani priſco ævo, utpote militari arti aſſueti, literarum imperiti fuerunt.*
7. *Munificentiâ Imperatorum Statuũ jura accreverunt, ut ad præſens hoc faſtigiũ pervenerint.*
8. *In factis antiquis Hiſtorici ſunt conſulendi.*

DE STATIBUS IMPERII ROMANO-GERMANICI, eorumve Juribus, dignitatibus & privilegiis verba facturus, eorum Originem & Principium altiùs repetere, & ab ipſa vetuſtate Germaniæ, ex ipſis hiſtoriarum viſceribus eruere, neceſſarium eſſe duxi.

2. Cum enim *Origo* cujusque rei potiſſima ſit pars, & cujusvis negotii baſis & directrix. juxta *l.* 1. *&* 2. *ff. de Origin. Iur. l. tutor datus.* 69. *ff. de fidejuſſ. l. qui id quod.* 33. *ff. de Donation. ſecundùm* Surd. *de Aliment. tit.* 7. *quæſt.* 34. *num.* 7. Alexand. Raudenſ. *reſponſ.* 1. *n.* 17. *vol.* 1. & alios,

quos laté refert Anton. Freundenb. *tr. de reſcript. morat. concluſ.* 1. *num.* 1. *&* 2. Ideoque nefas eſſe cenſeo, origine non repetitâ, materiam aggredi, juxta gloſſam magnam *in l.* 2. *ff. de reb. credit.* Mart. Mager. *de advocat. armat. cap* 5. *num.* 1. *&* 2. Perfecta enim rerum, præcipuè obſcurarum, cognitio vix haberi poteſt, initiis ejusdem non perceptis: ac ex ignorantia originis ſæpè fit, ut falſa pro veris, interpretatione nobis obtrudantur, prout loquitur Coraſ. *ad l. filium quem. ff. famil. erciſc. num.* 1.

3. Cum enim in dubio ſæpiſſimè ad originem ceu fontem recurrendum, atque exinde de negotio ſeu natura rei dijudicandum ſit, illudque juxta ſuum principium definiri ac regulari debeat. per text. *l. Pomponius* 16. *ff. de negot. geſt. l.* 3. *§. ſcio. ff. de minor. l. qui id quòd.* 34. *pr ff de donat. cum ſimilib.* Schrader. *de feud. part.* 10. *ſect.* 17. *num.* 48. Cothman. *reſponſ.* 47. *n.* 210. *vol* 3. Hering. *de fidejuſſ. cap.* 10. *num.* 37. eleganter Freundenberg. *d. tr. concluſ.* 1 *n* 2. *& ſeqq. ac concluſ.* 52. *n.* 46. Author von den Reichsvögten. *fol. m.* 4. Omnia enim ad ſua principia ſunt referenda. Cravett. *conſil.* 461. *n.* 40. ut à primordio tituli futurus formetur eventus. *l.* 1. *circa fin. C. de imponend. lucr. deſcript. lib.* 10. *poſt Bartol.* Decianus *Conſil.* 124. *num.* 29. *vol* 3. Quemadmodum etiam Philoſophi dicunt: Omnem proceſſionem exiſtere à principiis. Ariſtotel. *in libr. de Cœlo.* Galenus *de criſi. cap.* 8. Quod etiam probarunt Angel. *conſil.* 110. *n.* 6. Bald. *in l. Curatoris. n.* 5. *in fin. C. de negot. geſt.* & latiùs exornat Autor Reſponſi Civit. Fridberg. *punct.* 2. *n.* 4. *& ſeqq.*

4. Ideò hæc indagatio originis Principum & Statuum Imperii, tantò magis neceſſaria eſt, cùm illi ut nobiliſſimam, ita quoque antiquiſſimam ſcaturiginem habeant:

ac æquum ſanè eſt, ut hîc ſua antiquitati reverentia habeatur, quemadmodum in ſimili loquitur Imp. Juſtinianus *in l. 3. §. 10. C. de veteri Iure enucl.* Johan. Gryphiand. *de VVeichbild. in proœm. num. 69.*

5. De Origine Statuum Imperii, eorumve Jurium & privilegiorum, variæ ſunt tam Hiſtoricorum veterum & recentiorum, quàm Juris publici Conſultorum conjecturationes & ſententiæ, ut vix aliquid certi de eâ tradi poſſe videatur. Contingit enim in hac materia, quod plerumq; in vetuſtis accidere ſolet, quorum initium facile ignoratur. *per text. in l. ſi arbiter. 28. ff. de probat.* Weſenbec. *in paratitl. de Legib. num. 9.* Reink. *de Reg. S. & E. lib. 1. claſſ. 3. c. 13. num. 11.* Johan. Gryphiand. *de VVeichbild. in proœm. num. 69. & ſeqq.* Ac præſertim nos Germani militarium illiteratorumque illorum ſeculorum damno publico pœnam patimur. Bruno *diſſert. de pact. concluſ. 21.* quem refert Juſt. Schüz. *in Iure Publ. diſput. 7. th. 3. lit. A.*

6. Siquidem Majores noſtros Germanos priſco ævo, utpote militari arti aſſuetos, literarum imperitos fuiſſe, *Tacitus* prodidit, ac quòd *Saxones* adhuc tempore Caroli Magni ſecreta literarum ignoraverint, exemplo *Speculi Saxonici*, ejusque verſione, docet Johan. Gryphiand. *de VVeichbild. c. 37. num. 11. & 12.* Cui accedebat incuria cum inſcitiâ conjuncta, imò non modica *Monachorum* ignavia, quæ usque ad Abbatis Trithemi tempora perduravit; de quâ ille ipſe ſequentibus verbis conqueritur in Chronico Hirſaugienſi: *Enimverò* (ait:) *hoc ævum ignaviâ plenum erat, neque curabant Monachi res geſtas ad notitiam poſteritatis per ſcripta ducere, ſed ignavi & carnales effecti, vana & inutilia mundi ſe-*

*ctabantur*. Abb. Trithem. *Chronic. Hirſaugienſi. Sub Abbare Voland.* 27. *Anno* 1277. *fol. m.* 255. *& latiùs fol.* 294.

7. Meritò igitur, quod de alluvione JCtus tradidit *in l. adeò. 7. §. 1. ff. de acquir. rer. dom.* quòd ſit incrementum latens, cum quid ita paulatim prædio noſtro adjicitur motu fluminis, ut intelligere non poſſimus, quantum quoquo momento temporis adjiciatur, de quo Bald. *in rubr. de Rer. diviſ. num.* 20. Jaſon. *Conſil.* 120. *lib.* 4. ac Bapt. Aymus. *de alluv. c. 2. per tot.* id revera de ortu & progreſſu dignitatis, Jurium, & privilegiorum Principum & Statuum Imperii Romano Germanici dici poteſt. Munificentiâ enim Imperatorum, ceu motu fluminis, ita accreverunt horum Jura, territoria, immunitates & dignitates, ut tandem ad hoc præſens faſtigium pervenerint.

8. Quæ omnia ex antiquitate hiſtorica meritò repetenda erunt, quia in antiquis nulla certior fides: ſicuti in factis antiquis Hiſtoricos conſulere ſolemus, eò quod fidem de vetuſtis rebus faciant, ſecundùm Gloſſ. *in cap. placuit* 16. *diſtinct. & in cap. Diaconus* 27. *diſtinct.* Bartol. Jaſon. Dd. *in l. 1. ff. de reb. cred.* Zaſius *lib.* 2. *Conſil.* 16. *num.* 1. Pariſ. *Conſil.* 23. *n.* 133. *vol.* 1. Auctor reſponſ. Civit. Fridberg. *punct.* 2. *n.* 3. Quemadmodum aliàs in factis antiquis regulariter de Jure ad Hiſtoricos recurrendum eſt, qui plenam faciunt fidem, ac probationem notoriumvè inducunt. *per l. 2. §. eo tempore. ff. de O. I. l. quæſtionibus ff. ad L. Iuliam Majeſt. cap. fin. diſtinct.* 9. poſt Geminian. Felin. Bald. Jaſon & alios Pariſ. *Conſil.* 1. *num.* 50. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. concluſ.* 287. *num.* 1. *& ſeqq.* latè Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 839. *num.* 6. *& ſeqq.*

C A-

# CAPUT II.

## *De Dignitatibus & Officiis ſub Imperatoribus primis, imò ſub primordio Romani Imperii.*

### SUMMARIA.

1. *Duces, Comites, Barones, exiſtente Romano Imperio antiquo nondum fuerunt, ſed poſt aliquot ſecula exorti fuerunt.*
2. *Omnia officia publica per Tribunos, Præfectos & Præſides gerebantur.*
3. *Maximus Officialis, tempore Romuli & reliquorum Regum ſuccedentium, erat Tribunus Celerum.*
4. *Præfectura Prætorio Cæſarum inſtitutum fuit.*
5. *Is ſub Auguſto inter officiarios primum ordinem geſſit.*
6. *Ab Imperatore nihil diſtabat, niſi quod purpuram non geſtabat.*
7. *Ejus Edicta legis vicem obtinebant.*
8. *Ab ejus ſententia provocare non licebat.*
9. *Alia quoq; habebat jura.*
10. *Huic moribus noſtris comparari poteſt,* des Reichs. Marſchall in Dania Succia & alibi.
11. *In Gallia Le Grand Mareſchal.*
12. *In Imperio Ottomanico Beglerbegi.*
13. *In Pannonia Palatini.*
14. *Adaucto Imperio Romano, plures Præfecti Prætorio creati ſunt.*
15. *Tempore Iuſtiniani tres fuerunt.*
16. *Conſtantinus Imperator quatuor, ſecundùm quosdam, conſtituit.*
17. *Sub Præfecti Prætorio Africæ ſeptem Provincias poſuit.*
18. *Singulæ iſtæ Provinciæ ſuos rurſus habuerunt Rectores vel Vicarios.*
19. *Præſes vocabatur etiam Rector Provinciæ ſeu Legatus Cæſaris.*
20. *Imperator Auguſtus aliter Provincias diſtribuit.*

21. *Proconſulares Senatui, Prætorias populo demandavit, in Præſidiales ipſe Legatum ſuum miſit.*
22. *Hos ſequebatur Præfectus Vrbis.*
23. *Propagato Imperio Romano, totius Italiæ Iurisdictio ad Præfectum Vrbi delata eſt.*
24. *Alii quoque aderant Officiales, tam Imperatorum quàm Conſulum tempore conſtituti.*
25. *Horum Officia ſecundum modum regiminis mirè variabantur.*
26. *Iulius Cæſar firmato Imperio Senatum ſupplevit.*
27. *Imperator Auguſtus nova officia excogitavit.*
28. *Ordines quoq; Auguſtales, Flaviales & Aquiliferi fuerunt.*
29. *Dignitates apud Romanos non hereditariæ, ſed perſonales fuerunt.*
30. *Solus Magiſtratus Nobilitatem in Republ. Romana dedit.*
31. *Ex Senatorum ordine aſſumebatur quis in Rectorem ſeu Præſidem Provinciæ.*
32. *Credibile eſt ad Tribunorū & Præfectorum imitationem, Principes, Duces, Comites ac Barones noſtri ævi autoritatem ſuam hinc traxiſſe.*

SAnè, ut à Romanis exordium ſumam, certum eſt, quòd exiſtente Imperio Romano antiquo, cum populus Romanus *Italos*, *Hiſpanos*, *Britannos*, *Gallos* ac maxima *Africæ* & *Aſiæ* Regna ſucceſſive ſubjugaſſet, & etiam de Germanis tandem triumphaſſe videretur, *Duces*, *Comites*, *Barones*, ſimilesque titulati quales nunc vigent, nondum extiterint, ſed elapſis aliquot ſeculis poſtmodum exorti fuerint.

2. Omnia enim munia & officia publica tam ſub Regibus quàm Conſulibus ac ſubſecutis Imperatoribus, penè per *Tribunos*, *Præfectos* & *Præſides* gerebantur.

3. Ma-

3. Maximus Officialis jam tempore *Romuli* cœterorumque Regum ſuccedentium erat *Tribunus Celerum*, præfectus exercitus levis armaturæ & expeditiſſimæ militiæ, de quo *l. 2. § iisdem* 15. ibi Johan. Coraſ. *&* Dd. *ff. de O. I.* Georg. Eberlin. *de Orig. Iur. cap* 13. *n.* 9.

4. At qualis apud Reges *Tribunus Celerum*, ſive apud Dictatores *Magiſter Equitum*, talis demum apud Cæſares *Præfectus Prætorio* fuit, præfectura enim Prætorio Cæſarum inſtitutum fuit.

5. Qui ſub *Auguſto* Imperatore *Vnicus*, inter officiarios primum ordinem, poſt Cæſarem verò ſecundas partes geſtabat: & univerſæ rei militari militibusque præerat. Sueton *in Aguſt.* Dio Caſſ. *Hiſt. lib.* 55. latè Georg. Eberlin. *de Orig. jur. c.* 16. *n.* 19. *& ſeqq.* Latiſſimè Jul. Cæſar-Bulinger. *de Imp. Roman. lib.* 3. *c.* 2. *per tot.*

6. Qui ſanè ſublimem habuit poteſtatem, & ab Imperatore nihil diſtabat, niſi quod purpuram non geſtabat. ut notat Eunapius *in vita Philoſoph.* Ac Præfectum Prætorio non multum abeſſe à Regia poteſtate tradit Macrinus apud Herodian. *lib.* 2.

7. Ejus Edicta legis vicem obtinebant *l* 2. *Cod. de offic. Præf. Præt . Orient.* hinc Caſſiodorus ſcribit: Quædam Præfecto & Imperatori eſſe communia. *Caſſiod. lib.* 3. *reſcript.* 3.

8. Cujus tanta fuit authoritas fidesque tanta, ut ab ejusdem ſententia provocare non liceret, ſed tantùm Principi ſupplicabatur, *l præfecti.* 17 *ff de minor. Nov.* 117.

9. Et ſi quæ alia & ſimilia jura obtinebat; de quibus vide *l.* 1. *& t. t. ff & Cod. de offic. Præf. Præt. t t. C de ſentent. Præf. Præt.* Andr. Dominic. Flocc. aliàs Feneſtella. *de Magiſtr. Rom. lib.* 2. *c.* 2. *&* 23. Pompon. Lætus *eod. tr. libr.* 1. *c.* 8. Raphael Volater. *de Mag. Rom. tit. de Præf. Prætor.*

*Prætor.* Robert. Clover. Angl. *de Nobilit. Polit. fol. m.* 28. quem edidit Thom. Milles. Chriſtinæ. *vol.* 5. *deciſ Belgic.* 105. Latè Franciſc. de Amaya. *ad l. fin. c.* 2. *per tot C. de Decurion. lib* 10.

10. Quibus, hodiernis Regnorum moribus, adæquari poteſt; deß Reichs Marſchall *in Dania, Suecia* & alibi.

11. In *Francia*, olim *Coneſtable*, major Domus, vel Comes ſtabuli, nunc verò *Le Grand Marſchall.* Marquard. Freher. *de Orig. Palat. in Princip.*

1. Hisque hodiè ſimiles ſunt in Imperio Ottomannico *Beglerbegi*, quorum alter Thraciæ, alter Aſiæ ſeu Natoliæ jura dat. Beſold. *in delibat. jur. lib.* 1. *cap.* 43. *per tot.*

13. In Pannonia verò *Palatini* ferè conſimiles exiſtunt. Henning. Arniſæ. *de jur. Majeſt. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 13. De cujus authoritate, poteſtate & officio extat Conſtitutio Regni Hungariæ, Anni M. CCCCLXXXV. & in ſeqq. paſſim apud Stephan. Verbeuz. *in Conſtitut. Regn. Hungar. fol. m.* 141. *& paſſim.*

14. Adaucto poſtmodum, ita favente fortunâ, Imperio Romano, progreſſu temporis *plures Præfecti Prætorio* creati ſunt; & ſingulis certæ Provinciæ majores, ſeu diœceſes cum ſummo Imperio attributæ.

15. Ita tempore *Iuſtiniani* tres Præfecti Prætorio, Orientis, Illyrici & Africæ fuerunt, de quibus eſt *Lex* 1. *&* 2. *C. de offic. Præf. Afric.* vide Panciroll. *de notit. Imper. Orient. c.* 1. *&* 5. Franc. de Ayma. *ad l. fin. n.* 11. 12. *& ſeqq. Cod. de Canon. largitional. l.* 10.

16. Vel ut alii volunt, *Conſtantinus* Imperator, hunc Summum Magiſtratum in quatuor diviſit; Unumque Orienti, alium Illyrico, tertium Italiæ & Africæ, quartum Galliis, Hiſpaniis & Britanniæ præfecit. Jul. Cæſar Buleng. *de Rom. Imp. lib.* 4. *c.* 32.

17. Ac

17. Ac ſub præfecti Prætorio Africæ, ejusque cura & diſpoſitione ſeptem Provincias poſuit Imperator.

18. Singulæ autem iſtæ Provinciæ, tam Orientis quàm Occidentis, rurſus habuerunt ſuos Rectores, ſeu Adminiſtratores vel Vicarios, de quo eſt textus *in l.* 1. §. 2. *& ſeqq. C. dict. tit. & l.* 1. § *à præfecto* 4. *ibi:* à Præfecto Prætorio, vel ab eo, qui vice Præfecti ex mandato Principis cognoſcit. *ff. de legat.* 3. Caſſiodor. *lib.* 3. *reſcr.* 3. J. Cæſar. Bulenger *de Rom. Imp. libr.* 4. *c.* 32. qui certis caſibus Præfectis Prætorio ſuberant, de quo vid. Amaya. *dict. l. fin. num.* 9. *&* 10. ubi tradit, quòd Gallia tempore Præfectorum Prætorio per Vicarios gubernata fuerit. Symach. *in actuar. epiſt.* 9.

19. Unde Præſidis nomen ortum, qui etiam Rector Provinciæ ſeu Legatus Cæſaris dicebatur, ac in Provincia ſummam poteſtatem habebat, juxta *l.* 2. *C. de offic. Rect. Prov.* Andr. Dom. Flocc. *de Magiſt. Rom. lib.* 2. *c.* 11. *&* 12. Pomp. Lætus *dict l.* 1. *c.* 23. Petrus Gregor. Tholoſſ. *in Syntagm. lib.* 47. *c.* 32. *num.* 9. Vacon à Vacun. *Declar. Iur. lib.* 6. *c.* 82. Vide inprimis Carolum Sigon. *tr. de Antiquitat. Provinc. lib.* 2. *per tot.*

20. *Imperator verò Auguſtus*, adepto poſtmodum Imperio, ut Senatui ſimulachrum quoddam priſtinæ poteſtatis relinqueret, Provincias Imperii Romani ita diſtribuit, ut aliæ Proconſulares, aliæ Prætoriæ, aliæ Præſidiales eſſent.

21. Proconſulares Senatui, Prætorias populo demandandas tradidit, in Præſidiales ipſe Legatum ſuum mittebat, qui nunc Præſes, nunc Legatus Cæſaris eam ob cauſam dicebatur. Ita Andr. Alciat. *de Magiſt. Rom. num.* 13. Carol. Sigon. *dict. tr. lib.* 2. *c.* 1.

22. Hiſce proximus erat *Præfectus Vrbis*: Sicut enim

foris & militiæ Præfectus Prætorio, ſic Domi in Urbe, primo poſt Imperatorem loco, Præfectus Urbi Rempublicam adminiſtrabat, quem penes ſumma rerum Urbis Romanæ relinquebatur, omnibusque Magiſtratibus Urbanis antecellebat.

23. Cum autem Imperium Romanum propagatum eſſet, totius Italiæ Jurisdictio ad Præfectum Urbi delata eſt, omniaque crimina Italiæ ſibi vindicabat. vide *l. 1. & t. t. ff. & Cod. de offic. Præf. Vrbi. l. 2. ff. de pœnis. l. 6. ff. de interd. & releg.* Andr. Domin. Flocc. *d. tr. lib. 2. c. 6.* Pomp. Læt. *d. l. 1. c. 7.* Joan. Guilielm. *de Magiſtr. Rom. c. 22.* Volateran. *d. tr. tit. de Præf. Vrb.* Franc. de Amaya. *d. l. fin. num. 23. C. de Decurion. lib. 10. ubi ſub n. 25.* Urbicariam Præfecturam, ſecundam poſt Imperatorem dignitatem fuiſſe, aſſerit, & probat: conſentit Bulenger. *d. tr. lib. 3. c. 11. verſ. Præfectus Vrbi.*

24. Aderant quoque alii Officiales, tam Imperatorum quàm Conſulum tempore conſtituti: ſcilicet Præfectus Annonæ, Præfectus Vigilum, Præfectus militiæ, Præfectus Legionis, Præfectus Caſtrorum, Præfectus Fabrorum.

25. Dehinc Tribuni militum, Ædiles, Cenſores, & ſimiles: Quorum numerus creſcente Imperio Romano ejusque finibus extenſis, cum Imperii amplitudine creſcebat, eorumque officia, imperia & poteſtates diverſimodè ſecundùm modum regiminis mirè variabantur. De quibus vide ex Hiſtoricis *Andr. Domin. Flocc. Pompon. Lætum, Iuſtum Lipſium, Ianum Guilielmum, Georg. Vanshoppium, Zamoiſcum & alios.* Ex Iure Conſultis *Weſenb. in Paratitl. Digeſtorum, inprimis Ioan. Coraſium &* Anton. Perez. *in Cod. cum tot. lib. ff. & Cod. Eorumque Commentaria qui in Ius ſcripſerunt.* Quibus adde Georg. Eberlin *tract. de*

*Orig.*

*Orig. Iur. cap.* 20. *& multis ſeqq.* Carol. Sigon. *d tr. lib.* 2. *c.* 2. ac integrum Catalogum harum dignitatum recenſet Andr. Alciat. *tr. de Magiſtr. Civil & milit. in Tom.* 6. *Oper.* Guid. Pancirol. *tract. de notitia utriusq; Imp. per tot.* Iul. Cæſar Bulenger. *tr. de Imp. Rom. lib.* 4. *& ſeqq.*

26. Ita *Iulius Cæſar*, firmato Imperio, Senatum ſupplevit, Patricios allegit, Prætorum, Ædilium, Quæſtorum, minorum etiam Magiſtratuum numerum latè ampliavit referente Dion. Caſſ. *Hiſtor. lib* 43. vid. Henning. Arniſæ. *de Iure Majeſt. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 12.

27. Ita Imperator *Auguſtus* non tantùm veteres Magiſtratus ſua authoritate refecit, ſed etiam quò plures partem Reipubl. caperent, nova officia excogitavit, numerum Prætorum auxit. Suetonius *in Auguſto cap* 37.

28. Fuerunt quoque *ordines Auguſtales*, ab Authore D. Auguſto ita dicti, & in exercitu conſtituti, ut etiam *ordines Flaviales* à Veſpaſiano inſtituti. Et *Aquiliferi* in vexillis aquilam ferentes: Utpote quoque imaginarii vexillum, exercitus communis populi Romani, hiſce literis. S. P. Q. R. inſignitum, geſtantes, quos Angliæ vexilliferis aſſimilat Robert. Glover. *dict. tr. fol. m.* 29.

29. Quamvis autem Magiſtratus, officia & dignitates apud Romanos non hereditariæ, ſed perſonales fuerint, & ad nutum populi Romani, Imperatorumve repeti potuerint; Conſtat tamen exinde, hoſce populorum Præfectos, Jus gladii, ſontes plectendi, juſtitiamque adminiſtrandi habuiſſe, quo ſibi, ſuisque magnum poſteà nobilitatis nomen comparare viſi ſunt.

30. Nam ſolus Magiſtratus nobilitatem in Republ. Rom. dabat, & juxta proſapiam Majorum, & facta & imagines, populus honores decernebat: ac qui Majorum imagines & Magiſtratus & triumphos poſſent oſten-

tare, *Nobiles* vocabantur. *De quo* latè Georg. Vauchop. *Scotus de veter. popul. Rom. ſect.* 28. *per tot.* Carol. Sigon. *de antiq. provinc. jur. lib.* 2. *c.* 6. *fol. m.* 176.

31. Prout & in Rectorem Provinciæ ſeu Præſidem, inprimis ex Senatorum ordine quiſpiam aſſumebatur. *juxta l.* 1. *ff. de offic. Præſid.* Anton. Perez. *in Cod. tit. de offic. Rect. Prov. num.* 2.

32. Ideoque ſatis probabile eſt, Principum, Ducum, Comitum ac Baronum authoritatem noſtri ævi, hic *radices* fixiſſe, ac ad Tribunorum & Præfectorum imitationem primitus originem traxiſſe, prout cenſet Robert. Glover. *dict. tr. f. m.* 29.

## CAPUT III.

### *De Dignitatibus, Officiis & Adminiſtris ſub Conſtantino Magno & Imperatoribus præcipuè Græcis.*

SUMMARIA.

1. *Magiſtratuum Roman. officia publica ad Imp. Conſtantini M. tempora usq; ferè permanſerunt.*
2. *Translato v. per Conſtantinum M. Imperio Rom. in Orientem, iſtæ dignitates mutatæ fuerunt.*
3. *Primus ab Imperatore Deſpotes appellatus fuit.*
4. *A recentioribus Impp. dictus Sebaſton.*
5. *Tertius ab Imperatore fuit Sebaſtocrator ſeu Coronæ Cuſtos.*
6. *Quartum gradum habuit Protoſebaſtus.*
7. *Protoſtrator quoque adfuit, qui Spatham ſ. gladium Imperatoris geſtavit.*
8. *Vt & Conoſtaulus Magnus.*
9. *Poſt Logothetam ſequebatur Protoſebaſtor.*
10. *Panhyperſebaſtus nomen tandem auguſtiſſimũ eſſe cœpit.*

11. *Fuit*

11\. *Fuit quoque Eparchus.*

12\. *Qui Exercitum terreſtrem ducebat, Egemon, qui verò marino imperabat, Megodux appellatus fuit.*

13\. *Dux copiarum auxiliarium Contoſtaulus vocabatur.*

14\. *Eodem quoque tempore Italia & Africa per Exarchos, Toparchos &c. gubernata fuit.*

15\. *Poſteriore Impp. Rom. ævo Ducis & Comitis tituli ſenſim in Germania irrepſerunt.*

16\. *In Gallica Rheni ripa Dux Moguntiacus ampliſſimam Iurisd. habuit.*

17\. *Rheni quoq; quidam Comes fuit.*

18\. *Danubius etiam ſuum habuit Comitem.*

19\. *Hæ dignitates ſub Græcis Imperatoribus honorariæ tantum erant.*

20\. *Quæ tempore quoque Iuſtiniani temporariæ & perſonales fuere.*

21\. *Quod probatur exemplo Artaſardi Auſtraſiæ Regis.*

22\. *Impp. ſede Imperii Conſtantinopoli conſtituta, Occidentem neglexerunt.*

23\. *Vnde Orientalis Imperii ruina poſtmodum penè manavit.*

24\. *Impp. abſentiâ, Vandali, Gothi &c. Italiam ſæpius invaſerunt: hinc Impp. nomen & Majeſtas in Occidente declinare cœpit.*

25\. *Quæ Barbarorum irruptio præcipuè ſub Imp. Valentiniano contigit.*

CÆterùm hæc Magiſtratuum Romanorum officia ac dignitates publicæ, in Imperio Romano ad Imperatoris *Conſtantini M.* tempora usque, cum quadam tamen variatione permanſerunt. Juſt. Lipſ. *de Magiſtrat. Rom. c.* 15. *in fin.* quorum Catalogum integrum vid. apud Alciatum. *de Magiſtr. Rom. Civ. & milit. tom.* 6. *oper*, & apud ſupra allegatos *Panciroll.* & *Bulingerum.*

2\. Translato verò per *Conſtantinum, M.* Imperio Rom. in Orientem, tota ea publicarum dignitatum eminentia in aliam aliquam formam mutata fuit, ac diverſa in-

ſa in Orientali, quàm in Occidentali Imperio fuiſſe cernuntur dignitatum & officiorum nomina: adeoque ut poſt avulſum Imperium atq; Conſtantinopolim translatum, *Latini Græcis* paruiſſe videantur.

3. Qui enim ab Imperatore Primus erat, appellatione generali *Deſpotes*, id eſt Dominus, ſalutabatur, quemadmodum *Monſieur* hodiè apud Gallos, Primus Regis Frater vocatur. Jul. Cæſ. Bulenger *tr de Imp. Rom. lib.* 8. *c.* 1.

4. Eundem Imperatores recentiores *Sebaſton* vocabant *Bulenger. d. l.* 8. *c.* 5.

5. Ab Imperatore tertius dignitate fuit *Sebaſtocrator* ſeu Coronæ Cuſtos. *Bulenger. d. lib.* 8. *c* 3.

6. Poſt hunc quartum locum gradumque habuit *Protoſebaſtus* Palatii comes, ac magnus Imperatoris Domeſticus. *Bulenger. d. l.* 8. *c.* 5. quem tamen in decimum tertium gradum reponit Codinus *lib.* 2. *c.* 2. Nicol. Burgund. *de Elect Bavar. fol. m.* 114.

7. Aderat quoque *Protoſtrator*, quem *Nicetas* Mareſchallum vocat, qui univerſo exercitui præibat, ac abſente Magno Domeſtico, Spatham ſeu gladium Imperatoris geſtabat, Jul. Cæſ. Bulenger. *d. l.* 8. *c.* 10.

8. Ac Conoſtaulus Magnus, hoc eſt, Comes ſtabuli Imperatorii, quem Longobardi propria lingua *Marpaheis*, id eſt, *Strator regius* vocabant Paul. Diacon. *l.* 2. *c.* 9. ubi Lindenb. Gallis *Conneſtable* dictus. Gretſer. *ad Codin. l.* 2. *c.* 2. Buleng. *d. l.* 8. *c.* 14.

9. Poſt *Logothetam* ſeu magnum Cancellarium, mandata Regia & aureas bullas diſponentem, ſequebatur *Protoſebaſtor*, Codin. *d. lib.* 2. *c.* 2. Jul. Cæſar Buleng. *d. l.* 8. *c.* 11.

10. Tandem & *Panhyperſebaſtus* nomen omnium augu-

auguſtiſſimum eſſe cœpit: novæ dignitatis novus titulus *ab Alexio Comeno*, ut Michaeli Taronitæ, Viro ſororis natu majoris gratificaretur, inventus. Jul. Cæſ. Bulenger. *d. l.* 8. *c.* 6.

11. Erat quoque *Eparchus*, Præſidum Provincialium quaſi Coryphæus. Jul. Cæſ. Buleng. *d. l.* 8. *c.* 39.

12. Qui Exercitum terra ducebat *Egemon* dictus erat, qui verò exercitui marino imperabat, *Megodux*.

13. At copiarum auxiliarium Dux, quæ ex Gallia, Italia & Sicilia in Oriente Stipendia meruerunt, *Contoſtaulus* dicebatur. Unde etiam magnus Contoſtaulus, qui ab Italis Conetabile interpretatur, poſtmodum in Callia Comeſtabilis appellatus, de quo Nicephor. Gregor. *Hiſtor. lib.* 7. *fol. m.* 109. Jul. Cæſ. Buleng. *d. lib.* 8. *c.* 14. Gretſer. *ad Codin. l.* 2. *c.* 2. & latè Thom. Milleſ. *de nobilit. polit. fol. m.* 33. *& ſeqq.*

14. Eodem quoque tempore Italia & Africa per *Exarchos. Toparchos, Comarchos, Carthularios, Spatharios, Guſtaldos, & Catapanos* gubernata fuit. Qui alibi ſub Ducum, alibi ſub Comitum nomine veniebant. vide Jul. Cæſ. Bulenger. *d. tr. lib.* 5. *c.* 45. *& ſeqq. ac lib.* 4. *cap. de Ducibus* 34. Guicciard. *in Hiſtor. Ital.*

15. Hoc tamen inſuper ſciendum eſt, poſteriore Imperatorum Romanorum ævo, *Ducis* & *Comitis* titulum in provinciis Germaniæ à Romanis ſubactis, ſenſim irrepſiſſe.

16. Nam in Gallica Rheni ripa *Dux Moguntiaci* reſidens latiſſimam jurisdictionem habuit; ſicuti ex notitia Imperii apparet. Non tantum in ipſa *Civitate Moguntiaco*, ſed in toto illo tractu, ſub quo & hæc loca erant: Salerio, Tabernæ, Vicus Julius, Nemetes, Alta ripa, Van-

Vangiones, Bingium, Bodobrica, Confluentes, Antonacum. Marq. Freher. *de Origin. Palatin. part.* 1. *c.* 3.

17. Quin & *Comitem* quendam Rheni fuiſſe, colligitur ex conſtitutione *Imperatoris Valentiniani* ad Jovinum, Magiſtrum equitum, qui ita reſcribit: tam Duces quam Comites, & quibus Rheni mandata eſt cuſtodia, ſinceritas tua protinus admonebit, ut neque Regalibus neque Legatis ſua milites jumenta ſuppeditent. *l.* 9. *C. Theod. de re milit.*

19. Quin & *Danubius* ſuum Comitem habuit, ſicuti conſtat ex *Sidoni Appollinaris* Panegyrico Anthemiano:

*Comitem ſed jure recepto*
*Danubii ripas & tractum limitis ampli.*
*Circuit, hortatur, diſponit, diſcutit, armat.*

19. Hæ dignitates Ducum, Comitum, aliorumque Principum Imperii Romani, ſub cunctis Græcis Imperatoribus honorariæ tantum, ac ut plurimum non tam miniſterii aut ordinis *neceſſitate*, quàm Imperatorum *gratia* factæ, & vel prece vel pretio collatæ fuerunt. Procop. *hiſtor. lib.* 9. *fol. m.* 93. Thom. Milleſ. *d. tr. fol. m.* 34. Jul. Cæſar. Buleng. *d. l.* 8. *paſſim.*

20. Adeò quidem ut tempore quoque Iuſtiniani ſuperiùs nominata officia ſuprema & dignitates Provinciarum Ducales & Comitiales utriusque Imperii, tam Orientalis quam Occidentalis, adhuc temporariæ & perſonales fuerint, nec Iure ſucceſſionis ad heredes vel filios, ne quidem ratione nominis aut tituli transmittebantur; ſicuti pateſcit ex Nicephor. Gregor. *hiſtor. Bizant. lib.* 3. *fol. m.* 33. *& lib.* 7. *fol.* 109. Iul. Cæſar. Bulenger. *d. l.* 8. *paſſim. ac lib.* 4. *c.* 34. Guido Panciroll. *de notit. Imp. Orient. & Occid. paſſim.* Guther. *de offic. Dom. Aug. lib.* 3. *c.* 16. Franc. de Amaya. *ad tit.* 23. *C. de Canon. largit. n.* 3. *& ſeqq.*

21. Hoc-

21. Hocque jus & hanc conſuetudinem in Germania quoque tum temporis viguiſſe, docet exemplum *Artaſardi*, *Auſtraſiæ Regis.* Ortâ enim controverſiâ inter *Theodobertum* Auſtraſiæ Regem, ac Patruos, de Marchia ad Scaldim ſita; præfatus Theodobertus ad Imperatorem Iuſtinianum, ut ſuam authoritatem interponeret, *Carolum* generum ſuum, Tungrorum Ducem, Conſtantinopolim miſit; Cui Imperator pro reſolutione hanc reſponſionem dedit: *Non inficior* (inquit.) *Conſtantinum Prædeceſſorem noſtrum, Duci Artaſardo in recompenſationem obſequiorum Imperio praſtitorum, Marchiâ iſtâ honoraſſe; Verùm non ſic, ut ad ejus poſteros eo vitâ functo, tranſiret, cum non hereditariè, ſed tantum ad vitam ſuam, ejusmodi Cæſareâ munificentiâ fuerit auctus*, quod refert Ioan. Bertell. *de Republ. Lucernburg. fol. m.* 310.

22. Dum *Imperatoribus Conſtantinopoli* Imperii ſedem ſic viſum fuit conſtituere, Occidentem neglexerunt; Qui legionibus nudatus ac propugnaculis tantùm munitus, *Barbarorum* incurſionibus & invaſioni obnoxius, indefenſus remanſit.

23. Hujus translationis occaſione penè poſtmodùm Occidentalis Imperii ruina manavit, dum quælibet natio ſuam imperandi formam retinuit, & provinciis ſubjugatis intulit; de quo vide Iuſt. Lipſ. *de magnitud. Rom. Imp. lib.* 4. *c.* 11. *fol. m.* 247. *&* 249. Ioan. Douſam *in annal. Holland lib.* 6. *fol. m.* 240. Iornandes *de rebus Gethicis paſſim.* Paulus Warnefride *de geſtis Longobardorum. paſſim.*

24. Nam Imperatorum abſentiâ, eorum authoritate in Italia indies magis magisque debilitatâ, Vandali, Gothi, aliæque Barbaræ nationes ſæpiùs Italiam invadendi animum & audaciam ſumpſerunt: in quam Provinciam irruentes, pluries Româ captâ & direptâ, Im-

peratorum nomen & Majeſtas in Occidente declinare cœpit.

25. Quæ Barbarorum irruptio præcipuè ſub Imperatore *Valentiniano* circa annum 370. contigit, ſicut hunc infauſtum Imperii Occidentalis Statum benè deſcribit Ammianus Marcellinus, dum ait: *Velut per* univerſum *Orbem Romanum, bellicum canentibus buccinis, excitas gentes feriſſimas, limites ſibi proximos perſultaſſe, puta Alemannos Gallias, Rhetiasque, Sarmatas Pannones & Quados, Rhetos. Saxones & Scotos atque Atacittas: Britanniam, Auſtorianos Mauricasque alias gentes: Africam Gothos, Thracias, Perſas, Armenias.* vid. Amm. Marcellin. *hiſtor. lib.* 26. latiſſimè Melchior Goldaſt. *in præfat. conſtitut. latin.* 3. ac Turler. *de migrat. gent. fol.* 17. *& ſeqq.*

## CAPUT IV.

### *De Gothis, eorumque irruptione in Imperium Romanum; præſertim de Italiæ Subactione.*

### SUMMARIA.

1. *Imperium Romanum maximas perpeſsũ eſt incurſiones à Gothis.*
2. *Sub Valeriano & Galieno, Græciam, Macedoniam, Pontum & Aſiam, cum Illyrico vaſtarunt.*
3. *A Conſtantino Magno Imper. ingenti certamine fuſi, ultra Danubium repulſi ſunt, facta cum iis pace certâ conditione.*
4. *Sub Theodoſ. Arcad. Valente & præſertim Iuſtiniano graviora bella intulerunt Imperio.*
5. *Idque ſuaſu & conſilio Alarici, Gothorum Regis.*
6. *Reges Gothorum maximam Occidentalis Imperii Romani partẽ obtinuerunt.*
7. *Alaricus ſedem regalem Ravennæ habere voluit.*

8. *Is*

8. *Is Edicta quædam de immunitate Eccleſiaſtica, & militum ſeveritate coercenda evulgavit.*
9. *Athaulfus Succeſſor in Regimine Regnum latius propagavit.*
10. *Pari fortuna & alii Gothorum Reges Gothorum Regnum conſervarunt.*
11. *Gothorum Imperium ante bellum Italicum, ex Gallorum agro ad usque Daciæ fines protendebatur.*
12. *Nec Senatus populusq; Romanus Gothorum Imperium renuebat.*
13. *Imperat. Iuſtinianus curam Italici belli Narſeti detulit.*
14. *Qui auxilio præcipue Longobardorum Gothos tandem proſtravit, & ipſum Regem trucidavit.*
15 *Gothi ſub Iuſtiniano penitus extincti.*
16. *Gothorum Reges ad exemplum Romanorum Impp. regiminis formam tenuerunt.*
17. *Habuerunt quoque ſuos Principes, Comites, Proceres & Status Regni.*
18. *Principis etiam, Præfecti, ac Comitis dignitas & tituli, eo tempore in uſu erant.*
19. *Comitiva dignitas Provinciæ unde, & quid fuerit.*
20. *Prædictæ dignitates & tituli apud Gothos non fuerunt hereditariæ.*
21. *Quandoque ex ſingulari gratia filiis quoque collatæ fuerunt.*
22. *Gothorum Reges ad exemplum Germanorũ, dignitates & Officia per Principes, Duces & Comites diviſerunt.*
23. *Imp. Iuſtinianus ad regendam & protegendam Italiam Vice Imperatorem conſtituit, quem Exarchum vocare voluit.*
24. *Primus Exarchus Longinus. Titulus invidia plenus.*
25. *Exarchorum abſolutâ propemodum poteſtate, Imperium Romanum in Occidente, haud exiguum accepit decrementum.*
26. *Poſt Longinũ ſubſecuti Exarchi, qui civitati aut diſtrictui ſuum particula-*

*rem Ducem vel Comitem ordinabant.*

27. *Hac occaſione Emanuelis Imp. Conſtantinop. Nepos in Regnum Siciliæ, tanquã Vicarius miſſus, Regnum ipſum occupavit, Barones & Feudatarios creavit.*

28. *Hi Exarchi cum Regibus Longobardis vario Marte pugnarunt.*

29. *Autolphus Rex Longob. Ravennam expugnans, Eutychium Exarchum ſuperavit atque Italiâ ejecit.*

IMperium ſanè Romanum vix ab ulla Barbarica natione majorem impetum ſuſtinuit, & tot, tantasque incurſiones perpeſſa eſt, quàm *à Gothis*. *Gothi* enim (quos *Alexander Magnus* vitandos pronuntiavit, *Pyrrhus* pertimuit, *Cæſar* exhorruit,) ex Inſula *Scanzia* (quaſi officina Gentium, aut certè veluti vagina Nationum) cum Rege ſuo *Berich.* egreſſi, ad extremam Scythiæ partem, quæ Pontico mari vicina eſt, conſederunt. Vide Joarnand. *Epiſcop. Revenat. Tr. de Reb. Geticis poſt princ.* Salvian. *de provident. divina. lib.* 7. *num.* 233. Münſter. *in Coſmograph. lib.* 3. *cap.* 2.

2. Sub *Valeriano* enim & Galieno Impp. Anno CCXIV. *Gothi* deſcenſis Alpibus, quibus inhabitabant, Græciam, Macedoniam, Pontum, & Aſiam, cum Illyrico vaſtârunt: aſt poſtmodum ab Imperatore Claudio ſuperati, proprias ſedes repetere adacti fuerunt.

3. *Anno Chriſti CCCXXXII.* tempore *Conſtantini Magni*, Gothi Regionem Sarmatarum aggreſſi; & remoto ex limine Iſtri præſidio, *Thraciam* & *Marſiam*, copioſiſſimis agminibus Romanos irruerunt; aſt ingenti certamine ab Imperatore *Conſtantino* ſuperati, ultra Danubium repulſi ſunt. Iſidor. *in Chron. Gothor. in princip.* Iisque tandem pacem dat hâc conditione, ut militum quadraginta millia, ſi quando opus eſſet, Imperatori traderent.

Carol.

Carol. Sigon. *de Regn. Ital.* Calviſ. *in Chronolog. ſub Conſtant. M. Anno Chriſti* 332.

4. Similes; quandoque graviores irruptiones, gravioraque bella ſub *Theodoſio*, *Arcadio*, *& Valente*, præſertim ſub *Juſtiniano*. Impp. Romano Imperio intulerunt. *de quo* vid. Iſidor. *in Chron. Gothor.* Hieron. Turler. *ſeu* Machiavell. *de migrat. gent. fol. m.* 17. Anton. Cocc. Sabellic. *Ennead.* 8. *lib.* 2.

5. Idque conſilio & ſuaſu *Alarici*, Gothorum Regis, qui, quamprimum Rex creatus, cum ſuis deliberans, ſuaſit, *melius eſſe ſuo labore quærere Regna, quàm alienis Regibus per otium ſubjacere*, ſecundùm Iornand. *de Reb. Geticis ſub Alarico.* Sæpius tamen, præſertim ab Imperatoris Iuſtiniani Præfecto militum *Belliſario*, ejusque Succeſſore *Narſete* repreſſi ſunt. Procop. *de bello Gothico latiſſimè* Anton. Cocc. Sabellic. *Ennead.* 8. *libr.* 3. Calviſ. *in Chronolog. ſub Iuſtiniano. A. C.* 556.

6. Quamvis autem *Gotthorum Reges* ſæpius ab Imperatoribus Romanis ſuperati, aliquoties Italiam ſubjugatam derelinquere coacti fuerint; hæ tamen contra Gothos tot acquiſitæ & obtentæ Victoriæ impedire non potuerunt, quin Reges Gothorum, maximam Occidentalis Imperii Romani præcipuam partem obtinuerint, ac Gothicum Regnum in viſceribus Italiæ fundaverint, adeò ut Imperium Occidentale, præſertim verò *Italia ultra LXXII. annos* nempe ab adventu Theodorici Regis, usque ad excidium Totilæ & Tejæ Gothorum Regimen pertulerit. Albert. Leandr. *in Hiſtor. Ital. Tit. de Lombard. fol. m.* 662.

7. Nam *Alaricus* Gothorum Rex, imperante in Oriente *Theodoſio*, Italiam cum aliis Imperii Romani Provinciis in Gothorum Regnum convertit, ac de-

ſtructâ fermè Civitate *Româ*, ſedem regalem *Ravennæ* habere voluit! Iornand. *de Reb. Gethic. fol mihi* 169. Oroſ. *hiſtor. lib.* 7. *cap.* 39.

8. Hic *Alaricus* Edicta quædam de immunitate Eccleſiaſtica, & militum ſeveritate coercenda ſub nomine Gothorum Imperatoris evulgavit, circa annum 410. quæ refert Goldaſt. *in Tom.* 3. *Conſtit. Latin fol* 586.

9. *Athaulfus* Alarici conſanguineus, & Succeſſor in Regimine, adeptum ab Anteceſſore Regnum latiùs propagavit. Iornand. *dict. lib. fol m.* 111. & 112. Iſidor. *in Chron. Gothor. fol.* 167. Qui omnia Gothica eſſe voluit, ſicuti ex ejusdem Regis Reſcripto apud *Oroſium*, ejus temporis Scriptorem, patet, dum ait, *Poſtquam imprimis ardenter inhiavimus, ut obliterato Romano nomine, Romanum omne ſolum, Gothorum Imperiū & faceremus, & videremus, eſſetq; Gothicæ, quod Romaniæ fuiſſet, fieretq́; nunc Baltus* (ſeu Athulphus) *quod quondam Cæſar, & Auguſtus*, Oroſius *hiſt. l.* 7. *c.* 43. & Goldaſt. *in præfat. Conſt Latin. tom.* 3. *ac f.* 586.

10. Eodem fortunæ & victoriæ luſu, Rex Theodoricus, Athalaricus II. Totilas, aliique Gothorum Reges, Gothorum & Romanorum Regnum conſervarunt, pacem, amicitiam, & confœderationem ipſis Imperii Orientalis Imperatoribus ambientibus, & petentibus; Ac qui ſe in publicis Edictis & Reſcriptis ad Imperatores Orientales & ad S. P. Q. R. Gothorum & Romanorum Reges appellarunt, ſicuti hoc abunde patet ex Gothorum Regum Reſcriptis & formulis collectis à Magn. Aurel. Caſſiodor. Cancellario Regis Theodorici, & *Abbate Cænobii Ravennatenſis in operib. præſertim lib.* 8. *Reſcript.* 2. 3. & 4. *lib.* 11. *Reſcript. ſui. form.* 13.

11. Gothorum enim Imperium ante bellum Italicum, ex Gallorum agro ad usque Daciæ fines, ubi Pannoniæ

noniæ Civitas *Sirmium*, quondam Regum Gothorum ſedes, erat, protendebatur, teſte Procopio *in Hiſtor. Arcan. lib. 9. fol.* 81. Caſſiod. *lib.* 3. *var. reſc.* 23.

12. Nec renuebat Senatus Populusque Romanus Regum Gothorum Imperium, utpote qui Viris & viribus, tum temporis deſtitutus, ſecundùm querelam Salviani Maſſiliens: *qui claruit anno* 408. *de Gubernat. Dei. lib.* 6. *num.* 210. ac animo magis, quam corpore & viribus ab antiqua Romanorum Imperatorum obedientia dependebat. De quo Sigebert. Gemblar. *in Chron. ad annum* 820. Vincent. *in Specul. lib.* 23. *cap. ult.* adeò quidem, ut Senatus Urbis Romæ pro Rege ſuo *Amalo* ab Imperatore Iuſtiniano de gremio Curiæ ſupplicibus manibus pacem oraverit, ſicuti legimus apud Caſſiodor. *dict. tr. lib.* 11. *Reſcript.* 13.

13. Veruntamen poſtquam prædicti Gothorum Reges ambiguo Marte per ſeptuaginta ferè annos in Italia Imperium tenuerunt: Imperator tandem *Iuſtinianus*, Italiam penitus à Gothorum poteſtate liberaturus, Italici belli curam *Narſeti* detulit, utpote Viro, qui plurimum gratiâ apud Imperatorem valebat, & Iuſtiniani aulam ſuo arbitrio adminiſtrabat. Paul. Wallefrid. *in Hiſtor. Longobard. lib.* 2. *cap.* 1. Anton. Sabellic. *in Rapſod. Hiſtor. Ennead.* 8. *lib.* 4. *fol. m.* 372.

14. Qui ſuâ prudentiâ, ac ope Hunnorum, Herulorum, præcipuè verò Longobardorum, *Totilam* ultimum Gothorum Regem ancipiti victoriâ, unâ cum Gothorum gente, tandem proſtravit, & vicit, ac ipſum Regem trucidavit. Ac quamvis reliquias Exercitus Gothici collegerat *Tejes*, Vir inter Gothos rei militaris peritiſſimus, aſt & ipſe poſt varias pugnas tandem victus, & ad deditionem adactus fuit. *A. V.* 1303. *& A. C.* 553.

15. Ita-

15. Itaque Gothici belli finis, & Gothorum nomen tandem ſub *Iuſtiniano* extinctum fuit, adeoque omnis Gothorum gens, quicquid ſuperſtes erat in Italicum nomen tranſivit. Anton. Sabbellic. *dict. Ennead.* 8. *lib.* 5. *fol.* 382. Albert. Leandr. *in hiſtor. Italiæ. Tit. de Lombard. fol m.* 662. Chriſtoph. Adam Rupert. *in Obſerv. ad Synopſ Hiſtor. Beſold. ſub Iuſtinian. cap.* 15. *fol. m.* 566.

16. Veruntamen prædicti *Gothorum* Reges ad exemplum & modum Imperatorum Romanorum regiminis formam per modum Simulachri tenuerunt, ac per primarios Officiales conſtituerunt, ac per *Prefectum Prætorio*, per *Præſides*, per *Rectores Provinciarum*, per *Quæſtores*, per *Comites*, cuncta Imperii negotia ardua expedierunt; Eorum Imperii Gothici & Romani Succeſſionem, tàm Senatui Urbis Romæ, quàm Populo Gothico & Romano ſingulari reſcripto notum fecerunt. Caſſiodor. *in operib. paſſim. præſertim dict. lib.* 8. *form.* 2. 3. *&* 4. *ac lib.* 6. *form.* 1. *& ſeqq. ut & lib.* 10. *form.* 14 *& ſeq. nec non lib.* 11. *form. ſui Reſcript.* 9.

17. Habuerunt præterea Gothorum Reges ſuos quoque *Principes, Comites, Proceres, & Status Regni*; (cum Natio hæc Septentrionalis totam ſervitutem ſufferre non poterat) quorum conſilio & juſſu quaſi omnia, imò etiam ipſa Succeſſio Regum aſſumebatur. Sicut conſtat ex Reſcripto *Regis Athelarici* ſecundi, Nepotis ex Sorore Regis Thedorici, qui ſucceſſionem Gothici Regni Senatui Populoque Romano annuncians, ſequentibus reſcribit verbis: *Tot Proceres, manu conſilioque glorioſi, nullum murmur, ut aſſolet, miſcuerunt, ſed ita cum magno gaudio ſecuti ſunt Principis ſui judicium, ut voluntatem ibi potius agnoſceres confluxiſſe divinam.* apud Caſſiodor. *in Reſcript. lib.* 8. *form.* 2. Quod mox repetitur hiſce

ver-

verbis: Quapropter, auſpice Deô dictum ſit, glorioſi Domini avi noſtri ita vobis nunciamus Ordinatione diſpoſitum, ut Gothorum Romanorumque in Regnum noſtrum ſuaviſſimus conſenſus acceſſerit. Caſſiodor. *dict. lib.* 8. *Reſcript.*

18 Sanè hoc loco inſuper & hoc annotandum eſt, quòd tempore Gothorum Regum, etiam Principis, Præfecti, ac Comitis dignitas & tituli in uſu erant, qui Provinciis Gothico Romano Imperio ſubjectis præpoſiti erant. Sicuti conſtat ex inſcriptione & Reſcripto Regis Theodorici ad Stephanum V. C. & Principem Officii Regii, qui munere ſuo perfunctus Comes primi ordinis evaſit, cujus Comitivæ mentio fit. *in l.* 49. *C. de Decur. & in l.* 20. *C. de Comit. rei milit.* Caſſiodor. *dict. lib.* 2. *form.* 28. ubi Forner. *in lib.* 6. *formul.* 12. Erant quoque jam ſub imperio Regum Gothorum Comites ſecundi ordinis dicti. Caſſiod. *lib.* 7. *form.* 26. & Comites tertii ordinis, *ut in l quicunque* 27. *C. Theod. de Decur.* Et alibi legimus, quod Comes idem fuerit ac Præfectus, apud eundem *in lib.* 6. *Reſcript.* 8. Idque apud Veteres Germanos fuiſſe contendit *Althamer. in Comment. Taciti de Morib. German. fol. m.* 221.

19. Unde Comitiva dignitas Provinciæ, quæ nihil aliud erat, quàm judicandi inter Provinciales poteſtas, ac juſtitiæ adminiſtratio, *teſte præcitato* Caſſiodor. *d. tr. lib.* 7. *form.* 1. *de dignitate Comitivæ Provinciæ. ibi.* Nam ſi benè Provinciarum adminiſtrationibus præſidetis, honores vos ampliſſimos ſperare leges meritò cenſuerunt: Unde jam videtur penè debitum, quod vobis à tanta authoritate ultrò noſcitur fuiſſe promiſſum. Et alibi in Reſcriptis, de iis, qui ad Provinciam regendam conſtituuntur. Per Provincias nobis Deo præſtante con-

ceſſas, tales viros cupimus deſtinare, qui ſint armis prædìti, & Juſtitiâ glorioſi. Caſſiod *lib. 9. Reſcript. 9.*

20. Sanè hæ à Gothorum Regibus, Viris Illuſtribus collatæ dignitates & tituli, non fuerunt *hæreditarii*, nec in filios & ſucceſſores ſanguinis tranſitorii, ſed tantùm *temporarii* & perſonales, qui cum ipſarum Perſonarum & adminiſtratorum morte definiebantur: Quod ex tot Imperatorum Gothorum Reſcriptis patet, ubi ſemper de promotionibus Virorum illuſtrium propter benè merita mentio fit, & à Regibus pro cauſa finali allegatur, apud Caſſiodor. *varior. lib. 2. Reſcript. 1. & 2. inprimis Reſcript. 28. in princip. ibid.* Tribuenda eſt juſtis laboribus compenſatio præmiorum: Quia exprobrata militia creditur, quæ irremunerata tranſitur. *Ac lib. 1. Reſcript. 42. ibi.* Remuneratio meritorum juſtum prodit dominantis Imperium. *lib. 6. Reſcript. 10. lib. 5. Reſcript. 3. 9. & 26. lib. 3. Reſcript. 16. de remuneratione militum non regit, lib. 6. Reſcript. 13.*

21. Quandoque autem ob inſignia Regno & Regi præſtita benemerita, beneficia, dignitates, & munera publica, ex ſingulari gratia, filiis quoque collata fuerunt, ac ob gratioſa merita Patris filius quoque ad honorem promotus fuit, ſed non tam jure hereditario, quàm gratioſo, & perſonali. Sicuti patet ex Reſcripto Regis *Theodorici* Venantio dato in verbis: *Ex parentum Virtutibus prolis judico ac Succeſſus* apud Caſſiodor. *libr. 2. Reſcript. 36. De remuneratione filii pro ſervitio patris, ut & lib. 9. Reſcript. 23.*

22. Ex quibus huc usque deductis abunde pateſcit, quòd Reges Gothorum ad exemplum Germanorum *de quibus Tacitus de morib. German. cap. 13.* Dignitates & Officia, tàm militaria, quàm civilia & judiciaria per Principes,

cipes, Duces & Comites diviſerint, ac fundamenta quaſi hodiernarum dignitatum, quas in Imperio R. G. cernimus, jecerint; Unde tot familiæ illuſtres, originem trahere ſatagunt. vid. Althamer. *ad dict. loc. Tacit. fol.* 219.

23. Porrò pulſis, & omnino ex Italia ejectis *Gothis*, per *Narſetem*, *Virum egregium* & *Patricium* (de quo vide Paul. Diacon. *de Geſtis Longobard. lib.* 2. *cap.* 2. *&* 3. *verſ.* 220. *fol. m.* 219. *& ſeq* ubi Lindenburgius in notis *Hiſtor.* Auguſt. *Tom.* 4. *fol. m.* 248. *&* 258. Anton. Sabell. *in rapſod. Ennead.* 8. *lib.* 4. *fol. m.* 372. Ruprecht. *in Obſervat. Hiſtor.* ad Beſold. *Synopſin. min. cap.* 15. *fol. m.* 577.) Imperator Juſtinianus circa annum DLXVII. ad regendam & protegendam Italiam, & reliquias Imperii Occidentalis certum *vice Imperatorem*, ſeu Locum tenentem tanquam Præſidem Romæ conſtituit, quem *Exarchum* vocare, eique ſedem Ravennæ definire voluit, adeò omnium primus *Exarchatum* inſtituit.

24. Primusque *Exarchus* erat *Longinus*, Paul. Diaconus. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. Calviſ. *in Chronolog. ad Ann.* 567. Titulus novus Invidiæ plenus; Quod ſequentibus verbis expreſſit Antonius Coccius Sabellicus; Attulit, is (inquit) Longinus ſecum in Italiam novam Regiminis formam, Graiæ Superbiæ plenam, ut Exarchus diceretur; Idem primus veterem adminiſtrationis formam totâ Italiâ ſuſtulit, ut non cuique Provinciæ, Regionive ſuus eſſet Magiſtratus, ſed ſingulis, qui poteſtate præirent, & jus Civibus ſimul dicerent, Ducesque appellarentur. Hæc Sabellicus *dict. Ennead.* 8. *lib.* 5. *f. m.* 384.

25. Horum *Exarchorum* authoritate & abſolutâ ferè poteſtate Imperium Romanum in *Occidente* non minimum accepit decrementum, dum apud hoſce Vice

Imperatores Cupiditas dominandi indies magis invaluit; Quibus illud tentandi ob longè diſſitarum Provinciarum major erat opportunitas, minusque periculoſa occaſio, quippe à ſede Imperatorum longius remotis; Quod ulterius conqueritur modo dictus *Sabellicus*: *Longinus Exarchus*: (ait) *Magiſtratum, quem Roma conſtituit, Præſidem appellavit: ſed qui poſtea ſecuti ſunt, Duces dici maluerunt*, quò contigit ut multis *inde annis* Romanus Ducatus dictus *fuerit*. Ac ita tandem Romæ, & reliquæ *Italiæ* adminiſtrationis forma cum *Magiſtratuum* nominibus interiit; *Quæ* contumeliæ ratio nomen Pop. *Rom.* apud exteras gentes, *Majeſtatemq́ ad nihilum redigit*. Hæc Anton. Cocc. Sabellicus. *dict. Ennead.* 8. *l.* 5. *fol. m.* 385.

26. Poſt hunc *Longinum* ſubſecuti Exarchi, qui huic, vel illi civitati aut diſtrictui ſuum particularem Ducem vel Comitem ordinabant, qui indies magis abſolutam & perpetuam ſibi poteſtatem aſſerere conabantur.

27. Quâ forſitan occaſione *Emanuelis* Imperatoris Conſtantinopolitani Nepos *in Regnum Siciliæ*, tanquam Vicarius, miſſus, Regnum ipſum occupavit, & ut ſibi Regni Procerum, Univerſitatumque animos conciliaret, Feuda conſtituit, Barones & Feudatarios creavit, *Sicaniæ* territoria in Feuda convertendo, quæ priùs erant Curiæ; ſicut hoc refert Petr. de Gregor. *de conceſſ. feud. part.* 1. *in princip. & part.* 5. *quæſt.* 1. Intrigliol. *de feud. quæſt.* 3. *num.* 21.

28. Veruntamen hi conſtituti *Exarchi* cum Regibus Longobardis aliisque barbaris nationibus vario Marte luctati ſunt & concertarunt. vide Paul. Wallefrid. *de geſtis Longobard. lib.* 3. *cap.* 18. & 32. & *lib.* 4. *cap.* 8. & *ſeqq. paſſim.* Ant. Cocc. Sabell. *in rapſod. Ennead.* 8. *lib.* 5. *fol.* 384.

29. Do-

29. Donec tandem *Autulphus* Rex Longobardorum, imperante in Oriente Conſtantino Copronymo A. C. incirca DCCL. *Ravennam* expugnans, Eutichium Exarchum ſuperavit, atque Italiâ expulit, eumque & omnes Græcos Impp. *Exarchatu* (dum per CLXXXIII. aut, ut alii volunt, LXXV. perduraſſet) ſpoliavit: Et hic finis erat *Exarchatus*, & omnis poteſtatis Imperatorum Conſtantinopolitanorum in Italia. Sabell. *dict. Ennead.* 8. *lib.* 8. *fol. m.* 487. Carol. Sigon. *de Regno Italiæ. lib.* 1. Eryc. Putean. *lib.* 2. *hiſtoriar. Inſubr. fol.* 110. Calviſ. *in Chronol. ſub Conſtant. Copronym. ad Annum* 752.

## CAPUT V.

### *De Longobardis, eorumque Adventu in Italiam, occupatis terris; Et forma adminiſtrandi Regnum Longobardicum per Duces & Comites.*

### SUMMARIA.

1. *Longobardi Italiam, aliasq; Imp. Occident. partes per Duces & Comites regere ordinarunt.*
2. *Longobardi unde dicti.*
3. *Occaſio invadendi & occupandi Italiam. Romani cum Longobardis fœdus pepigerunt.*
4. *Narſes auxilio Alboin Regis Longobard. Italiam cum Vrbe Roma occupavit, & Regem Totilam, cum Gothis planè delevit.*
5. *Exinde maximum incurrit odium.*
6. *Iuſtinus Imp. Narſetem inauditum revocavit, Longino Præfecto & Succeſſore in Italiam miſſo: quod Narſes indignè tulit.*
7. *Mox ad Longobardos mittit, eisq; perſuadet ut Italiam peterent: Proinde Rex Alboinus omnem ferè Italiam devaſtavit.*
8. *Alboinus fundato novo Re-*

 *gno*

*gno, novam regiminis formam ſtruxit.*

9. *Comites quoque ordinavit.*

10. *Origo Feudorum.*

11. *Longobardi Imperium ſuũ, usque ad extremam Italiæ partem dilatarunt.*

12. *Duces in Regno Longobard.*

13. *Dignitas Ducalis quid fuerit?*

14. *Ducum officium.*

15. *VVarnefrid Longob. Regum & Ducum Regimen mirè extollit; Sed refellitur.*

16. *Finis Exarchorum ſub Abiſtulpho.*

17. *In territorium Pontificis irrumpit: verùm à Pipino profligatur.*

18. *Italia ob Barbarorum incurſiones mire convulſa, à Carolo Francorum Rege reſtituta.*

19. *Exinde Advocatus & Protector S. Petri conſtitutus, Patriciaque Romanorum dignitate condecoratus fuit.*

20. *Confectis Longobardis, Carolus in Franciam rediens, Saracenis obviam ivit.*

COeterum Longobardis Italiam, aliasque Occidentalis Imperii Anno DLXVIII. invadentibus partes, eorum Reges patrio more, de quo Tacit. *de morib. German. cap.* 13. regimine inſtituendo Loca ſubacta in Provincias, Civitates, & pagos dividentes, per Duces & Comites regere ordinarunt. Longobardorum enim Gens à Germanorum populis originem ducens, ab Inſula, ſeu magis è Provincia mari adjacente Scandinavia (hodie vulgo Scandia, germanicè Schonen dicta) egreſſi, in terras transmarinas ſedem quæſiverunt; Eamque tandem non ſine graviſſimis contentionibus, & acerrimis præliis obtinuerunt. vid. Anton. Cocc. Sabell. *Hiſtor. Ennead.* 8. *lib.* 5. *fol. m.* 383. Gunther. *in Ligurin. lib.* 2. ubi Spiegel. *fol* 304. Paul Æmil. *Hiſtor. Francic. lib.* 2. Nam Populi in Scandinavia conſtituti in tantam multitudinem excreverunt, ut natale ſolum Prognatos ſimul alere non ſufficiebat.

2. Longobardi autem (cum primitus Winili dicti fuerint) ab intactæ ferro barbæ longitudine ita appellati fuerunt. Nam juxta Longobardorum (ſeu Germanorum) linguam, **lang/** longum, **Bart/** Barbam ſignificat. Paul. Warnefrid. *Longobard.* Deſiderii Regis Longobardorum Notarius, poſtea Diaconus, qui claruit tempore Caroli M. *in hiſt. de geſtis Longob. lib.* 1. *c.* 2. *& ſeq. cap.* 9. *& paſſim.* Seu, ut ſcribit *Sabellicus*, Longobardi à *barbæ* prolixitate nomen ſunt adepti, quia ſoli propè Germanorum barbam alerent, Anton. Cocc. Sabellic. *hiſtor. Ennead.* 8. *lib.* 5. *fol. m.* 383. Quod hiſce verſiculis expreſſit Guntherus:

*Dicitur à longis ea Longobardia barbis,*
*Protinus indigenis paulatim ſanguine mixto,*
*Barbara plebs præter conſuetum gentibus uſum,*
*Tranſiit in ſociam ſuſcepto nomine gentem.*

Gunther. *in Ligurin. lib.* 2. ubi Spiegel. *in verbo, dicitur fol. m.* 30. *aut.* 305. Cui turba Hiſtoricorum poſterior conſentit. Unde evenit, ut multi authoritate *Ptolomæi* & *Taciti*, Lombardos propiùs ac veriùs, *Langobardos*, quàm *Longobardos* nominari & ſcribi oportere cenſeant. Ptolomæ. *lib.* 2. *Geograph. cap.* 11. Tacit. *lib.* 2. *annal.* Altham. in Comm. *de morib. German.* ad Verb. *Langobardi. cap.* 40. *fol. m.* 461. *& ſeq.* Sabell. *d. lib.* 5.

3. Occaſio autem invadendi & occupandi Italiam hæc à præcitato *Paulo VVarnefrid.* & paulò aliis verbis ab *Anton. Cocc. Sabellic.* recenſetur. Cum circumquaque Longobardorum Victoriæ frequenter perſonarent, & bellicoſa hæc natio ſedem ſuam in *Pannonia* (quæ provincia ad Occaſum *Noricum*, hodiè Auſtria & Bavaria, & à Septentrione *Danubium* tum temporis pro termino tenuit, ſecundum Jornand. de *rebus Gethicis. Rubr. ſub Attila.*

*Attila. fol. m.* 134.) quadraginta annos haberent, Romani cum iis fœdus ſtipulati ſunt, eorum amicitiam variis modis aucupantes (utpote cum immani gente, quam jam olim Vellejus *lib.* 2. *num.* 10. *Germanâ ferocitate ferociorem* vocavit) adeò ut omni tempore, quo Longobardi Pannoniam poſſederunt, Romanæ Reipublicæ adverſus æmulos adjutores fuerint.

4. *Narſes*, Chartularius (ſeu Cancellarius) Imperatoris *Juſtiniani* (de quo vid. Lindenburg. *in Obſervat. ad Paul. VVarnefrid. cap.* 1.) qui tum temporis Italiæ præerat, *Totilam* Gothorum Regem cum univerſa gente Italia depellendo, memor fœderis cum Imperatoribus Romanis, Alboin Regem Longobardorum cum ſuis in adjutorium rogavit & evocavit. Quorum ope & operâ *Narſes*, (factum valdè glorioſum) Italiam ferè totam cum Urbe Roma occupavit, & Regem Totilam cum Gothis ad internecionem usque delevit. Quo egregio facto, & præſtito auxilio Rex Alboin multis honoratus muneribus tanquam Victor, cum ſuis Longobardis proprios lares repetiit. Quod circiter Annum 553. accidiſſe ex Chronologis conſtat. Procop. *in hiſtor. Gothor.* Paul. Warnefrid. *dict. hiſt. lib.* 2. *cap.* 1. *&* 2. Albert. Leandr. *de Italia. Rubr. de Lombardia. fol. m.* 662. vide Calviſium *in Chronol. ad Annum* 553. Ruprecht. *in Chronol. adjunct. Obſervat. Hiſtor. Beſold. ad Annum* 553.

5. Veruntamen ſicuti omnes generoſæ actiones primò invidiam, mox odium parant, ita *Narſeti* maximæ tot in Italia res geſtæ, præcipuè verò ſuperatâ, & tandem deletâ omni Gothorum gente, ut & alia egregia naturæ dona, ſicuti plurimum gloriæ, ita non minus, (ut fieri aſſolet) invidiæ pepererunt. Quod ſequentibus refert Sabellicus: Valuit apud hunc Imperatorem Juſti-

Juſtinianum ſub initio Principatus plùs livor hominum & invidia, Magnatum Domuum alumna, quàm Narſetis merita, cui gloriam omnes Romani meritò debent. Sabellic. *dict. Ennead.* 8 *lib.* 5. Cui acceſſit per Hunnorum Victoriam non modica auri & argenti, aliarumque divitiarum accumulatio: tantum enim auri & argenti poſt mortem ejus inventum fuiſſe ſcribit Warnefrid, ut per multos dies vix à deportantibus potuerit exportari Paul. Warnefrid. *dict. lib.* 3. *cap.* 12.

6. Hæc & alia Romanorum Civium odium & animos ita concitarunt, ut varias querelas Imperatori ſuggeſſerint; Id quod in tantum commovit prædictum Imperatorem *Juſtinianum*, ut *Narſetem* inauditum mox revocaret, ac ſtatim *Longinum* in Italiam Præfectum & Succeſſorem mitteret, quò Narſetis locum obtineret, qui etiam Exarchi titulum primus aſſumpſit. Cui revocationi inſignem contumeliam adjecit Sophia Auguſta impudens fœmina, *ut Narſetem*, (qui Eunuchus erat) *in Gynæceo cum puellis lanarum penſa faceret dividere, ac ut penſa diſtribueret ancillis, quòd Enuchorum magis proprium ſit, quàm Provinciæ & Exercitibus præeſſe.* Exinde ita excanduit Narſes, animadvertens, ſibi naturæ aut fortunæ injuriam objectari, & quia ad lanificium expoſcebatur; Exordiar, reſpondit, talem telam, qualem ipſa, dum viveret, deponere non poſſet, vid. Warnefrid. *dict. lib.* 2. *cap.* 5.

7. Mox igitur Legatos ad *Alboinum* Regem ſibi amiciſſimum, & Longobardorum gentem mittit, ac ut relicto paupertino Pannoniæ rure Italiam cunctis divitiis refertam peterent, mittendo variorum pomorum & aliarum rerum genera, perſuadet: Eorumque *Regi Alboin* Italiam in prædam ſpondet, utpote aditu & obten-

E tu fa-

tu facilem, quippe Viris per præterita tot bella vacuam, & à recenti adhuc contagionis calamitate languentem. Hæc Longobardis læta nuntia, quorum Rex Alboinus, ab amicis Saxonibus ultra viginti millibus in auxilium vocatis, pertrahendo quoque tàm Noricos, quàm Bojos & Suavos, in expeditionis ſocietatem. An. DLXVIII. Italiam ingreſſus eſt, primo *Foro Iulium*, poſt alias, & quidem nobiliſſimas Italiæ, præſertim Liguriæ partes, absque ulla ferè reſiſtentiâ occupavit, &, quæ primo impetu occupare, aut retinere non poterat, ea Exarcho Longino, ejusque Succeſſori ceſſerunt. Quod latiùs recenſet Paul. Warnefrid. *in dict. hiſtor. lib.* 2. *per tot. Idque ex eo contraxit* Gotfrid. Viterbicus, *in Chronic. part.* 17. late Anton. Cocc. Sabell. *in Rapſod. hiſt. Ennead.* 8. *lib.* 5. *fol.* 385. Quos eleganti ſtylo ſequitur Anton. Brunner. *in Annal. Boj. lib.* 4. *c.* 6. *&* 7. *fol. m.* 330. Et hoc ex eo breviter Chriſtian. Adam. Rupert. *in Obſerv. ad Beſold. Epit. hiſtor. cap.* 15. *fol.* 581. Occupato itaque *Foro Iulio* Liguriæ, aliisque citra Apennium poſitis Provinciis, unâ cum præcipuis civitátibus munitiſſimis, *Rex Alboin* præcipuam Civitatem *Ticinum* (quæ nunc *Papia* vocatur) per triennium obſedit, quæ ultra tres annos obſidionem perferens, ſe fortiter defendit; Interim *Alboin* Rex, ejectis undicunque militibus, cuncta usque ad Tuſciam, præter *Romam* & *Ravennam*, ac quædam Caſtella, ad litora maris conſtituta invaſit, Longobardis univerſam ferè Italiam devaſtantibus. Nec erant tunc Romanorum virtus aut vires, ut reſiſtere poſſent, cum major pars civium peſtilentiâ ac fame interierint. *Longobardi* itaque longè per Italiam graſſantes An. DLXVIII. peculiare Regnum ex provinciis in Italia ſubjugatis conſtituerunt, & occupata tandem poſt tres annos &

aliquot

aliquot menſes civitate Ticino à Romanis ſtrenuè propugnata, regiam ſedem è civitate Mediolani, Ticinum transtulerunt, quo Regno ducentis ferè triginta annis potiti ſunt. Paul. Warnefrid. *in hiſtor. de geſtis Longobard. lib.* 2. *cap.* 25. 26. *&* 27. Eugar. *hiſtor. lib.* 2. *c.* 7. Valterran. *lib.* 3. *hiſtor.* Sabell. *in rapſod. Ennead.* 8 *lib.* 5. Thom. Milles *in nobilit. Polit. fol. m.* 36. Gunther. *in Ligurin. lib.* 3. ubi Spiegel. in Comment. *Vrb. Antiqua Palat. fol. m.* 321.

8. Cœterum ſicuti eleganter *Tacitus* de nova Romani Imperii Regiminis forma; at cum ſtruebat, (inquit) jam fortuna in diverſa parte terrarum initia & cauſas Imperio: Quod variè ortum, lætum Reipublicæ, aut atrox: ipſis Principibus proſperum, aut exitio fuit. Corn. Tacit. *hiſt. l.* 2. *c.* 1. *num.* 1. Eodem modo *Alboinus* Rex, fundato novo Regno peculiarem Regiminis formam ſtruebat; Retento priſco Patrum Germanorum ritu, qui *Reges* ex nobilitate, *Duces* ex virtute ſumebant, ac Principes eligebant in conſiliis, qui jura per pagos vicosque reddebant, adjunctis unicuique Duci aut Principi certis Comitibus. Eratque jam tum temporis magna *Comitum* æmulatio, quibus primus apud *Principem* ſuum locus eſſe deberet: Et principum cui plurimi & acerrimi Comites. Tacit. *de morib. German. cap.* 2. *&* 13. Præfatus *Alboinus* Provinciis & Civitatibus ſubactis certos Duces præfecit, nempe Viros nobiles, ſtrenuos, & in bello, atque victoriis obtentis benè meritos, Eisque illarum curam, & Regimen commiſit; Occupatâ enim primâ & limitaneâ Italiæ Provinciâ *Forojulianâ* cum Caſtro *(hodie Forolivenſi)* *Alboinus* in his locis Ducem conſtituit *Giſulfum*, ſeu Siſulfum, ſuum nepotem, Virum per omnia idoneum, qui ejusdem *Strator* erat, (quem lingua propria *Marpahis*, id eſt *Mareſchall.* appellant)

lant) Eum Forojulianæ Civitati & toti Regioni præfecit, & titulo Ducali honoravit. Qui *Giſulfus (referente VVarnefridio)* non priùs ſe Regimen ejusdem Civitatis & populi ſuſcepturum edixit, niſi ei, quas ipſe eligere voluiſſet, Longobardorum *faras*, hoc eſt, *generationes* vel *lineas tribueret*; Factumque eſt, ut annuente ſibi Rege, quas optaverat, Longobardorum præcipuas Proſapias, ut cum eo habitarent, accepit: Et ita demum *Ductoris honorem* adeptus eſt; Sunt verba Pauli Warnefrid. *in hiſtor. Longob. lib.* 2. *cap.* 9. Anton. Sabell. *in Rapſod. Ennead.* 8. *lib.* 5. *fol. m.* 384. Conſtituit præterea Rex *Alboin Giſilbutum*, Veronenſium: *Zaban*, Ticinenſium: *VValthari*, Burgonienſium: *Alachim*, Brixenſium: *Evin*, Tridentinorum Ducem. Ac ſingulas Italiæ Civitates ab hoſtibus occupatas, unâ cum Populo, Territoriis, Caſtellis, & vicis adjacentibus ſingulis Ducibus commendavit, ut eas tàm belli, quàm pacis tempore regerent, & contra quascunque invaſiones protegerent, adeò, ut ab initio Regni Longobardici in urbibus ſubjugatis ultra triginta Duces fuerint ordinati. teſte Paul. Warnefrid. *dict. lib.* 2. *cap.* 28. *&* 32. *& paſſim*: Et hoc ex eo Carol Sigon. *de Regno Italiæ. lib.* 1. 4. *&* 9. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 49.

9. Ordinabant quoque Longobardorum Reges in noviter ſtructo Regimine ſuos *Comites*, qui Ducibus, *(more patrio & germanico)* ſuberant, eisque in adjutorium dati fuerunt; Sicuti de *Traſemundo* Comite Capuano legimus apud Warnefrid. *dict. hiſtor. Longobard. lib.* 4. *cap.* 53. Idque inprimis conteſtatur Pontifex Gregorius Magnus in Epiſtola ad Sabinian. *Si in morte* (ſcribit) *Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens, nec Regem, nec Duces, nec Comites haberet*. Gregor. Pont. *M. in*

*Can.*

*Can. ſi in morte* 20. *cauſ.* 23. *quaſt.* 8. Præterea Rex *Alboinus* adductis ſecum in Italiam diverſis gentibus in auxilium, *Gepidis*, *Bulgaris*, *Sarmatis*, *Pannoniis*, *Suavis*, *Noricis*, certos *vicos*, ſeu *Pagos* in Provinciis ſubjugatis aſſignavit, in quibus commodè cum uxoribus & liberis habitare poſſent, qui etiam tempore Warnefridi hujusmodi nomina retinebant. Paul. Warnefrid. *dict. lib.* 2. *cap.* 26. Unde benè ad propoſitum ſcribit *Thomas Cragius*; Longobardi, novas ſedes petituri, cum Imperium Romanum diripuiſſent, Regionesque ex hoſte captas militari more inter ſe dividerent, non minor inferiorum, quàm Principum, in his expeditionibus habebatur ratio: Cragius *de jur. feud præſertim Seotio. lib.* 1. *Diegeſ.* 4.

10. Nam cum *gratis*, hoc eſt jure belli Provincias Italiæ & prædia hæcce acciperet, ea cuncta facilè gratis concedebat Rex, retenta ſibi fidelitate & ſervitio militari, quemadmodum nullo arctiori, quàm benevolentiæ, & beneficii vinculo Milites adſtringi poſſe cenſebat, arg. traditorum. *in cap.* 1. *§. beneficium Titul. quib. cauſ. feud. amitt. lib.* 2. Carol. Molinæ. *ad Conſuet. Pariſ. tit.* 1. *num.* 26. Guerrim. Piſo. Soac. *in prælud. feud. c.* 3. Hæc enim eſt optima ratio conſervandorum territoriorum nuper partorum, ſibi per beneficium devincire hos, quorum operâ militari Victor uſus fuit. Tribuenda enim eſt juſtis laboribus compenſatio præmiorum. Quod inter laudabilia Imperatorum, & Regum acta recenſet Rex *Theodoricus* apud Aurel. Caſſiodor. *præcipuè in Reſcript.* 10. *&* 13. *lib.* 6. Chriſt. Beſold. *de increm. Rerum pub. in fin. Ac in Theſaur. Pract. lit. i. verb.* Lehen. Prout patet ex variis titulis Juris feudorum, quod præcipue ab ipſis *Longobardis*, aliisque ferociſſimis gentibus, quæ ab Aquilone in Romanum Imperium incurrerunt, ori-

ginem & progreſſum ſumpſiſſe, multi ex Feudiſtis tradunt. Cujac. *in prælud. feud.* Vultej. *de feudis lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 12. Georg. Beſold. *de origine feud. fol. m.* 18. Thom. Crag. *de jur. feud. præcipuè Scotio lib.* 1. *Diegeſi.* 4. *fol. m.* 20.

11. Structo jam ab *Alboino* Rege Imperio, victricia Longobardorum arma haud diu ceſſarunt. *Militari enim Viro nunquam deſunt bellandi cauſæ aut materiæ.* Mox namque hanc, mox illam Exarchatui ſubjectam civitatem invadentes, territoria depopulabantur, & ambiguo Marte certantes, non paucas civitates ſubegerunt; Sicuti de *Anthari*, tertio Longobardorum Rege legimus apud *Warnefridum*, eundem Regem per *Spoletum* Beneventum perveniens, eandem Regionem occupaſſe, adeò, ut usque ad *Regiam*, extremam Italiæ Urbem, (quæ hodie adhuc floret) Siciliæ vicinam, pervenerit. Et quoniam ibidem intra maris undas columna quædam eſſe poſita dicebatur, usque ad eam equo proſiliens, ac haſtæ ſuæ cuſpide tangens, in hæc verba prorupiſſe fertur: *Vsque huc erunt Longobardorum fines:* Paul. Warnefrid. *de geſtis Longobard. lib.* 3. *cap.* 32.

12. Cœterum Longobardorum Reges, pro defenſione, patrocinio, & regimine Subditorum, & civium Civitatibus ſubjugatis *particulares Duces* præfecerunt, ac ut ii inſtar Pæſidum eſſent, ordinaverunt. Quemadmodum horum Ducum toties fit mentio apud modo dictum *Warnefridum*; veluti de *Agilulfo*, Taurinenſium Duce, de *Frodoaldo*, Spoletanorum Duce; de *Gaidulfo*, Bergomenſium Duce; de *Gundualdo*, Duce Aſtenſi; de *Aione*, Duce Beneventorum; de Duce *Zoldo*. &c. paſſim apud Paul. Warnefrid. *lib.* 3. *& ſeq. fol. m.* 253. 255. 262. 278. *& paſſim.* Ad hunc Ducalem honorem & dignitatem nemo aſpirare poterat, nec promovebatur à Regibus, niſi opti-

ſi optimè de Regno Longobardorum *meritus*. Prout *de Duce Droctulf* legimus, quòd ille ex *Suavorum*, hoc eſt, Alamanorum gente oriundus, inter Longobardos creverit & quia erat formâ & meritis idoneus, Ducatus honorem meruerit. Paul. Warnefrid. *lib.* 3. *cap.* 18. Occupatâ quoque à Longobardis Spoletanâ Civitate, *Taroaldus primus Spoletanorum Dux* creatus eſt. Warnefrid. *dict. lib.* 3. *cap.* 13. Mortuo item *Ferdulfo* Forojulii Duce, eundem honorem à Rege promeruit *Pommo*, & in ejusdem locum ſurrogatus fuit, ut pote *Vir ingenioſus, & Patriæ utilis*, teſte prædicto Warnefrid. *dict. hiſt. lib.* 6. *c.* 26.

13. Erant præterea hæ Ducales dignitates nihil aliud, quàm officia publica ad regendam certam regionem cum Civitate à Longobardorum Regibus conceſſa, & imprimis *manualia*, ex libera Regis poteſtate ita collata, ut pro lubitu rurſus adimi poſſent: ut plurimum autem *vitalia*, & ad dies vitæ duratura. Quæ, mortuo uno Duce, alii delata fuerunt, id quod conteſtatur hiſtoria Longobardorum ſatis abundè paſſim. Defuncto enim Evin Tridentino Duce, *Ariulfus* ſucceſſit. Decedente item Ferdulfo Foriulii Duce, in ejus locum ordinatum eſſe Corvulſum, ſcribit Paul. Warnefrid. *dict. hiſtor. lib.* 4. *cap.* 12. 19. 53. *& lib.* 6. *c.* 25. Et hoc ad modum hodiernarum Feudorum Conſtitutionum, in quibus Feuda ab initio ex libera Domini voluntate Vaſallis collata fuiſſe, quos etiam pro lubitu rurſus deveſtire potuiſſe, traditur *in cap.* 2. *§. & quia feud. lib.* 1. *tit.* 1. Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 49. *& ſeq.* Tom. Crag. *de jur. Feud. Scot. lib.* 1. *Diægeſ.* 4. *fol.* 20. Nec *filii* Ducum in honore & dignitate Ducali ſuccedebant, utpote cum morte patris extinctâ: niſi Rex Longobardorum conſenſerat: Lupo enim Forolivenſi Duce in acie

acie interempto, *VVarnefridus* ejuſdem filius eundem Ducatum patris loco utpote ſucceſſionem prætendens obtinere, ob metum Regis Grimoaldi, ejusdemque armorum, id tentare non auſus fuit. prædict. Warnefrid. *dict. lib.* 5. *cap.* 22. Quamvis etiam Filii Ducum paternis Virtutibus inſiſtentes, non penitus à Regibus Longobardorum excluſi, ſed in dignitate Ducali, aſt ob propria merita, tanquam Succeſſores declarati fuerunt: ſicuti de Ducis Giſulfi filiis Taſoni & Caconi: ac de Faroaldi Spoletanorum Ducis filio Traſemundo in patris locum ſurrogato legimus apud Paul. Warnefrid. *dict. loco. lib.* 4. *cap.* 17. *ac* 40. *& lib.* 6. *cap.* 30. Nam licet tum temporis *(de feudorum incunabulis verba faciens Cragius)* ſucceſſio hereditaria in hiſce militaribus beneficiis non fuerit: Nativi tamen hæc tenentes dicebantur, quos, niſi juſta offenſionis cauſa præceſſerit, ſcilicet, qui ad ſerviendum habiles non ſufficerent, eos à ſuis poſſeſſionibus removere durum erat. Quod etiam adhuc dum in Anglia moris eſſe tradit. Thom. Cragius. *Dict. lib.* 1. *Diægeſ. fol.* 20. *in fin.*

14. Quamvis autem hucusque Longobardorum *Duces* unà cum ſibiipſis commiſſis Provincialibus, Regibus ſuis nihil aliud quàm ſervitia militaria in profligandis hoſtibus & occupandis Vicinorum hoſtium Civitatibus ac Regionibus præſtare obligati fuerunt: ſuccedente tamen Authari ſeu Orthario Clephonis filio, communi Procerum Conſilio electo in Regem, in Imperio Longobardico introductum, inſuper conſtitutum eſt, ut quilibet ex Ducibus Longobardicis ad tuendam Regiam authoritatem, & Regni defenſionem, omnium ſubſtantiarum ſuarum, unâ cum vectigalibus, medietatem, uſibus regalibus annuatim conferat,

ſerat, & contribuat, quo modo adſint, unde Rex ipſe, ac qui ei, ejusque obſequiis ſecundùm diverſitatem munerum & dignitatem officiorum aderant, alerentur; Populi tamen aggravati per Longobardos Hoſpites partiti ſunt. Paul. Warnefrid. *d. lib.* 3. *cap.* 16. Eumque ſequitur Regino, Abbas Brumenſis. (*qui claruit anno DCCCCX.*) *in Chron. ad annum DCXVII.* Hiſce Ducibus Rex *Authari* Civitatum uſumfructum unâ cum ſubjecto territorio (Dominio ſibi directo retento) reliquit, nec eis alios Succeſſores dedit, nec Ducatum ademit, niſi conflatâ defectione, aut commiſſâ feloniâ. Paul. Warnefrid. *dict. tr. lib.* 4. *cap.* 8. *&* 14. *ac lib.* 6. *cap.* 25. Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 1. Johan. Georg. Beſold. *de origin. feud. fol. m.* 18.

15. Unde Marquardus Freherus ſcribit: *Porro Germanæ Gentes Latinis Provinciis potitæ, Franci, Gothi, Longobardi, æmulatione Romani ſplendoris, priſcam etiam Regiminis formam, & aulæ dignitatumque pompam retinere ſtuduerunt. Unde factum eſt, ut non modo aliquâ ex parte Romanæ leges & inſtituta (tantum nimirum quantum & illorum idioma.) ſed etiam officiorum & dignitatum illarum florente Imperio florentium, umbræ apud illos perduraverint.* Marq. Freher. *de origin. Comit Palat. part.* 1. *cap.* 1. Et quamvis Longobardorum Paulus *Warnefrid* tàm Regum quàm Ducum Regimen in adminiſtratione Juſtitiæ, & ſecuritate publicæ tranquillitatis ſummis laudibus extollat; ac pro miraculo quaſi cenſeat in Regno Longobardorum, quòd nulla ibi erat violentia, nullæ ſtruebantur inſidiæ, nemo aliquem injuſtè angariabat, nemo ſpoliabat, non erant furta, non latrocinia; unusquisque, quò libebat, ſecurus ſine timore pergebat, Paul. Warnefrid. *dict. lib.* 3. *cap.* 16. Hoc tamen de juſtitiæ adminiſtratione in-

ter *privatos* & ſubditos, *ſicuti patet ex Volumine Legum Longobardorum Anno* 1600. *Lugduni edito.* non verò de juſtitia armorum Longobardorum intelligendum eſt. Siquidem aliud demonſtrant tantæ, & tot invaſiones Provinciarum & Civitatum Exarchatui ſubjectarum; tot irruptiones in Galliam, aliasque vicinas Regiones, tot depopulationes territorii ipſi Pontifici ſubjecti; cum obſidione ipſius Civitatis Romæ, Populique Romani; quæ cuncta ferè ſummâ violentiâ ſuſcepta, & per ducentos ferè annos continuata fuerunt; ſicut perſpicuè conſtat ex ipso *Paul. VVarnefrid. Reginone, Carol. Sigon. Anton. Sabellic. Athanaſio, Platina: & aliis.*

16. Adeò ut *Abiſtulphus* Longobardorum Rex (penes quos *Julii Cæſaris* Dicterium Rationis Status prævaluit: *Conſcientia ſi violanda eſt, Regni cauſa violanda eſt, in cæteris pietatem colas.*) cum nec Vicinum, nec Imperium Romanorum per Exarchos amplius ferre non poſſet, dominandi libidine permotus, ipſam Civitatem *Ravennam*, caput Exarchorum, oppugnaverit, cœteraque Exarchatus oppida in ſuam ditionem redegerit: *Eytichio* Exarcho ultimo Conſtantinopolim fugato. Et hoc modo *Anno DCCLII. incirca* deſinit Exarchatus à Conſtantinopolitanis Imperatoribus in Italia inſtitutus, qui CLXXV. annis, aut ut alii calculum ponunt *CLXXXII.* usque ad Leonem tertium Imperatorem poſt acerrimas Exarchorum clades, & defenſiones duravit. Anton. Sabell. *Ennead* 8. *lib.* 8. *fol.* 437. latè Leandr. Albert. *in deſcript. Ital. tit. de Romanula. fol. m.* 470. *& ſeq.*

17. Quo felici ſucceſſu *Abiſtulfus*, Rex elatus & ſuperbus, in Pontificis territorium populabandus irrupit, omnia extra *Vrbem Romam* igne & ferro vaſtans, ipſam Civitatem obſedit, extrema inſuper minitans

Roma-

Romanis, niſi ſe ſuaque dederint. Quâ violentiâ permotus *Stephanus* Pontifex, miſſâ Conſtantinopolim Legatione, Imperatorem *Conſtantinum* commonefecit, ut ad defenſionem jurium Imperii Romani, & ipſius Civitatis Romæ, exercitum in Italiam mitteret. A quo cum præter literas, & legationes nihil impetrare poſſet, animum ad Francorum *Regem Pipinum* (qui tunc inter Principes Chriſtianos plùs viribus & authoritate pollebat) vertit, ejusque auxilium imploravit. Subinde Rex *Pipinus* cum exercitu non unâ vice Alpes transgreſſus *Ahiſtulphum* bello petiit, eoque acie victo, Ticinum obſedit, ac tandem eò adegit, ut per *Folradum* miſſum ſuum Ravennam, cœteraque Exarchatus loca (nunc *Romaniola* dicta) & Pentapolim, quæ hodie *Marchia Anconitana*, unâ cum aliis Piceni Urbibus *Anno DCCLVI.* Pontifici traderet; *Itaque ea, quæ ſponte reddere noluit Ahiſtulfus, invitus dimiſit.* Annales Franciæ *ad Annum DCCLVI.* Paul. Warnefrid. *dict. hiſtor. lib. 6. c.* 60. Regino *hiſtor. lib.* 2. Platina *in Vita. P. Stephani.* latè Anton. Sabellic. *Ennead.* 8. *lib.* 8. *fol.* 437. Ac hoc modo *Ravennæ* Imperium ceſſione Ahiſtulfi ad Eccleſiam devolutum eſt, cum omnibus adjacentibus Civitatibus & Oppidis, quorum Catalogum recenſet Leandr. Albert. *de Ital. dict. tit. de Romanula fol. m.* 471. Paul. Æmil. Veronenſ. *de Reb. Franc. ſub Pipino fol. m.* 53. Seth. Calviſ. *in Chronolog. ſub Conſtant. Copronym. ad Annum* 756.

18. Utcunque autem per ſuppreſſionem *Regis Longobardorum Ahiſtulfi* tota Italia, nec modica Imperii Occidentalis pars, pacem & quietem recuperaſſe viderentur; Veruntamen cum tàm in Oriente ob diſſidia inteſtina, quàm in Italia ob Barbarorum incurſiones, *Conſtantino* & *Irene* imperitantibus ita tumultuosè cun-

cta agerentur. (de quo vide Platin. *in Vit. Pontif. in Leone III.* Anton. Sabell. *in rapſod. hiſtor. Ennead.* 8. *lib.* 8. *fol.* 438. *&* 446. Calviſ. *in Chronolog. ad Annum* 770. *& ſeqq.*) nec ipſi quieti Longobardi, qui creberrimè Romam Civitatem, in eaque ipſum Pontificem Romanum infeſtabant, obortaque contentione graviſſima inter Populum Romanum, ac Pontificem ipſum, omnes Occidentalis Imperii Romani Provinciæ à Græcis Imperatoribus neglectæ & pro-derelictæ jacebant. vide Lupold. *de jur. Imperit. cap.* 4. *&* 18. Naucler. Generat. 26. *Anno* 800. Arniſæ *de translat. Imperii cap.* 7. *n.* 13. *&* 14. *ac paſſim.* Præſertim mortuo Rege *Ahiſtulfo*, Succeſſor ejus *Deſiderius*, confirmato Regno, cum jam per plures annos regnaſſet, Anno DCCLXXIII. imitator tandem factus *Ahiſtulfi*, ſedi Pontificiæ Civitatem *Faventiam*, Ducatum *Ferrariæ* cum Valle Comachio abſtulit, adeò ut ob inde Adrianus Pontifex Romanus magnis anguſtiis & tribulationibus exponeretur. Paul. Warnefrid. *de geſt. Longobard. lib.* 6. *cap.* 61. Platina *in Vitis Pontific. in Adriano.* Igitur *Carolus Francorum Rex*, *Pipini* Regis filius, tum temporis potentiâ & famâ rerum geſtarum clarus & glorioſus, ab *Adriano* Pontifice hujus nominis primo, ac *Ropulo Romano* vocatus & rogatus cum Exercitu verſus Italiam iter arripit, ut ad exemplum Patris genitoris Pipini *Romanam Eccleſiam & Civitatem* factionibus perturbatam in priſtinam ſecuritatem reſtitueret, ac ſedem Pontificalem à violentia Regis Deſiderii liberaret. Monach. Engoliſmenſ. *in Vita Caroli Magni fol. m.* 237. *ap. Pithæ.* Sabell. *in dict. lib.* 8. *fol. m.* 441. Carolus Francorum Rex *Gregorium Epiſcopum & Gulfardum Abbatem* miſit, ut per vim erepta à Deſiderio peterent. Qui cum nihil obtinerent; alii miſſi ſunt, qui, ut locis occupatis

cupatis cederet, *quatuordecim millia* ſolidorum offerebant. Petr. Warnefrid. *dict. lib.* 6. *c.* 61. Anaſtaſ. *in Hiſtor.* Veruntamen cum *Rex Carolus* nec muneribus, neque precibus, Deſiderii animum ferociſſimum flectere poſſet; habito cum Proceribus Franciæ conſilio, Exercitum per mare ducens, Genuam usque pervenit, ibique Exercitum in duas partes dividens; *Deſiderium* Longobardorum Regem, gravem Italiæ & Pontifici, cum ſuis fugatum & profligatum, poſt longam Ticini obſidionem, Inſubrum Metropolis, unâ cum Civitate cepit, ac patre occiſo, (aut ut alii volunt, Lugdunum relegato) ejusdem filium Adalgiſium profligavit, Regno dejecit, ac cum eo Longobardorum Regnum ex omni Italia annos ferè CCIV. aut ut alii, CCVI. poſſeſſa expulit. Sicque univerſo Longobardorum Regnò Anno DCCLXXIV. potitus eſt. de quo extat Canon. *Adrianus.* 22. *diſtinct.* 63. Ac Canon. *hortatu.* 10. *cauſ* 23. *quæſt.* 8. Annal. Franc *ad annum* 774. Engolismenſ. in Vita Caroli. *ap. Pithoæ. fol* 238. Regin. *in Chron. l.* 3. Volater. *lib.* 3. *hiſtor.* Joan. Baptiſt. Egnat. *in Vit. Carol. M.* Æmil. Veronenſ. *rer. Francic. lib.* 2. *fol. m.* 57. latè Platina. *in Vitis Pontific. in Adriano.* ac Hiſtorici paſſim. Devictâ itaque *Ticini* Regiâ Civitate, & capto Rege *Deſiderio cum Vxore & Liberis*, cœteri Longobardi omnes per Civitates & pagos diſperſi, Regi *Carolo*, armis glorioſo ſeſe ultrò dederunt, & in ejus verba jurarunt. *Carolus* verò Rex victæ Longobardorum genti Gallorum Duces, quorum operâ militari victoriam acquiſivit, præſidere juſſit. Qui tam clementer & manſuete victoriâ uſi ſunt, ut ne ſuæ quidem gentis Regimen ampliùs deſiderarent. Longobardis, qui *Beneventanis* & *Forojulienſibus* inſerti erant, Carolus Rex permiſit, ut ex ſua Gen-

te Duces eligerent. Anton. Cocc. Sabellic. *dict. Ennead.* 8. *lib.* 8. *fol. m.* 442. Ne odio gentis bellum geri videretur; Igitur *Vinigiſio* Spoletinus Ducatus; *Rhogando* Forojulienſis: *Aragiſio* Beneventanus redditi: fide tantum jurejurando oppignoratâ. Paul. Æmil. *dict. lib.* 2. *hiſtor. Franc. fol. m.* 58.

19. Propter hanc tam glorioſam actionem & Populi Romani liberationem, Populus Romanus Carolum Francorum Regem Advocatum & Protectorem S. Petri conſtituit, eumque Patriciâ Romanorum dignitate condecoravit. Author Vitæ Caroli M. *apud Pithoæ. fol. m.* 233. Wigale. Hund. *in Metropol. Salisbrug. tom.* 1. *Rub. Epiſcopus Laureacenſ. f. m.* 292. Jurarunt inſuper mutuo Carolus, Pontifex, Romani, & Franci, *perpetuam amicitiam* ſe ſervaturos, & communes eorum hoſtes fore, qui alteram partem laceſſerint: Adeò, ut hâc conventione Imperium Romano: Germanicum primùm radices poſuiſſe dici poſſit. Platina *in Adriano. fol. m.* 43. *edit. Noriberg. Anno* 1481.

20. Porrò, ſubactis Longobardis, Carolus in Franciam revertens, Saracenis obviam ivit; poſt cujus diſceſſum celeberrimus Conventus *centum & quinquagenum Antiſtitum* frequentiâ celebratus, & Pontifice *Adriano* authore decretum eſt, ut Carolus Rex, quia optimè de Romana Eccleſia & Italia meritus eſſet, in futurùm Pontificem eligeret, in Pontificiamque ſedem collocaret: Epiſcoposque in Provinciis ordinaret, eaque omnia irrita forent, quæ à Rege Carolo approbata non fuerint. Regnavit itaque Deſiderius in gente Longobardica ab Alboino, qui primus Rex fuit, ad numerum viceſimi ſecundi. Ac hoc modo res humanæ in mutationibus Imperiorum fluunt, *ut nihil ſit in*

*his*

*his tàm certum, quàm certa inconſtantia.* Sicuti ſcribit & concludit Anton. Coccius Sabellic. *dict. Ennead.* 8. *lib.* 8. *fol. m.* 442.

## CAPUT VI.

### *De Imperii Romani Occidentalis translatione à Græcis in Carolum Franciæ Regem, qui à Senatu, Populoque Romano coronante Pontifice Leone III. Auguſtus, poſtea Carolus Magnus cognomine appellatus fuit. Vbi de Conſtitutione Imperii Romano-Germanici, de Ducum & Comitum per Provincias ordinatione, eorumque jure temporali.*

### SUMMARIA.

1. *Italia per aliquot annos in pace conſervata, novo tumultu fœdatur.*
2. *Carolus Romam proficiſcitur, atque à Pontifice coronatur.*
3. *Vnde mos iſte inolevit.*
4. *Carolus à cunctis Nationibus propter egregia ſua facta Magnus dictus.*
5. *Is initia Principum, Ducum Comitum & Baronum poſuit.*
6. *Carolus M. per totam terrã Aquitaniæ, Comites, Abbatesque, qui Vaſſi dicebantur, ordinavit.*
7. *Comites ad regendas civitates populosque in fide continendos, miſſi ſunt.*
8. *Quod probatur ex teſtamento Caroli M. inter filios.*
9. *Duces & Comites à Regibus præficiebantur gentibus. Vnde delecti?*
10. *Carolus M. Saxoniam devictam in Comitatus, Baronias & alia Dominia diſtribuit.*
11. *Quod ex ſingulari arcano Politico à Carolo M. factum fuiſſe, quinque rationibus evincitur.*
12. *Comites qui fuerint?*

Poſt-

POſtquam *Carolus Rex* Italiâ relictâ, magno triumpho cum Uxore, & reliquis Francis domum reverſus erat, bellum Saracenis illaturus in Hiſpania, Status Italiæ, beneficio Caroli per aliquot annos erat pacatiſſimus. Niſi quod *Aragiſius* Beneventorum Dux, Caroli Beneficiarius, eique juramento fidelitatis adſtrictus, ſucceſſu temporis Campaniæ Urbes Pontifici ſubjectas attentare, & ſedi Apoſtolicæ abducere ſatagebat: Quem tamen Carolus Rex per Duces Regno Italiæ à Longobardis occupato præpoſitos, & mox per *Pipinum* filium facilè ſuppreſſit, & domuit. Engoliſmenſ. *in Vita Carol. fol. m.* 261. Valterran. *hiſtor lib.* 3. Sabellic. *dict. Ennead.* 8. *lib.* 8. *fol. m.* 446. Veruntamen elapſis aliquot annis Italia novo tumultu fœdata eſt. Mortuo enim Hadriano Pontifice, Leo III. (Patria *Romanus* ſecundum Joannem Baptiſtam Platinam in Leone III. aut, ut alii volunt, genere & natione *Alemannus* & Würtenbergicus, frater Comitis *Aſtulfi de Caluue*, juxta Rolvinck. *in faſcicul. tempor. Sext. ætat. anni DCCXCIV.* De quo latius Joh. Georg. Walz. *de Origin. Duc. Würtenb. lib.* 2. *cap.* 3. *fol. m.* 106.) ei Succeſſor datus, dum Populum Romanum in verba Caroli adegerat, Claves S. Petri cum vexillo Romanæ Civitatis transmiſſo, prout ſcribit Chron. compendioſ. *ad annum DCCCL.* Siffrid. Presbyt. *in Epitom. hiſtor. lib.* 1. *anni DCCCI.* & poſt eum Henric. Mucius in Chron. Germ. *l.* 9. *in princip.* Ob id, & ob crimina, quæ æmuli, defuncti Adriani Agnati, Paſchalis nempe, Primicerius, & Campulus Presbyter, aliique Primarii indigniſſimè & quidem publicè in Letania majore habitâ objectabant, ei oculos erumpere, & linguam abſcindere attentarunt, eumque omni deſtitutum auxilio ſaucium in carcerem conjiciunt. Qui tamen carcere elapſus, auxilio

lio

lio *VVirundi* Abbatis, & *Vinigiſii* Spoletani Ducis, ad *Calorum Regem* in Germaniam profugit, eumque in caſtris ad *Padabrunum* invenit. Leonem ſummo honore ſuſcipiens, rurſus Romam cum Legatis remiſit, promittendo, quod mox ipſe Rex Romam petere, & totam cauſam cognoſcere velit. Annales Franciæ *Anni DCCXCVIII*. Cœnobita Engoliſmenſ. *in Vita Caroli M. fol.* 261. apud Pithoæ, Joan. Baptiſt. Platina *in Leone III.* latè Sabellic. *dict. lib.* 8. *fol.* 448.

2. *Carolo* cum filio *Pipino* & aliis Primoribus Germaniæ Romam proficiſcenti, & Urbi appropinquanti, ipſe *Pontifex* unâ cum *S. P. Q. R.* miſſis quoque Civitatis Romanæ *vexillis* & *turmis*, obviam iverunt. Qui cum convocata Synodo cognoſcere de criminibus objectis, nemo autem criminum probator eſſe, vellet, *Leoni* permittit, ut jurejurando ſe purget; Qui cum in Baſilica ſuggeſtum aſcendens tactis Evangeliis ſe purgaſſet, à Rege Carolo in ſedem Pontificalem reponitur. *Leo* gratiam aliquam relaturus *Carolo* benefactori optimè de Eccleſia & Italia merito, cum animadvertiſſet, quanto odio & tyrannide laboraret infame & cruentum *Irenes Auguſtæ* Imperium in Oriente, ac quàm maximas calamitates Urbs Roma, ac tota Italia propter vecordiam Imperatorum Conſtantinopolitanorum perpeſſa ſit; *Ipſe Pontifex Leo* in ipſis Natalitiis Chriſti feriis in *Divi Petri* Baſilica peractis ſolennibus ſacris Anno DCCC. SCITU ET PRECIBUS POPULI ROMANI, ſecundum Platinam, QUI OFFICII CAUSA CIRCUMSTABAT juxta Sabellicum; aut ut Paul. Æmilius ſcribit, INGENTI ASSENSU PROCERUM (qui undique in Urbem admiratione Caroli & Francorum convenerant) CORONAM capiti ejus impoſuit, & à cuncto Romanorum populo

 accla-

acclamatum eſt; CAROLO AUGUSTO à DEO CORONATO, MAGNO ET PACIFICO IMPERATORI ROMANORUM, VITA VICTORIA! Ac poſteaquam à *Leone*, more antiquorum Principum, adoratus erat, ablato Patricii nomine, Imperator & Auguſtus appellatus eſt. Ita atteſtantur Annales Franciæ *conſcripti à quodam ejus ætatis Aſtronomo, ſecundum* Rupertum. *ad annum DCCC. modo dictus* Cœnobita Engoliſmenſ. *in Vita Caroli M fol. m.* 262. *&* 263. *ap. Pithoæ* Regino. *hiſtor. lib.* 2. *fol.* 34. *apud Piſtor.* Otho Friſing. *hiſtor. lib.* 5. *cap.* 31. Lupold. à Babenberg. *de Iuribus Regni & Imperii Roman. cap.* 1. Quod latè tradit Anton. Cocc. Sabellic. *dict. lib.* 8 *fol.* 450. Platina in Vita Leonis *III. Editione Noriberg. Anni* 1484. Paul. Æmil. Veronenſ. *de geſtis Francor.* Siffrid. Presbyt. *hiſt. epit. lib.* 1. Gotfrid. Viterbicus. *part.* 17. *in Carolo M. libr.* 3. *fol. m.* 69. quod clariſſimis verbis refert Sigebertus *(qui viguit Anno MCX.) in Chron. ad Annum DCCCL. Romani*, (inquit) *qui ab Imperatore Conſtantinopolitano jam diu animo deſciverant, nunc accepta occaſionis oportunitate, quia mulier excæcato Imperat. Conſtantino filio ſuo, eis imperabat, uno omnium conſenſu Carolo Regi Imperatoris laudes acclamant*, Eumque per manus *Leonis Papæ* coronant, *Cæſarem* & *Auguſtum* appellant: Pipinum v. filium ejus Regem Italiæ ordinatum collocant. Pariter ſcribit hac de re Æneas Sylvius, *poſtea* Pius II. P. Max. *in cap.* 9. *de ortu & authoritat. Imperat. Populum* Romanum inquit: *qui ſuo* ſanguine paraverat, *Imperium*, & ſuis Virtutibus *Monarchiam* fundaverat *Orbis*, *deſertum* à Græcis, *venientem* in auxilium *Carolum M.* qui urbem & ſacra *loca* ab omni hoſtium *incurſione* defendit, primò *Patricium*, poſt Auguſtum, *concurrente* Summi Pontificis *conſenſu*, ſalutaſſe Cæſarem. Brevius Marq. Scot. *lib.* 3. *Chron.* & Schafnaburg. *hiſt. Germ.*

*de Ca-*

*de Carol. M. Carolus* hoc tempore à Romanis *Auguſtus* appelatus eſt. Ideò quòd hæc Imperii Romani tranſlatio, non *Romani Pontificis*, ſed *Populi Romani* authoritate facta ſit, latè contra Bellarm. & Gretſer. *deducit* Henning. Arniſæ. *de tranſlat. Imperii cap.* 7. *per tot.* Goldaſt. in Apolog. Petr. Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 23. Rupert. in Obſervat. ad Beſold. Synopſ. *hiſtor. capit.* 17. Arthur. Duck. *de authorit. jur. civil. in terr. Princip. Chriſt. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 1. *&* 3. Siquidem in hac acclamatione & laudatione tum temporis electio Cæſaris penes Populum Romanum, & Conſtantinopolitanum conſiſtebat: Quod evincunt Verba Hermanni Contracti in Chronicis, dum ſcribit: *Carolus Imperiali benedictione ſublimatus, Auguſtus & Cæſar Romano more appellatur.* Herm. Contr. Comes de Veringen Suevus, *(qui hodie Principi ab Hohenzollern paret)* qui ſcripſit Anno MXI. *in Chron. ad Annum DCCC.* apud Piſtor. Freher. *ad Lupold. de Babenberg. de jure Imper. cap.* 1.

3. Sanè ex hac Coronæ impoſitione ex tunc mos inolevit, ut Imperatores Occidentis à Romanis Pontificibus coronas acciperent, atque ex ea ſolennitate Auguſti in Italia haberentur, cum Romæ jam à multis annis, ex quo de imaginibus diſceptatum, perexigua aut nulla Græci Imperatoris reverentia eſſet. Freher. ad Petr. de Andlo. *lib.* 2. *cap.* 6. Beſold. de Elect. & Succeſſ. *lib.* 3. *diſſert.* 1. *num.* 8. *& ſeq.* Joan. Cluverus *in Epitom. hiſtor. in* Carol. M. *fol.* 410.

4. Ob tot egregia facta *Carolus Imperator* ab univerſis Nationibus meritò *Magnus* vocatus fuit. Vir quippe omni Sapientiâ, & omni virtute in humano genere ſui temporis adeò præcellens, ut omnibus Orbem inhabitantibus terribilis, amicabilis pariter & admirabilis videretur:

deretur: Ac quod imprimis mirabundum, *Francorum Barbarorumque*, ferocia & ferrea corda, quæ nec Romana potentia domare valuit, *Carolus* ſolus moderato terrore ita repreſſit, ut nihil in Imperio moliri, præter quod publicæ utilitati congruebat, manifeſtè auderent. Et hæc ſunt verba Nithardi *in hiſtor. de diſſenſion. filior. Ludov. pii. libr.* 1. *in princip.* Eginhard. *in Vita Caroli Magni.* Andreas Brunner. *in annal. Bojar. l.* 5. *fol. m.* 703. *& paſſim.* Putean. *in hiſtor. Inſuber. fol.* 216.

5. Ac is eſt *Carolus M Imperator Germanus*, vid. Pontan. *de Origin. Francor. lib.* 1. *cap.* 10. *& lib.* 7. *cap.* 3. Arthur. Duck. *de author. Iur. Civil. in terr. Princip. Chriſtian. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 3. in villa quadam Thuringiæ, non verò Ingelheim. Diœceſeos Moguntinenſis; probante Rupert. *in Obſerv. Hiſtor. ad Beſold. ſynopſ. cap.* 17. progenitus, qui principia Principum, Ducum, Comitum & Baronum, eorumque Dignitatum poſuit. Dehinc poſtmodum Principum ac Statuum Imperii Libertas, dignitas & territorialis ſuperioritas ſenſim crevit, à quo Principes & Status Imperii originem glorioſè trahere poſſunt. Dann zu welcher Zeit das Röm. Reich diſe formam Regiminis bekom̃en / daß daſſelbe in unterſchidene Ständ / als Churfürſten / Fürſten / Graven / Herꝛn und Städt verfaßt worden / wird in keinen Hiſtorien ſo eigendlich beſchriben / dieweil die mutationes Imperiorum nicht in momento, ſondern ſenſim und gleichſamb unvermerckt einſchleichen. Allein hat hieran Carolus der Groß den erſten Eckſtein gelegt. Auct. Reſponſ. *Civit. Fridburg. punct.* 2. *num.* 6. Cum enim ex paterna hæreditate Gallias & bonam *Alemanniæ* partem obtinuiſſet, Aquitanos octennali bello deviciſſet, jure belli Longobardos cum Provinciis ſujectis ſubegiſſet, ac poſtmodum electo Romano-

manorum Auguſto Saxones, aliosque populos ſuo Imperio ſubjeciſſet, ad conſervanda tot Regna & ditiones bello nuper partas, Imperator *Carolus M.* more Francorum, Longobardorum poſſeſſiones & nationes haſce in formam Provinciæ redegit, ac in Ducatus ſimul, Principatus & Marchionatus erexit, quibus *milites ſuos ſtrenuos*, quorum virtute & viribus hoſtium impetus repreſſit, tot ditiones acquiſivit, in præmium & auctoramentum cum titulo Ducis, Marchionis, Comitis plerunque *ad dies vitæ* præfecit, ut haſce Provincias regant, nomine Imperatoris ſubditis jus dicant, ac Imperatorem ubi opus eſſet, concomitentur, eique ubivis fidelem operam præſtent, ac ſimul, veluti Adjutores, curæ Imperii participes ſint. de quo vide Hermann. Vultej. *de Iurisdict. in præf.* Chriſtoph. Beſold. *in theſaur pract. lit. L. verb.* Lehen. *& lit. G. verb.* Grave. Leheman. *in Chron. Spirenſ. lib. 2. cap. 16. 17. & ſeqq. ac libr. 4. cap. 1.* Thom. Milleſ. *Angl. de Nobil. Polit. fol. 36.* Reinking. *lib. 1. claſſ. 4. cap. 14. Iur. Publ cap. 4. per tot.* Ita enim Imperator *Carolus M.* in Comitiis *Anno DCCLXXVII.* Padabruni celebratis, antequam Coronam Romanam obtinuit, *milites ſeu Nobiles Francos & Germanos ſuos* alloquitur: *Ite milites mei*; *Vos Heroes* vocabimini, *ſocii Regum*, Judices criminum, *vivite poſthac* laboris expertes, *conſulite* Regibus publico nomine, *favete* Orphanis, *juvate* pupillos, *conſilio* circumdate *Principes: ab his victum & veſtitum, & ſtipendium petite. Si quis negaverit, inglorius infamisque eſto.* Quod refert Goldaſt. *in Conſtit. Imperal. tom. 3. latin. fol. m. 120.* Pari modo in conſtitutione Imperii ab Imperatore Ludovico Pio Anno DCCCXV. lata legimus hæcce formalia, *Cætera verò judicia, id eſt, criminales actiones, ad examen Comitis reſerventur.* apud Goldaſt. *Conſtit.*

*Imp. Latin. tom.* 2. *fol.* 9. *&* 10. Ac hujus rei aliud teſtimodium habes quoque ex *Aimmonio* antiquo Scriptore, dum ait.

6. *Ordinavit autem Carolus M. per totam terram Aquitaniæ, Comites Abbatesque, nec non alios plurimos, quos Vaſſos vulgò vocant, ex gente Francorum, quorum prudentiæ & fortitudini, nullâ calliditate, nullâ vi obviare fuerat tutum, eisque commiſit curam Regni, prout utile judicavit, finium tutamen, villarumque ruralium proviſionem.* Annal. Franciæ *in append.* Ammoini *libr.* 5. *cap.* à Pithæo publicati *fol.* 340. Parile teſtimonium habemus ex Henemaro Epiſcopo Rhemnenſi *lib.* 4. *epiſtol. cap.* 14. *quod infra adducetur.* vide quoque plura apud Petr. Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 83. Miræum *Annal. Belg. fol.* 347. Beſold. *in theſaur. Pract. lit. G. verbo* Grav. Joan. Gryphiand. *de VVeichbild. Sax. cap.* 27. *per tot.* Simili modo *Carolus M.* devictis Longobardis Italiam certâ quâdam ordinatione temperavit, ac *Ducatum Beneventanum Aragiſo* Deſiderii Regis genero, antiquo jure feudi, quod erga Longobardos Reges fuerat, erga ſe quoque conſervato, permiſit. Paul. Æmil. Veronenſ. *in Annal. Gallic. lib.* 2. *à princip. fol. m.* 58. Anton. Sabellic. *in Rapſod. Ennead.* 8. *libr.* 8. *fol. m.* 442. Mart. Cruſ. *in annal. Suev. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 4. Ita quoque *Teſſilo* Dux Bojariæ Regis Pipini ex Sorore Hildrude Nepos & Carol. M. conſobrinus, Vir aliàs in ſervitio & divino cultu devotiſſimus, ſecundum Chriſtian. Geuccold. *in addit.* ad Hund. *tom.* 3. *metropolit. Rubr.* Pfaffenmünſter / *ad Carolum M.* evocatus, nec redire permiſſus, neq; Provinciæ, quam tenebat ulterius præeſſe potuit, ſed Comitibus ad regendum commiſſa eſt, ſunt verba Eginhard. *in vita Carol. M.* Leheman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 16. *fol. m.* 84. Gryphiand. *dict. cap.* 27. *num.* 6.

7. Ac

7. Ac præcipuam Bojariæ adminiſtrationis partem & curam Geroldo Comiti commiſſam fuiſſe, refert Andreas Presbiter *in Chron. Bavar. fol.* 25. Leonhard. Wurffb. *in Relat. hiſt.* 1. *quart. Monarch. part.* 3. *fol. m.* 31. Qui *Geroldus* (alibi Bojariæ Præfectus vocatus) cum Hunnis & Avaris dimicans interfectus fuit. Annal. Franc. *ad Annum DCCXCIX. fol m.* 75. ac Monach. Engolism. *in vita Caroli Magni. fol. m.* 252. Obiit hic Teſſilo idibus Decembris Anno 788. ac ſepultus eſt cum Progenitoribus *in Oſtenhofen*, Bavariæ Civitate. Hundius *in Metropol. Salisburg. tom.* 3. *fol.* 102. *&* 113. Teſſilonis judicium & proceſſum & cauſas depoſitionis & privationis feudi vide apud VVigulæ. Hund. *in Metropol. Salisburg. Rubr. Epiſc. Patav.* Goldaſt. *in Conſtit. latin. tom.* 1. *fol.* 17. Annal. Franc. *fol. m.* 10. *&* 12. Marquard. Freher. *de Origin. Com. Palat. part.* 1. *fol. m.* 45. Andreas Brunner. *in Ann. Bojar. lib.* 5. *fol. m.* 730. *&c.* Conſuetum enim erat tempore *Caroli M. & Ludovici Pii*, ut ad ſingulas Civitates regendas, populosque in fide continendos, aliquis Comes mitteretur, qui territorium cepit, ac quoniam illi Comes præerat, *Comitatus* dicebatur, aliâs territorium, diſtrictus ſeu *diæceſis*, communiter autem *Pagus*. V. G. Pagus *Elſaticus*, Pagus *Pariſienſis*, ſicuti patet *ex Annal. Francic. paſſim* apud Pithoæ. Frodoard. *in Chronic. f.* 110. 118. *& ſeqq.* Henric. Bebel *in Spicileg. pag.* 128. Spiegel. *in Comment. ſuper Ligur. lib.* 5. Beat. Rhenan. *Rer. german. lib.* 2. *fol m.* 169. *ac lib.* 3. *paſſim.* Quod latè ex vetuſtiſſimis Scriptoribus quoque eruit Marq. Freher. *de origin. Palat. part.* 1. *cap.* 5. *fol.* 38. *& per tot.* qui hodiè propriè vernacula lingua ein Göw / oder ein Thal vocantur: das Craichgöw / das Wormbsgöw / das Speirgöw / das Nordgöw / Zabergöw / das Neckergöw / das Algöw /

gôw/ das Rheingôw/ das Weſtgôw. Sanè hi pagi (veluti *Chraigovienſis, Chemavi, Hundsrück, VVormatienſis, Nortgovienſis, Alemannorum, &c.)* nihil erant, quàm certus tractus qui ſub ſe habebant plures villas, Caſtella, Oppida, quandoque Civitates, ſicuti latè ex antiquis Scriptoribus comprobat Marq. Freher. *dict. t. de Origine Palatin. lib. 2. cap. 4. latius dict. cap. 5. & ſeqq.*

8. Et hoc clarè evincit Caroli M. teſtamentum inter filios; quo in diviſione Provinciarum diſpoſuit ſequentibus verbis: *Italiam, quæ & Lombardia dicitur, & Bojariam, ſicuti Taſſilo tenuit, exceptis duabus villis, quarum nomina ſunt Ingolſtat* & Lutrahahof, *quas nos quondam* Taſſiloni *beneficiavimus*, & pertinet ad Pagum *qui dicitur Norigouue, & de Alemannia partem, quæ in Auſtrali ripâ Danubii fluminis eſt, & de ipſo flumine currente Danubii limite usque ad Rhenum fluvium in confinio* Pagorum Cletgouue & Hegouue, *in locum qui dicitur* Enge, *& inde per Rhenum fluvium ſurſum verſus usque ad Alpes, quicquid inter hos terminos fuerit, & ad meridiem vel Orientem reſpicit*, una cum Ducatu Curicuſi & Pago Durgouue *Pipino dilecto filio noſtro conſignavimus*. Teſtam. Caroli M. *apud Pithoæ. f. m.* 284. Qui Pagi ſupra nominati & olim & hodie adhuc ampliſſimi Comitatus in Helvetia & ſuperiori Suevia exiſtunt, Erat autem olim *Pagus* ditiuncula binum aut ternum millium virorum, ſeu tractus totius fontis vel fluvii, ex quo illi Pagani communiter biberunt, adeò ut alibi Pagus ultra viginti millia complectebatur; nomine à vocabulo germanico Pech adſumpto. Jodoc. Willich. *ad Tacit. German. part. poſter. Rubr. de Suevis.* Freher. *dict. tr. part.* 1. *cap.* 5. *fol.* 38. In hiſce Pagis erant quoque *Civitates*, non Romanorum more extructæ, ſed ædificiis non cohærentibus conſtitutæ, germanicè propriè ein Gemeinde/

meinde / ein Gericht / ein Stadt. Willich. *dict. Comm. part. prior Rubr. de veter. Germ. Civit. fol. m.* 502. Unicuique autem *Pago Comes* præſidebat, qui Epiſcopi Advocatum & Pagenſium defenſorem agere cogebatur, aliquando Judex fiſcalis vocatus, qui ſub ſe Centenarios, Vicarios & Scabinos habuit. *De quo tot. tit. Cod. Leg Longob. lib. 2. tit.* Ut Epiſcopi & Comites invicem ſibi auxilium præſtent. 54. Beat. Rhenan. *Rer. German. lib 2. Rub. ſtatus Galliar. & Germ f. m.* 169. Quod noſtra vernacula lingua ita explicuit *Lehmannus.* Dann es haben die teutſche Fränckiſche Könige ihre Königreich unnd Land in Göw abgetheilt / und hat man damal ein Göw genennet / ein Refier einer Landſchafft/darin ein Hauptſtadt ſambt andern geringen Städten / Flecken / und Dorffſchafften gelegen / und von einem Graven oder Landrichter im Namen deß Königs und Reichs regiert und verwaltet worden. Dann es haben die teutſche Könige in Verwaltung dero Landſchafften / der Römer Exempel vor Augen gehabt. Was die Römer Diœceſes und Præfecturas genennet / und durch ihre Præfectos militum oder Hauptleuth regiert / das haben die Teutſche nach ihrem gebrauch ein Göw / latinè Pagum, und die Regenten Göwgraven geneñet. Jnmaſſen die Römer am Rheinſtrom in den Städten Germaniæ primæ, als zu Maintz / Wormbs / Speir / Straßburg ꝛc. Jhre Præfectos und Obriſten gehalten / welche die Städt und Diœceſin oder Gravſchafften nicht allein vor Feindſchafft geſchützt / ſonder auch als Obrigkeit verwaltet / der Underthanen Klagen uñ Antwort angehöret/und durch Richterlichen Sprach entſcheiden. Alſo haben die Teutſche/nach dem ſie den Römern obgeſigt/und die Land am Rheinſtrom in ihren Gewalt gebracht / die Form zu regieren beharret / Graven und Landrichter mit berührtem Gewalt und Befehl in ob-

berührte Städt geſetzt/und ſolche Graven haben geheiſſen/ Comes Pagi, Comes Pagenſium, Comes Provinciæ, de quibus in Capitularibus Francorum. *lib.* 3. *cap.* 73. *lib.* 4. *c.* 78. *& paſſ.* Lehman. *in dict. Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 17. *&* Vadian. *in Aleman. tom.* 3. *fol.* 25. Idque latius conſtat ex antiquis hiſtoriis Germaniæ paſſim. Ita Erlebaldus Comes *Pagi Caſtricenſis*, Caſtellum Macherias Archiepiſcopi Rimorum contra jus & fas detinuit, conquerente Heriveo Archiepiſcopo, apud Frodoard. *Chron. ad Annum* 922. refert; In Pago *Pariſiaco*, in villa quæ dicitur Geſedis, miracula quædam comparuiſſe. Item Pagus *Atrebatenſis*, Pagus *Ribuariarium* ſuper fluvium Ruram, Pagum *Belvacenſem* Nordmanni deprædarunt, mox ad defenſionem ivit Comes Heributus cum aliis viris fortibus. Pariter Wigericus Metenſium Epiſcopus tenuit quoddam Caſtrum *in Pago Eliſatio*, nomine *Zaberna*, cujus reſtitutio petita fuit, & quæ ſimilia paſſim occurrunt apud Frodoard. *in Chron. ad Annum* 920. *& ſeqq fol. m.* 110. 115. 117. 118. 120. *& paſſim.*

9. Parile teſtimonium habes ex Paulo Æmilio, *lib.* 1. *hiſtor. Franc.* Qui ſub Rege 9. tradit. *Duces initio Comitesque à Regibus præficiebantur gentibus.* Similia ferè tradit Beatus Rhenanus: Nam Franci Romanos imitati ſunt in gubernanda plebe, qui Provinciarum Rectores, Duces appellabant. Deligebant autem Duces ex nobili familia; Sic Bojaris Agilofnigerum gens antiqua diu Duces dedit, &c. Ac perſæpè ſeſe tantum Duces militum nominabant, quemadmodum in vetuſtiſſimo diplomate apud divum Ludegarium Lucernatem ſcriptum eſt: Ego Withardus & frater meus Rupertus Dux militum Regis Ludovici. Fuit autem is Rupertus Alemanniæ ſive Sueviæ Dux. Beatus Rhenan. *Rer. Germ. l.* 2. *f. m.*

158. Va-

758. Vadian. *in Alemann. tom. 3. fol. 25. Duces* quoque exinde nuncupati fuerunt, quoniam Duces erant Exercituum, maximè ex eo tempore, quo nomen Imperatoris ad ſolum Principem translatum fuit. Poſtmodum verò hoc dignitatis nomen permanſit. Comites verò ex eo ſorte, quòd Principem id eſt Regem comitarentur, ejusque aulam ſequerentur, ibique vel inde officia habebant tum militaria, tum alia, prout cenſet Ludovic. Guicciard. *in Republ. Hannon.* Molan. *in præfat. lib. de milit. ſacra. Duc Brabant.* Quod benè deducit Jan. Douſa. *in Annal. Holland. libr. 5. fol.* 216. *& ſeqq.* Petr. Gudelin. *de feud. part.* 1. *c.* 3. *n.* 13. quod optimè comprobat Hubert. Thom. Leod. *de Origine Palatin. fol.* 1. *&* 2. *apud Freherum.* Primam ideò dignitatem ſub Francis in Alemannia habebat *Dux*, proximam *Comites*. Regulariter enim *duodecim* Duci Comites adjuncti fuerunt, qui ceu intimi ejus, eum ut plurimum comitabantur. Abb. Urſperg. *lib.* 5. *hiſtor. cap.* 20. Aimoin. *hiſtor. libr.* 4. *cap.* 61. Petr. Heig. *lib.* 1. *Illuſtr. quæſt.* 2. *n.* 38. Jan. Douſa *in Annal. Holland.* Guicciard. *de Republ. Hann. f.* 143. Marquard. Freher. *de Origine Platin. part.* 2. *cap.* 1. *in fine.* Ita Pipinus Francorum Rex Taſſilonem in Ducatum reſtituit, domumque reverſus Gryphoni fratri ſuo, Ducum more, duodecim Comitatus in Neuſtria donavit, ſed ille tali beneficio non contentus erat: Dum eodem anno ad Weifarium Ducem Aquitaniæ profugit, prout legimus in Annal. Franc *ſub Pipin. ad Annum DCCL. fol m.* 6. Lehman. *d Chron. lib.* 2. *cap.* 16. *fol. m. B.* Idque veterum Scriptorum authoritatibus comprobatum eſſe teſtatur quoque Jan. Douſa *dict. lib.* 5. *f. m.* 218 **In gleichem hat** Bruno **der Hertzog in Sachſen / zwölff Graven in einem Hertzogthumb gehabt / und iſt ſambt denſelben im Krieg wider**

die Dennemärcker erſchlagen worden. Diethmar. *lib.* 1. *Chronic.* Hennenges *in Genealog. p.* 2. *ſub Brunone.* Ita *Brunonem* Saxoniæ Ducem cum duodecim *Comitibus* occiſum fuiſſe, legimus apud Adam. Bremenſ. *in hiſtor Eccleſ. cap.* 53. Idem tradit quoque Janus Douſa: *Carolo M. & Pipino Imperantibus Comites perpetuò ad Normanni vel Saxonici limitis cuſtodiã excubare, aut Vrbis alicujus præfecturæ illigati, judiciis pariter atque ærario intendere anxieque ſatagere jubebantur, videlicet ne quid detrimenti Regalis fiſcus acciperet. Quo quidem tempore Duodeni ſimul Comites ſub unius Ducis ditione ſubeſſe atque imperata facere conſueverant.* Jan. Douſa *in Annal. Holland. lib.* 5. *fol. m.* 218. Quamvis hic numerus perpetuus non fuerit, ſed quandoque & dimidio inferior. Tholoſan. *in Syntagm. jur. lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 30. Pontan. *lib.* 6. *Origin. Franc. cap.* 13. vide Joan. Gryphiand. *de VVeichbild. Sax. cap.* 27. *num.* 10. *& ſeqq.*

10. De Saxonia quoque hæc habemus, quòd *Carolus M.* ceu ſingulari arcano conſervandi Provincias noviter ſubactas, Saxoniam devictam, quæ tunc ſub uno Principe regebatur, in plura, ſcilicet *Comitatus*, *Baronias* & alia Dominia, diviſerit, ac de diverſis exteris Regionibus, de quibus confidebat, in Dominos & Rectores dictæ antiquæ Saxoniæ deputavit, concedendo cuilibet eorum, juxta ipſius ſtatum & merita, ſingula Dominia, quod ex auctore Anonym. refert Theod de Niem. *in oper. Simon. Schardii.* Et poſt eum Gryphiand. *in præfat. cap.* 27 *num.* 9. Saxonia enim licet Cæſaris ut Imperii propria fuerit, utpote belli jure acquiſita, Adminiſtratio tamen ejus Witichindo Duci, Comitibus ac Miſſis relicta fuit. Annal. Franciæ *ſub Carolo M. ad Ann. DCCXCVIII. fol.* 14. apud Pithoæ. Rein. Reineer. *de Orig. Saxon. fol.* 26. Pari quoq; forma & ratione imperandi *Carolus*

*lus M.* ad tuendos Imperii limites Marchionem *Branden-burgenſem* contra Vandalos: Marchionem Auſtriacum contra Hunnos: *Badenſem* ad defendendum Rhenum: *Miſnenſem* contra Bohemos conſtituit: *Montisferrati* Salutiorum limitum Præfectum contra alios, ut clauſtra Imperii (uti loquitur Tacitus,) defendenda ſuſciperet, inde *Marchiones* dicti. Arniſæ. *de jur. Majeſt. libr.* 2. *cap.* 4. *n.* 15. Dn. Limnæ. *lib.* 4. *Iur. Publ. cap.* 4. *n.* 21.

11. Hoc *à Carolo M.* variis ex cauſis, ac ſingulari arcanô Politicô inſtitutum fuiſſe cenſeo. Tum (1.) ut Imperator ſibi adjungeret Beneficiarios, quorum opera militari in expeditionibus, quoties uſus incidiſſet, uteretur. Nam ſecundùm Imperatores Theodoſium & Valentinianum, & virtutum præmia merentibus tribui convenit, & aliorum honores aliis damnorum occaſiones fieri non oportet *in l. fin. C. de ſtat. & imagin.* præſertim militibus; Cùm Reipublicæ interſit, ut ad Imperium defendendum milites habeamus, qui propter merita in acie acquiſita meritò condignis beneficiis ſunt afficiendi: ſecundùm Imperatorem Theodoſium & Valentinianum *in Conſt. leg. nummarior.* 4. *ibi*; ſudoribus eorum beneficium deferentes. *C. de apparit. mag. milit.* ubi Jacobus Rebuff. *ac l. veteranis.* 9. *ibi:* remunerantes fidem, devotionem militum noſtrorum. *C. quand. prov. non eſt neceſſ.* Seneca latè *de benefic. lib.* 5. *cap.* 24. Guerr. Piſon. Soac. *de feud. cap.* 5. *numer.* 1. Baro Enenckel. *de privileg. milit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 17. *& ſeqq.* Claud. Cotær. *de jur. milit. lib.* 1. *cap.* 2. *&* 3. Quorum operæ præmium erant prædia ipſis conceſſa, ac adminiſtrationis cura ſimul demandata, quò ad belli neceſſitatem paratiores haberet milites, ac ſumptus bello neceſſarios faciliùs ferre quiret. *arg. l.* 1. *&* 2. *Cod. de limitroph. l.* 2. *C. de*

*Offic. Præf. Prat. Orient.* Guilielm. Forner. *de feud. in proœm. fol. m.* 13. Milites enim ac beneficia militaria ſunt nervi, quibus Imperium Germanicum continetur ac viget. *arg. text. in cap. Imperialis.* 2. *feud.* 52. De quo ipſe Imperator *Carolus M.* in Capitulari ſeu Receſſu Imper. Paderbrunni apud Goldaſt. *tom.* 3. *Conſtit. Imper. latin. fol. m.* 120. Beſold. *in Theſaur. pract. verb.* Lehen. *fol. m.* 497. Knichen. *de pact. inveſtit. c.* 5. *ſub n.* 257. Idque ad exemplum Imperatoris Antonini, qui prædia & fundos hoſtibus ereptos, Ducibus militum addixit, apud Vopiſcum. Et ad imitationem *Theodorici Gothorum Regis*; qui de promotione militis emeriti Stephano Comiti reſcribit verbis graviſſimis: Tribuenda eſt juſtis laboribus compenſatio præmiorum, apud Caſſiodorum. *libr.* 2. *Reſcript.* 28. Et alibi: Nam penè ſimilis eſt mortuo, qui à ſuo Domino neſcitur, nec ſub aliquo honore vivit, quem Regis ſui notitia non defendit. *lib.* 5. *Reſcript.* 26. ac integrum aliud Reſcriptum, de remuneratione militum variis rationibus plenum, modo dicti Regis Theodorici refert idem Caſſiodor. *libr.* 6. *Reſcript.* 13. Quod & Gentium mores hodierni acriter obſervant; ſicuti præ cæteris, inprimis de Barbarica ea Natione in Archontologia Coſmica Japonenſium legimus, & infra latiùs dicetur. Tum (2.) ut ſecuriùs imperaret, ſi ex militibus nobiles efficeret, eisque *certa Caſtella* aſſignaret; ſimulque horum regimini provincias devictas committeret: cùm enim aliàs difficile ſit, territoria nuper parta quietè conſervare. vide Jean. de Marnix. *Reſolut. Polit. ſect.* 4. *Reſol.* 4. conſultius cenſuit *Carolus M.* tam propagando quàm conſervando Imperio, ſi Provincias nuper partas inter milites diſtribueret, quorum operâ uſus, ac fidelitatem expertus erat; quàm priorem Orientalis Imperii rationem ſequi, ac

per

per Præſides & Præfectos Rempublicam precariò ac annuatim adminiſtrare. vide Vultej. *de feud. libr.* 1. *cap.* 1. Tum (3.) ut illuſtri fidelitate, illuſtrius Imperium efficeret, eò enim majus quodque Imperium, quò majoribus & illuſtrioribus culminibus fulget. *arg. Nov.* 15. *in princ. verſ. Nos igitur.* Ac tanto laudabilius imperiale ſceptrum extollitur, de cujus throni fulgore prodeunt Dignitates, ut loquitur Henric. Imper. 7. *in Diocl. Henneberg.* quod refert Herm. Kirchner. *de Republ. diſput.* 17. *theſ.* 3. *lit. D.* Cum Reipublicæ amplificandæ & conſervandæ, nulla tutior via, ſecundum *Politicos*, quàm acquiſitas Poſſeſſiones in Provinciam redigere, ex ratione & conſilio Mecænatis apud Dion. *hiſt. lib.* 25. more Romanorum, qui eâ ratione ex minimis principiis totum ferè terrarum orbem occuparunt. Juſtin. *in Nov.* 24. Quod ſi ſimul in Ducatus, Principatus ac Comitatus erigantur, imitatione Caroli M. de quo Trithm. *de Regn. Franc.* ſecurum firmamentum Imperio attribuunt. Kirchner. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 7. Knichen. *dict. diſput.* 17. *th.* 3. *lit. A.* Beſold. *de increm. Rerump. c. ult. num* 11. Tum (4.) ut Imperator plurimos Comites & ſocios expeditionum haberet, tum aliarum, tum Romanæ, quam ſuſcipiebant ad petendam coronam auream à Pontifice Romano; Iter enim facturi Imperatores, ferè ſemper amicos militiæ peritos & Jureconſultos ſibi ipſis adjungebant, qui eos in via comitabantur, inde Comites dicuntur, ſicuti legimus in *l. diem functo. D. de offic. aſſeſſor.* Quibus ad majorem obtemperandi alacritatem certa prædia, beneficia vel quid ſimile conceſſa fuiſſe, non dubitandum eſt, ſicuti cenſet Anton. Cont. *de feud. tit. de Orig. feud. fol. m.* 117. Beſold. *in theſ. Pract. verb.* Lehen. Guicciard. *de Republ. Hanon. fol. m.* 143. poſt Frecciam,

Paul.

Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic.* 115. *num.* 2. *& ſeqq. vol.* 5. Omnes enim Imperii Principes ac Comites Imperatorem Romam euntem comitari obligati erant, nec cuiquam niſi venia impetrata domi remanere licuit. De quo Ott. Friſingenſ. *hiſtor. lib.* 2. *cap.* 12. Gunther. *in Ligur. lib.* 2. Tum (5.) ut in pace quoque ad jura populis reddenda, eosque in fide continendos, ad obeunda officia publica, viri ſtrenui Imperatori adeſſent. Comites enim non rei tantùm militaris cauſa, ſed ut ab eis Populus jura peteret, Carolum M. ordinaſſe, hiſtoriæ narrant; ſicuti in Legibus Ripuariorum *c.* 55. *&* 9. conſtitutum: Si quis Judicem fiſcalem, quem *Comitem* vocamus, interfecerit. De quibus paſſim Capitularia Caroli M. apud Goldaſt. *in tom.* 3. *Conſtit. Latin.* Jan. Douſa *in Annal. Holland. lib.* 5. *fol. m.* 215.

12. *Graphion* ſen *Graphio*, qui à Longobardis Comes dicebatur, antiquis Germanis idem quod Judex fuit, Comites namque certos Pagos vel unum Pagum regebant cum judicandi & protegendi poteſtate, ejusque Præfecti fuerunt. Frodoard. *in Chron. An.* 926. quorum alii, ordinariorum modo, Judicum partibus ac muniis fungerentur, cauſarum cognitionibus præeſſent, denique Prætorum ritu, litigantibus pro tribunali Ius redderent, teſte Paulo Diacono *hiſtor. Longob. lib.* 5. Jan. Douſa. *in Annal. Holland. dict. lib.* 5. *fol. m.* 215. Lehman. *d. Chron. lib.* 2. *cap.* 16. *f.* 84. *A.* de quo latè Limnæ. *in jur. publ. lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 20. & Beſold. *tr. de Comitibus.* Idque per varia exempla deducit Nicol. Burgund. *de Elect. Bavar. fol.* 104. *& ſeqq.* Daniel Heider. *in Apolog.* der Reichsvögt. *cap.* 2. *fol. m.* 153. Thom. Cragius Scotus *de feudis Angl. & Scot. Exegeſ.* 12. *f. m.* 77. Und iſt bey der Caroliner Regierung ein Grav nichts anders geweſt/ als ein

Land=

Landrichter / der den Königsbann/ an ſtatt deß Königs in ſeiner gantzen Gravſchafft allein geführt / welches in ſolchem Göw oder Gravſchafft zu üben / ſonſten niemanden gebührt. ut tradit Antiquitatis Germaniæ peritiſſimus JCtus Daniel Heider, *in act. Lindav.* der 4. Dörffern. *fol.* 282. Hinc verba & tituli *Landgravii*, id eſt Provinciæ Comites ſeu Judices, & *Marchgravii*, limitis Comites, qui finium cuſtodiam agitarent, inibique Regis ſui nomine præſiderent, *Pfalzgravii*, Palatii Comites, qui & Majores Domus, & Præfecti Rectoresque Palatii, *Burggravii*, arcis Præſidiique Comites, *Centgravii* (qui & in antiquis Germanorum legibus Centenarii vocantur) & *Gogravii* & Dingravii, Judices pedanei originem traxerunt, de quibus Eginhardus, Iornandes, Aimonius *& Hiſtor. paſſim.* Iacob. Cujac. *de feud. in proœm.* latiſſimè Beſold. *in diſcurſ. de Comitibus.* Ac *in Theſaur. Pract. verb.* Grav. Wehner. *in Obſ. pr. verb.* Grav. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Mechlin.* 115. *per tot. vol.* 5. latè Arniſæ. *de jur. Majeſt. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. *per tot.* Ioan. Gryphiand. *de Weichbild. cap.* 62. *per tot.* Thom. Milleſ. Anglus. *de Nobil. polit. f. m.* 38. *& ſeqq.* Et hoc Comitis vocabulum, etiam in ſubſecutis quibusdam ſeculis in Cæſareis Diplomatibus pro Iudice poſitum legimus, ſicuti ex Imperatoris *Henrici VII.* Privilegio Exemptionis Anno 1224. *Abbati & Monaſterio Salemvillenſi* in Suevia conceſſo conſtat, in hiſce verbis: Monaſterium de Salem eâdem volumus libertate gaudere, videlicet ut nec Abbas, nec cæteræ ejusdem perſonæ Monaſterii coram *Comitibus ſeu aliis quibuscunque Iudicibus*, in quacunque cauſa, à quoquam conveniantur. Antecategor. *Salemvill. in probat. ſect.* 8. ubi Matth. Klock. *lit. A.* Quas firmandi Imperii rationes, & ii qui à debita Imperatoris obedientia, & fidelitate deſciverunt, appoſitè jam

olim ſciverunt. *Emanuel* enim Conſtantinopolitani Imperatoris nepos, in Siciliam Vicarius miſſus, dominandi cupiditate Regnum occupans, ut ſibi Regni Procerum, ac Univerſitatum animos conciliaret, beneficia, dignitates & feuda conſtituit, Barones & Feudatarios creavit, Sicaniæ territoria in feuda convertendo, quæ prius erant Curiæ; teſte Cumia Siculo *in prælud. feud cap. ſi aliquem, num.* 40. *&* 41. Petr. de Greg. *de conceſſ. feud. part* 1. *in pr. & part.* 5. *quæſt.* 1. Nicol. Intrigliol. *de feud. quæſt.* 3. *n.* 21.

## CAPUT VII.

### *Quibus Officia Ducalia & Comitilia à Carolo M. ejusque Succeſſoribus concredita fuerint? Ubi imprimis de eorum qualitate & virtutibus.*

#### SUMMARIA.

1. *Ducis, Marchionis, & Comitis officia viris tantùm ſtrenuis commiſſa fuere.*
2. *Olim non erant ita liberi, neque illorum officia perpetua ac hereditaria.*
3. *Salaria illis ex publico erant deputata.*
4. *Illorum officium quale fuerit?*

HÆc munia & officia Ducis, Marchionis, vel Comitis *à Carolo M.* ac ſubſecutis Imperatoribus, non cuivis, ſed viris tantùm Nobilibus, ſtrenuis, qui claritate generis & magnitudine potentiæ, ingeniique dexteritate præ cæteris præcellerint, ac de quorum fidelitate certò conſtabat, commiſſa fuêre, uti author eſt Eginhardus *in vitâ Caroli M.* Idque præ reliquis teſtatur antiquus ſcriptor Monachus Marculphus *in form. antiquis*, quando ait: Non facilè cuilibet judiciariam convenit committere dignitatem, niſi prius fides & ſtrenuitas

tas videatur probata. *Ergo cum & fidem & utilitatem tuam videamur habere compertam, actionem Comitatus, Ducatus vel Patriciatus in Pago illo, quem Anteceſſor tuus usque nunc viſus eſt egiſſe, tibi agendum regendumque commiſimus*; quod refert Henning. Arniſæ. *de jur. Majeſt lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. *fol. m.*323. Andr. Knichen. *de jur. territ. c.* 1. *num.* 61. Nicol. Burgund. *de Elector. Bavar. f. m.* 113. Ita quoque Alemannis Dux primus, Burchardus, Gentis Suevorum Nobiliſſimus, & virtutum dote probatiſſimus, datus fuit. Cui & prædia damnatorum confiſcata in beneficia tradita erant; ut ſcribit Echard. *in caſib. S. Gall. monaſter. cap.* 1. Et hoc ex eo adducit quoque Lehman. *in Chron. Spir. lib.* 2. *cap.* 16. *fol.* 84. *B.* Quod hiſce verbis recenſet Hermannus Contractus. *Ita ab Imperatore Cunrado I. circiter annum Chriſti* 920. *Burchardus Alemanniæ Dux conſtituitur; quo poſtea occiſo, Herimano Alemannia committitur,* uti ſcribit Herman. Contract. *in Chron. ſub anno Chriſti* 910. Hujus Ducis Burchardi mentionem quoque facit Frodoard. *in Chron. fol.* 127. apud Pithoæ. Witichind. *in Annalib. lib.* 1. *ubi Meibom.*

2. Præterea, erant quoque tum temporis & ab initio Duces, Marchiones, Comites & omnes alii titulati ſtatus non ita liberi olim, minus verò perpetui ac hæreditarii; ſed officiorum tantum nomina, Præfecturæ perſonales ac dignitates temporales, ex mero Imperatoris arbitrio dependentes, & ad nutum removibiles, quarum adminiſtrationis ratio Ærario Regis ſeu Imperatoris erat inferenda. ut tradit hoc Nicol. Cuſanus Cardinalis *(qui tempore Concilii Baſilienſis vixit.) de Concord. lib.* 3. *c.* 28. *inter oper. Simon. Schadii.* hiſce formalibus verbis: *Ordinabantur tunc Principes, Duces item & Comites conſtituti, debere tanquam officia publica, imperiali juſ-*

*ſione habentes ad nutum removibilia, rationem ſui miniſterii ærario publico reddere*, vide imprimis Andr. Knichen. *de jur. territ. cap.* 1. *n.* 8. *& ſeqq.* Cunrad. Rittershuſ. *de feud. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. L.* verbo Lehen Petr. Bizar. *hiſtor. Genuenſ. lib.* 3. *pag.* 64 quem refert & ſequitur Limnæ. *de jur. publ. lib.* 4. *c.* 1. *num.* 8. *& cap. ſeqq.* Caſpar. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *numer.* 127. *& ſeq.* In horum fidem habemus teſtimonium ipſius Epiſcopi Rhemnenſis, *Hincmari*, dum ſcribit: Duces & Comites, qui poſt Regem populum regere debent, neceſſe eſt, ut tales inſtituantur, qui ſine periculo ejus, qui eos conſtituit, quos ſub ſe habent, cum juſtitia & æquitate gubernare intelligant, atque cum bona voluntate, quod intelligunt adimplere procurent, ſcientes ſe ad hoc poſitos eſſe, ut plebem ſalvent & regant. Hincmar. *lib.* 4. *Epiſtol. cap.* 14. Ita quoque de Duce Thuringorum legimus, *Poppo* Dux Thuringorum dignitatibus expoliatur, Ducatus quem tenuerat *Conrado* commendatur, quem pauco tempore tenuit, & ſua ſponte reddidit. Deinde *Burchardo* Comiti committitur, qui eum hactenus ſtrenuè gubernat. Referente Reginone *ſub Imper. Arnulph. Anno* 889. Ac conſuetum erat, hac reſcripti formula Ducatus vel Comitatus concedere, actionem Comitatus, Ducatus vel Patriciatus, in Pago illo, quem Anteceſſor tuus usque nunc viſus eſt egiſſe; Tibi agendum regendumque commiſimus; quod tradit Marculphus. Et hanc dignitatem vocat Judiciariam; eamque conceſſam dicit non ad poſſidendum, ſed ad regendum; idque ex eo ſcribit Arniſæ. *de jur. Majeſt. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. *fol. m.* 382. Similia teſtatur quoque *Vadianus*; *Franci Reges Regnum ſuum Ducum maximè & Comitum operâ moderabantur, qui in illa quidẽ ætate non ſuam, ceu*

*propriam, ſed publicam Regni ditionem adminiſtrabant.* Vadian. *de Colleg. Monaſter. Germ. Veter. lib.* 1. apud Goldaſt. *in Aleman. tom.* 2.

3. Hiſce Ducibus, & Comitibus ſalaria ex publico deputata fuerunt, eaque non in tam opimis reditibus ſed xeniolis ſubditorum, atque uſu ſylvarum, agrorum, aquarum, aliorumque hujusmodi jurium conſiſtebant. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 17. *fol.* 87. *inpr.* Horum conditio tum temporis haud diſpar fuiſſe videtur, qualis hodie eſt *Baſſorum*, *Begorum* aliorumque militum in Turcia, ſuas certas Timarias poſſidentes. De quibus vide Rempubl. Turciæ, Joan. Franciſ. Montalban. *fol.* 19. Lorez. Soraz. *d. milit. c. in Rep. Turc. fol.* 231. Ac quales in *Polonico* Regno ac Magno Lithuaniæ Ducatu Palatini & Caſtellani exiſtunt. De quibus ſtatutum Poloniæ Regni *fol. m.* 7. Cromer. *eod. tr. f.* 142. Alexand. Guagnin. *de Lithuan. fol. m.* 273. Quomodo etiam in *Gallia* ante Hugonem Capetum erat comparatum in Magiſtratibus & Officiis; ut refert Franc. Conan. *lib.* 2. *Comment. cap.* 9. Nicol. Burgund. *de Elect. Bavar. fol. m.* 112. Patiter ac hodie adhuc in illo Regno omnes præfecturæ Provinciarum à nutu Regis dependent; Omnia enim Magiſtratus munia hâc formulâ mandantur: *Quamdiu nobis placebit.* teſte Hotoman. *de feud. libr.* 1. *tit.* 1. Choppin. *de doman. Franc. lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 12. *&* 20. *quem ſequitur* Cunrad. Rittershuſ. *eod. tr. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 1. Ac de Præſidibus hodiernis Provinciarum Regni Galliæ, ita ſcribit Girardus: *Les officiers de la Couronne presque touts ſont Hommage au Roy de Leur office, qu'ils appellent fiefs de vie, & ſerment à la Cour de Parlement, & ne ſont. aucunement hereditaires* Girard. Sr. du Haillan. *tr. de l' Eſtat és affaires, de France, liur.* 4. *fol. m.* 335. *B.* Und

waren dazumalen die Graven nicht mit allodialibus (ſo zum ſtattlichſten/ doch einer mehr als der ander) ſondern meiſt mit ihren Ambts und Lehengüter verſehen geweſen Daniel Haider. *in Act. Lindav. fol. m.* 340. Ob zwar diſer oder jener Hertzog oder Graven etwan von Ihren Eltern und Vorfahren eigenthumbliche Landgüter ererbt / durch Heürath erlangt oder erkaufft/ haben ſie doch deßwegen nicht Hertzog geheiſſen / noch ſolchen Titul geführet / ſondern von ihrem Ambt und Stand / darein ſie vom König von wegen deß Reichs geſetzt worden.

4. Quorum officium erat in exercitu ambulare & populum judicare, ut legimus *in legib. Alemanniæ tit.* 11. *cap.* 34. Leheman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 16. *fol. m.* 82. 6. Caſp. Lerch. *de nobilitat. German. immediat. part.* 1. *num.* 69. *fol.* 33. Ac graviter ſæpè conqueſti fuêre Reges Francici erga Comites, quòd non benè fidem promiſſam cuſtodiant, hiſce verbis: Auditum habemus qualiter & Comites & alii homines, qui noſtra beneficia habere videntur, comparent ſibi proprietates de ipſo noſtro beneficio, & faciant ſervire ad ipſas proprietates ſervientes noſtros de eorum beneficio, quod refert Angeſius *in Franc. leg. lib.* 3. *cap.* 19. *&* 20. *ac lib.* 4. *cap.* 51. apud Heider. *in dict. Act. Lindav. lit. nnnnn. fol. m.* 727. Sin verò negligentes officium concreditum adminiſtraſſent, officio privati fuerunt. Ita Balderico Archi Duci Carinthiæ evenit, quod recenſet Hier. Megiſer. *in Chron. Carinth. lib.* 6. *c.* 27. 29. 30. *&* 32. Hanc autem differentiam inter Duces, Marchiones & Comites tempore Carolinorum Imper. ponit Janus Douſa: Quòd Duces ii fuerint nominati, qui cum Ducatus deſignatione, eidem etiam cum Imperio præerant. Marchiones verò & Comites in hoc ſolum conſtituti & deſignati erant,

quò

quò Principum ſuorum limites fideliter ſimul ac ſtrenuè armis defenſitarent, hoc eſt Regni pomœria ab hoſticis incurſionibus ſarta, tecta, indemiaque præſtarent. Unde limitis interdum Præfecti idem eſt ac ubi Cuſtodes March. appellantur, quaſi tu Comites Limitaneos dicas. Douſa. *in Annal. Holland. lib.* 5. *fol.* 215. Qui ibidem *fol.* 219. ex antiquis Scriptoribus inter Duces & Comites Caroli M. ævo hujusmodi ferè diſcrimen fuiſſe refert: Ut Duces eſſent totius Regionis Præfecti, Comites verò Urbis tantùm, ſive minoris alicujus territorii. Idque exemplis illuſtrat. Ita Carolus M. ob rebellionem ultimam Taſſilonis Ducatum Bavariæ in Comitatus diviſit. Welſen. *de reb. Bojar. lib.* 5. *fol.* 308.

## CAPUT VIII.

### *De hac adminiſtratione, quando ſucceſſu temporis in Feudum dari cœpta fuit. Vbi an & quando hæreditaria facta. Ac inſuper de filiis Ducum & Comitum.*

## SUMMARIA.

1. *Duces, Marchiones ac Comites de Rege benemerentes Provinciam aut Comitatum ipſis commiſſum in feudum accipiebant.*
2. *Enodatur quæſtio; An Ducatus & Comitatus ſub Carolo M. fuerint hereditarii? Declaratur exemplo Comitum VValdecciæ & Comitum à Gleichen.*
3. *Caroli M. inſtitutum, ejus Succeſſores in collatione dignitatum ſecuti ſunt.*
4. *Caroli M. & ſeqq. Impp. tempore Dignitates Ducales, &c. haud erant hereditariæ, Filii tamen Ducum ac Comitum non facilè negligebantur.*
5. *Idq; ad exemplũ Filiorum Senatorum apud Romanos.*

Equi-

EQuidem ſi præfati Duces, Marchiones ac Comites, fidem ſuam diligenti ac ſolicita adminiſtratione Regi oſtendiſſent, ac apud Regem benè meriti fuiſſent, Provinciam aut Comitatum ipſis commiſſum, ſibi in feudum obtinebant, ac dominium, in eoque Iura & Regalia exercebant, ſalvo tamen jure, ne ad heredes tranſiret. text. *in cap.* 1. *quis dicat. Dux.* ubi Andr. de Iſernia ac Doctor. communiter Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belg.* 115. Dan. Heider. *in apolog.* der Reichsvögt. *cap.* 6. *fol.* 263. Ac reſervata ſibi ſemper fidelitate de provinciis, quibus illi præponebantur. Ioach. Stephan. *d. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 37. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 16. *num.* 23. *& ſeqq.* Id quod confirmatur ex *Paulo Æmilio*, dum ſcribit: *Duces initiò Comitesque à Regibus præficiebantur Gentibus, Civitatibusque, ac cum videretur, dimittebantur. Deinde inveteravit conſuetudo, ut niſi ſceleris convicti, abire Imperio non cogerentur. Idque poſtremò, ut quisquis eo munere donabatur, jurejurando Regum cavebatur.* Paul. Æmil. *ſub Chilperic. Reg.* 9. *lib.* 1. *hiſtor.* Et ex eo Lehman. *dict. l.* 2. *cap.* 17. *in fin.* Stephan. Pasquier. *Es Recherch. de France lib.* 2. *cap.* 1. Chriſtoph. Beſold. *de Comit. num.* 12. *Oper Polit.* Et hoc optimâ ratione, quam *Cuſanus Cardinalis* jam olim prodidit, hiſce verbis. Ne Imperiali celſitudini, creſcente indies poteſtate officiatorum, ulla incommoda detractoria Dominiorum exorerentur, Feudalia introducta ſunt ſtatuta, & de fide ſervanda ſtrictiſſima juramenta, quæ per unumquemque Vaſallorum inſtituendorum præſtari, & ſub pœna perditionis feudi inviolabiliter ſervari deberent. Card. Cuſanus. *de Concord. Cathol. lib.* 3. *c.* 28. Beſold. *in theſaur. pract. lit. L. verb.* Lehen. Exempla ſunt paſſim obvia; Ita mortuo *Borna Marchione Dalmatiæ & Croatiæ*, Imperator *Ludovicus Pius* circa *Annum* 820. ejus-

dem Nepoti Hadoni, prædictas Provincias gubernandas conceſſit & in feudum dedit; teſte Hieron. Megiſer. *in Chron. Carinthiæ. lib. 6. cap.* 27. Et hanc juramenti formulam, quam Duces Italiæ, cæterique Comites, Capitanei, Vaſalli & Civitates Carolo M. præſtiterunt, tradidit Goldaſt. *in conſtitut. latin. tom.* 1. *fol. m.* 16.

2. Ex hiſce facilè reſolvitur quæſtio; An Ducatus & Comitatus ſub Carolo M. fuerint hereditarii? N. regulariter. Sanè ſub *Carolo Magno* Ducatus, Marchionatus & Comitatus, unà cum dignitate judicandi & terrendi poteſtate, in diſtrictibus Ducibus & Comitibus conceſſis, temporarios regulariter meritò tantùm fuiſſe, aſſerunt rerum Germanicarum periti Scriptores. Inter quos eſt Jan. Douſa. *lib.* 5. *Annal. Holland.* Gryphyand. *de Weichbild. cap.* 62. *num.* 3. Beat. Rhenan. *Rer. Germ. lib.* 2. *f.* Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 1. *ac lib.* 3. *cap.* 15. 16. *&* 17. & plüres alii. Id quod ſanè hiſtoricæ antiquitati penitus conſonum eſt. Hinc apud *Stumpffium* ſæpius mentio fit Landgraviorum, qui tantum Barones, & quoque Burggraviorum, qui tantum Nobiles erant. Stumpff. *in Chron. Helvet. lib.* 4. *c.* 29. *f. m.* 290. Ac Luitprandus ad Annum 949. ſcribit: *Vdo* Comes obiit, qui permiſſu Regis (Otthonis I.) quicquid beneficii aut Præfecturarum habuit, quaſi hereditatem inter filios diſtribuit. Ergo regulariter etiam jure iſtius ſeculi communiter contrarium obtinuit. Conſentit Beſold *de Comitib. num.* 12. *in oper. Polit. ac in tr. de appellat. cap.* 2. *num.* 15. Anton. Coler. *de jur. Imper. concluſ.* 58. Matth. Steph. *de jurisdict. libr.* 2. *part.* 1. *cap.* 5. *à princip.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. Idem Gryphiander. *dict. tr. cap.* 13. *num.* 7. ubi ſcribit: Neque enim tituli dignitatum tam pompoſi, multò minùs hereditarii tum fuerunt: Quod

in Gallia poſt mortem Caroli ſimplicis juxta Pithoæ. *in tr. de Palat.* In Germania verò ſeriùs contigit, ſecundùm Henr. Meibom. *tr. de Pagis Saxonic. in princip.* Daniel. Heider. *in art. Lindav. fol.* 340. ubi ſcribit: Das iſt bey den Hiſtoricis richtig / daß Tempore Ludovici II. ſive Imperatoris, ſive Germaniæ Regis, die Graven nicht Hereditarii, ſondern Miniſtrales & Beneficiarii, die offt mit allodialibus nicht zum ſtattlichſten (doch einer mehr als der ander) ſondern meiſtes mit ihren Ambts und Lehengütern verſehen geweſen. Hæc tamen quæſtio eatenus declaratur, ut diffitendum non ſit, quin ſub Carolo M. quoque Ducatus quidam, Comitatus, aliaque Regni munera, quibusdam militibus ob ſtrenuitatem & egregiam navatam operam conceſſa fuerint; hujus tamen hereditariæ conceſſionis exempla perpauca & rariora in Hiſtoricis reperiuntur. Nam de *Comitibus VValdecciæ* Hiſtorici referunt, quòd tempore Caroli Magni Imperio & Imperatori militantes, ad hanc dignitatem Comitialem ſub Witikindo Comite in Sualenberg, primo familiæ propagatore, pervenerint, eandemque dignitatem ceu Autocratores ad heredes devolverint; Adeò ut Carolus devictis Saxonibus, erectisque Epiſcopatibus, illis in Epiſcopatu Paderbornenſi Jus advocatiæ conceſſerit. David Chytræ. *Hiſt. lib.* 12. *in fin.* Pari modo *de Comitibus à Gleichen* legimus Carolum M. Imp. circa An. 876. Ludovico Seniori, Equiti & Militi adhuc & Capitaneo generali in Hiſpania contra incredulos militanti, ac heredibus ejusdem *Carolo & Ludovico* Comitatum prædictum hereditariè, & quidem hac formula conceſſiſſe: *Tractum regionis in ſaltu noſtro Turingiaco ad* 20. *milliaria in longitudine, ac* 10. *in latitudine jure hereditario* poſſidendum ac *facultatem* domus in territorio *diſtrictus*

*ſtrictus* illius dominationis *quærere,* & fodere aurum *argentumque*, & omnia alia *Metalla uti debeatis* & poſſitis, *Donamus* & Oppida Glichou & *Aſchk*, cum omnibus requiſitis & *Regaliis*, quæ ad nos obitu *Viri* nobilis Sichardi, Dominii *in Gleichou* pervenere. Quod *reperies* apud Melch. Goldaſt. *Conſtit. Imper. latin. tom.* 1. *fol. m.* 17. Ex quibus tamen exemplis elucefcit, quod dignitates hereditariæ unà cum Ducatibus & Comitatibus *ſub Imperatore Carolo M.* radices agere cœperint.

3. *Caroli M.* inſtitutum ac collationem dignitatum, Comitatuum, Ducatuum, ejusdem ſuccedentes Imperatores, veluti *Ludovicus Filius I. Ludovicus II. & III.* Item *Carolus Craſſus*, cœterique eorundem deſcendentes in Imperiali ſede ſecuti ſunt, de quo vide Beat. Rhenan. *lib.* 2. *rer. German.* Munſter. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 3. Lehman. *lib.* 4. *Chron. Spir. cap.* 1. Imperatorem enim *Ludovicum Pium* circa *annum Chr.* 866. feuda quædam & beneficia militibus conceſſiſſe, refert Fauchet. *tom.* 2. *des dignités lib.* 8. *cap. fin.* Sicuti quoque *Carolus Craſſus* Imperator, omnes Regum titulos in Germania adhuc vigentes, ſuſtulit, ac in horum vicem Duces creavit, de quo. Chron. Thuring. *c.* 7. *f.* 912. *in oper. Hiſtor.* Brotuiff. *in Chron. Mersburg.* Kirchner. *de Republ. diſp.* 17. *th.* 3. *lit. B.* Pari liberalitate, imo ampliori munificentia, Imperator Carolus ſimplex ſeu calvus Anno 863. Theodorico Hollandiæ Comiti, Eccleſiam *Egmundanam* cum omnibus mancipiis, pratis, ſylvis, paſcuis, cultis & incultis, aquis & aliis adpertinentibus hereditario jure & ipſi, & poſteris ſuis in perpetuum utendam conceſſit, ut condignum tantis laboribus ac periculis, toties pro re Chriſtiana publicè ſuſceptis, honorarium aliquod præmium ab Imperatore reportaret. Cujus Diplomatis

tis tenorem refert Jan. Douſa *in Annal. Holland. libr. 5. fol. m.* 178. Hadr. Barland. *in hiſt. Comit. Holland. Sub Theod. I.* Ad modum Caroli Calvi Imperat. *Ludovicus II. Caroli* prædicti Frater, modo dicto *Theodorico* Comiti Anno DCCCLXVIII. Regionem *VVasdam* (quam alii Wallachejam, alii ipſam Zeelandiam fuiſſe tradunt) cum pratis, arvis, paſcuis, cultis & incultis, mancipiis, aliisque adpertinentiis, tum ipſi, tum omni ejus Poſteritati jure hereditario conceſſit. Douſa. *dict. lib. 5. fol.* 226. Cœperunt & tum temporis ex benevola Imperatorum largitione magis magisque irrepere *Hereditariæ Dignitates*, atque huic vel illi Comiti aut Duci, prout gratiam ſingularem Imperatoris, ſtrenua militari opera demeruerat, Imperator certum diſtrictum aut Comitatum jure hereditario, ac in filios transmiſſarium conceſſit; Nam de Imperatore Ludovico I. Caroli M. Filio, ita ſcribit antiquus Hiſtoricus: *Erat Imperator in tantùm largus, ut antea nec in antiquis libris, nec in modernis temporibus auditum eſt, ut Villas Regias, quæ erant ſui Avi & Tritavi. fidelibus ſuis tradidit, eos in poſſeſſiones ſempiternas, & præcepta conſtruxit, & annuli ſui impreſſione, cum ſubſcriptione manu propria, roboravit.* Thegahus *in vita & geſt. Ludov. Imp.* apud Pithoæ. Lehman. *in d. Chron. Spir. lib. 2. c. 44. f. m.* 186. *B.*

4. Quamvis autem Caroli M. & ſubſecutorum ex ſtirpe Carolina ſeculo, *Ducatus, Marchionatus, ac Comitatus*, ſimiliaque officia ut plurimum hereditaria haud fuerint, ſed ad lubitum conferebantur. Nihilominus tamen *Ducum ac Comitum Filii* non negligebantur, Id quod ita atteſtantur Capitula *Caroli Calvi* Imperatoris, quæ ita ſe habent: *Si Comes de Regno obierit, cujus Filius nobiſcum ſit, Filius noſter ordinet, de his, qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerint, qui cum Miniſtralibus ipſis*

*Comi-*

*Comitatus, & cum Epiſcopo, in cujus Parochia fuerit ipſe Comitatus, ipſum Comitatum, prævideant, ſive regant, usque dum nobis renuncietur, ut filium illius qui nobiſcum erit, de honoribus illius honoremus, cum ſeqq. quæ recenſet,* Miræus *in Annal. Belgic. Anno* 877. *fol.* 903. Beſold. *in Theſaur. pract. verb.* Lehen. quod ante hoſce Scriptores tradit quoque Nicol. Cuſan. Cardin. *de Concordia Cathol. lib.* 3. *cap.* 28. *in princip.*

5. Similia nobis reliquit *Hincmarius*; quòd filii palatii Procuratorum ac Regni Præfectorum procurent, ut non ſint moribus & virtute, atque pro ætatis quantitate vel temporis qualitate, ſapientia & ſtudiis bonis degeneres, quatenus meritò patrum loca & officia ſuppleant, & ſe in ipſa ſuppletione cautè cuſtodiant. Hincmar. *in Epiſt.* 3. quem allegat Lehman. *d. lib.* 2. *c.* 16. *fol. m.* 83. *B.* & hoc, ad exemplum *Senatorum* filiorum *apud Romanos*, factum fuiſſe videtur, qui licet Equeſtres primo fuerint, tamen ad Senatum demum perveniebant; Quemadmodum Romani quoque Senatorum filios unà cum Patribus in Curiam admittebant, ut negotiis aſſiſterent exemplo Parentum terminandis. Macrob. *in Saturnal. lib.* 1. *cap.* 6. Pari modo militum filii (jure Romano) patre mortuo, in parentum militiam vocati fuerunt, ſecundum reſcriptum Imperatoris Conſtantini *in l.* 1. *in verbis.* Hi qui ex officialibus quorumcunq; officiorum geniti ſunt, ſive eorundem parentes adhuc Sacramento teneantur, ſive jam dimiſſi ſint, in parentum militiam vocentur. *De filiis official. mil.* ubi Platea. Penna. Jacob. Rebriſt. *libr.* 12. *& alii.* Bolognetus *in auth. Habita. n.* 152. *C. Ne fil. pro Patre.* Baro Enenkel. *de privileg. parent. & liber. privileg.* 3. *cap.* 1. *n.* 35. Claud. Cotær. *de jur. milit. lib.* 2. *cap.* 3. Romanorum igitur more *in Germania* quoque introductum fuit,

ut parentibus ritè in officio ſeſe habentibus, filii eodem officio non privarentur, ad illum finem, ut Patres minus avaritiæ ſtudeant, habentes de ſucceſſione in officio certitudinem. ſicuti ſcribit Cardin. Cuſan. *de Concord. Cathol. lib.* 3. *cap.* 28. Quod jam tempore *Gothorum* æquum viſum fuit, ut ob gratioſa merita Patris, filius ad honores promoveatur; reſcribente Rege Gothorum ad Venanticum Virum illuſtrem apud Caſſiodor. *lib.* 2. *Reſcript.* 15. Rationem addit *Rex Athalaricus*: Quia magnæ verecundiæ ſtimulus eſt, laus parentum, dum illis non patimur eſſe impares, quos gaudemus Authores. *apud dict. Caſſiodor. lib.* 9. *Reſcript.* 22. Igitur ad hunc modum *Cunradus Salicus* Imperatoris Henrici Aucupis anteceſſor, Filios & Nepotes ad ſucceſſionem paterni beneficii admiſit: *Quare* (inquit Wippo) *militum animos admodum ſibi conciliavit.* Wippo *in vita Cunradi Sal.*

## CAPUT IX.

### *De Conditione Ducum vel Comitum ſub Saxonib. Imper. Quando hereditaria eſſe cœperint; ac de Imperatore Otthone Magno.*

### SUMMARIA.

1. *Ducatus, Marchionatus & Comitatus, ſub Conrado I. & Otthonibus Impp. hereditario jure ad poſteros tranſire cœperunt.*
2. *Quod variis illuſtratur Exemplis.*
3. *Ottho III. fundator Regiminis hodierni in Imp. Rom. Germ. creditur.*
4. *An Imper. Ottho Collegium Electorale inſtituerit?*
5. *Quod negatur: ſed præcipuè ſub Friderico II. ſenſim hoc contigiſſe exemplis comprobatur.*
6. *Largitio auguſta Otthonis III. erga Theod. II. Holland. & Zelandiæ Comitē, ut & erga Henr. II. Bavar. Duc.*

Impe-

IMperio Romano *à Caroli* poſteritate ex lineæ defectu avulſo, ac à Francis ad *Saxones* ac familiam Otthonicam translato, de quo Gryphiander. *in tr. de VVeichbild. c.* 25. *num.* 14. *ac Hiſtorici paſſim.* Ducatus, Comitatus, cæteræque Imperii dignitates, pededentim creſcebant, ac ex communi Hiſtoricorum relatione, poſt mortem Ludovici III. filii Arnulphi, ſub *Cunrado I.* & *Otthonibus Imperatoribus* Ducatus, Marchionatus & Comitatus iſti hereditario jure paſſim ad poſteros tranſire cœperunt. Nam *Henricus* Saxoniæ Dux, cognomine *Auceps*, primus ejusdem ſeculi à quibusdam numeratur, qui ſub Imperatore *Cunrado*, Anno DCCCCXIII. Ducatum ſuum hereditario & feudali jure accepit, quò attentiùs contra *obtritos* aliosque Imperii hoſtes militaret. Beat. Rhenan. *Rer. Germ. libr.* 2. Munſter. *in Coſmograph. lib.*3.*cap.*20. Georg. Fabric. *de Orig. Saxon. lib.* 2. *f.* 105. Zacher. Rivandr. *in Chron. ad Ann.* 913. *fol.* 110. Duravit enim tributorum neceſſitas in Saxonia usque *ad Henricum Aucupem*, ſub quo Ducatus ille primum à Francorum ſervitute reſpiravit; Hic enim primus liberâ poteſtate in Saxonia regnavit, eamque jure hereditario ad poſteros transmiſit, qui poſtmodum Imperatoriam quoque dignitatem acquiſivit. ut ſcribit Witichind. *Monach. libr.* 1. *Annal.* Cranz. *libr.* 3. *Saxon. cap.* Gryphiand. *d. tr. cap.* 25. *num.* 9. *&* 10. *ſeqq.* Patri ſucceſſit filius, *Ottho Magnus* Imperator, Anno 936. qui veſtigiis prædeceſſorum inſiſtens, in dignitatibus diſponendis tantam perfectionem adhibuit, ut ex rerum illuſtrium magnitudine, cognomen acquiſierit. Hic enim poſtquam generoſas familias ad obeunda Imperii munia elegiſſet, Fortiſſimum quemque, qui ſtrenuam & fidelem operam navaſſet, Regaliis inſignivit, (erant enim Regalia, dignitates omnes, Prædia & Præfectu-

fecturæ provinciarum) & quæ ambulatoria prius, & fortunæ ad rotam mobilia, hereditaria pleraque ac perpetua conſtituit. Et de jure Imperatorio tam quoad poteſtatem, quàm quoad reditus aliquid ceſſit. Jamque de titulis & dignitatibus planiùs cœptum eſt diſtingui. Witichind. *in Annal. libr.* 2. *paſſim.* Knichen. *de non provoc. Sax. jur. verb.* Dux. *cap.* 4. *num.* 56. Heig. *quæſt. jur. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 36. Limnæ. *de jur. publ. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 8. Thom. Milleſ. Angl. *de nobil. polit. fol. m.* 37. Rhenat. Coppin. *d. tr. pererudito de Doman. Franciæ. lib.* 1. *tit.* 6. *num.* 6.

2. Quemadmodum de Gerone *Comite ſeu Præſide Luſiskorum*, legimus, qui quoniam tanquam Vir fortiſſimus, Slavos ad ultimam ſervitutem coëgiſſet, cum internecione triginta ferè Barbarorum Principum, Ducatum Luſatiorum ab Imperatore Otthone I. unâ cum poſteris jure hereditario obtinuit. De quo ſequentes verſiculi: Zur Lausnitz erſter Fórſt was Ich/dreyſſig Windiſch Herrn tódtet Ich. Witichind. *in Annal. lib.* 2. ubi Meibom. *in verb. Ad triginta.* Adeò ut quidam Scriptorum, ob inſignem Regiminis mutationē, perpetuitatem hanc *Otthoni I.* attribuerint. Petr. Gudelin. *de feud. part.* 1. *c.* 3. *n.* 12. Alſo hat nach ſeinem Vatter Otto der Erſte die Aempter und Dignitáten zu Erblehen verliehen / und bißweilen fúr eigen vergabt / ſeynd alſo deß mehren Theils die Herzogthumb und Herrſchafften deß Reichs Erblehen / etliche zu eigen worden. uti ſcribit Munſter. *in Coſmograph. fol.* Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 1. Carol. Sigon. *de Regn. Ital. l.* 7. *in fin.* Exemplum enim legimus de Nobili quodam, *Hermanno Stuben-Keshorn*, Otthonis aulæ miniſtro; quem Imperator profecturus in Italiam, ad defendendos Imperii terminos Albis Fluvii, contra Vandalos

(quos

(quos vulgo Wenden vocant) Marchionem conſtituit, reverſoque poſt quinquennium Imperatore, ac compertâ ejusdem ſtrenuâ operâ, *Luſatiam* unà cum Burggraviatu *Magdenburgenſi* jure hereditario donavit, Eique Ducatum *Saxoniam* unà cum Principatu *Luneburgenſi* conceſſit. Alſo ſchenckt ihme der Keyſer/Erb und Eigenthumb/ die Lausniz/ ſampt der Burggraffſchafft Magdenburg/erhöhet und ſetzt ihne in einen Fürſtlichen Stand/ und zum Hertzogen zu Sachſen und Lüneburg / da er auch ſein Fürſtliche Reſidentz und Hoff gehalten. Quod refert Alb. Abbat. Stadenſ. *ſub. Anno* 961. & Cranz. *lib.* 4. *Saxon. c.* 8. Lehmanz. *dict. Chron. lib.* 5. *cap.* 5. Et hunc Hermannum *Ranzovius* Bilingium vocat, Virum Nobiliſſimum, & heroicâ virtute & fide præſtantem; acinſuper tradit: Tum quoque ab Ottone I. ſancitum fuiſſe, ut ex poſteris hujus Bilingii, alter fratrum titulo Comitis, Holſatiam cum adjunctis Regionibus poſſideret; Sicuti hoc ex literis Henrici Ranzovii refert Henninges *in Oper. Geneal. part.* 2. *quart. Monarch. f.* 243. Pari modo de *Vdore Comite* legimus, quòd ante obitum, permiſſu Regis *Otthonis I.* quicquid beneficii ac Præfecturarum habuit, quaſi hereditarium inter filios diſtribuerit, quod recenſet Luitprand. *ad An* 949. Gryphiand. *de VVeichbild. cap.* 13. *n.* 9. Idem de Comite Hollandiæ *Theodorico I. & Diederico II.* quòd alter ab Imperatore *Carolo Calvo*, alter ab Imper. *Ludovico II.* an. 863. & 868. Comitatum Hollandiæ & Zelandiæ jure hereditario in poſteros transmittendum obtinuerint, tradit Joan Douſa *in Annal. Holland. lib.* 5. *f. m.* 216. & 226. Eodem modo Ottho I. Imperator *Cunrado Franco*, cognomine Sapienti, Ducatum Lotharingiæ conceſſit hereditario jure; Urſperg. *in hiſt. f.* 156. Witichind. *lib.* 2. *hiſt. fol.* 22. Quem paulo poſt, Worma-

ciæ Burggravium quoque conſtituit; teſte Fabric. *de Orig. Sax. lib.* 2. *f.* 140. Knichen. *de jur. territ. cap.* 1. *n.* 98 *& ſeqq.* Sanè cum tractu temporis, ſicuti vices ſunt rerum mortalium, nonnullæ expraedictis familiis, ordine mortalitatis extinctæ fuiſſent, Imperatores alias, quas tunc temporum ſeries dabat, in earum locum, pari ſucceſſionis perennitate obſervandâ, ſubſtituerunt. Limnæ. *de jur. publ. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 8. Adhuc prædictus Imperator *Ottho. I.* eâdem liberalitate & ratione, *Ducatum Bavariæ Eberhardo* ademit, illumq; Patruo ſuo *Beroaldo* hereditario jure conceſſit. Mortuo autem Beroaldo absque liberis, prædictam Bavariam *Henrico* Imperatoris fratri, ac filio ejusdem, jure hereditario contulit, teſte Aventin. *hiſtor. Bojar. lib.* 4. *& lib.* 5. *in princ* Knichen. *dict. cap.* 1. *n.* 101. *& ſeqq.* Daniel. Heider. *diſcurſ.* von Reichsvögten. *fol.* 6. *lit. F.* Quæ Henrici familia per plures annos hunc Ducatum cum titulo & dignitate *Palatini, Dapiferi & Electoris* ſerie continuâ poſſedit. Nicol. Burgund. *in apolog. pro Geuuold.*

*Ottho ſecundus*, vivente Patre, circa *Annum* 976. Imperator coronatus, paternis veſtigiis inſiſtens, dignitates & Ducatus Imperii, æquè hereditario jure & fidelitate, Proceribus, & Nobilibus, de Imperio Romano benè meritis, contulit. Is enim, (ut alia exempla prætercam) Galliæ Regis fratrem *Carolum*, *Lotharingiæ Ducem* conſtituit, eâ lege, ut Imperii beneficiarius eſſet, & Ducatum hunc ex ordine ad poſteros transmitteret, quod ex Sigeberto & Reginone, refert Beſold. *in Synopſ. hiſtor. ſub Otthon.* 2.

3. Denique *Ottho Imperator III.* in Imperio ſuccedens Anno 996. maximâ omnium Imperatorum munificentiâ Imperii Proceres affecit, adeò, ut plurimi Hiſtorici,

eundem

eundem, tanquam fundatorem Regiminis hodierni, in Imperio Romano Germanico vigentis, deprædicent, Id quod poſt Gloſſ. Hoſtienſ &alios, tradit Lupold. à Babenberg. *de Iur. Regn. & Imper. Roman. cap.* 2. 6. 12. *& paſſim*. Auct. Reſponſ. Civitat. Fridberg. *punct.* 2. *n.* 7. *&* 8. Principibus enim, Marchionibus, Comitibus, & Baronibus altiùs evectis, horum ditiones & territoria, ut plurimum cum dignitate Ducatus, Marchionatus, Comitatus & Baroniæ, ſub Clientelari fide hereditariè conceſſit. Stumpff. *Chron. Helvet. lib.* 4. *cap.* 29. *fol.* 249. Cruſ. *in annal. Suev fol.* 22. *& fol.* 263. Quem totius quoque Imperii conſtitutionem ordinaſſe, ac Principes, cæterosque Imperii ordines in ſingulas quaterniones, ſeu in quatuor membra aut officia, **in die vier Aempter / oder Stánd** diviſiſſe, Hiſtorici tradunt. Onuph. Panvin. *de Comit. Imperii.* Joan. Stumpf *Chron. Helv. lib.* 3. *c.* 33. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 105. Quod Imperii corpus refert Goldaſt. **in Reichshandlungen** *part.* 17. Munſter. *Coſmogr. lib.* 3. *cap.* 24. ac Limnæ. *in jur. publ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 38. *& ſeqq.* Ubi ejusdem Judicium de hac diviſione reperies.

4. Sanè huic Otthoni III. Imperatori, inſtitutionem Electorum, Scriptores Juris publici adſcribunt. Unde valdè dubia quæſtio orta fuit; *An origo Electorum Imperii Imperatori Otthoni III. attribuenda ſit?* Multi ſunt qui hoc *aſſerunt*. Nam cum *Caroli M.* & ſequentium Imperatorum ætate, Palatina illa officia, Dapiferi, Mareſchalli, & Camerarii, eſſent perſonalia, arbitraria, & adhuc variabilia, *Imperatorem Otthonem III.* propter defectum lineæ virilis, ne Itali aut Galli Imperium Romanum ad propriam nationem transferre tentarent, ad

evitandas diſcordias varias, *Electoralia officia*, priùs momentanea, in poſterum perpetua & hereditaria effeciſſe, tradit Lupold. de Babenberg *de jur. Regn. & Rom. Imp. cap.* 2. *in fin.* Nicol. Cuſan. *de Concord. Cathol. lib.* 3. *cap.* 3. Joan. Trithem. *in Chron. Hirſaug. de Anno DCCCCXCVI.* Jul. Pflug. *in Orat. de Republ Germ.* apud Goldaſt. *in Polit. Imp.* Petr. de Andlo. *de Imp. Roman. German. lib.* 2. *cap.* 1. ubi Marquard. Freher. *Idem de Orig. Elector. part.* 1. *cap.* 15. Simon. Schard. *de Elector. Germ. cap.* 1. Ciſner. *in Orat. de vita Imp. Otthonis III.* latiſſimè Petrus Heig. *lib.* 1. *quæſt.* 3. *n.* 47. *& per tot.* Reinking. *de Regim. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 3. *num.* 11. *& ſeqq.* Herman. Kirchner. *de Republ. diſput.* 4. *Coroll.* 2. Infinitos authores allegat diſſentiens Anton. Coler. *de jur. Imp. R. G. theſ.* 45. latè Philipp. Simon. *in Chron. Epiſcop. Spir.* ſub Rupert. 13. *f. m.* 33. Quibus certa denique territoria affixiſſe ſcribit Molinæ. *in Conſuet. Pariſ. tit.* 1. *in pr. n.* 6. Hic Ottho III. Palatina illa officia, ut tanquam Imperii Feuda *ab Epiſcopo Bambergenſi* recognoſcantur, inſuper conſtituit. Quæ in hunc usque diem per Vicarios & Subſtitutos ex ordine equeſtri *Franconico*, quando res exigit, honoris ergò defungi ſolent. Sicuti hoc latius tradit Mart. Hofman. *in Chron. Bamberg.* Nicol. Burgund. *de Elect. Bavar. fol. m.* 7. *&* 128. Knichen. *de Sax. non provoc. jur. verb. Electorum cap.* 1. *num.* 86. *& ſeqq.* latè Marquard. Freher. *de Origine Palatin. part.* 1. *cap.* 15. Et hanc opinionem. tenent Baron. *Annal. Eccleſ. tom.* 10. *ad Annum* 996. Bellarmin. *de translat. Imp. Rom. lib.* 3. *cap.* 4. *& ſeq.* Ludovic. Molina *Ieſuita, de juſtit. & jur. tom.* 2. *diſp.* 22. Quam communiſſimam vocat Daniel Otto *in jure publ. cap.* 10. Buxtorff. *ad Aur. Bullam. c.* 7. *concluſ.* 14. Dn. Juſt. Schüz. *tr. de Vicariat. Imp concl.* 29. *lit. B. Ac in jur. publ. vol.* 1. *diſput.* 2. *theſ.* 6. *lit. B. ac diſp.* 7. *theſ.* 3. *per tot.* Quod

latiſſimè

latiſſimè pro & contra diſputat, & contrariis reſpondet Chriſtoph. Geuuoldus *tr. de Septemvirat. cap.* 5. 6. *&* 7. Bauman. apud Arumæ. *vol.* 1. *diſcurs.* 15. *theſ.* 80. Quirin. Cubach. *tr. de Electiõn. Rom. Imper. cap.* 4. *num.* 22. *& per tot.* apud Arumæ. *vol.* 2. Sunt & alii Scriptores, qui Imperatorem quidem *Otthonem III.* Ordinem, & collegium, præſertim ſæcularium priorum quatuor Electorum inſtituiſſe, ſeu incepiſſe, attamen Succeſſorem ejusdem *Henricum Sanctum*, vel *Cunradum Salicum* ſeu Claudum perfeciſſe, cenſent; Idque autoritate Theodorici de Nyem. *de jur. Imp. fol.* 100. *&* 106. *apud Schardium*; In quorum numero reperimus Rutger. Ruland. *de Commiſſar. part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 18. Dn. Amicum Speidel. *ad Aur. Bull.* Rumelin. *part.* 1. *diſſert.* 5. *in Coroll. lit. A.* Joan. Sithman. *in præfat. tr. de Idea juris Epiſcop. modern. ac in tr. M. S. part.* 2. *cap.* 8. *num.* 34. *usque ad num.* 74.

5. Verum enim verò, utcunque hæc ita diſputentur; *Ego* tamen *Electorum ac Collegii Electoralis inſtitutionem* minimè Imperatori *Otthoni III.* ſed eo demum ſeculo, quo Imperatores ex noſtræ Sueviæ Ducibus creati fuerunt, accidiſſe cenſeo. Id quod præcipuè ſub *Friderico II. Imperatore*, absque ulla interveniente ſingulari Conſtitutione, (qualem nullus Scriptor veridicus allegare, aut producere poteſt) ſed modo latenti, & inſenſibiliter quaſi, cum tacito Ordinum Imperii conſenſu, contigiſſe dico. Nam ſi Germaniæ Hiſtoricos probatos ob oculos ponimus, omnes ferè Imperatores, ab *Otthone III.* usque ad *Friderici II.* obitum, tum ab univerſis totius Imperii Romano Germanici Principibus, (tàm Eccleſiaſticis, quàm Laicis) tum etiam à quibusdam Populis electos fuiſſe animadvertere licet. vide Urſpergen-

ſem Sueviæ Abbatem, *in Chron. anno* 1053. *&* *ann.* 1106. ubi ſcribit, *quòd Henricus IV. ab Epiſcopis & Principibus Germaniæ electus fuerit.* Otto Friſingenſ. *Chron. libr.* 6. *cap.* 27. *ac lib* 7. *c.* 22. *ut & de rebus geſtis Friderici. lib.* 2. *cap.* 1. Quo loco tradit: *Fridericum Sueviæ Ducem ab omnibus totius Germaniæ Principibus electum fuiſſe.* Wippo in vita Cunradi Salici, *cap. de elect. Regis in oper. Piſtorii.* Continuator Sigiberti *in Chron. Anni* 1126. Gunther. *in Ligurin. lib.* 1. Goldaſt. *in Conſtit. Imper. Latin. tom* 1. *fol.* 87. *ac fol.* 259. ac in Reichsſatzungen. *part.* 3. *fol.* 16. *in margine ibi*: **Hierauff (Keyſer Otto) beruffen ſich alle Juriſten und Hiſtorien⸗Schreiber / ſo bey 300. Jahren gelebt haben. Iſt aber ein Gedicht / und den uhralten Urkunden zu wider.** Onuphr. Panvin. *de Comitiis Imperii. cap* 6. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 5. *cap.* 17. Anton. Coler. *de jure Imp. th.* 47. Matth. Bortius *de jurispr. publ. c.* 2. *num.* 11. apud Arumæ. *vol.* 1. Michael. Schifferer. *de Origin. Elector. theſ.* 16. apud Arumæ. *vol.* 1. ubi ſcribit: *Procedente tempore, ante Caroli IV. ætatem, attritis per bella civilia familiis Suevicis & Franconicis: cum furor & rabies Pontificum, erga Imperatores Romanos magis magisque excandeſceret, tum demum ſenſim ad ſolos ſeptem modernos Electores eligendi poteſtas, conſilio Imperatoris & voluntate Procerum devoluta eſſe colligitur.* Arniſæ. *de Republ. c.* 6. Mart. Rümelin. *ad Aur. Bull. part.* 1. *diſſert.* 5. *in Coroll.* latè & eleganter Beſold. *de electìon. & ſucceſſ. lib.* 2. *diſſert.* 3. *num.* 4. *& ſeq.* Dn. Limnæ. optimè *de ſtatu Imper. R. G. meritus*; *lib.* 3. *Iur. publ. cap.* 1. *n.* 7. *& ſeq.* ubi Additiones ejusdém. latè Dn. Herman. Conring. *de Imper. German. Republ. tit. de Elector. f. m.* 106. Chriſt. Adam. Rupert. *in Obſervat. Synopſ. Hiſtor. Beſold. c.* 18. *fol.* 652.

6. Sanè ut revertamur, unde digreſſi ſumus, ejusdem

dem Imperatoris Ottonis III. largitionis auguſtæ aliud exemplum occurrit in *Theodorico II.* Hollandiæ, & Zelandiæ Comite; cui *Ottho III.* in Anno Chriſti 983. Comitatum Hollandiæ, & Zelandiæ hereditario jure, ſingulari Diplomate & indultu contulit; teſte Douza *Annal. Belg. lib.* 8.*fol.*412. Knichen. *d. c.* 1. *n.* 90. Wurffbein. *in relat. hiſtor. part.* 3.*fol. m.* 37. Quamvis Comitum *Hollandiæ & Seelandiæ* originem, Carolo Calvo Imper. attribuat Petr. Scriver. *de Orig. Holland. Com. Republ. Holland. fol. m.* 421. Similiter prædictus Ottho Civitatem *Bambergenſem* cum ſuis pagis, villis, ac toto diſtrictu *Comiti Henrico II.* ex ſtirpe Bavariæ Ducum conceſſit & donavit, quam Civitatem ipſe *Ottho,* prædium ſui juris, nominat; Quod ex Cygnæo, Trithemio & aliis refert Andr. Knichen. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum. cap.* 1. *n.* 98. *&. ſeqq.* Marquard. Freher. *de origine Palatin. part.* 1. *cap.* 15. *fol.* 108.

## CAPUT X.

### *Illatio ex his, quòd ſub Otthonibus Impp. Ducatus aut Comitatus, cum ſuperioritate territoriali Hereditarii eſſe cœperint.*

## SUMMARIA.

1. *Sub Otthonibus, Imperij Principes & Status, jure proprio, cum dignitate quaſi Regali, Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. obtinebant.*
2. *Dignitas iſta Statuum Imperii non generaliter & ſimultaneè invaluit, ſed pedetentim, quod ex ſubjectis exemplis apparet.*
3. *Duces & Comites Imperii, poteſtatē, territorium ſuum hereditariè ad poſteros transmittendi nacti, ubivis in Imp. Rom. multiplicati ſunt.*

Ex

EX quibus hucusque deductis (quantum ex Hiſtoricis conjecturare licet) optimè infertur, quod Præfecturarum, ſeu officii aut Regiminis permiſſiones ſub Otthonibus Impp. tandem deſiêrint; ac Ducatus, Marchionatus, Comitatus, ſimileſque Ditiones, Imperii Principes, & Status, jure proprio, cum dignitate quaſi Regia, ceu *Autocratores* hereditario jure obtinere cœperint; Aſt fiduciariâ clientelæ, ſeu feudi lege, ſub reverſionis conditione in defectu prolis, ac ſemper ſalvo & illibato Imperialis Majeſtatis faſtigio; ſicuti hoc ex Reiner. Reinec. tradit Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 16. 104. *& paſſim.* Daniel. Heider. *in act. Lindav.* der vier Köhlln-Höffe. *f.* 52. Ac quòd jam tum ſub Otthonibus, Principes & Status Imperii omnia penè territorialia jura ac ſuperioritatem in territorio, ipſis ex benevola actione ab Imperatoribus conceſſo, habuerint, æquè ac ea, quæ hodie à Statibus Imperii exercentur, apparet ex Diplomate Otthonis III. *Imperatoris*, apud Refutatorem deß Reichs-vogts. *Diſcurſ. fol.* 3. De quibus hodiè verè dicitur illud commune axioma. Duces, Marchiones & Status Imperii, in Conſortium Imperii quaſi admiſſos fuiſſe, ut eodem ferè jure teneant Provincias aſſignatas, quo jure Imperator olim ſibi retinuit. Matth. Weſenb. *Conſil.* 27. *num.* 28. Andr. Knichen. *de jur. territ. c.* 1. *num.* 361. Gail. *de Pac. Publ. cap.* 6. *num.* 10. poſt al. Hilliger. *in D. E. lib.* 17. *cap.* 9. *in Not. lit. A.*

2. Hæc autem Principum & Statuum Imperii, ſub *Saxonibus Imperatoribus* exorta dignitas, ac territorii ſublimitas, non generaliter, & ſimultaneè invaluit penes omnes Imperii Proceres, *ſed diverſo tempore*, ac pedetentim, præſertim Epiſcopis, & Abbatibus, variis titulis

data, & condonata; Dann es iſt die/ bey den Sächſiſchen Keyſern/ aufkommene Sublimation, nicht einsmals/und zugleich; ſonder einzehlen weiß/ nach und nach/ ſonderlich bey den Prælaten erfolgt/ und gleichſam unvermerckt einzgeſchlichen. uti ſcribit Auth. Reſponſ. Civit. Fridberg. *punct.* 2. *num.* 6. & 7. Idemque tradit Rerum Germ. peritiſſimus Daniel Haider. *in Act. Lindav. f. m.* 52. *tit.* 55. Id quod vel exinde palam fit, cum etiam poſt *Otthonem III.* plures illuſtres familiæ, Imperii Romani Dignitates, ex Gratia ſubſequentium Imperatorum, vel ſuam originem ſumpſerint, vel ad majus faſtigium adſcenderint. Nam ex Hiſtoriographis paſſim conſtat, quòd *Henricus II.* Imp. circa Annum 1001. Alberto Comiti Aſcaniæ, Marchionatum Soltwedel/ conceſſit. Brotuff. *in Chron. fol.* 23. Similiter *Cunradus Salicus* circa Annum Chriſti 1025. Nobili viro *Adolpho de Salinsgleven* Comitatum Oldenburgenſem in feudum dedit. Henninges. *in Stemmat. Com. Oldenburg.* Qui inſuper *Ludovico Barbato* Aurelianenſi, Landgraviatum Thuringenſem, ac filio ſuo *Henrico III.* poſtmodum electo Romanorum Imperatori, Bavariæ Ducatum cum Burgundiæ Comitatu, contulit. Wigul. Hund. *in Famil. Bojar. part.* 1. *f.* 41. Leonhard. Wurffbein. *in Hiſtor. relat. part.* 4. *f.* 71. Pari modo circa annum *Chriſti* 1056. *Rudolphus à Rheinfelden* Ducatum Sueviæ, ac poſt ejusdem obitum in acie, *Fridericus ab Hohenſtauffen*, ab Imperatore *Henrico IV.* obtinuit. Qui etiam Otthoni Naſſovio, Comitatum Geldriæ, Zutphaniæ, jure hereditario largitus eſt, teſte prædict. Wigul. Hund. *fol.* 41. ac Wurffbein. *allegato fol.* 71. Quemadmodum deinceps Imperator *Fridericus I.* cognomine Barbaroſſa, aliàs *ab Hohenſtauffen*, *Berhandum* Comitem ab Anhald, ac poſteros ejus, cum Electoratu Saxoniæ condecoravit.

Idem Henrico, patruo ſuo, Marchioni Auſtriæ, das Land oberhalb der Entz / Marchiamque Auſtriam, circa Annum 1106. in Ducatum erexit, eundemque Ducatum cum omni jure, præfato ſuo patruo, perpetuali ſucceſſione, ac liberis quoque utriusque ſexus, in beneficium conceſſit. Quod laudabile *Friderici I.* Imperatoris factum, refert Melch. Goldaſt. *in Conſt. Imp latin f.* 282. *tom.* 1. Qui inſuper *Bozislao*, Ducatum Pomeraniæ cum titulo & regalibus Imperii feudi; Ut & *Hermanno*, ejusque deſcendentibus maſculis, ex illuſtri Italiæ proſapia oriundo, ad cuſtodiendos Rheni terminos, Marchionatum Badenſem, cum Juribus Imperii, gratiosè contulit. Mart. Cruſ. *in vit. Frider. Barbaroſſ. fol.* 19. Plura exempla recenſere merito hîc ſubſiſto; qui velit, adeat Leonhard. Wurffbein. *in dict. Relat. Hiſtor. Imper. Rom. fol.* 37. 71. *& ſeqq.*

3. Equidem hoc animadverſum eſt, ut quàm primum Duces & Comites Imperii, jurisdictionem territorii cum jure hereditario ad poſteros transmittere cœperint, ubivis in Imperio Romano, Duces & Comites multiplicati fuerint, adeo ut *ſeptem Duces* ſimul in ſola Saxonia regnaſſe, numeret Ecco *in art.* 62. *lib* 3. Landrecht. Gryphiand. *de VVeichbild. c.* 62. *num.* 12. *Siffridus* verò Presbyter Miſnenſis *quindecim* Saxoniæ Principes recenſet, præter alios, quorum nomina, per inopiam Scriptorum, in obſcuro permanſiſſe, conqueritur. Cranz. *lib.* 2. *Saxon. hiſtor. cap.* 26. *ac lib.* 5. *c.* 4. De Comitibus Friſiæ, & Hollandiæ, eleganter quoque hoc tradit Douza. *in Annal. Holland. l.* 5. Nam cum Ducis primogenitus in paternam Ducis vel Comitis poteſtatem titulumque ſuccederet, cæteri fratres, inferiores titulos amplexi, ex Duce

ſe

ſe Comites, ex Comite, ſe Domicellos, vel Nobiles appellarunt. Cranz. *in Saxon. lib.* 5. *c.* 15. Hamelm. *in Chron. Oldenb. part.* 2. *c.* 16. quos ſequitur Johan. Gryphiand. *d. tr. c.* 62. *num.* 13. Ita quoque *Landgraviatus Haſſiæ*, per ſobolis multiplicationem, à Thuringiæ Landgraviatu, ac Ducatu Brabantiæ ſeparatus, ad alteram lineam familiæ translatus fuit, ſecundùm ea, quæ habet Wilhelm. Dillich. *in Chron. Haſſ. part.* 2. *ſub Anno* 1242. *& ſeqq Acta Haſſ.* vom Primogenitur-Stritt. *paſſim.* Reinking. *de R.S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 13. *n.* 22. *&* 23.

## CAPUT XI.

### *De Otthonibus Impp., ac quod benè egerint, Viris, de Imp. R.G. benemeritis, Ducatus, & Comitatus, hereditario jure unà cum Regalibus conferre.*

SUMMARIA.

1. *An Otthones eorumque Succeſſores prudenter egerint, tot Ducatus, Marchionatus, Comitatus, aliasque dignitates hereditario jure concedentes?*
2. *Hujus Conceſſionis periculũ, aliquot rationibus ampliatur.*
3. *Multum minuitur auctoritas Impp. & Regum, ex Vaſallorum potentia.*
4. *Quod variis exemplis oſtenditur.*
5. *Hiſce tamẽ non attentis, contrarium verius eſſe, aliquot rationibus firmatur.*
6. *Tum, quia Charitas Liberorum, Parentes Reipubl. amiciſſimos reddit.*
7. *Tum, quia omnes dominandi cupiditates præciduntur iis, qui ſpem habent, Liberos ſuos in dignitate munerum quandoque ſibi ſucceſſuros.*
8. *Tum, quia amplificæ hujus poteſtatis conceſſio, imperandi ſecuritatem & ipſorũ Impp. unà cum Provinciis, perpetuam & firmam pacem internam præſtat.*
9. *Tum, quia liberalis perpetua*

*dignitatis conceſſio, in augmentum Imperialis dignitatis & gloriæ inprimis vergebat.*

10. *Tum deniq́ꝫ, quod tali muficentiâ nihil, aut certè parùm, Imperio R. G. decedebat.*

11. *Inſtitutū hoc Imperatorum Exteri quoque Reges ſecuti ſunt.*

12. *Idq́ꝫ exemplis probatur.*

CÆterùm quærere hic, ac haud immeritò Politicus dubitare poteſt; An *Otthones, cæterique ſubſequentes Imperatores prudenter egerint, dum Imperium Romanum firmando, tot Ducatus, tantasque dignitates cum innumeris Regalibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, aliisque Officialibus, perpetuo & hereditario jure conceſſerunt?* Multi ſanè ex Italicis, Gallicis, & Hiſpanicis Scriptoribus cenſent, Imperatores, hâc nimis liberali conceſſione, ſolæciſmum Politicum commiſiſſe, eosque in hanc & communem Politicorum Regulam impegiſſe contendunt, quâ dicitur: *Regni Barones, nimiâ potentiâ armandos non eſſe.* vide Campanellam *de Monarch. Hiſpan. c.* 14. Pium Mutium *in Comment. Tacit. Conſider.* 357. Herm. Kirchn. *de Republ. diſput.* 8. *th.* 1. *lit. D.* Acutiſſimus enim politicarum actionum Cenſor *Trajanus Boccalini* ſcribit, *Toccandoſi conmano, che i molti larghi Privilegii, che d' alcuni Principi troppo prodighi, erano ſtati conceduti a' i vaſalli loro, in un mezzo viver libero, havendo dato loro occaſione, di affettar tutta la libertà, ed in queſto propoſito, ſeveramente furono ripreſi alcuni paſſati Imperatori di Germania.* Boccal. *in Parnaſſ. ſapient. cent.* 2. *Ragguagl.* 6.

2. Cujus conceſſionis periculum *hac ratione* repræſentat Cyrus Spontone: *Perche ſe un Principe fà i Miniſtri troppo grandi, lo ſtato quaſi inſenſibilmente và ſdrucciolando nel precipizio*; Quod exemplis *Moroveorum, Carolingorum*, aliorumque demonſtrat Caval. Ciro Spontone

nel

nel *Govern. di Stato. lib.* 8. *cap.* 2. Magna enim juriſdictio territorialis Baronum, tandem publicæ potentiæ Regis longè prævalet; Quod exemplò *Baronum* in Romangia & *Comitum* Rangonum in Ducatu Mutinenſi, illuſtrat & uberiùs deducit Scip. Chiaramont. *nell. Rag. di Stato lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 14. *fol. m.* 297. Pio Mutio *nelle Conſider. ſopr. Tacit. Conſid.* 357. Lodov. Settala *eod. tr. lib. ſecond. cap.* 24. & 25. Nam optimi mortalium altiſſima cupiunt, ſicuti loquitur Tacit. *in annal.* Ac homines, abundantia bonorum, & honorum, corrumpuntur, nec cujuslibet eſt, in rebus tam prolixis, magnam fortunam concoquere. *Dion. Caſſ.* Hinc Sejanus, ad ſummam dignitatem evectus, invadere factionibus Imperium tentavit. Cornel. Tacit. *lib.* 5. *annal.* latè Joan. de Marnix. *Reſol. Polit. ſect.* 3. *Reſol.* 3. *fol. m.* 402. Ideò caveri vim & opes Principibus infenſas, ut alibi Tacitus *in annal.* 11. *loquitur.* Ac quàm difficulter, imò periculoſè, Vaſallus potens, in obedientiæ girum reduci poteſt, *Il punir il diffetto d' un ſervitore grande, che habbia per fondamento della ſua grandezza, congiuntamente il valore, la nobiltà propria, e l' amore del popolo, è una reſoluzione attorniata di pericoli & di dubij* vide Matteo Petregrin. *nell. Pratt. Comm. tra Princip. & Servit. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 10. & 11.

3. Præterea auctoritas Imperatorum, & Regum, ex Vaſallorum potentia, longè minuitur, cùm illi propriis viribus freti, ferè intractabiles fiant, & non cogitata tandem audeant; *Touts les Princes faillent en ce point* (ſcribit Pettus Matthæus *parlant du Mareſchalle Biron.) de faire ceux qui l' aiment, ſi grands, qui ſont apres bien en peine de les defaire; Parceque l' ambition monte tousjurs en haut, & quand elle recontre un courage capable de ſes imaginations,*

*elle le pouſſe jusques au dernier eſchellon.* Quamobrem *Hiſpaniæ Rex Philippus II.* dicere ſolebat: Melius eſſe recompenſare ſervitia fideliter præſtita, quacunque æquivalente tamen liberalitate, quàm nimiâ dignitatis collatione; Vide egregiè differentem Pierr. Matthieu. *l' hiſtoir. de Henr. IV. lib.* 4. *Narrat.* 3. *n.* 8. *vol.* 1 *fol m.* 78. In *Angliæ Regno* ſumma, poſt Regem, apud Comeſtabilem, conſiſtit authoritas; Cujus poteſtas ſemper tanta fuit in hoc Regno, ut & ipſis Regibus ſuſpecta fuerit; ideò Rex hoc munus ratò, ac ad tempus tantùm concedere ſolet; teſte Arthur. Duck. *de author jur. Roman. apud Exteros lib.* 2. *c.* 8. *part.* 3. *num.* 14. Hinc evenit, ut *Turcarum Imperator*, illos ſolos, qui ingenitâ virtute excellunt, foveat quidem, non tamen permittat, ut filius in Statum, aut bona patris, etiamſi *Baſſa* ſit, vel *Biglerbegius*, hereditario jure ſuccedat, ſed ut ſibi ſoli illa, quæ Imperator ex bonis paternis ei relinquit, accepta ferat, ac, ut vitutem colat: Quod ſi minùs fecerit, Regi, in arte quadam ignobili, aut militia abjecta, ſervire cogitur. Quod Turcarum remedium eò ſpectat, ne Baroniæ creſcant in uno, qui, primâ datâ occaſione, ab illa deſciſcat. Thom. Campanella *de Monarch. Hiſpan. c.* 14. Beſold. *de Ordin. Civ. tit. de nobil. cap.* 9. *num.* 6. *in fin. fol.* 91.

Ex eodem principio, & illud denominationis arcanum profluit, quòd in univerſo *Turcarum* Imperio cuncti ab uno dependeant Principe, id eſt, *Sultano:* Ac nemo ſit, vel fiat Magnus, aut Nobilis, niſi per Principem ſolum, ut eò magis Principi ſint devincti. Boccalini *cent.* 2. *Raguagl.* 91. Ita *D. Auguſtus* Imperator, ab Ario Philoſopho edoctus fuit, Cæſarum multitudinem pernicioſam eſſe. Unde Cæſarionem, qui ſe ex Julio Cæſare ac Cleopatra conceptum eſſe jactitabat, per fraudem

dem interfici curavit. Sueton. *in Auguſt. cap.* 17. ubi Beroaldus.

4. Ex eâdem ratione de Suionibus, Oceani gente, recenſet Tacitus; quòd apud eos, neque Nobilem, neque ingenuum, ne libertinum quidem, armis præponere, regia utilitas permiſerit. Tacit. *de morib. Germ. circa fin.* Beſold. *in Oper. Polit. diſc. de ordin. Civ. cap.* 9. *num.* 6. *fol. m.* 90. Sicutiècontra *Primores Iaponenſium* potentiâ aucti, Regi ſuo, in Oppido *Meaco*, graviter ſeſe oppoſuerunt; Cum etiam apud Japonenſes, Feuda hereditaria in uſu eſſe ſoleant; teſte Lud. Molina. *de Iuſtit. & Iur. lib.* 2. *diſp.* 485. Ita quoque *Barones Galliæ* fecerunt, impedientes, per proprias vires, Monarchiam Regis ſui. Et *Scanderbegius* Turcarum Imperatori varia bella intulit. Item Principes, *Tarentini & Salerni*, in Regno Neapolitano, varias diſſenſiones inteſtinas, ob virium incrementum, movere auſi ſunt. Thom. Campanell. *dict. cap.* 14. Qua de cauſa, præpotens Nobilitas, abſolutis Regibus ſemper exoſa fuit. Trajan. Boccalin. *cent.* 2. *Raguagl.* 43. Ideoque *Hotomannus* conſuetudinem hanc, quâ feuda dignitatum ad heredes transmittuntur, graviter reprehendit; ut exclamet. *Nihil abſurdius dici potuiſſe.* Hotoman. *diſput. feud. cap.* 18. & aliquatenus cum eo Beſold *in Theſaur. Pract. lit L. verbo* Lehen. Quod celeberrimus Hiſtoricus, & Politicus Italiæ, novo exemplo *Ducis Bragantiæ*, potentiſſimi Regni Luſitaniæ Principis, bonam iſtius Regni partem poſſidentis, confirmat, & maximum Hiſpanorum errorem, præſertim *Philippi II Regis*, in eo notat, quòd tam potentem Regni Prætenſorem & æmulum, Philippus II. poſt occupationem Portugalliæ, crudeli pietate foverit

verit & toleraverit, adducendo rationem ſatis ponderoſam: *Eſſendo che dove la potenza è troppa, non è mai tanto, che baſti la fede.* Vittor. Siri *nel Mercur. dei tempi corrent. tom.* 1. *lib.* 1. *fol. m.* 119. Vide imprimis Petr. Mathæum *in Hiſtor. Henr. IV. tom.* 1. *lib.* 4. *Narrat.* 3. *num.* 8. *fol* 78. Ludov. Settala *de ratien. Stat. lib.* 2. *cap.* 24. & 25. Scip. Chiaramont. *eod. tr. libr.* 2. *part.* 1. *cap.* 14. *fol. m.* 297. Joan. de Sanct. Maria. *in Republ. Chriſtian. cap.* 13. *per tot.* Joan. de Marnix. *Reſolut. Polit. ſect.* 3. *Reſol.* 3. *fol. m.* 402. & 403.

5. *Hiſce tamen non attentis*, conſtans eſt, omnium Juris Publici Conſultorum, ſententia, quàm prudentiſſimè egiſſe Imperatores, quòd devictas Provincias, & cum eis arbitrarias dignitates cum titulo Ducali, aut Comitiali, in perpetuas, ac ad Heredes tranſitorias, (reſervatâ tamen ſibi fidelitate) convertiſſent. Hæc enim beneficia & dignitates in præmium veteranorum militum, propter tot labores exantlatos in Imperii ſalutem, hereditario jure conceſſa fuerunt. *arg. Novell.* 116. *in princ.* Cùm Imperator milites (ſine quibus Reſp. tutò ſubſiſtere, nec pacatè vivere poteſt. Guerr. Piſon. Soac. *de feud. c.* 5. Baro Enenkel. *de privil. milit. lib. unico de veteran. n.* 16 & *ſeqq.*) Beneficiorum, & ampliorum dignitatum collatione, perenni, & quaſi æterno vinculo, obſequentiores, & adverſus quoscunque hoſtes (urgentibus Imperii fatis) alacriores ſibi reddiderit. Ferrar. Montan. *de feud. lib.* 1. *cap.* 1. Vult. *eod. tr. lib.* 1. *cap.* 14. Cum enim militaris res ſemper, & jam nunc quoque ampliſſima poſtulet virtutis præmia: ut quæ operam, & exercitationem requirit continuam, ac pro Reip. libertate concertare debeat. *Novell.* 116. Oldendorp. *de act. claſſ.* 5. *de client. action.* Igitur æquum eſt, ut de provinciis,

ciis, ſuo ſanguine partis, certa loca quoque eis perpetuò concedantur. Ferrar. Montan. *de feudis. lib.* 1. *cap.* 1. Reinking. *d. R. S & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *c.* 16. 24. *&* 25. Nihil enim Principis Majeſtate digniùs, quàm benè merentibus benefacere: *per l. pen. ff. de donat. inter vir. & ux.* Norderman. *de jur Principatus. theſ.* 88. *lit. A.* Ut qui clari ſunt meritis, dignitate quoque, & divitiis ſplendeſcant. Caſſiodor. *libr.* 2. *epiſtol. Reſcript.* 15. Vult. *de feudis. libr.* 1. *cap.* 14. Et hoc latè deducit Joan. Bapſt. Larrea *allegat. fiſcal.* 8. *num.* 16 *& ſeqq.* Quod probè animadvertit Imperator *Carolus IV.* in Aureæ Bullæ ordinatione, dum de Electoribus ita emphaticè ſcribit; *Horum enim præſidio, dextra Imperialis potentiæ roboratur*; **Mit welcher Hülff/ der Gewalt Keyſerlicher Macht/ geſtärcket wird.** Aur. Bull. *Carol. IV. tit.* 5.

6. *Tum (ſecundò,)* exinde viſum fuit Imperatoribus, beneficium Patrum, etiam in ipſorum *filios* propagatum, redditurum patres Reipublicæ longè amantiores, & ad obeunda pericula multò promptiores; Charitas enim liberorum, Parentes Reipublicæ longè amiciores reddit: ac propter affectum naturalem, Patres magis in liberis terrentur *per l.* 8. *D. quod met. cauſ.* Alber. Gentil. *de crim. Majeſt. diſput.* 7. *fol. m.* 129. Menoch. *conſil.* 99. *n.* 219. Ego, ad Martin. Rumelin. *Aur. Bull. part.* 3 *diſſert.* 4. *theſ.* 3. *fol.* 803. Ideò tantò magis Patres ad virtutis ſtudium excitantur, dum gratiam benefactorum non cum ipſis perituram vident, ut alibi Seneca ſcribit. Bachov. *ad Treutl. diſput.* 32. *theſ.* 1. *lit. K.* Nam fortiùs pugnabit pro Patria, & ne quidem occumbere, ſi opus eſt, recuſabit is, qui cogitaverit, ſibi mortuo, in beneficio ſucceſſuros liberos, in quibus etiam ipſe renatus, & ſibi quaſi

ſuperſtes futurus ſit. Vulrejus. *de jurisdiction. in præfat.* Non enim recuſabit mori pro Patria, in qua ſcit, ſe ipſum per Filios, & Succeſſores Feudi, renaſciturum, & ſibi quaſi ſuperſtitem, per ſanguinis Succeſſores, futurum. Paul. Pic. à Monte Pico *ad tit.* 14. *lib.* 2. *feud. n.* 2. Cunr. Rittershuſ. *de feudis. libr.* 1. *cap.* 12. *num.* 1. Præſertim, cùm ex tanta, in filios heredes tranſitura liberalitate, animadvertebant, eorum familias eò illuſtriores conſervari. Rarô enim fatô ſempiternæ potentiæ, juxta Tacit. *lib.* 3. *Annal.* Nicol. Vernul. *ad Tacit. lib.* 3. *Obſerv. Polit.* 12. *per tot.* Similia ferè de Franciæ Ducibus hereditariis, habent Girard. Sr. du Haillan. *de l' Eſtat & affaires de France l.* 4. *f* 329. *D.* Crediderunt præterea ſummi Principes, *cum Imper. Alexandro Severo*, hoſce Imperii Status & Proceres, ad tuendum orbem Chriſtianum, attentiùs militaturos, ſi ſua, & ſuorum jura & rura potiùs, quàm aliena, defenderent; De quo ita *Lampridius* ſcribit: *Sola* (inquit) *quæ de hoſtibus capta ſunt, limitaneis Ducibus, & militibus conceſſit, ita, ut eorum eſſent, ſi heredes commilitarent, nec unquam ad privatos pertinerent;* Dicens: *Eos attentiùs militaturos, ſi & ſua defenderent.* Lamprid. *de Alex. Sever. Imper.* Ammerbach. *in Epiſt. ad Zaſ.* Arniſæ. *de jur. Majeſt. lib.* 2. *cap* 4. *num.* 15. *fol.* 322. Balthaſ. Ayala *de jur. Bell. & jur. offic. bell. libr.* 1. Petr. Gudelin. *de feud. part.* 1. *c.* 2. *n.* 1. Joan. Bapt. Larrea *allegat. fiſcal.* 45. *num.* 6. 12. 13. *& ſeqq.* magis verò ad propoſitum *alleg.* 8. *num.* 16. *&* 17. Ubi tradit, quod Rex Hiſpaniæ, honore & præmiis afficiens Magnates, eos alacriores efficiat, ut quam promptè ſe ad pericula conferant. Ideo, cùm *Cunradus Salicus* Imperator, filios & nepotes, quorundam Comitum & Vaſallorum, ad ſucceſſionem paterni beneficii, admiſerat, eâ re (inquit *Wippo*, an-

*po*, antiquus Hiſtoricus) *militum animos admodum ſibi conciliavit.* Wippo *in vita Cunrad. Salic.* Nicol. Burgund. *de Elect. Bavar. fol.* 106. Rectè proinde *Theopompus* uxori, objurganti ſe, quòd Regnum liberis non ea Majeſtate, quâ poſſet, relicturus videretur, *Hactenus* (inquit) *majus, quod diuturnius.* vide Plutarch. *in vita Lycurg.* quod refert Paul. Buſ. *de Republ. lib. 2. cap. 7. num.* 4.

7. Quibus rationibus accedit *(tertiò)* quòd Comites, Barones, aliique Imperii Status hereditarii, *minùs ſævient* in Subditos, & minùs ſtudebunt corradendis opibus, omneſque dominandi cupiditates, & illecebræ exinde præcidentur, cum ſpem habeant, etiam *Liberos ſuos*, in ejusdem muneris dignitatem, ſibi ſucceſſuros, quàm qui eà deſtituuntur. Quod jam olim quoque tradidit *Cardinalis Cuſanus*: Ex ea cauſa temporarias dignitates, & provincias, ab Imperatoribus hereditario, & perpetuo jure, conceſſas fuiſſe, ut patres minùs avaritiæ ſtuderent, habentes, de ſucceſſione in officio, certitudinem; Et ut eorum ſubjecti, minùs tunc gravarentur per Patrem, quando & ipſis ſui poſteri præeſſe deberent. Card. Cuſan. *de Concord. Cathol. lib. 3. cap.* 28. Herm. Vult. *de jurisdict. in præfatione.* Cunrad. Rittershuſ. *de feud. lib. 1. c.* 12 *num.* 1. latè Reinking. *d. R. S & E. lib. 1. claſſ. 5. cap. 6. num.* 72. *& ſqq.* Confer huc quoque tradita à Rein. Reinec. *de Capitul. Cæſ th. 49. diſput. Baſil. vol.* 4. Proinde ſuadet *Thomas Campanella*, ad firmandam *Hiſpanorum* potentiam, ac ne tam vaſtum Regnum dilabatur, ipſi Regi, ut Barones cujusvis Regni Baronatibus remunerentur, qui poſtmodum, quaſi participes Regni, ſummâ operâ annitantur, ut illud, ſub Auſpiciis Regis ſui, tueantur; Semperque diligat viros præſtantes, & ad honores

 eve-

evehat. Multum enim *(ait)* adjumenti *Barones* Regi in hoc ferunt, quòd ſi expeditio aliqua, Baronum culpâ, minùs proſperè ſuccedit, confeſtim ope aliorum Baronum, & Statuum Regni, reparari poteſt. Id quod *Turca*, ex hoc defectu præſtare nequit, qui, ubi inſigni aliquâ clade affectus fuerit, protinùs viribus exutus, Barones nullos reſiduos habet, quorum operâ in integrum reſtituatur. Sicuti Darius ab Alexandro Magno, & Sultanus Ægyptius ſemel à Selymo, victus, prorſus ſuccubuit. Sunt verba Thom. Campanell. *de Monarch. Hiſpan. cap.* 14 *per tot. ac cap.* 30. *fol. m.* 290.

8. Conceſſionis hujus amplificæ poteſtatis ratio *(quartò)* & hæc eſſe poteſt, imperandi *ſecuritas*, & ipſorum imperatorum, unâ cum Provinciis, perpetua & *firma Pax* interna. Sapientiſſimus enim Imperator *Carolus M.* ex Superiorum temporum hiſtoriis animadvertens, Præſides, Duces, aliosque ſuperiores Magiſtratus, & Officiales, quos Imperatores Conſtantinopolitani Occidentalibus Provinciis præfecerant, ad ſeditiones concitandas, ad invadendas Provincias concreditas, & ad jus Imperatorium ibidem uſurpandum, ſemper fuiſſe pronos, & procliviores: Quæ tentandi aviditas creſcebat ex opportunitate, & minùs periculoſa occaſione diſtantiæ loci, & ſitus: Quippe cum hæ Provinciæ à ſede Imperatorum (quæ à tempore *Conſtantini Magni* Conſtantinopoli ordinaria fuerat) longè remotæ erant, ideoque auxiliaria armorum remedia eò tardiora incedebant. Didicerat exinde Imperator, haſce ſeditiones inteſtinas, & inde excitas turbas, dediſſe occaſionem Barbaris Gentibus, invadendi Imperium Occidentis, idque tandem penitùs abolendi; Sicuti ex hiſtori-

ſtoricis Scriptoribus à *Conſtantino M.* usque ad Imperatorem *Leonem* 4. pateſcit. Sigebertus *in Chron. ad An.* 802. Vide Sabellic. *in Rapſod. ennead.* 8. *lib.* 8. *paſſim*. Platina, *in vita Pontific. ſub Bonifacio & Leone.* Hoc malum præcavere deſiderans *Carolus Magnus*, reſtituto, & ſtabilito Occidentis Imperio, prudenti conſilio uſus, de jure Imperatorio, tàm quoad poteſtatem, quàm quoad reditus Provinciarum aliquid ceſſit (*arg. Novell.* 24. *in præfat.*) ſatius eſſe exiſtimans, Præſides & Gubernatores à ſe conſtitutos, omnibus cupiditatum illecebris præciſis, hanc poteſtatem in eos transferendo, arctiùs ſibi hoc modo devincire, quàm omnia abſolutè ſibi retinendo, ſingulis ferè momentis, de ſumma rerum periclitari: Penſitans, acrius eos militaturos, ſi ſimul etiam ſua defenderent; juxta Lampridium *in Alexandr. Sever.* ac Wipponem Hiſtoricum antiquum, *in vita Cunrad. Salic.* Reſervato ſibi jure directi Dominii, ac fidelitatis, cum ſervitiis militaribus, ſibi ab his, quibus utile dedit, præſtandâ; Interim ipſo Imperatore univerſaliter manente capite, & principe Imperii, à quo cæteri Principes, ceu Præſides perpetui, jura ſua regnoſcerent. Quò faciunt, quæ tradit Janus Douſa *in Annal. Hollandic. lib.* 5. *fol. m.* 216. 217. & 226. Hinc factum eſt, ut, cùm, ante *Carolum Magnum*, Imperium Romanum fuiſſet Monarchicum, idemque Monarchicè gubernatum, id quidem à tempore Caroli M. hucusque Monarchicum permanſerit, ſed cujus gubernatio ſit Ariſtocratica, quæ ab ipſo Statu Imperii eſt alia. Quam rationem optimè deducit Herman. Vult. *de jurisdict. in dedicat.*

9. Hæc (*quintò*) liberalis conceſſio perpetuæ dignitatis, in augmentum Imperialis dignitatis & gloriæ

imprimis vergebat. Quippe per hanc tàm munificam, & prolixam Imperatoris conceſſionem, Majeſtas Imperatoris, *magis honorabilis*, magisque ſtupenda quaſi, efficitur: juxta tradita Baldi *in cap. intellecto. n. 5. X. de jurejur.* Beſold. *de appell. cap. 2. §. 15. in fin.* Quantò enim quilibet præeſt majoribus, & dignioribus, tantò & ipſe major & auguſtior habetur, tradente Juſtinian. *in Novell. 15. in pr.* Bart. Chaſſan. *in Cathalog. glor. mund. part. 5. Conſil.* 19. Auct. Reſponſ. Civit. Fridberg. *punct. 15. num.* 13. Caſp. Klock. *de Contribut. cap 4. n. 23. & ſeq.* Nam ex dignitate ſubjectorum, prælucet Imperantis Majeſtas, poſt Afflict. Andr. Knichen. *de autocrat. Imp. Rom. cap. 1. num.* 319. Quod in Regibus Caſtellæ ſummopere laudat, & deducit Joan. Bapt. Larrea. *allegat. fiſcal.* 8. *n.* 16. *&* 17. Unde Carolum V. Imperatorem gloriatum fuiſſe, Hiſtorici referunt, ſe in aliis Regnis mancipiis & ſervis; in ſola verò Germania ſe Regibus imperare. Reinking. *d. R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 16. *n.* 73. *&* 24. Quod conſideratum quoque fuit in R. A. zu Speir/ *de Anno* 1570. §. alsdann auch/ in verbis: dem H. Röm. Reich zu Ehren und Wolfahrt. Quemadmodum enim ſpecificè Monetæ cudendæ Jus & Regale, Imperator Statibus Imperii, in honorem dignitatis conceſſit; Ita quoque revera de aliis ſuperioritatis juribus dici poteſt. vide quoque Beſold. *d tr. de apellat. cap.* 2. §. 15. ac latè Bernhard. Zieriz. *d. Principum prærogativ.* ap. Arumæ. *vol.* 1. *diſcurſ Iur. Publ.* 34. *fol. m.* 1073.

10. Et hæ *(pro ſexto)* Imperatorum Donationes, & Largitiones Ducatuum, Comitatuum, Viris de Imperio R. G. benè meritis, eorumque poſteris, hereditario jure factis, eò inſuper favorabiliores fuere, & eò

luben-

Iubentiùs ab utrisque conceſſæ, & impetratæ, quòd tali munificentia nihil aut certè parum, Imperio R. G. decedebat, aut de poteſtate Imperatorum quippiam imminuebatur; Quoniam plurimæ Provinciæ, & Diſtrictus, Viris ſtrenuis in feudum, cum titulo Ducatus, Comitatus, aut Marchionatus, datæ fuerunt, quæ ope, & operâ, manu militari ipſorum Ducum ac militum veteranorum, Hoſtibus Imperii ereptæ & è quibus Barbari ejecti erant. In quarum tutelam neceſſariò tàm ſtrenui Viri requirebantur, quò Romani Imper. pomeria ab hoſticis incurſionibus, ſemper ſarta tecta permanerent. Jan. Douſa. *in Annal. Holland. l. 5. f.* 217.

11. Et hoc Imperatorum inſtitutum, Exteri quoque Reges, ad firmandum ſibi, & ſuo generi, & ſuæ Genti Imperium, ſecuti ſunt; Qui Illuſtribus Viris ſuæ Gentis, devictarum terrarum dominia, jure hereditario, contulerunt. Nam de *Daniæ Regibus* tradunt Hiſtorici, *Buſirium*, quendam ex Daniæ Nobilibus, Regi *Waldemaro* dixiſſe, dum Comitum, filium ſuum, in conſortem Regni, aſſumere volebat: Quoniam Rex dignitatem Regiam, quæ hactenus Procerum electioni ſuberat, hereditariam facere inſtituis; ſi in proximos beneficio impenſo perpetuitatem induxeris, tibi in reliquum obligatiores efficeres, ut ad liberos quisque ſuos adminiſtrationem acceptam transmitteret, tradente Albert. Cranz. *Hiſtor. Daniæ. c. 24. lib.* 6. Eâdem ratione in *Hiſpania*, *Henricus II.* Caſtilliæ Rex, cùm ſpurius eſſet, eoque Regnum ſibi, & ſuæ poſteritati, firmaret, Barones, & Proceres Regni, magnis dominiis donando, condecoravit, ex quo turbulento tempore, Nobiles & Barones Hiſpaniæ valdè ditiores, & potentiores

res effecti ſunt, non ſine Regiæ coronæ diminutione. Roderic. Sanctius. *hiſtor. Hiſpan part.* 4. *c.* 19. Ita quoque in Annalibus *Burgundiæ* legimus, *Clotarium II.* Francorum Regem, quò ſibi animos Burgundiorum conciliaret, nevè deſiderio Regum ſuorum ampliùs tenerentur, Duces in Burgundia, & Auſtraſia creaſſe, eâ lege, ut revocari ampliùs non poſſent, ac in hiſce dominiis, & Ducatibus ſucceſſiſſe Filium Patri Vernario Godinum, in quo finem Duces illi acceperunt Paul. Æmil. *de Reb. geſt. Franc. lib.* 1. Quæ & ſimilia exempla refert quoque Vincent. Cabot. *diſp. jur. Civil. lib.* 2. *c.* 30.

12. Pari modo *in Francia* Reges, jam ante Capetum, Duces Nortmanniæ, Comites Flandriæ, Tholoſæ, & alios conſtituerunt, qui dignitates & beneficia ſua ad poſteros ſuos transmittebant. Cabot. *dict. lib.* 2. *c.* 30. *fol.* 394. Quod ſimili modo Capetum ipſum conſtituiſſe, & ex beneficiis temporariis, perpetuos effeciſſe, tradit Franc. Hotoman. *de Franco Gall. c.* 16. Conan. *lib.* 2. *Comment. cap.* 9. Similia ferè de Ducibus, & Comitibus Galliæ, refert, Girard. Sr. du Haillan. *de l' Eſtat & affaires de France lib.* 4. *fol.* 329. *B.* Idque poſt mortem Caroli Regis ſimplicis, paſſim in Gallia introductum fuiſſe, teſtatur Pithoæus *tr. de Palat.* In Germania verò, dignitates haſce ſeriùs hereditariè fuiſſe conceſſas, tradit Henr. Meibon. *tr. de pagis Saxon. in pr.* Joan. Douza. *in Annal. Holland.* quos refert Joan. Gryphian. *de Weichbild. cap.* 13. *n.* 7. Ad exemplum quoque Otthonum Imperatorum, Angliæ *Rex Henricus II.* militibus ſubjugatam Hiberniam, illis ipſis diſtribuit, & quidem jure hereditario conceſſit, qui in ipſa expugnatione, tanquam belli Duces, ſtrenuè operam impende-

penderunt; Quorum agmen ducit *Richardus*, cognomine *Strongebovv*, Comes StrigulIæ, dictus ab aliis, Pembrochiæ, atteſtante Jacob. Waræo. *Eq. arm. in tr. de Hibernia ejusque antiquit. cap. 27. per tot.* Idem *Henricus II.* Rex, *Hugoni de Lacy* ſuo Generali exercitus contra Hibernos, ob ſtrenuè navatam operam militarem, dono dedit terram de Midia, in Hibernia, cum omnibus regalibus ibidem recenſitis in Diplomate Regio jure perpetuo ad Heredes tranſituram; Quod diploma refert modo dictus Waræus *in dict. tr. cap. 27.* *Malcolmus II.* Scotiæ Rex, Anno 1004. per donationem, ſeu potiùs contractum mutuum, (qui Synadeyma continet) omnes Scotiæ Ditiones, & provincias ſuis Militibus diſtribuit, ut ſint ejusdem Vaſalli, eidemque præſtent obedientiam, ſervitia militaria, tutelam & cuſtodiam. Ita enim legitur *in c. 1. Legum. Malcolmi II.* Dominus Rex Malcolmus dedit & diſtribuit totam terram Regni Scotiæ hominibus ſuis, & Vaſallis; Et nihil ſibi retinuit, niſi *Regiam Dignitatem*, & *Montem Placiti in villa de Scona*, (quo in loco jus dicere, & homagia, & ſervitia militaria recipere poſſit;) Et ibi omnes Barones ſibi conceſſerunt *Wardam*, & *Relevium* de hereditate cujuscunque Baronis defuncti, ad ſuſtentationem Regis, id eſt, ad ſervitia militaria, & certam pecuniæ ſummam. Ita Joan. Skeneus *in tr. de Reg. Majeſt. Scot. tit. de leg. Malcolm. 2. cap. 1.* *ubi notata ejusdem Skenei.*

## CAPUT XII.

## *De Eccleſiaſticis Imperii Statibus, eorumque origine.*

### SUMMARIA.

1. *Impp. liberalitas pedetentim ad Epiſcopos, Abbates & Clericos quoque tranſivit.*

2. *Quod ex hiſtorica Germanorum antiquitate pateſcit.*
3. *Vnde politicis negotiis aſſueti, varia territoria, cum poteſtate ſeculari, facilè obtinuerunt.*
5. *An Epiſcopi hanc ſecularem à Carolo M. acceperint?*
4. *Caroli M. tempore, nullus Epiſcoporum, in ſubſcriptione literarum, Principis titulo utebatur, ſed eundem ſecularibus Magiſtratibus relinquebat.*
6. *Epiſcoporum conditio ſub Ludovico Pio Imperat. Caroli M filio.*
7. *Sub Imperat. Carolo Craſſo, titulum Principalem, verùm ſine re, Principatu & territorio, habuerunt.*
8. *Ducis vel Comitis nudâ appellatione, nemo ſtatim Dux, vel Comes fit, nec ſuperioritatem territorialẽ acquirit.*

QUamvis Epiſcopi, quatenus Epiſcopi, per ſe non habeant *Iurisdictionem* ſecularem, aut aliam aliquam politicam dignitatem; ſicuti hoc jure Canonico expeditum eſt, per *cap. Lator. 5. X. qui fil. ſint legitimi. t. t. x. Ne Cleric. vel Monach.* Wintzler. *de jurisdict. Epiſcop. Germ. tit.* 20. Thom. Michael. *de jurisdict. concl. 5. ſub lit. A.* Eraſm. à Chockier. *tr. de advoc. quæſt.* 47. Daniel Haid. *in Apolog. prælim. 3. f.* 16. *ubi latiùs diſſerit.* Attamen usque huc enarrata Imperatorum auguſta liberalitas ſecularis poteſtatis, territorii cum dignitate, in præcipuis Germanorum Nobilibus terminata non fuit, ſed ſucceſſu temporis, pedetentim ad *Epiſcopos, Abbates, & Clericos* quoque tranſivit. Ratio autem & cauſa erat veterum Principum devotio & Zelotypia in Religione, qui omnia tùm demum rectè proceſſura credebant, ſi Religionis Antiſtites ſuis conſiliis præſentes haberent, inquit Petr. Heig. *lib. 1. quæſt. illuſtr.* 4. *num.* 61. latè & eleganter Schüz. *in jur. Publ. diſput. 8. th. 6. lit. A.* Matth. Stephan. *de jurisd. lib 3. part. 1.*

c. 14.

*c.* 14. *num.* 16. Laurent. Ohm. *de jur. Epiſcopal. th.* 19. *lit. B.* Chriſt. Beindorf. *de Roman. Germ. Imper. Archiep. Epiſcop. theſ.* 98. *apud Arumæ.*

2. Nam in antiquis Germaniæ Annalibus ita legimus: *Carolus M. & Ludovicus*, Aquis Palatium, quod tunc ſedes primaria Franciæ erat, petentes, ſequenti verò die, quid conſultiùs de populo ac Regno, à fratre relicto, agendum videbatur, deliberaturi; Et primò quidem viſum eſt, ut rem *ad Epiſcopos & Sacerdotes*, quorum aderat maxima pars, conferrent; Ut eorum conſultu, velut numine divino, harum rerum exordium atque authoritas proderetur. Et hoc illis, quoniam meritò ratum videbatur, commiſſum eſt. &c. Solito more ad Epiſcopos, Sacerdotesque rem referunt, ut, quocunque divina authoritas id vertere vellet, nutu ipſius libenti animô præſtò adeſſent. Nithard. *in Chron. lib.* 4. *à princip. fol. m.* 476. apud Pithoæ. Quod ex eo formaliter quoque refert Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 15. *fol.* 8. *A.* Quod ſequentes quoque Imperatores, & Reges Franciæ peregerunt, adeò, ut indies magis magisque Epiſcopos ſecularibus negotiis ſeſe immiſcuiſſe, legamus apud Frodoard. *in Chron. Franc. ad Annum* 923. *& ſeq. paſſim.* Rationes, cur hoc ab Imperatoribus factum fuerit, recenſet quoque Card. Cuſan. *in Concord. Cathol. lib.* 3. *c.* 27. Arumæ. *de Comitiis cap.* 4. *num.* 98. Patet enim ex hiſtorica Germanorum antiquitate, quòd Eccleſiaſtici, bey den Fränckiſchen Keyſern / in den allgemeinen Reichs-Verſamblungen / (da man von Religions-Sachen / guter Policey / und Diſciplin, berathſchlagt) mit / und neben den Reichs-Officieren, und Ständen / Seſſion, auch die obriſte

Stelt/ Stimm/ und Sitz/ nach dem König gehabt. Auch unter dem complexu verbi, *(Principum Regni)* begriffen geweſen. Quod latiùs enucleat Daniel Heider *in Actis Lindav. lit. RR. fol.* 586. Ac Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 15. Adeò, ut vix ullum bellum ſuſceptum, vel prælium commiſſum fuerit ab Imperatoribus, & Regibus Francicis, cui Epiſcopi non interfuerint, qui ſimul arma quoque gerebant. Sicuti pluribus conſtat ex Frodoard. *in Chron ad Annum* 925. *& paſſim.* Idque inter antiquas Eccleſiæ Gallicanæ querelas, latiùs recenſet Joan. Fileſac. Theolog. Pariſ. *in opuſc. tr. de Eccleſ. Gallican. querel. fol. m.* 870. *& ſeq. ac de authorit. Epiſcop. c.* 4. §. 4. *fol. m.* 143. De qua Germanorum devotione, & reverentia erga Clericos, jam olim teſtati fuere Jul. Cæſar. *lib.* 6. *de Bell. Gallic.* Item Tacit. *de Morib. German. dum ait, cap.* 11. *Vt turbæ placuit, conſident armati, ſilentium per ſacerdotes, quibus tùm & coercendi jus eſt, imperatur. Et cap.* 7. *Cæterum neque animadvertere, neque vincire, neque verberare, niſi Sacerdotibus permiſſum: Non quaſi in pœnam, nec Ducis juſſu, ſed velut* Deo *imperante.* Jodoc. Willich. *in Comment. de moribus German.* Qui mos per tot Imperatores Francos ad Caroli M. tempora usque, facilè perduravit. vide Arumæ. *de Comit. c.* 4. *num.* 98. *& ſeqq.* Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 15.

3. Sanè præfati Epiſcopi Germaniæ, politicis negotiis indies aſſueti, unde & ipſi, circa honorum aucupia, ſolliciti, ut conſilio ſuo, erga Imperii utilitatem, alacriores fierent. *(Ac quo etiam cæteri promptiores ad obſequium Imperiale conſurgerent)* varia territoria, diſtrictus, feuda, Comitatus, cum pertinentiis, ac poteſtate ſæculari, Religionis ſpecie in ambitionem delapſi, im-

perialī

periali liberalitate facilè obtinuerunt; Quemadmodum hanc cauſam, in Diplomate conceſſionis juris territorialis, *Leoni Epiſcopo Vercellenſi*, Anno 999. dato ipſe Imperator *Ottho III.* enarrat in verbis: *Ottho Imperator, donavit Leoni Epiſcopo, & omnibus ſuis ſucceſſoribus, in perpetuum, totum Comitatum Vercellenſem in integrum, cum omnibus Caſtellis, villis, piſcationibus, venationibus, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumq; decurſibus, & cum omnibus publicis pertinentiis, cum mercatis, cum omnibus teloniis, cum omnibus publicis functionibus: adeò, ut liberam habeant poteſtatem, Placitum tenendi, Legem novam faciendi, omnemque publicam redditionem habendi, exigendi, ſecundùm propriam voluntatem, & poteſtatem judicandi: Quia omnem poteſtatem, & dominium publicum, quod ad Nos pertinuit, in poteſtatem, & dominium S. Vercellenſis Eccleſiæ, & Leonis noſtri Epiſcopi, & omnium ſibi ſucceſſorum dedimus, largiti ſumus, & omnino conceſſimus in perpetuum.* Quod refert Refutator, deß Reichs Vogts Diſcurſ. *fol.* 3. Eandem quoque & Præfato Diplomati fere ſimilem donationem perſcripſit Pontifex *Paſchalis* 2. An. M. CXI. ad Imperatorem *Henricum V.* dum ait: *Prædeceſſores veſtri, Eccleſias Regni ſui, tantis Regalium ſuorum beneficiis, ampliarunt, ut Regnum Epiſcoporum maximè, & Abbatum Præſidiis, communirent.* Quod refert Melch. Goldaſt. *in Conſtit. Imper. latin. tom.* 1. *fol.* 255. §. 4. Vide omniuo Zierez. *de ſeſſ. prærogat.* Inprimis verò Schüz. *in jur. publ. diſſert.* 8. *theſ.* 6. *lit. A.* Quod meliùs & clariùs eluceſcit ex literis reverſalibus Pontificis *Calixti II.* Imperatori *Henrico V.* An. M. CXXII. traditis: Ubi Pontifex Maximus ingenuè ſpopondit, imò ſtipulatus eſt hiſce formalibus: *Epiſcopus, aut Abbas, Teutonici Regni Regalia, per ſceptrum, à Te recipiat, & quæ ex his tibi debet, faciat; Ex aliis verò partibus*

*Imperii conſecratus, infra ſex menſes, Regalia per ſceptrum, à Te recipiat. De quibus verò mihi quer imoniam fecerit, ſecundum officium meum, debitum auxilium præſtabo.* Quod refert Abbas Urſpergenſis *in Chron. ſub. Henr. V. fol. m.* 204. Et hoc latiùs deducit Dan. Haid. *in Apolog.* der Reichsvögt. *cap.* 2. *fol.* 130.

4. Cæterum ſecularis poteſtatis & dignitatis originem, & primævam largitionem, vix eſt, ut Epiſcopi & Clerici Imperii Roman. Germanici, *Carolo M.* acceptam ferre poſſint: Caroli enim Magni conſuetudo non fuit, integras provincias cum Imperio Eccleſiis donare, ſed pecuniam tantùm & mobilia, quandoque etiam prædia, ex quibus Epiſcopi & Presbyteri ſeſe ſuſtentare poſſent. Ita prædam in Pannonia in bello Hungarico repertam per Epiſcopos & Monaſteria, liberaliſſimâ diviſione diſtribuit Eginhard. *in vita Carol. M.* apud Juſt. Reuber. Herm. Contract. Suev. *in Chron. fol.* 129. *ſub Anno* 800. Ita in teſtamento, ſive codicillis, aurum, & ſuppellectilem ſuam, Eccleſiis diviſit; quod videſis apud modo dictum Eginhard. *in vita Caroli M. in fine.* Lindenbrog. *in Chron. Carol. M. f.* 146. Joan. Gryphiand. *de VVeichbild. cap.* 28. *n.* 9. *&* 10. latè Andr. Knichen. *in Encyclop. Brunſ. cap.* 1. *num.* 157. *& ſeqq.* Hinc *Vadianus* ſcribit: *Donarunt quidem etiam Reges Franciæ (Monaſterio S. Galli) ſed perparcè, nec expreſſa ullo diplomate, aut ullis chartis indicata, ante Ludovici Pii tempora.* Vadian. *de Colleg. & Monaſt. German. lib.* 2. *fol.* 52. 70. 73. *& paſſ.* Et latè hoc refert Dan. Haider. *in Act. Lindav. lit. tttttt fol.* 853. Idem & ſimilia de ſucceſſoribus Regni Franciæ, præſertim de Rege Rudolpho conteſtatur Frodoard. *in Chron. ad Annum* 924. Ac nullus extitit Epiſcopus, aut Abbas,

in Imperio Romano Germanico, qui de ſeculari poteſtate & jurisdictione territoriali *à Carolo Magno* obtenta, fundamentali demonſtratione gloriari poſſit; Sondern ſie haben auch/ noch lange Zeit nach Carolo Magno ihre Schirmherrn/ und Kaſtenvögt gehabt. Omnia enim Monaſteria, tum temporis, ſuos habuerunt *Advocatos*, itaque non abſolutè, ut Principes in ſecularibus, ſui juris fuiſſe, certum eſt, prout refert Joan. Stumpff. *in Chron. Helvet. tit. de Turgav. lib. 5. c. 3. fol. 55. verſ.* 292. & cum eo Daniel Haider. *in act. Lindav. fol. 52. lit SS.* Mart. Mager. *de Advoc. Armat. cap. 7. n.* 300. Hoſpinian. *de Orig. Monach. lib. 4. cap.* 21. Latè idem Dan. Haid. *in Apologia* der Reichsvögt. *monit. prælim. 3. f.* 17. Quamvis diſſentiat Theodor. à Niem. *de jur. Imperat. fol.* 804. apud Schardium. quem refutat Gryphiand. *de VVeichbild. cap. 29. num. 5. & ſeq.* Siquidem ipſe *Carolus M.* Eccleſiaſticis perſonis, Protectores, Comites, & Magiſtratus, juſtitiam adminiſtrantes, eosque protegentes, illis adjunxit. teſte Aimon. *lib. 4. Hiſt. Franc. cap.* 1. Meibom. *ad VVitichind. fol. m.* 116. & 117. Cujus inſtitutum filius quoque, *Ludovicus*, ſequutus eſt, ac ſingulis Epiſcopis Comites aſſociavit. Anſegis. *hiſtor. lib. 2. cap. 6. &* 25. Vadianus *in Alamann. tom. 1. fol.* 131. *ac tom. 3. fol.* 15. Knichen. *de jur. territ. cap. 1. num. 14. &* 15. Daniel Haider. *in diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. Nn. fol.* 61. Idque per plures annos, in Regno Franciæ, perduravit. Vide Frodoard. *in Chron. ad Annum* 926. *& paſſim.*

5. Præterea nullus iſtius ſeculi hiſtoricus reperitur, qui Epiſcopos, vel Abbates, in ſpecie, Fürſten/ ſeu Principes: ſed ſolummodo *Summos Rontifices*, *Pontifices. Epiſcopos, Præſules, Abbates, Parochos,* & *Sacerdotes* vocârit.

Fro-

Frodoard. *ad dictum Annum* 926. *& ſeqq.* *Caroli enim M.* tempore Epiſcopi vox uſitatior erat, quemvis Presbyterum deſignans. Gryphiandr. *de VVeichbild. cap.* 29. *num.* 11. Nec quiſquam, tum temporis Epiſcoporum in ſubſcriptione literarum, *Principis titulo* uti præſumebat, ſed eundem ſecularibus Magiſtrabus relinquebat. Lehman. *in Chron. Spirenſ. libr.* 2. *c.* 16. *fol.* 80. *col.* 2. Daniel Haider. *in dict. Act. Lindav. fol.* 586. *lit. rr.* Præterquam, quòd de Binis hiſce Clericis nominatim Hiſtorici tradunt, ſcil. *Richardum, Herbipolenſem Epiſcopum*, à *Pipino*, Caroli M. Parente, ad terrendos, & diſtringendos contumaces, *Ducem Franconiæ* ſalutatum fuiſſe. Hiſtor. Eccleſ. Madgdeb. *cent.* 8. *cap.* 10. Eidem quoque rem divinam facienti, evaginatum in altari gladium, ante ſe ponere, conceſſum fuiſſe, tradit Kranz. *in Metropol. proœm. & lib.* 1. *cap.* 9. Mart. Mager. *d. tr. cap.* 7. *num.* 303. *&* 308. Beſold. *in theſaur. pract. verb.* Würtzburg. *Abbatem item Hilarimontanum, ſeu Campidonenſem*, jam à Carolo M. Comitatum Campidonenſem, (qui antea proprium Judicium Provinciæ; ein eygen Landgericht / habuit) cum omnimoda jurisdictione territoriali accepiſſe, refert. Bruſch. *de Origin. Monaſt. lib.* 4. *cap.* 21. Kranz. *in d. tr. de Metropol. in proœm.* Beſold. *latiùs in Theſaur. Pract. lit. A. verb.* Abbt. *num.* 11. Unde communes iſti verſiculi orti:

*Herbipolis ſola judicat enſe & ſtola,*
*Campidona ſola judicat enſe & ſtola.*

Quos recenſet Martin Mager. *d. tr. c.* 7. *num.* 304. ac hoc poſt eum Dan. Haid. *d. Act. Lind. f.* 52. *lit. RR. ac in Apolog. prælim.* 2. *fol.* 12. Succeſſu temporis Ottho I. Imp. prædam bellicam Clericis dono dedit, aliasque regias villas Epiſcopis conceſſit. Carol. Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 7. Megiſer. *in Chr. Car. f.* 658.

6. Quam-

6. Quamvis autem Caroli M. filius, *Ludovicus Pius*, patris ſucceſſor in Imperio, ob maximam in Religione devotionem, & venerationem erga Clerum, ipſis Epiſcopis aliisque Præpoſitis Eccleſiarum, certos fundos & reditus aſſignaverit, eosque cum titulo Principis condecoraverit, de quo Helmold. *libr.* 1. *hiſtor. cap.* 4. ita ſcribit. *Ludovicus Pius, maximâ liberalitate erga Dei cultum uſus, in tantum, ut Epiſcopos, qui propter animarum Regimen, Principes ſint cœli, ipſe eosdem nihilominus effecit Principes Regni.* Quin & *Gothofredus Viterbienſis* nominatim recenſet, quibus donariis & Regiis villis Epiſcopos mactaverit. Ita variis verſiculis enarrat *in Chron ſub Ludov. Pio. part.* 7. Dan. Haider. *in apolog. prælim.* 2. *fol. m.* 15. Adeò quidem, ut Epiſcopi & Abbates Regni Franciæ, tanquam proceres Imperii, *Ludovico II. & Carolo Calvo* Imperatoribus, in Regiminis ingreſſu Sacramentum fidelitatis præſtare, obligati eſſent: ſicuti conſtat ex Anni DCCCLXXIII. præſtita formula profeſſionis Epiſcoporum in verbis: *Quantum ſciero & potuero, adjuvante Domino, conſilio, & auxilio ſecundum meum miniſterium, fidelis ero, ut Regnum, quod vobis Deus donavit, vel donaverit, ad ipſius voluntatem, & ſanctæ Eccleſiæ, ut debitum Regium honorem veſtrum habere, obtinere, & continere poſſitis.* Author Proclam. *Reg. Caroli apud Pithoæ. fol. m.* 509. Hinc tamen minimè inferri poteſt, quòd Eccleſiaſtici à prædicto Ludovico Pio, cum titulo, *etiam Regalia, omnemq; Iurisdictionem territorialem*, in fundis & diſtrictibus ſimul obtinuerint, ac cum effectu Principes Imperii extiterint, prout cenſet Cacheran. *deciſ.* 30. *n.* 5. & 6. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.* 3. *part.* 1. *cap.* 14. *num.* 16. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 125. Dan. Haider. *dict. l. pag.* 16. Aut, quòd de univerſa jurisdictione, inſtar Laicorum Principum,

cipum, inveſtiti fuerint; ut ſcribit Cranz. *lib.* 1. *Metropol. cap.* 23. Paurmeiſt. *de juriſdict. lib.* 1. *c.* 20. *num.* 10. Sed pro Præſidibus Provinciarum haberi cœperint, ut tradit Hotoman. *conſil.* 24. *num.* 8. Heig. *quæſt. illuſtr.* 4. *num.* 54. *lib.* 1. Höpping. *de jur. Protect. th.* 50. *in not. lit. C.* quos ſequitur Mart. Mager. *d. tr. cap.* 7. *num.* 320. & *ſeqq.* Caſpar. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *num.* 149. Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. B. verb.* Biſchoff. *n.* 62. Ac quamvis hoc aſſerat & deducere conetur Refutator des Reichsvogts. Diſcurſ. *§.* 1. *per tot.* Hoc tamen ita abſolutè, & tàm pingui modo minimè admitti poteſt. Nam etſi quidam ex Epiſcopis illius ſeculi, *Principis titulo* condecorati, & honoris gratia ita ab Imperatore vocati fuerint, nullum tamen Ducatum, aut Comitatum, cum ſuperioritate & Jurisdictione ſeculari, ſimul obtinuerunt, id quod pluribus antiquitatis teſtimoniis enucleat Chriſt. Lehman. *Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 16. *fol.* 80.

7. Proinde Imperator *Carolus Craſſus*, in Conſtitutione de expeditione Romana (à Marquar. Frehero *Commentariolo illuſtratâ*) Eccleſiaſticos Antiſtites primarios, *Spirituales Principes* nominat. Ideoque titulum Principalem habuerunt, attamen ſine re, Principatu, & territorio. Ac benè dici poteſt, Epiſcopos eo tempore ſecundum tantùm dignitatis cingulum uſurpaſſe; juxta *Art.* 3. *libr.* 1. Sächſ. Landrecht. Laurent. Ohm. *de jur. Epiſcop. th.* 10. Joan. Gryphiand. *de VVeichbild. c.* 29. *num.* 13. Vide tamen Diploma Ludovici I. Regis, apud Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 5. *num.* 110. Unde *Vadianus* ſcribit; Quod Redes, & Imperatores Francorum, & Germanorum, in concedenda & donanda jurisdictione ſeculari, etiam *Baſſa* (ſicuti vulgò vocatur) die Nider-

gericht-

gerichtliche Obrigkeit/ Cathedris Epiſcopalibus, & Monaſteriis penitùs abſtinuerint. Et hoc optimâ ſanè *Ratione & intentione*: Vetus enim & mediæ ætatis Religio, longè maximè ab Imperio, & ſanguinis judicio abhorruit. Quod etiam oppida pleraque Germaniæ multis ſeculis fecerunt. Vadian. *in Epiſtol. obſcur. verb. ſignif.* apud Goldaſt. *in Antiquit. Aleman. tom. 2. part. 1. fol. m* 84.

8. Equidem in Jure certum eſt, quòd titulus Dignitatis, puta *Principalis*, *Comitialis*, Territorium ac ſuperioritatem, non illico inferat. Nam ſi, vel Papa aliquem, ſub titulo cujuslibet dignitatis, etiam *ex certa ſcientia*, verbo, conſtitutione, vel literis nominet, honoret, aut tractet; non videtur ei illam dignitatem conferre nec novum jus tribuere. per Clem. *ſi Pontifex III. de ſentent. excommun.* text. *in cap.* 51. *ſi Papa.* 10. *de privileg. in* 6. Quod pluribus deducit Fab. de Anna. *conſil.* 66. *num.* 17. *& ſeqq.* quem ſequitur Daniel Haider. *in Act. Lindav. fol.* 587. *lit. RR.* Quemadmodum & Ducis, vel Comitis nominatione, per nudam denominationem, nemo ſtatim Dux, vel Comes fit, nec ſuperioritatem territorialem, hac appellatione, acquirit, per text. *in Clem. ſi ſummus. de ſent. ex comm.* uti reſpondit Ludolph. Schrader. *conſil.* 15. *num.* 8. *lib.* 1. Tiraquell. *de nobilit. cap.* 6. *num.* 24. Adrian. Gylman. *Symphor. tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 30. *num.* 102. Et latè hoc deducit Dan. Haider. *in dict. Act. fol.* 387. Prout etiam hodie in *Italia*, & alibi paſſim Epiſcopi, *Abbates*, & Canonici, nudo titulo, absque ulla præbenda, vel diœceſi reperiuntur; Qui vocantur Epiſcopi nulla tenentes, Abbates titulares, Canonici in herba præbenda tenentes. Et de eis dici poteſt, ut de Rege taxillorum ludi, de Cardinalibus de Ravenna, & de Doctoribus absque

 lege,

lege, in quibus ſunt nomina, abſque juris effectu; Sicuti ſcribit Don Garſia Maſtrill. *de Magiſtrat. lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 8. *& ſeqq.* vide Aſcan. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſp.* 12. *quæſt.* 1. *&* 2.

## CAPUT XIII.

### *De Conditione Epiſcoporum, & Abbatum, ſub Otthone M. à quo principalem poteſtatem cum territoriali Iurisdictione, habere incæperunt.*

SUMMARIA.

1. *Sub Arnulpho & Filio ejus Ludovico, Oppida, Vici, & Ducatus, Epiſcopis permittebantur.*
2. *Bruno Archiepiſc. Colonienſis, Ducatum Lotharingiæ, cum ſeculari poteſtate obtinuit.*
3. *Eadem jura Giſlerus Epiſcop. Magdeburgenſ. ab Otthone I. Imperat. conſecutus eſt.*
4. *Horum exemplo alii Eccleſiaſtici Viri, ad adquirendam hanc poteſtatem alliciebantur.*
5. *Cujus inſtituti ratio & Teſtimonium affertur.*
6. *Succeſſores Otthonis I. hujus exemplum imitati ſunt.*
7. *Hæc jura poſtmodum ſenſim ad Abbates fuere devoluta.*
8. *Abbatiſſæ quoque ejusmodi juribus honorabantur.*
9. *Abbatiſſæ* in Ober und Nider Münſter / *poſteriori ævo, cum ſeculari etiam poteſtate dotatæ fuerunt.*

POrrò, lapſis Francorum rebus, præſertim poſt Imperatorem *Arnulphum*, & Filium ejus *Ludovicum*, ita largæ factæ ſunt Principum donationes, ut oppida etiam, & vici Epiſcopis concederentur, & Ducatus quoque Epiſcopis permitterentur. Vadian. *de Colleg. & Mona-*

*Monaſter. lib. 2. fol.* 94. *in princip.* apud Goldaſt. *in Aleman. Scriptor. tom.* 2. Imperator enim *Ottho Magnus*, ut ante erga ſeculares Principes & Comites, pariter ferè auguſtali largitione, Epiſcopis quoque aliisque Imperii Romani Præſulibus, omnium primò jurisdictionem ſecularem territorialem cum Regalibus, concedere primùm cepit. Sicuti apparet ex Diplomatibus ab Henric. Meibomio congeſtis *in VVitikind. annal.* Reiner. Reinec. *ad annal. Carol. Magn. lib.* 4. *f.* 63 Ac *de Saxon. origin. fol.* 14. Et hoc ex Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 15. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 9. *num.* 3. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 1. Philipp. Knipſchilt. *de jur. Civit. Imp. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 9. Dan. Heider. *in apolog. prælim.* 4 *fol. m.* 34. Contrarium teſtimonium Leodienſis Abbatis *Hiſtoriæ*, *& Modoalti Tuverenſis Epiſcopi*, refert Herm. Conring. *de Epiſcop. German. fol.* 169.

2. Et quidem *Bruno*, *Archiepiſcopus Colonienſis*, Otthonis I. Imperatoris Frater, Vir vitâ, moribus, & genere, totus nobils, (ut eum *Theodor. de Niem. de vocat.*) indultu Cæſaris, primus ex Eccleſiaſticis Germanis, Ducatum Lotharingiæ, cum Diœceſi Colonienſi, ſimul cum ſeculari poteſtate obtinuit, ac pariter judicio gladii temporalis, & Regimine baculi paſtoralis uſus eſt; Quod inſtitutum teſtatur Witikindus hiſce formalibus: *Henricus Imperator, filium habuit tertium Brunonem, quem ſummi Pontificis, & Ducis magni, vidimus officium gerentem.* Witichind. Monach. *libr.* 1. *annal. fol.* 10. ubi Meibomius, Qui ad verba: *tertium Brunonem*, ulteriùs adjicit: Colonienſem Archiepiſcopatum indeptus eſt Anno 953. quâ dignitate non contentus, poſt quinquennium Ducatum Lotharingiæ, à fratre Auguſto, ſibi com-

mitti paſſus eſt, *Inſolens hoc erat, ut nunquam ante in Germania auditum.* Quod latiùs perſequitur Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib. 4. cap. 3. fol. 273. cap. 2.* Et de hoc Brunone mentionem quoque facit Paul. Æmil. Veron. *hiſt. Franc. lib. 9.* Theoder. de Niem. *de privil. & jur. Imper. fol. 812. inter oper. Sim. Schard.* Unde additionator ad Witichindum Meibomius ſcribit in eodem loco: *Exemplum Brunonis ſecuti ſunt poſtmodum, ex Prælatis, alii quoque; Qui, religione neglectâ, deſertâve, ad dominatum & imperium ſeſe converterunt*, ſimiliores facti Satrapis, quàm Sacerdotibus. Meibom. *ad VVitichind. annal. fol. m. 54.* Veruntamen, quàm malam gratiam, fratri Otthoni, retribuerit hic Bruno, refert Dithmar. *lib. 2. Hiſtor.* Georg. Fabric. *de origin. Saxon. lib. 3.*

3. Idem de *Otthone I.* Imper. & Epiſcopo *Magdeburgenſi*, Gislero, *in Chron. jur. VVeichbild* præmiſſo, legitur: **Nach ihme (das iſt / Biſchoffen Alberten den Erſten) ward ein Biſchoff genant / der Giſeler. An denſelben begůnten die Biſchőff weltliche Gericht zu haben/und zurichten. Und das fieng erſtlich an ſein Bruder** Bruno, **zu Cőlln / und Biſchoff Giſeler zu Magdenburg/ befahl Keyſer Otto das Hertzogthumb an der Elb zu Scharthaw.** i. e. Poſt hunc (ſcil. Epiſcopum Albertum primum) Epiſcopus creabatur; dictus Giseler. Dehinc Epiſcopi judicia ſecularia exercere, cauſasque decidere inceptabant. Idque primùm fecit Frater ejus Bruno Coloniæ; Ottho verò Imper. Gislero, Epiſcopo Magdeburgenſi, Ducatum ad Albim, Schartoviæ gubernandum reliquit. Reiner. Reinec. *de origin. Saxon. fol. 14.* Beſold. *de Majeſtat. cap. 3. n. 7.* Daniel. Haider. *in Act. Lindav. lit. SS. pag. 587.* Itaque Imperator *Ottho* Archiepiſcopo Magdeburgenſi, *Burggraviatus*

*graviatus* Magdeburgenſis præcipua, & potiora bona, (excepto tamen banno ſanguinis & Regalibus) contulit Pomar. *Chron. Saxon. Rubric.* **vom Namen der Pfaltzgraven.** *fol.* 163. præallegatus Haider. *in diſcurſ.* **von den Reichsvögten.** *lit. ZZ. fol.* 68. Et hoc Viris iſtius temporis ſecularibus cordatis, mirificè factum & contra ordinem juris introductum, ac conceſſum eſſe videbatur. Proinde *in Chron. Erfurt. M. S.* emphaticè ſcriptum reperitur; **Da beguntẽ zu erſt die Biſchoffe weltliche Rechte zu haben / das dauchte damals unbillich manchen Mann:** quod refert Joan. Gryphiander. *de VVeichbild. cap.* 28. *num.* 11. *& ſeqq.* ex Reinec. *de origin. Sax. fol.* 14. Beſold. *de Majeſtat. cap.* 3. *num.* 7.

4. Quo *Brunonis & Gisleri* Epiſcopi exemplo, alii Eccleſiaſtici Viri, animo capeſſendam temporalem dignitatem, cum poteſtate concipere inceperunt. Unde Vadianus ſcribit: *Poſtea ambitio licentiæ, & regnandi ſtudium in cauſa fuerunt, ut etiam Monachi, & Epiſcopi alicubi imperia mixta, & mera appetere, aucupari, vel mercari, & ſua facere, vel reclamante profeſſione, veriti non fuerunt.* Vadian. apud Goldaſt. *in Aleman. antiquit. tom.* 2. *part.* 1. *f. m.* 84. Prædictus *Ottho I.* Imperator alios inſuper Eccleſiaſticos, Ducatibus, Comitatibus, aliisque fundis & pagis, cum temporali poteſtate & jurisdictione, æquè auguſtâ liberalitate ditavit. Ferè enim tunc Imperator ea, quæ Comitibus, ac Ducibus, ceu Magiſtratibus adhuc temporariis ademit, aut alia ex juſta cauſa, veluti, morte, vel delicto, aperta erant, cæteraque jura, quæ in Civitatibus habuit, Epiſcopis tradidit. Wilbald. Pürchenmayr. *Conſil. Maximil. I. in Epiſt.* ad Joan. Baptiſt. *Egnat. fol.* 201. *oper. polit.* Refutat **deß Reichsvogts /** *diſc.* §. 1. *fol.* 1. & 2.

*& 2.* Ita *Colonienſes, Moguntinique* Archipræſules, ut & Epiſcopi *Spirenſes*, aliique complures, in Civitates antea à Ducibus, vel Comitibus gubernatas, Imperium, jurisdictionemque, vel omnem, vel in caſibus ſaltim quibusdam, juxta beneplacitum Imperatoris, acquiſiverunt; Vide Kyriandr. *in Annal. Treviror. part. ult. fol* 285. *& ſeqq.* latius per exempla Daniel Haid. *in Diſcurſ.* von den Reichs-vögt. *fol.* 68. *& ſeq. & fol.* 83. Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. huc pone Addit. *ad hoc cap. fol.* 5. *&* 6.

5. Hujus inſtituti Rationem & Teſtimonium, ex antiquiſſimo ſcriptore refert Theodorus de Niem. hiſce formalibus. *Otthoenim I. omnibus penè Cathedralibus Eccleſiis, in Italia, Gallia, Germania, Burgundia & Lotharingia conſtitutis, multas Civitates, Caſtra, Oppida, Villas, & multa alia dominia, temporalia jura, & jurisdictiones donavit, & omnibus illis Eccleſiis propria inſignia perpetuò deputavit; Archiepiſcopos quoque, & Epiſcopos, Ducatibus, Comitatibus & Baroniis communivit, quibus Nobiles & potentes Vaſallos ſubjecit, quo ſemper eſſent ad reſiſtendum etiam manu forti paganis, & hæreticis, in oportuno tempore fortiores, hic & venerabilem Metropolim* MAGDEBURGENSEM, *& omnes ejus ſuffraganeos, ſcilicet* BRANDEBURGENSEM, HAVELBERGENSEM, MISNENSEM, ZIZENSEM, *quæ nunc* NAUMBURGENSIS *nuncupatur*, MERSBERGENSEM, *ſolennes Cathedrales Eccleſias, in proprio ejus patrimoniali beneficio & dominio, in diverſis locis in mediterranea, & orientali Saxoniis, de novo fundavit; Et valdè multis Oppidis, Caſtris, certis juribus, & jurisdictionalibus, atque aliis bonis temporalibus, piè donavit &c. Et eosdem Archiepiſcopos, & Epiſcopos, primas ſedes etiam in temporalibus, inter Principes ſeculares habere ſtatuit, & decrevit, &c. Nec non Moguntinenſem.*

*ſem, & Trevirenſem, & Leodienſem, venerandas Metropoles fundavit; & plures alias celebres, & inſignes Eccleſias Alemanniæ, ad inſtar magnorum Principatuum, in bonis temporalibus, dilatavit, & ditavit.* Theodor. de Niem. *de privil. & jur. Imper. tit. ſub Otthon. I. fol.* 811. & 812. *in oper.* Sim. Schard. Sic quoque Carolus Sigonius ſcribit: *Eccleſiaſticorum honorum amplitudo, maxima erat tempore Otthonum, præſertim verò Epiſcoporum, quorum & reverentia ſumma, & jus in Civitatibus ſemper ampliſſimum fuit.* Sigon. *de Regn. Italiæ lib* 7.

6. Imperatorem Otthonem I. Succeſſores ejusdem, *Otthones Imperatores, filius, & nepos*, æquali largitione erga Eccleſiaſticos Imperii, ſecuti ſunt; prout ex hiſtoriis paſſim legimus. Imprimis autem lectu digniſſimum eſt diploma Imperatoris *Otthonis III.* Quo *Leoni*, *Vercellenſi* Epiſcopo, more prædeceſſorum, ac, quo cæteri promptiores ad obſequium Imperatorum conſurgant, totam Civitatem Vercellenſem, ac integrum Comitatum, cum omni publica poteſtate, ac omnibus publicis pertinentiis i. e. ſuperioritate territoriali, & regalibus in perpetuum conceſſit: quod extat apud Baron. *ſub Anno* 999. Idque refert Refutator deß Reichsvogts *Diſc. fol.* 3. Parilem donationem prædictus Ottho III. *Epiſcopo Paſſavienſi* contulit, tali tenore. Ut Præſul Chriſtianus, ſuique ſucceſſores, omnem publicam rem totius Civitatis Paſſavienſis, mercatum, monetam, bannum, telonium, & totius publicæ rei diſtrictum, hactenus nobis (Othoni) in eadem Civitate pertinentem habeat, & firmiter intra Civitatem, & extra perpetualiter exerceat. De quo Chriſt. Gevvold. *in Metropol. Salisburg. fol.* 363. Ita quoque Epiſcopatus *Spirenſis*, à tribus Otthonibus Imperatoribus, privilegium territorii ſu-

perioritatis in ſecularibus, ac, quòd ſibi publicum judicium facere poſſit, obtinuit. De quo Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 7. *fol.* 296. *col.* 1. idque refert Haider. in Reichsvogt *Diſcurſ. lit. Ggg. f.* 75. Philipp. Simon. *in Chron. Spirenſ. fol. m.* 24. Similiter Epiſcopatus Curienſis, in Anno 1170. ab Imperatore Friderico Barbaroſſa, Principalem dignitatem obtinuit. Guler. *in Rhæt. lib.* 9. *fol.* 134. Pari modo *Wilhelmus* Romanorum Rex, Witickindo, Eccleſiæ Mindenſis Præpoſito, in Anno 1253. regalia, & adminiſtrationem bonorum temporalium ipſius Eccleſiæ, regiâ benignitate conceſſit, ut ea de cætero, tanquam Princeps Imperii, adminiſtret. Joan. Piſtor. *in Chron. Mindenſ.* Et hoc ex eo Daniel Haider. *dict. Diſcurſ. fol. m.* 67. *lit.* XX.

7. Epiſcopis poſtmodum *Abbates* quoque in obtinendis Comitatibus, pagis, & fundis, cum jurisdictione, aliisque juribus ſecularibus, proximè inceſſerunt. vide Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 3. *fol.* 276. *A.* Sublimitas enim ſecularis à Francis Imperatoribus Eccleſiaſticis conceſſa, non generaliter, ad quosvis pertranſivit, ſed ſenſim huic, vel illi Abbati, collata fuit; Nam de *Abbate S. Galli*, quòd in Anno 1204. Principalem dignitatem obtinuerit, ſcribit Cunrad. de Fabar. *in caſib. S. Gall.* Stumpff. *Chron. lib.* 5. *cap.* 6. *fol.* 307. Urſtis. *Chron. Baſil. lib.* 2. *c.* 16. *fol.* 116. Simili modo *Abbas* zum Einſidel / in Anno 1274. Principis titulum, Imperatoris gratiâ, impetravit. teſte Chriſt. Hartman. *in annal. Eremit. fol.* 260. quos allegat Dan. Haider. *in Act. Lindav. fol.* 52. Rudolphus I. Imperator, Anno 1286. Ortholpho, *Abbati Burenſi*, adminiſtrationem bonorum temporalium, regio favore contulit, ac Principatum, per inveſtituram,

ram, collatis regali ſceptro regalibus, conceſſit. Quæ duo diplomata refert Hund. *in Metropol. Salisburg. tom. 2. Rubric. Beur. fol.* 140. *&* 144. Eaque recenſet. Haider. *dict. Diſcurſ lit. O. fol.* 46. De Abbate & Monaſterio *S. Haimerani*, Ratisbonæ degente, legimus, quòd circa *Annum* 1313. ſub Henrico Imperatore, ab ejusdem filio; tunc Bohemiæ Rege, Principalem dignitatem cum regalibus acquiſiverit; De quo Hundius *in Metropol. Salisburg. tom. 2. ſub Rubric S. Haimerani fol.* 368. Haider. *in Diſcurſ.* von Reichsvögt *fol.* 40. *lit. H.* De Abbatibus quoque *Fuldenſibus, Hirſchfeldenſibus, Campidonenſibus, Murbacenſibus, Prumenſibus, Corbejenſibus Stabulenſibus,* nec non Præpoſitis *Elbangenſibus*, & *Berchtoltgadenſibus*, Decretorum Imperialiũ ſubſcriptiones teſtantur, quòd ſeculo demum ſuperiori à Prælatorum, propriè ſic dictorum, ordine ſeiuncti, & parem cum reliquis Principibus, in ſubſelliis Eccleſiaſticis, vulgò der Geiſtlichen Banck / dicendæ ſententiæ poteſtatem, in ſolidum, obtinuerint; prout demonſtrat Thob. Paurmeiſter. *de Iurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 7. & ſeqq.*

8. Epiſcoporum & Abbatum exemplum inſecutæ ſunt ſucceſſu temporis *Abbatiſſæ, & Canoniſſæ,* quæ ad aucupandas quoque Principales dignitates, animum appulerunt. Imò jura quoque temporalia in ſubditos ſuos tandem acquiſiverunt. Adeò, ut inter Abbatiſſas impetratæ dignitatis Principalis omnium ferè primum locum obtinere poſſit *Abbatiſſa Lindavienſis ad Lacum Bodanicum*, de quo ſequentia refert Caſpar. Bruſchius Egranus *Anno DCCCLXVI. Monaſterium Lindavienſe noviter ab Adelberto Comite à Rorbach fundatum, ab Imperatore Ludovico II. Cæſaris Lotharii filio, datis privilegiis, ac* Aſylo *inſuper in*

*ſontium refugium conceſſo, confirmatur: Additâ prætereaiſtâ dignitate, & prærogativa ſingulari, ut Abbatiſſa ejus loci cum aliis S. R. I. Eccleſiaſticis Prælatis, Princeps eſſet S. R. I. cui in publicis Pompis liber deberet præferri. Quemadmodum* BUCHAVIENSI *etiam Abbatiſſæ in celebrioribus Pompis* LIBER & NUDUS GLADIUS *antiquitus anteferri eſt ſolitus.* Hæc Bruſch. *tr. de Monaſtet. Germ. ſub. Rubr. Lindavienſe Monaſterium fol. m.* 79. *B.*

9. Veruntamen hanc Abbatiſſam in Lindavia, ante ducendos annos Principalem titulum nec habuiſſe, nec ſibi ſumpſiſſe, nec ab aliis ita honoratam fuiſſe, tradit, authoritate variorum documentorum, Daniel Haider, *in Actis Lindav. fol.* 53. *poſt princip.* Simili ferè modo, ſed poſteriori ævo, *Abbatiſſæ Monaſteriorum ſuperioris & inferioris*, Ratisponæ in Bavaria ſitorum, Ober: und Nider-Münſter / regnante Imperatore *Friderico II.* circa Annum M CCXVI. Principes & immediati Status Imperii nominatæ, & cum ſeculari poteſtate dotatæ fuerunt, ſicuti teſtatur Wigul. Hund. *in Metrop. Salisburg. tom.* 2. *Rubr.* Nider-Münſter. *fol.* 591. Quod Diploma recenſet Dan. Haid. *in Dict. Diſcurſ.* von Reichsvögten. *Lit. I fol.* 41. Ubi tamen notandum eſt, quod hæ Principes Abbatiſſæ, in publicis Conventibus minimè ſecularibus Principibus accenſeantur, ſed Prælatis Imperii propriè ſic dictis, annumerentur, cum quibus unius ſolummodo Principis vicem ſuſtineant, ac Prælatis quoque in actibus publicis cedunt, ſicuti ex ſubſcriptione Receſſuum Imperii pateſcit. Paurmeiſter *de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 7. Daniel Haider *in Act. Lindav. f. m.* 56. Dn. Limæus *in Iur. Publ.* Plura exempla recenſere ſuperſedeo, qui alia inſuper deſiderat, adeat Caſpar. Bruſch. *de Monaſt. paſſim.* Leonhard. Wurffbein. *in Relat. Imper. part.* 5. Haider. *in dict. Diſcurſ.*

*ſcurſ. lit. H. & ſeq. ac in Actis Lindav. in Indice IV. Abbas & verbo Epiſcopus.*

## CAPUT XIV.

## *De jure Advocatiæ* von Kaſtenvogteyen/ *& de Advocatis ipſis.*

### SUMMARIA.

1. *Ab Otthone Magno, usque ad Fridericum II. Impp. jus ordinandi & præficiendi Advocatos Tutelares, & Vicedominos, in Epiſcop. & Monaſteriis ſibi reſervarunt.*
2. 3. *Quod exemplis comprobatur.*
4. *Officium Advocati in quo conſiſtat?*
5. *Qua de cauſa Epiſcopis, in Regno Francorum, Advocati dabantur.*
6. *Advocatorum poteſtas laxior fuit in Abbatiſſarum geſtis & factis.*
7. *Advocati omnem Iurisdictionem in territorio Monaſteriorum exercuerunt.*
8. *Tempore Friderici II. plurimi ex Epiſcopis & Abbatibus. Advocatiis hiſce tutelaribus, ſeſe exemerunt.*

QUamvis Epiſcopi, Abbates, & alii Eccleſiarum Antiſtites, *Otthonis I.* aliorumque Imperatorum largitione regiâ, integros Ducatus, Comitatus, ac Dominatus obtinuerint, ſimulque in Imperii Principum numerum allecti, ac eandem dignitatem gratioſè impetraverint; Adeò, ut eis cum Principatu, vel territorio, etiam jura ſuperioritatis eine völlige adminiſtration, und alle Obrigkeit/ conceſſa fuiſſe, dici, & videri poſſint. Attamen *Advocati*, Patroni, ſeu defenſores, die Kaſtenvögt/ jam dudum ab Imperatoribus conſtituti, cum hac erectione, & ſublimitate dignitatis, Epiſcopis, aliiſque

Eccleſiaſticis Imperii, ſimul adempti, ac penitus ſublati non fuerunt. Nam, ut de Caroli Magni tempore taceam, *ab Otthone Magno*, (ſub quo ſecularis poteſtas in Eccleſiaſticos transferri cœpit) usque ad *Fridericum II.* Imperatores, ceu Supremi Eccleſiarum Advocati, & Patroni, in Epiſcopatibus & Monaſteriis, und in allen Hoch-ſtifften/ Jus ordinandi, & præficiendi *Advocatos Tutelares, & Vicedominos* ſibi ſolis, & quidem integrè, reſervarunt. vide Vadian. *in Alemann. tom.* 1. *fol.* 131. *& tom.* 3. *fol.* 15. Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. libr.* 4. *cap.* 22. *fol.* 358. Martin. Mager. *de Advocat. armat. cap.* 5. *num.* 348. *& ſeqq.* Dann obwolen den Biſchoffen und Aebbten/ ſub Otthonibus, & ſequentibus Imperatoribus, gantze Hertzogthumb/ Grav: und Herrſchafften/ auch Städte/ vergabet worden: Auch etwann alle Obrigkeit eingeraumt/ ſo ſeynd doch ihnen die Kaſtenvogteyen/ nicht gleich gar abgenommen/ ſondern die Keyſ. Güter/ Regalia, Zoll ꝛc. noch eine geraume Zeit dem Reich vorbehalten worden. i. e. Licet enim Epiſcopis, atque Abbatibus, ſub Otthonibus, & ſeqq. Impp. integri Ducatus, Comitatus, Baronatus, ac Civitates, cum omni Jurisdictione, donatæ fuerint: Advocatiæ tamen non penitus ipſis ademptæ, verum Bona Imperii ſcil. Regalia, Vectigalia, &c. adhuc diu Imperio reſervata fuerunt. Quod latiùs deducit Dan. Haider. *in Apolog prælim.* 3. *fol. m.* 19. *& ſeqq.* Herm. Conring. *de Epiſcop. Germ. fol. m.* 169. *& ſeqq.*

2. Ac, ut id paucis per exempla illuſtretur, *Ottho I.* Imperator, primò *Archiepiſcopo Magdeburgenſi*, Burggraviatus Magdeburgenſis bona potiora, (excepto banno ſanguinis, & regalibus) contulit; Nihilominus tamen Epiſcopatui, Burggravium ſimul pro perpetuo, & ſupremo

mo Advocato, præpoſuit. Pomar. *in Chron. Sax. Rubr.* vom Namen/ Ampt und Unterſcheid der Pfaltzgraven. *fol.* 163. Quæ advocatia poſtmodum per aliquot ſecula duravit; ſicuti ex jure *VVeichbildico in artic.* 13. & 14. deprehendere licet; quod anno demum 1300. præter propter, compilatum eſſe videtur. teſte Joan. Gryphiandr. *de VVeichbild. cap.* 51. Parile Privilegium Advocatiæ Eccleſiæ & Epiſcopo *Hamburgenſi* conceſſit modò dictus Imperator Ottho Magnus, quod videſis ap. Meibom. *in notis ad VVittechind. in Diplom. fol.* 116. Ita *Epiſcopatus Curienſis*, licet circa *Annum* 1170. Principalem dignitatem adeptus fuerit; Non minus tamen, Advocatia ejusdem Epiſcopatus, illo ipſo tempore, à Rudolpho Comite *Pfullendorffenſi*, in *Fridericum Sueviæ Ducem*, Friderici I. Imperatoris filium, pro ſe, & poſteris ejus, translata fuit. teſte Guler. *in Chron. Rhæt. lib.* 9. *fol.* 134.

3. Pari modo, quamvis Imper. *Fridericus I.* Abbatiam S. Mariæ *in Patavia*, ad ipſum Imperium pertinentem, Beato *Stephano*, ac Epiſcopatui Patavienſi, contradiderit, per expreſſum tamen excepit dictæ Abbatiæ *Advocatiam*, quam ſibi & ſuis ſucceſſoribus, Regibus, & Imperatoribus, cum omni integritate conſervavit; juxta diplomata relata ab Hund. *in Metropol. Salisburg. Rubric. Epiſcop. Patavienſ. fol.* 371. & *ſeqq.* idque refert Daniel Haider *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. L. fol.* 44. Abbatia *Sangallenſis*, etiamſi Principali dignitate fulgeat, ac jam diu hanc præcellentiam ab Imperatore *Philippo* obtinuerit: attamen eidem Imperator *Rudolphus I.* more Majorum, Advocatum tutelarem dedit, *Vlricum de Ransvvang.* teſte Vadian. *de Abbat. S. Gall. fol.* 116. ac Stumpff. *rer. Helvet. lib.* 5. *cap.* 5. *fol.* 309. Ac hæ Advo-

catiæ,

catiæ, quandoque ab Imperatoribus in *Feudum* conceſſæ fuerunt; Conſtat enim ex hiſtoriis, quòd Monaſterii *Altaich*, in Bavaria fuerint olim Advocati Comites *de Pogen*, qui hanc Advocatiam à Romano Imperio in feudum accipientes, eandem, usque ad tempora Friderici I. Imperatoris, poſſederunt. Hund. *in Metropol. Salisb. tom.* 2. *Rubr.* Altaich. *f.* 2. & 3. Ac in Bayriſch Stammbuch. *Rubr.* Graven von Bogen. *fol.* 118. Plura Exempla collige ex Mager. *dict. c.* 5. *à num.* 345. *& plurimis ſeqq.* ac ex Daniel Haider. *Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. K. fol.* 43. *& ſeq. ac lit.* 22. *fol.* 68. Eraſm. à Chockier. *tr. de Advoc. paſſim.*

4. Sanè, hæc feudalis Advocatiæ conceſſio hoc emolumentum habebat, ut Cœnobium, quicquid Imperatori præſtare debuit, id omne eidem *Duci aut Comiti* inveſtito, præſtare teneretur. Hund. *dict. Rubr.* Altaich. *fol.* 4. Et hoc ex eo Haider von Reichsvögten. *lit. K. f.* 43. *lit. Dd. fol.* 52. *Cauſas*, cur olim Imperatores Monaſteriis, imò etiam Epiſcopatibus, Advocatos Laicos adjunxerint, ex antiquitate Germanica varias tradit Martin. Mager *de Advocat. armat. c.* 5. *num.* 106. *& ſeqq.* Quæ præcipuè ex Advocatorum officio dignoſcuntur. *Officium* autem Advocati erat, & adhuc hodiè paſſim conſiſtit, in procuratione, defenſione, & adminiſtratione alienæ perſonæ, cauſæ, & rei, à ſuperiore, vel mandatæ, vel permiſſæ. Adeoque *judicis* quoque munus ſubire tenebantur: ſecundùm Petr. Pithæ. *de Comit. Champan.* Joan. Fileſac. *de authorit. Epiſcop. cap.* 4. §. 5. *fol. m.* 146. *& ſeqq.* Meibom. *ad VVitichind. in Diplom. fol. m.* 116. *& ſeqq.* Knichen. *de jur. territ. c.* 4. *num.* 368. *& ſeqq.* Hopping. *de jur. protect. concl.* 15. *lit. E.* Wehner. *in obſerv. verb.* Vogtey. *in princip.* latiſſimè Daniel Haider *in Act. Lindav. fol.* 330. *& ſeqq.*

*& ſeqq. ut & fol.* 576. *& ſeqq* Mart. Mager. *dict. cap.* 5. *n.* 106. *& ſeqq.* Finckelthauſ. *de jur. patronat. c.* 1. *n.* 19. *& ſeqq.*

5. Nam in *Regno Francorum* Epiſcopis hâc præcipuè de cauſa Advocati dabantur, ut eſſent, qui ſecularium rerum, & ad victum quoque pertinentium curam & ſollicitudinem gererent, redituumque & prædiorum, & ſervitiorum, & decimarum, & ſi quæ alia jura Collegiorum eſſent, rationem redderent; minimè interim neglectâ Epiſcoporum voluntate, quibus quidem invitis, & inſciis, nihil agebatur. Et jubebat *Canon* Synodi Maguntiacenſis *Anno* 993. habitæ; *Vt Epiſcopi & Abbates curam omnem adminiſtrationemque, quæ ad victum & alimoniam attineret, Advocatis relinquerent, quo minùs à profeſſionis inſtituto, cui jurati eſſent, avocarentur.* Quod refert Vadian. *in Aleman. tom.* 3. *fol.* 15. latè Joan. Fileſac. *Theol. Pariſ de Epiſcop. authorit. cap.* 4. *§.* 4.. Urſtiſi. *Chron. Baſilienſ. lib.* 1. *cap.* 5. *in fin.* Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *c.* 36. *fol.* 142. Ac de Advocati munere vide integrum Conſil. Argentor. 87. *per & vol.* 2. & Haider. *in Act. Lindav Lit. aaaaaa. fol.* 872. Præterea de Advocatorum officio ſequentia extant in Capitularibus Caroli Magni: *Defenſores Eccleſiarum adverſus potentias ſecularium vel divitum, ab Imperatore ſunt poſcendi.* Capitul. *lib.* 5. *cap.* 31. Pro Eccleſiarum cauſis, vel neceſſitatibus earum, atque ſervorum Dei, Executores vel Advocati, ſeu defenſores, quoties neceſſitas ingruerit, à Principe poſtulentur, & ab eo fideliter, atque libenter, juxta Canonicas ſanctiones, fideliſſimè dentur Capitular. *lib.* 7. *c.* 303. Vide plura apud Lehman. *dict. cap.* 36. *fol.* 141. Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 5. *n.* 338. *& ſeqq.*

6. Quod exemplo Abbatis & Monaſterii zu Wal⸗

ckenrieth illuſtratur. Dann als Graven zu Rheinſtein / Grave Albrecht / und Bernhard / Gebrůder / Herrn zu Heimberg/und Grave Ulrich/auff Rheinſtein/ dem Cloſter zu Walckenrieth an den Gůtern zu Schonden vil Uberdruß angethan/ derowegen Keyſer Ludwig in Anno 1325. Grav Friderich/ und Grav Cunraden/ zun Weringrode/ Gevåttern / auff anſuchen Abt Cunrads aufferlegt/ und befohlen/ des Cloſters Gůter zu ſchawen/ in Schutz zu nehmen / und wider månniglichs gewaltſamen Eingriff zu verthådigen / dargegen ihnen das Cloſter jåhrlich hundert lóthiger Marck zugeben / auff drey Jahr lang zugeſagt. h. e. Cum enim Comites in Rheinſtein, Albertus & Berhardus, Fratres, Domini in Heimberg, & Comes Ulricus, in Rheinſtein, Monaſterio in Walckenried, inbonis in Schonden ſitis multum moleſtiæ cauſarent, adeo ut Imperator Ludovicus Anno 1325. Comiti Friderico & Cunrado in Weringrode, Patruelibus ad requiſitionem Abbatis Cunradi, in mandatis dederit, curam bonorum Monaſterii habere, inque tutelam recipere, atque contra omnes injurias defendere, ita ut Monaſterium annuatim centum marcas auri puri exolvere, ad triennium promiſerit. Cyriac Spangenberg. *in Chron. Mansfeld. cap.* 281. Hæc Advocatorum poteſtas & jurisdictio latior erat in Abbatiſſarum geſtis, & factis, utpote, quibus olim non licuit, neſciis ſuis Advocatis, ullum contractuum, aut pactorum genus, quod modò in tabulas referretur, perficere. Vadian *de Colleg. & Monaſter. Germ. part.* 1. *fol* 22. *num.* 2. Cæterum cauſam ſeu officium hujusmodi Advocati deſignat *Wilhelmus* Romanorum Rex, in Diplomate Anno 1253 Epiſcopo Mindenſi conceſſo, in verbis: *Ne bona ejusdem Mindenſis Eccleſiæ, quam in noſtram, & Imperii protectionem ſpecialem*

*re-*

*recepimus, hoſtili lacerentur incurſu, & improborum inſultibus diſſipentur* ap. Joan. Piſtor. *in Chron. Mindenſ. in oper. vol.* 1. Pari modo *Lupoldus à Babenberg*, Epiſcopus Bambergenſis de Zelo veterum Principum Germanorum, ſcribit: Henrici V. Prædeceſſores, & Reges, ex hoc, quòd erant, ut plurimum Patroni, ſeu Dotatores Eccleſiarum Cathedralium, & majorum Monaſteriorum Germaniæ, inveſtituras Epiſcopatuum in ipſis Germaniæ partibus, usque ad tempora ejusdem Henrici, facere conſueverunt. Lupold. à Babenberg. *de Zelo vet. Pr. German cap.* 8. apud Simon. Schard. *fol.* 436. vide Coring. *de Epiſcop. Germ. fol. m.* 69. *& ſeqq.*

7. Præterea *Advocati*, omnem jurisdictionem in territorio Eccleſiaſticorum, ſeu Monaſteriorum, exercebant: Ita tamen, ut de proventibus fiſcalibus, ſeu mulctis, von Frevel / und Buſſen / Abbates unum, Protectores verò, ſeu Advocati, alterum reciperent ſemiſſem. Ut ex Trithem. Chron. Sponheim. *ſub Anno* 1325. obſervavit Andr. Knichen. *de jur. territor. c.* 4. *num.* 334. Wehner. *in obſerv verb.* Vogtey Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 11. *num.* 69. *&* 70. Lehman. *lib.* 2. *Chr. Spirenſ. c* 35. *fol.* 135. *& paſſ.* Conſil. Argentor. 87. *vol.* 2. Ubi ſub *num.* 4. differentia inter Advocatum Eccleſiæ, & Patronum Eccleſiæ refertur. Idem tradit Joan. Fileſac *d. tr. de auctor. Epiſcop cap.* 4. *per tot.* Dann der Kaſtenvögt Ampt geweſen / nicht nur die Stifft und Clöſter / ſampt ihren Leuten und Gütern / vor ungerechten Gewalt zu beſchützen; Zumal inn und auſſerhalb Rechtens zu vertretten / ſo wol ihre burgerliche Gericht / da ſie deren gehabt / zu beſitzen / ſondern auch ihre Haußhaltung / deß einnehmens / und ausgebens ſich zu beladen / und dem Keyſer deßwegen Rech=

nung zu geben. Und ſolches letſte/ und andern fürnämlich der Urſachen/ damit ſie den Keyſern/ und Königen darumb Rechenſchafft geben/ auch ſelbige durch ſie/ jederzeit der Stifft: und Clöſter Vermögens Wiſſenſchafft haben/und ſie in vorfallenden Nöthen nach Beſchaffenheit/ ſolchen Vermögens/Steür und Reyßgelt anlegen mögen: Dann ſo wol die Biſthumb/ als Clöſter zu Kriegs und Fridens-Zeiten Ordinari, und Extraordinari Steüren/ erlegen müſſen. i. e. Officium namque Advocatorum fuit, non ſolùm Epiſcopatus ac Monaſteria, cum perſonis, eorumque bonis, contra vim injuſtam defendere; proque iis, tam in quàm extra judicium agere, & non ſolùm Jurisdictionem eorum civilem, ſi quam habuerunt, exercere, verùm etiam Oeconomiam, tam accepti quàm expenſi, adminiſtrare, atque Imperatori ob id rationem reddere. Et hoc ultimum, cœteraque ea potiſſimum de cauſa, ut Imperatoribus ac Regibus propterea rationem reddant, Hique Epiſcopatuum atque Monaſteriorum facultates cognitas haberent, collectasque pro modo facultatum iis indicere poſſent. Epiſcopatus enim ac Monaſteria, tam belli quàm pacis tempore, & ordinarias & extraordinarias collectas præſtare obligabantur. Quod latè poſt Lehmannum *dict. cap.* 35. *&* 36. *per tot.* & Hundium, ex antiquitate eruit Daniel Haider *in Diſc.* Reichsvogt *fol.* 8. 53. *& ſeqq.* Ut & *in Act. Lindav. lit. pp.* 1. *fol.* 576. *& ſeqq.* Et latiſſimè quoque hoc deducit Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 11. *num* 3. *& pl ſeqq.* Beſold. *in Theſ. Pract. lit. K. verb.* Kaſtenvogt 8. Paurm. *de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 22. *& ſeqq.* Reinking. *d. R S. & E. lib.* 3. *claſſ.* 1. *cap.* 9. *num.* 75. *& ſeqq.*

8. Tempore tandem *Friderici II.* Imperatoris, Advocatias

vocatias haſce tutelares, plurimi ex Epiſcopis, & Abbatibus, vel grandi pecuniæ ſummâ, vel quocunque alio titulo gratioſo redemerunt, & ab hoc jugo ſeſe in totum eximere paſſim perrexerunt. Quemadmodum diplomatibus & exemplis variis hoc teſtatur Stumpff. *in Chron. Helvet. lib.* 5. *cap.* 5. *fol.* 306. Vadian. *de Monaſter. lib.* 2. *fol.* 103. Mager. *de Advocat. armat. cap.* 1. *num.* 32. *& ſeqq.* Et hoc latè deducit Dan. Haider. *dict. Diſcurſ. fol.* 74. *lit. Eee. Fff. & ſeqq.* Unicùm ſaltem hujus Advocatiæ exemplum referam de *Epiſcopatu Mindenſi*, ab Imperatore *VVilhelmo* 1253. factæ, ex diplomate gratioſo: in verbis: *Regalia, & adminiſtrationem bonorum temporalium ipſius Eccleſiæ ſibi, (h. e. VVedekindo Epiſcopo) concedimus, de benignitate Regiæ Majeſtatis, ut de cætero, tanquam Princeps Imperii, bona ipſius Eccleſiæ adminiſtret, ordinet & diſpenſet, prout meliùs ad utilitatem ipſius Eccleſiæ videbitur expedire.* apud Piſtor. *in Chron. Mindenſi inter ſcript. vet. Germ. f.* 744. *vol.* 1. Dan. Haider. *in Apolog. prælim.* 3. *fol. m.* 20. Quæ cauſa eſt, ut hodiè nulli ampliùs Epiſcopi exiſtant, & vix ullus Abbas immediatus reperiatur, qui ampliùs ſuos habeat Advocatos, ſed inſtar reliquorum Principum & Comitum ſecularium Imperii, plenâ territorii ſuperioritate gaudent.

## CAPUT XV.

### *Quòd cum Principali dignitate Epiſcopis conceſſa, non omnia ſimul Regalia tranſierint; ſed ſucceſſu temporis tandem acquiſita fuerint.*

### SUMMARIA.

1. *Epiſcopis ac Abbatibus Regalia primitus non fuere conceſſa, ſed Imperio Romano adhuc diu reſervata.*



2. *Poſt-*

2. *Poſtmodo territorialem hanc potentiam & immunitatem unus aut alter citiùs acquiſiverunt.*
3. *Idque vel titulo donationis, vel precio, vel quocunque alio modo.*
4. *Quod Exemplis probatur.*
5. *Inveſtiuntur quoque hodie cum omnimoda Iurisdictione.*
6. *Principes Eccleſiaſtici ratione bonorum ſecularium Imperatori ſubſunt.*

SAnè circa hanc materiam & hoc obſervandum, licèt olim Imperatores Epiſcopis & Abbatibus, ad Exemplum Statuum Imperii ſecularium, ſuâ largitione Principalem dignitatem, cum publica poteſtate exercendi in ſuos ſubjectos, concesserint; Non tamen ſimul cum territorio, & dignitate *omnia quoque Regalia*, indifferenter in Eccleſiaſticos hoſce tranſtulerunt; ſed ea raro conceſſa & ſpeciali gratiâ impetranda erant. Dann es ſeynd den geiſtlichen Biſchoffen und Prælaten / die Regalia, als gemeine Keyſerl. Güter / námblich Zoll / Müntz / und dergleichen Cammergefall / in ihren Gebieten nicht mit eingeraumbt / und überlaſſen; Sondern dem H. Röm. Reich / noch ein ebene Zeit vorbehalten / und eingeheimbſt. i. e. Epiſcopis enim & Prælatis, ejusmodi Regalia, ceu Bona Imperii communia, Vectigalia nempe, Jus cudendæ monetæ, & ſimiles reditus, in illorum territoriis, non fuêre conceſſa, ſed Imperio Romano adhuc diu reſervata. Daniel Haider. *in Diſcurſ.* von Reichsvögt. *fol.* 11. Erant enim olim, & ab Imperatorum Germanorum origine Regalia, ea jura, quæ Imperatorio fiſco, ubivis in Imperio, competebant; Unde Güntherus *in Ligurino lib.* 8. *canit. libera Romano liquerunt omnia Regno.* Beſold. *in Theſaur. Practic. lit. R. verb. Regalia.* 24. Dann die Könige in Teutſchland der Kirchen / und den Geiſt-

Geiſtlichen/ ſonderlich den Aebbten/ nicht leichtlich König-liche Regalia, (wie man jetzt das Wort verſteht) geſchenckt: Daher das Wort Regal, bey den Hiſtoricis, & Scriptoribus rerum Germanarum, biß auff Keyſer Henricum den V. nicht bald zu finden. i. e. Imperatores enim Germani, Eccleſiis & Clericis, præſertim Abbatibus, non facilè Regalia (prout nunc voculam iſtam intelligimus) donarunt: Unde vox iſta, apud Hiſtoricos & Scriptores rerum Germanarum, usque ad Henricum V. raro deprehenditur. Uti cenſet Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *c.* 35. *fol.* 139. Ac ante eum Vadianus *de Colleg & Monaſt. German. libr.* 1. *fol.* 19. *ſcribit: Hodiè non niſi Regalium, ut vocant, nomine fidem Abbates Regibus præſtant.* Quod nomen ante annos, nî fallor, *trecentos* (hodiè *quadringentos)* Monaſteria noſtra, longè tum à Dominatu aliena, in totum ignorarunt, nullâ magis causâ præſentatis Abbatibus; quàm, ut fideles eſſe ſuæ functionis miniſtri pergerent. Quos allegat & ſequitur Daniel Haider *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. Zz. fol.* 68.

2. Quamvis autem contra hanc traditionem ex parte dubium movere poſſit diploma Cæſareum, *Otthonis III. Anno* 999. quo *Epiſcopo Vercellenſi* omnia jura, & pertinentia ſecularia, ab ipſo Imperatore in Comitatu Vercellenſi poſſeſſa, donat, & omnes ferè regaliorum ſpecies ibidem enumerat; Nulla tamen unquam fit mentio Regaliorum, ſed dictus Comitatus tantùm cum omni *publica poteſtate*, & cum omnibus publicis functionibus conceſſus fuit; quod refert Refutator. deß Reichsvogts *Diſcurſ.* §. 1. *fol.* 3. Prædicta tamen ego ſolummodo de quibusdam maximis Regaliorum ſpeciebus, nempè de Vectigalibus, Monetis, Collectis, Mercatis, & ſimili-

bus,

bus, ab Imperatoribus in Monaſteriorum territoriis ſibiipſis reſervatis, capio: cum jam dudum ante Imperatorem *Henricum V.* de præcipuis Regalibus Eccleſiaſticis à prædeceſſoribus Imperatoribus conceſſis, ab eisve usque huc, cum maximo Imperii detrimento poſſeſſis conqueſtum fuerit. Vide privilegium *Paſchalis* Papæ *Henrico V.* Anno IIII. conceſſum. *§. Prædeceſſores IV.* apud Goldaſt. *Conſtit. Imper. latin. fol.* 255. *tom.* I. Ideò tandem *in Ann.* 1110. inter *Imperatorem Henricum V. & Paſchalem II. Pontificem* publico pacto conventum fuit, ut Epiſcopi, Miſtæ, Monachi, prædia ſtipendiaria, fiſcos, Reipubl. nervos, Arces, Civitates, Urbes; Oppida, Vicos regios, Caſtella, Reipubl. & Cæſari redderent, omniaque Regalia Imperatori dimitterent, neque in poſterum invaderent Civitates, Ducatus, Comitatus, monetas, vectigalia, mercata; ſed decimis contenti vivant; Quas conſtitutiones & conventiones refert Melch. Goldaſt. *Conſtit. Impp. latin. tom.* I. *fol.* 252. *& ſeqq.* Hinc Stumpffius ſcribit: Daß bey Keyſer Friderich deß Andern Zeiten / über Biſchoffe / Aebbte / und ihre Herrſchafften die Röm. Keyſer die hohe Obrigkeit behalten. i. e. Quod tempore Friderici ſecundi, Imperatores ſuperiorem Jurisdictionem, in Epiſcopos, Abbates, eorumque territoria, reſervarint. *in Chron. Helvet. libr.* 4. *cap.* 70. Quod tamen Ego cum Beſoldo, de hoc, vel illo Epiſcopo, aut Abbate, verum eſſe intelligo; Siquidem etiam hoc certum eſt, quod unus aut alter citiùs potentiam territorialem, & immunitatem acquiſiverit. Beſold. *de Civitat. Imper. num.* 2. *in oper. Polit.* Præter Imperialia prædia olim quoque conſuetum erat Imperatoribus in Diœceſibus, & Dominiis Epiſcoporum, & Abbatum, principali dignitate auctorum,

etiam

etiam *fiſcales homines* ſibi retinere, die Jurisdiction der freyen Landſaſſen; Quod ex variis documentis *Henrici Pii, Cunradi, Henrici III.* Imperatorum, evincit Daniel Haider. *in dict. Diſcurſ. lit. Aaa. fol.* 69. & 70.

3. Quemadmodum autem Epiſcopi & Abbates, variis modis à jugo Advocatorum, ſeſe pedetentim liberarunt; Ita quoque maximam *redituum Imperialium* partem, in eorum territorio adhuc ſuperexiſtentium, der Keyſerl. Güter/ Regalium und Gefäll/ ab Imperatoribus titulo donationis acquiſiverunt, vel pretio impetraverunt, aut quocunque alio modo redemerunt. Ita *Adelbertus*, Epiſcopus Pataviensſis, quandam partem telonii, in *Patavia* Civitate, ab *Otthone I.* Imperatore, in beneficium, usque ad obitum vitæ ſuæ, tenuit. Poſtea *Otho ſecundus*, Anno 976. Imperator, prædictum telonium Epiſcopo Piliorino, & ejusdem Eccleſiæ tanquam in proprium, jure Imperiali, conceſſit; Uti ex deſuper conceſſo diplomate conſtat apud Wigul. Hund. *in Addit Metrop. Salisburg. Rubr. Epiſcopi Patavienſes. fol.* 358. Et hoc ex eo Dan. Haider *dict. Diſcurſ. lit. Bbb. fol.* 71. Pari modo *Ottho II.* in Anno 980. *Hildeprando*, *Epiſcopo Curienſi*, vectigal Pontis (ſo zu Cleve über die Mayra gehet) quod tum temporis à Mercatoribus Cameræ imperiali ſolvebatur, auguſtâ largitione tradidit, unâ cum prædicti Pontis cuſtode, liberis, omnibusque propriis hominibus tàm maſculini, quàm fœminini generis, quos Imperator in diſtrictu Clavennæ poſſidebat; juxta Guler. *in Rhætia. lib.* 8. *fol.* 110. Ita quoque de Vectigalibus & ſtationibus *Epiſcopatus Spirenſis* legimus, quòd jus exigendi vectigal ibidem, adhuc ſub Imperatore *Henrico V.* ad Imperialem Cameram, ſeu Ærarium, pertinuerit;

Quod jus ab Imperatore demùm *Ludovico IV.* Epiſcopatui Spirenſi, pro 45000. florenis hypothecæ ſubnexum, *à Carolo verò IV.* penitus donatum fuit. Lehman. *in Chron. Spir. lib.* 4. *cap.* 22. *fol.* 368. *col.* 1. *ac c.* 7. *f.* 296.

4. Similiter *Epiſcopus Baſileenſis Ortliebius,* Anno demum 1149. à *Cunrado tertio Imperatore,* jus monetæ in Baſilea cudendæ, obtinuit. *Epiſcopus* item *Auguſtanus* Marquardus de Randegg. dictus Neidlinger / argenti (non etiam auri) ſignandi copiam *à Carolo IV. Imperatore* impetravit. Münſter. *in Coſmograph. lib.* 3. *cap.* 343. *fol.* 887. Cæſar. *in Chron. Auguſt. part.* 2. *cap.* 6. *fol.* 111. Alii Epiſcopi ab aliis Imperatoribus, citiùs aut tardiùs, Regale iſtud acquiſiverunt. Vide Arniſæ. *de jur. Majeſtat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. Joan. Kizel. *de jur. Monetar. claſſ.* 1. *Theor.* 6. *lit. D. & Theor.* 7. *lit. B. & E.* Haider, *dict. Diſcurſ. lit. Ccc. fol.* 72. Ita quoque *Collecta Imperii,* die Reichsſteur / olim Imperiali fiſco propria, ut & jurisdictio foreſtalis, cum jure venandi, huic vel illi Epiſcopo, aut Abbati, titulo hypothecæ, aut donationis, ab Imperatoribus conceſſa fuit; qualia exempla *Epiſcopi Piligrini Patavienſis,* & Abbatis *S. Galli,* recenſet ex Hundio, & Stumpffio Daniel Haider. *dict. Diſcurſ. lit. RR. SS. & Ddd. fol.* 64. 65. & 71.

5. Eodem modo & more, Eccleſiaſtici in Imperio Romano Germanico, *Imperium & poteſtatem ſecularem,* in dominiis ſuis obtinuerunt, ac in Principes, & Status Imperii recepti fuerunt; Adeò ut hodierno Imperii Statu, eadem Regalia, easdem Jurisdictionis territorialis ſpecies, Epiſcopi, Prælati, & Abbates, in ſuo territorio poſſideant, quæ Principes, Marchiones, Comites, aliive Imperii Status ſeculares habent. *poſt Bl. Alex. Roman.*

*man. & alios* Modeſt. Piſtor. *conſil.* 49. *n.* 3. *vol.* 2. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num*, 123. *& ſeqq* Vult. *de feud lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 7. Thom. Michael. *de Iurisdict. Concl.* 38. *lit A.* Herman. Kirchner. *de officio Cancellar. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 85. & 86. *ac tr. de Legat. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 31. Qui inveſtiuntur quoque cum omnimoda jurisdictione, mit aller weltlichen/ oder Landsfürſtlichen Obrigkeit. per text. Aur. Bull. *tit.* 26. *in princ.* Wann ſie ihre Königliche Lehen vom König/ oder Keyſer nehmen/ oder empfahen. & §. Darnach R. A. de Anno 1500 §. *ſub. Rubr* der teutſch Orden. Andr. Gail. *de pignor. cap.* 7. *num.* 1. Cluten. *in Syllog. concluſ.* 8. Paurmeiſter. *de jurisdict. lib* 1. *cap.* 26. *n.* 18. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 9. *num.* 28. Quod deducit eleganter ex antiquitate, Henning. Arniſæ. *de jur. Majeſt. libr.* 2. *cap.* 6. *fol m.* 397. Ac omnes Epiſcopi electi, Regalia, in ipſo inveſtituræ actu, per *ſceptrum* accipiunt, juxta literas reverſales, Imperatori *Henrico V.* à Pontifice *Calixto* datis; apud Urſpergenſem, *in Chron. f.* 204. Daniel Haider *in apolog. cap.* 2. *fol m.* 130. Hund. *in Metropol. Salisb. Tit. de Epiſcop. Friſing fol. m.* 44. vid. Goldaſt. *in Conſtit. Latin. tom.* 1. *fol* 53. Ac in. *Rational. fol.* 57. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.* 3 *part.* 1. *cap.* 14. *num.* 19. Demnach auch alle Zöll/ und alle Müntz/ die in dem Röm. Reich ſeynd/ einem Röm. König zugehören; Und wer ſie haben will/ er ſeye Pfaff/ oder Lay/ ſelbige von dem Röm. Reich empfahen; i. e. Ac cum omnia vectigalia, omnesque monetæ, quæ in Imperio Romano reperiuntur, ad Regem Rom. ſpectent, quique ea habere velit, ſive is ſit Clericus, ſive ſecularis, ab Imperio recognoſcere tenetur. ait der Schwaben-Spiegel. *part.* 1. *cap.* 12.

6. Proinde Principes Eccleſiaſtici, ratione bono-

rum, & jurium ſecularium, Imperatorem recognoſcunt ſuperiorem, qui eâ ratione in Eccleſiaſticos *Iurisdictionem* exercet. per cap. *ſi Epiſcopus* 18. *diſtinct.* Gail. *de Pac. Publ. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 8. Schurff. *conſil.* 72. *num.* 2. *& ſeqq. cent.* 1. Unde à ſententia Archiepiſcopi, vel Epiſcopi, provocatur ad Cameram, aut ad Aulicum Cæſaris judicium Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 30. *n.* 2. eleganter Petr. Surd. *conſil.* 275. *per tot.* Cacheran. *conſil.* 3. *num.* 15. latè Andr. Knichen *de inveſtit. pact. verb. Ducum c.* 2. *num.* 10. *&* 11. Hennig. Gœdden. *conſil.* 59. *num.* 2. Cujus præjudicium refert Auct. *deciſ. Camer. tit. appellare quibus. fol.* 31. Vietor. *de exempt. conſil.* 3. *in fin.* Ac, ut reliqui Principes, & Status Imperii politici, ratione bonorum feudalium Imperii, ejusdem, cum illis, conditionis ſunt; ſicuti, inſtar axiomatis, hodie in Imperio Romano Germanico practicatur. Alle geiſtliche Pralaten ſeynd / von wegen deß Heyl. Röm. Reichs Regalien, und Herligkeiten / oder weltliche Obrigkeiten / dem Heyl. Reich unterworffen / und deſſelben Glieder. i. e. Omnes Eccleſiaſtici Prælati, ratione Regaliorum, aliorumque jurium, ſive ſecularis poteſtatis, Imperio Romano ſubſunt, ejusque membra cenſentur. Gail. *d. obſervat.* 30. *num.* 2. *Et obſerv.* 37. *num.* 10. *lib.* 1. Heig. *quæſt. illuſtr.* 4. *n.* 53. *lib.* 1. Vult. *de feud. cap.* 5. *num.* 7. latè Caſp. Klock. *de contribut. cap.* 4. *n.* 171. *& ſeqq.* Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 7. *n.* 299. *& ſeqq.* Beſold. *in Theſaur. Pract. lit. B. verb.* Biſchoff. *n.* 62. *fol.* 122. Ac *de jurisdict. Imp. cap.* 14. Georg. Ritter. *de homag. c.* 4. *num.* 70. Adeoque Epiſcopi, & Abbates Imperii, hodierno jure & modo, propter Regalia, Bona feudalia, & alia, ab Imperio, & Imperatore, jura poſſeſſa, in temporalibus, ipſi Imperatori ſubſunt, eique obedire tenentur. arg. *text. in cap. ſi vobis.* 28. *Vbi Gloſſa in*

*verb.*

*verb. Regia.* (quæ ſimul contraria ſolvit) *Diſtinct.* 1. Unde extruitur, quod Epiſcopus magis obedire teneatur præcepto Imperatoris, vel Regis, quàm Metropolitani, per text. *in cap. ſi vobis.* 28. *ibi*, *niſi* à Religioſis Imperatoribus, vel invitati, vel vocati fuerint. *cauſ.* 23. *quæſt.* 8. *arg. text. in cap. cum parati*, 19. *X. de appellat.* Henning. Gœdden. *conſil.* 59 *num.* 2. Paurmeiſter. *de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 8. Conring. *de Epiſcop German.* Dan. Haider. *in Apolog. cap* 10. *fol. m.* 351. Matth. Stephan. *de jurisdict. libr.* 3. *part.* 1. *cap.* 14. *num.* 18. *& ſeqq.* Dn. Amic. Joh. Jacob. Speidel. *in Specul. verb.* Biſchoff. 128. *fol. m.* 154.

## CAPUT XVI.

### *An hæc liberalitas erga Epiſcopos, & Abbates, Imperio R. G. proficua fuerit, nec ne? Ubi mores aliorum Regnorum recenſentur.*

## SUMMARIA.

1. *Profuſas Impp. donationes in Eccleſiaſticos collatas, Politici jam dudum reprehenderunt.*
2. *Epiſcopi, plebe contra Optimates inſtigata, brevi ubique eos dejecere, ac omnia ſuæ ditioni ſubegerunt.*
3. *Otthonis Friſingenſ. locus ſuper hoc adducitur.*
4. *Epiſcopi, olim variis artibus, has munificentias ab Impp. extorſerunt.*
5. *Idem de Clericorum indecente avaritia legitur.*
6. *Quæ profuſæ largitiones, in maximum Rom. Imp. detrimentum tetenderunt.*
7. *In Polonia, Hungaria, & Belgio, Archiepiſcopi & Epiſcopi, ſeculari quoq; utuntur poteſtate in territoriis ſibi ſubjectis.*
8. *In aliis vero Regnis, hæcce territorialis ſuperioritas valde præciſa fuit.*

*9. Tempore Hunnorum, omnes Eccleſiaſticæ perſonæ, ad fidelitatis homagium præſtandum, obligati erant.*

10. *In Gallia, Epiſcopi, ſimul ſunt Pares Regni, ſeu Paires de France.*

11. *In Italia, Epiſcopi, titulo ſereniſſimi honorantur, ſecularem tamen poteſtatem non habent.*

12. *In Hiſpania, nulli Epiſcopi, Principatum habent ſecularem.*

13. *An ſecundum jus divinum, Epiſcopi, cæterique Eccleſiaſtici, ſecularis poteſtatis, ac dominiorum temporalium, capaces eſſe poſſint? quod affirmatur.*

14. *Idq́ex praxi vetuſtiſſima.*

15. *Non temere recedendum ab eo, quod diu æquum viſum fuit.*

CÆterùm Imperatorum largas nimis, & profuſas *liberalitates*, & donationes, tàm dominiorum, & redituum, quàm regaliorum, & ſecularis poteſtatis, in Eccleſiaſticos collatas, jam dudum plurimi Politici conqueſti fuerunt: Ita enim de hac profuſione *Petrus Bertius* ſcribit: *Equidem cum profuſas illas Clodovæi, Pipini, Caroli Magni, Ludovici Pii,* aliorumque largitiones, video, ſubit animum meum dubitatio, *utrum ne illi plus Chriſtianitati profuerint donando, an obfuerint?* Petr. Bertius *Comment. rer. Germ. lib.* 2. *cap.* 1. Ac quòd à priſcis Imperatoribus (concedendo Epiſcopis, & Abbatibus, tantam ſecularem poteſtatem, cum tam amplo territorio) conſilio Principum verè pernitioſo, factum fuerit; jam diu, ante *Petrum Bertium*, conſtanti animo, querelabundus tradidit Willibaldus Pircheimerus, Imp. Maxim. I. Conſiliarius, *in Epiſtola ad Ioan. Bapt. Egnatium Venetum.* Qui hæc adjicit verba: *Præcipuè verò illas (Civitates Imperii) afflixit Epiſcoporum inſolentia, & avaritia, non ſecus ac flamma quædam cuncta hauriens.*

2. Cum

2. Cùm enim Imperatores priſci, Principum conſilio verè pernitioſo, jus, quod ipſi in Civitatibus Imperialibus habebant, Epiſcopis conceſſiſſent, illi haud ſegniter tanto munere uſi ſunt; ſed cùm primùm plebem contra Optimates inſtigaſſent, brevi ubique eos ejecere, ac inde, ſtulto oppreſſo populo, omnia ſuæ ditioni ſubegerunt. Willibald. Pircheimer. *de cenſura Rerumpl. German. in oper. ejusd Polit. fol* 201. quod refert quoque Joan. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 39. Eosque ſequitur Refutator deß Reichsvogts. *Diſcurſ. fol.* 2. Eandem querelam, jam ante aliquot ſecula, ipſos quoque Eccleſiaſticos cordatos geſſiſſe; Unum, vel alterum, tantùm teſtimonium, præcipuorum, & ejusdem temporis, maximæ Authoritatis, Scriptorum, afferam: Audi Cardinalem Cuſanum: *Temporalia Eccleſiarum, quid proſunt Reipublicæ? quid Imperio? quid ſubditis? certè parum, aut nihil. De temporalibus omnis cura, de ſpiritualibus nulla. Illud, temporalis Dominii, Eccleſiaſticorum regimen, multum Reipubl. & ſubjectis, obeſt. Curia Romana attrahit, quicquid pingue eſt, (ex inveſtitura) & ob id, quod Imperium contulit pro Dei cultu, & bono publico ordinarunt ſanctiſſimè, avaritiâ, & cupiditate exortâ, palliatis rationibus, & novis adinventionibus, totaliter pervertitur, & imperiale efficitur papale, & ſpirituale temporale.* Card. Cuſanus *de concordant. Cathol. lib.* 3. *cap.* 29. *cum cap. ſeq. in oper.* Simon. Schardii. *fol.* 657.

3. Similia quoque tradidit *Ottho, Friſingenſis* Epiſcopus, Imperatoris Friderici Ænobarbi, Patruus, dum ait: *Regnorum mutationes, & ad ultimum imminutiones, quis fructus ſequatur? quia, non ſine gravi ſcandalo, dicere poſſumus, Deo, apud quem nihil inutiliter effluere poteſt, relinquamus. Non deſunt tamen, qui dicunt; Deum ob hoc, Regnum*

*immi-*

*imminui, voluiſſe, ut Eccleſiam exaltaret. Regni quippe viribus, ac beneficentiâ Regum exaltatam, ac dilatatam, nemo ambigit. Eccleſiam. Conſtatque, eam non prius in tantum Regnum humiliari potuiſſe, quàm ipſo, ob amorem ſacerdotii, eviſcerato, ac viribus exhauſto, non ejus tantùm, id eſt, ſpirituali, ſed ſuo proprio, materiali ſcilic. gladio percuſſum, deſtrueret. Quod judicare, vel diſcutere, ſupra noſtras vires eſt. Videntur tamen Sacerdotes culpandi per omnia, qui Regnum ſuo gladio, quod ex Regum gratia habent, ferire conantur. Et paulo poſt. Regno decreſcente, Eccleſia in magna authoritate ſtetit*; ita ſcribit Ottho Friſingenſ. *hiſtor. lib.* 7. *in proleg. fol. m.* 128.

4. Aliter *Æneas Sylvius*, qui poſtmodum Pius II. Pontifex M. tradit, Mathildam, Romano Epiſcopo, teſtamento legaſſe id, quod patrimonium Petri, nominant, tuncque vocem hanc de cœlo auditam, magni Viri referunt: *Hodiè ſeminatum eſt in Eccleſia Dei, venenum aſpidum.* teſte Nicol. Boer. *deciſ.* 69. *n.* 2. & *Aventin. Annal. Bojar. lib.* 6. *fol. m.* 609. Veriſſimum exiſtimans illud, *Sulpitii Severi*, dictum: *Auro* (nempe) *non ſtrui Eccleſiam, ſed deſtrui.* Et hoc multò magis dicendum eſt, cùm Epiſcopi olim, variis artibus, haſce munificentias ab Imperatoribus invitis, extorſerint. Extant quoque apud *Chriſtophorum Bronverum*, de ſyderibus Germaniæ in vita Meinvercii, Paderbornenſis Epiſcopi, digna utique lectu, accuratè deſcriptæ artes illius *Meinvercii*, quibus, ad ditandam Eccleſiam ſuam, bona complura *Henrico* Imperat. extorſerit, tantâ interdum pertinaciâ, ut Imperator tandem in hæc verba proruperit; *Tu odium Dei, omniumque Sanctorum, habeas, quòd me bonis conceſſis cum detrimento Regni, ſpoliare non ceſſas.* Quod refert Dn. Herm. Conring. *de Epiſcop. Germ. fol. m.* 164.

5. Paria

5. Paria de Clericorum indecente avaritia, & potentia ſeculari, conqueſtus jam fuit, tempore Ludovici Imperatoris, Theganus, Epiſcopus *Trevirenſis, de geſtis Ludov. Pii. num.* 44. *apud Pitho. f.* 315. Lehman. *dict. Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 41. *fol.* 173. *A.* Plura ſi deſideras, videſis ſcriptum Gabr. de Barlieti apud Goldaſt *in polit. Imper. part.* 8. *tract.* 2. *fol. m.* 440. *& ſeqq.* Henning. Arniſæ. *de immunit. Eccleſ. c.* 4. *num.* 5. *& ſeqq.* Adi quoque citatum Chriſt. Lehm. *in dict. tract. lib.* 4. *c.* 3. *per tot. ac lib.* 5. *cap.* 102. Arumæ. *de Comitiis. c.* 7. 139. *f.* 555. Adde, quòd de Monachorum avaritia, olim, ante aliquot ſecula, ſemper gravis querela fuerit. Nam, ut inter alia, unicum tantum exemplum adducam; refert *Cunradus Fabarienſis, in caſibus Monaſterii*; Quod cum Cunradus Abbas Monaſterii, in aulam, *à Frid. Imp.* tertiâ vice vocatus, ſeſe excuſaſſet, in eundem cum fortè offendiſſet Henricus Rex, Imperatoris Filius, jocoſa quædam verba eructavit, in hunc modum: *Domine Abbas, neceſſariam adinveni veſtræ infirmitati medicinam; accipiatis pro antidoto quadringentas argenti marcas, credo enim, quod, receptatione talis potitii, à tertianis febribus, poteritis continuò liberari.* Adi Melch. Goldaſt. *in Notat. ad S. Columban. fol. m.* 95. Bapt. Platinam *in vit. Pontif. ſub Marcellin. I.*

6. Haſce profuſas bonorum temporalium, cum ſeculari poteſtate, elargitiones, in maximum detrimentum Imperii Romani tendere, ſubſecuti Imperatores probè animadverterunt; Ita enim de Imperatore *Henrico IV.* legimus; Quadam die, dùm ipſe, cum ſuis ſcurris, moraretur in cubiculo, & Epiſcopi cæterique Primates excubarent in veſtibulo, fertur, illis dixiſſe, qui conſcii, & fautores erant ſuæ nequitiæ: *Ecce iſti ſunt, qui Re-*

*gni meì divitias habent, & me, meosque omnes in paupertate, reliquerunt; Quod ſi illi, de medio fuiſſent ablati, Ego, cunctique mei familiares, citò poſſent fieri divites. Quapropter, ſi viri eſtis, & divitias habere cupitis, iſtos nunc inermes, armati fortiter invadite, & omnia, quæ illi poſſident, accipite.* Auct. Hiſtor. *bell. Sax. fol.* 121. Lehman. *dict. Chron. lib.* 4. *cap.* 3. *fol.* 278. *B.* Proinde Succeſſor ejus, *Henricus V.* Imperator, cum Pontif. *Paſchali II.* ſingulari conventione publica pactus eſt, ut Epiſcopi, Monachi, & totus Clerus, Civitates, Arces, Oppida, vicos Regios, aliosve reditus Imperii, cum omnibus regalibus, & ſeculari poteſtate, ceu Reipublicæ nervos, Imperio reſtituant, ac in poſterum, decimis contenti, vivant. Quas conſtitutiones refert Melch. Goldaſt. *in conſtit. Imper. latin. tom.* 1, *fol.* 252. *& ſeqq.* Idem quoque tradit Aventin. *in Hiſtor. Bojor. lib.* 2. *fol.* 486. *num.* 10. Cranz. *in Hiſtor. Saxon. lib.* 5. *cap.* 35. Caſp. Klock. *de contribut. c.* 4. *n.* 149. Ac, quòd utiliùs fuerit Imperio R. G. Eccleſiaſticis Præſulibus, tantam temporalem poteſtatem non conceſſam fuiſſe, eamque adhucdum, Imperio R. G. nihil prodeſſe; tradit, per varias rationes, Joan. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 3. *c.* 3. *num.* 2. *& ſeqq.* Juſt. Schüz. *in Coll. jur. publ. diſput.* 8. *theſ.* 4. *lit. A.* Arniſæ. *d. tr. cap.* 4. *num.* 4. *tr. de exempt. clericor.* Daniel Haider. *in Apolog. prælim.* 4. *fol.* 30. latè Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 21. 34. 53. *ac lib.* 4. *c.* 3. *ac lib.* 5. *cap.* 12. *&* 51.

7. Aliarum Gentium mores quod attinet, ſanè in *Poloniæ Regno*, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, cum Eccleſiaſtica jurisdictione Diœceſana, ſeculari quoque utuntur poteſtate, in territoriis ſibi ſubjectis, adeò, ut quidam Principali etiam dignitate præfulgeant. Ita *Cracovienſis Epiſco-*

*Epiſcopus*, à Rege Boleslao, Ducalem nactus eſt titulum, &, cum dignitate poteſtatem. Cromer. *Hiſtor. Polon. lib.* 5. & 9. In *Hungariæ Regno* Archiepiſcopus, Epiſcopi, & Abbates, in terris, Civitatibus, & pagis ſuis, omni jurisdictione ſeculari, inſtar Baronum Regni, utuntur, fruuntur; Ita namque, in *Tripartito* Regni Hungariæ, legimus; quòd omnes Domini, Prælati, & Eccleſiarum Rectores, æquè ac Barones, & cæteri Magnates, atque Nobiles, & Proceres Regni Hungariæ, ratione nobilitatis, & bonorum ſecularium, unà eademque libertatis, exemptionis, & immunitatis prærogativâ gaudeant, nec habeat dominorum aliquis magis, nec nobilis quispiam minus libertatis. Steph. Werbeuz. *in Tripart. jur. Regn. Hungar. part.* 1. *tit.* 2. Hinc in *S. Stephani* Regis Decretorum libro circa *Annum* 1035. *lib.* 1. *c.* 3. conſtitutum eſt. Quòd in regali dignitate, Pontifices tertium poſſideant locum. Ac in Regis *Ladislai, poſthumi,* decreto, ut Prælati, aliique Eccleſiarum Rectores, de bonis temporalibus, ſuper obſervanda fidelitate, & obedientia, æquè, ac cæteri Regni Barones, & proceres, juramentum præſtare teneantur; Decr. Ladislai, de *Anno* 1453. *art.* 2. Ideò etiam Epiſcopi, & Prælati, judiciis Regni intereſſe debent. Decr. Reg. *Ferdin. I. Anno* 1559. *artic.* 38. In *Belgio*, Archiepiſcopus Cameracenſis, eodem ducali titulo utitur, ac ſcribit: Nos N. Archiepiſcopus, & Dux Cameracenſis, S. Rom. Imp. Princeps, Comes Cameracenſis. Guicciard. *in deſcript. Belg. fol.* 170.

8. In aliis verò Regnis, dum experientiâ conſtabat, tam ſublimem poteſtatem ſecularem, in diminutionem Regiæ authoritatis tendere, ideo hæcce ſuperioritas territorialis valdè præciſa fuit. Nam, in *Regno Galliæ*, quam-

vis quidam ex Epiſcopis, cum Ducali titulo reperiantur; Hæc tamen dignitas, non cunctis Regni Epiſcopis competit, nec tam ſublimem temporalem poteſtatem annexam habet, ſicuti noſtri Epiſcopi in Imperio Rom. Germ. poſſident. Unicuique quidem Epiſcopatui, in Gallia, quatuor feuda nobilia, cum titulo Baronatuum, addicta ſunt, quorum poſſeſſores Epiſcopo inſervire tenentur. *Fauyn. au theatre d' honneur. lib. 2. c. ult.* Adeoque quilibet Epiſcopus, quà Epiſcopus, Regi propter beneficia temporalia, quæ in Regno poſſidet, juramento fidelitatis obligatur. *Il preſt le ſerment de fidelité & loyauté pour le temporel des leurs benefice.* Rageaux *des droits Royaux. verb. Homage. pag.*384. Gilleſ. de Maiſtre. *des Regales. cap. 6. num. 2. & 3.* Georg. Louet. *en recueil. des arreſts lit. O. Tit. Officiers de Cour d' Egliſe. fol. m.* 535. Quòd ſi unus, vel alter Epiſcopus, feudum inſuper à Rege tenet, juramentum homagii, in Camera computuum, præſtare adſtringitur. Carol. *Loſeus. tr. de Seignerie. c. 7. n. 31. Dn. Limnæ. in notit. Reg. Gall. lib. 3. cap. 7. lit. T.*

9. Quò ſpectat antiqua *Hunnorum* conſuetudo, jamdudum, Romano ſtylo, exarata, in hanc ſententiam: Omnes Domini Prælati, & perſonæ Eccleſiaſticæ, Regi noſtro, ad fidelitatis Homagium præſtandum, obligentur, & ratione bonorum temporalium, coram Judicibus ſecularibus, jure ſtare tenentur. Quod refert Choppin. *de Doman. Gall. lib. 2. tit.* 10. *ſub num.* 9. Quod latiùs tradit originarius Stephan. Werbeuz. *in jur. Reg. Hungar. lib.* 1. *tit.* 12. Unde Epiſcopi, nati Regis Conſiliarii in Gallia dicuntur, & ob hunc titulum, ſeſſionem in Curia Parlamenti habent, poſtquam fidelita-

tis

tis juramentum præſtiterunt. Votum tamen, & jus dicendi ſententiam, in Parlamento, ac Comitiis publicis, non habeant *Ils n' ont ny voix, ny avis de jugement, qui ſe donnent.* Carol. Loſæ. *dict. tr. c.* 2. *n.* 16. Gilles de Maiſtre *de Regal. cap.* 13. *Car les Evesques doivent eſtre in Caulis, non in Aulis, ne Apocopi potiùs, quàm Epiſcopi, dicantur.* Sicuti ſcribit, & hoc aliquot Arreſtis, ſeu præjudiciis, confirmat, Bern. de la Roche Flavin. *tr. de Parlam. l.* 7. *n.* 7.

10. Alio, & pinguiori jure, utuntur Epiſcopi Regni *Galliæ*, qui ſimul Pares Regni, ſeu *Paires de France* exiſtunt; Quales regulariter ſex, in Regno nominantur. Qui præter Epiſcopalem dignitatem, etiam Ducis titulo præfulgent; Qualis eſt Dux & Epiſcopus, *Rhemenſis, Laudunenſis, & Lingernenſis*, Epiſcopus item & Comes *Catalaunenſis, Novimagienſis, & Bellovacenſis*, Jul. Cæſar. Bulenger. *de offic. Regn. Galliæ. f. m.* 7. Hoſce paulò aliter recenſet Author des Recherches *de la France lib.* 2. *fol.* 447. Quem allegat Beſold. *conſil.* 195. *quæſt.* 7. *n.* 96. Qui omnes in Parlamentis, aliisque conventibus Regni publicis, votum & jus dicendi ſententiam, de Patriæ negotiis obtinent. Carol. Loſæ. *d. cap.* 2. *num.* 16. Bernhard. De la Roche Flavin. *dict. lib.* 7. *cap.* 7. Ac in bonis temporalibus, quæ feudi titulo à Rege poſſident, haud dubiè ſuperioritatem, cum Regalibus, exercent. Vide Dn. Limnæ. *de Regn. Gall. lib.* 3. *c.* 7. *lit. N. & Q.*

11. In Italia, quamvis Epiſcopi inprimis honorentur, adeò, ut titulo, *Sereniſſimi* præpolleant, ſecundum tradita à Pacian. *tr. de probation. lib.* 2. *c.* 28. *num.* 38. Rudolphin. *de orig. Duc. Ital. num.* 250. Regulariter tamen

Civitates, Caſtra, & Villas non poſſident, multò minùs ſecularem poteſtatem, & ſuperioritatem territorialem, in ſubditos exercent. Exceptis paucis quibusdam Abbatibus, præſertim in *Regno Neapolitano*, qui tùm, ex ſingulari Pontificum privilegio, tum, præſcriptione temporis immemorialis. ſecularem quoque poteſtatem in Caſtellis ſibi ſubjectis habent. Quos recenſet Martinus Freccia *tract. de origin. Baron. lib.* 1. *fol.* 19. *num.* 28. & latius Aſcan. Tambur. *de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 3. *quæſt.* 4. Ubi varia exempla, cum privilegiis Pontificum, recenſet.

12. In *Hiſpaniæ Regno*, nulli reperiuntur Epiſcopi, (quantum perlegendo ſcire licuit) qui principatum habent ſecularem, &, cum ſpirituali, ſimul quoque temporalem, & territorialem poſſident ſuperioritatem, & jurisdictionem in ſubjectos. Hinc communiter tradunt dicti Hiſpani, quod Epiſcopus in Hiſpania non poſſit habere fiſcum, vel alia jura fiſcalia. Joan. Baptiſta Larrea, *in proœm. allegat. fiſcal. num.* 5. Franciſcus *de Amaya ad tit. C. de jur. fiſcal. in proœm. num.* 25. Ideo condemnationes, non ſibi ipſis, nec Cameræ, ſed pauperibus, applicare debent. Azevedo *in Recopilat. ad leg.* 12. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 3. Nec poſſunt habere, Epiſcopi in Hiſpania, armatam militiam, ſeu familiam, ut ſuâ authoritate, Laicos capere poſſint; poſt Azevedo Franc. de Amaya *ad L. nemo* 2. *n.* 36. *C. de Exact. tribut. lib.* 10. Joan. Baptiſt. Larrea *deciſ. Granat.* 1. *num.* 16. *&* 17. *vol.* 1. ubi hæc per rationes deducit. Franc. Salgado. *de Regia protect. part.* 2. *c.* 4. *n.* 36. Quamvis Epiſcopi, in Hiſpania, Regi etiam juramentum fidelitatis præſtare, ac, ad Curiam Regiam vocati, comparere teneantur; ſecundùm

dùm ea, quæ tradit Joan. Baptiſt. Larrea *alleg. fiſcal.* 13. *num.* 12. Hanc Epiſcoporum, & Prælatorum, in Germanico-Romano Imperio, ſuperioritatem territorialem, cum principali dignitate, conjunctam, unà, cum poſſeſſione tot Civitatum, Villarum, Pagorum, ac ſubditorum, exteræ Nationes, præſertim verò Hiſpani, cunctorum Imperiorum æmuli: ſemper lividis oculis, aſpexerunt; adeò, ut in Comitiis Anno 1630. Ratisponæ celebratis, apud S. Cæſaream Majeſtatem, Regis Hiſpaniæ Legatus, Comes D' Ognate, ex Guevarorum familia, non erubuerit, palàm ſæpiùs, in diſcurſibus inter amicos jactitare: Epiſcoporum Imperii R. G. togas æquo longiores eſſe: ideò politicis artibus præcidendas: Et vel hoc dicto annuens, neceſſum eſſe Imperatori, ut ſeculares Principum Eccleſiaſticorum poteſtates, diminuat; referente Theod. Berinic. *de Comitiis Ratiſpon. Anno* 1630.

13. Attamen hoc loco, non præter rationem, dubitari poteſt; *An ſecundùm jus divinum, veteres Canones, primitivæ Eccleſiæ, & Conciliorum Nationalium conſtitutiones, Epiſcopi, cæterique Eccleſiaſtici, ſecularis poteſtatis, dignitatum Regaliorum, ac tot dominiorum temporalium, capaces eſſe poſſint?* Pro *Negativa ſententia* graves rationes collegerunt, ex antiquitate Hiſtorica, præter jam modo allegatos, Joan. quoque Limnæ. *injur. publ. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. *& ſeqq.* Juſt. Schüz. *injur. publ. diſput.* 8. *theſ.* 4. *lit. A. & B. fol.* 1. Henn. Arniſæ. *de immunit. Cler. cap.* 1. *fol.* 18. *poſt plures.* Beſold. relativè tantùm. *de Majeſt. in genere. cap.* 3. *num.* 4. *& ſeqq.* Et hoc, propter veteres Canones, Epiſcopis politicam poteſtatem inter dicentes, quos refert Herm. Conring. *in præfat. Epiſt. Leon.* 3. *P. M. ad Carol. M.* Quo

faciunt,

faciunt, quæ tradit Joan. Bapt. Larrea Hiſpanus. *deciſ. Granat.* 1. *num.* 15. *& ſeqq.* ubi, per varias rationes hoc deducit. latè Henning. Arniſæ. *tr. de exempt. Clericor. c.* 4. *num.* 4. *& per tot.* Thom. Crag. *de jur. feudal. Scotic. lib.* 1. *Diegeſ.* 13. *in princip.* *In contrarium* tamen, ac, quòd politica poteſtas, cum ſpirituali poteſtate, in uno, eodemque ſubjecto, diverſo reſpectu, benè conſiſtere poſſit, *per cap. audit X. de præſcript. & per cap. dilutus X. de officio ordin.* tradunt Winzler. *de jurisdict. Epiſcop. Germ. tit.* 21. Quem ſequitur Reinking. *d. R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *c.* 9. *num.* 9. *& plur. ſeqq.* qui contrariis, ſimul reſpondet. Arumæ. latè diſputans in *tr. de Comit. cap.* 4. *num.* 98. Beſold. *in Theſaur. Practic. lit. G. verb.* Geiſtliche 24. *Ac tr. de Monarch. in gener. cap.* 3. *num.* 7. *fol. m.* 24. Ex Catholicis Scriptorib. Card. Bellarm. *de Pontific. lib. ult. cap penult. & ultimo.* Ubi ſcribit, Bona ſecularia, cum Eccleſia, non neceſſariò conjuncta, aut ſeparata eſſe. Joan. Soto *de juſtit. & jur. lib.* 10. *quæſt.* 4. *art. ult.* Caſpar. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *n.* 154. *& ſeqq.* Et ante allegatos Petr. Heig. *quæſt. illuſtr.* 4. *num.* 57. *& ſeqq. lib.* 1. Joan. Jacob Speidel. *in Specul. juridic. lit. B. verb.* Biſchoff. *f. m.* 154. latè Aſcan. Tamburin. *de jur. Abbat. tom.* 3. *diſput.* 12. *quæſt.* 1. *per tot.* Franciſcus Bozzius, *de tempor. Eccleſ. Monarch. per tot.* Duaren. *de Miniſtr. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 4. *ac ſexcenti alii, quos ubivis reperies.*

14. Veruntamen, Lex ita ſcripta eſt, ac, Imperii Romani praxis vetuſtiſſima, ita circa politicam Eccleſiaſticorum poteſtatem invaluit, ut ea, quaſi in artitulum fidei, tranſiverit; Ideoque in Anno 1139. *Arnoldus* quidam *Bixianus*, *Veridicus*, quòd Epiſcopis Regalia competere negaſſet, in præſentia mille Antiſtitum,

ſtitum, hæreſeos damnatus, ac tandem, ob veritatem, à Papa *Celeſtino II.* Romæ Anno 1155. combuſtus fuit, teſte Sigon. *de Regn. Ital. lib.* 11. *pag.* 173. De quo Arnoldo Brixiano, ejusque doctrina, ſequentia extant Carmina apud *Güntherum*, hiſce verbis.

*- - Variis implebat vocibus aures:*
*Nil proprium Cleri, fundos, & prædia, nullo*
*Iure, ſeu Monachos, nulli fiſcalia jura*
*Pontificum nulli, curæ popularis honorem*
*Abbatum, ſacras, referens, concedere leges,*
*Omnia, Principibus terrenis, abdita, tantùm*
*Committenda, viris popularibus, atque regenda.*
*Illis primitias, &, quæ devotio plebis*
*Offerat, & decimas, caſtos in corporis uſus,*
*Non ad luxuriam, ſive oblectamina carnis,*
*Concedens, mollesque cibos, cultusque nitorem,*
*Illicitosque jocos, laſcivaque gaudia Cleri,*
*Pontificum faſtus, Abbatum denique laxos,*
*Damnabat penitùs mores, monachosque ſuperbos,*
*Veraque multa quidem, niſi tempora noſtra fideles*
*Reſpuerent monitus, falſis admixta, monebat.*

Gunther. *in Ligurin. libr.* 3. *de geſt. Frider. I.* Unde ad hoſce Verſiculos optimè adnotat Joan. Jacob. Spigelius Sceleſtadianus, *qui ſcripſit, & inſcripſit Commentarium Anno* 1531. *ad Regem Ferdinandum. Sunt & hodiè, qui, uti non ſuadent, ut cuiquam per vim & tumultum, quod poſſidet, adimatur: Ita putant, ſi Dominus hanc mentem impertiret Eccleſiæ Miniſtris, ut ſponte ditionem mundanam abjicerent, nihilo pejus habituram religionem Chriſtianam, & ipſis non paulo plus acceſſurum, tam quietis, quàm dignitatis.* Spiegel. *in Comment. ad Ligur. ibid. in verb. Nulli fiſcalia jura.* Eandem combuſtionis hiſtoriam, recenſet quoque Lehman. *in Chron Spirenſ. lib.* 5. *c.* 51.

15. Veruntamen, utut ſit; Ea, quæ tamdiu determinatam interpretationem, & obſervationem habuerunt, nullo cum effectu, à Politicis in dubium revocantur, nec temerè in dubium revocari debent. Siquidem, ſecundum JCtos, non temerè recedendum eſt ab eo, quod diu æquum viſum fuit, *per l.* 13. §. *fin. D. de extraordin. cognit.* ac obſervantia retrò, tot laudatiſſimorum Principum, per tot ſecula frequentata, non illicò culpanda eſt; Quoniam talis conſuetudo, & præſcriptio, jus facit. *per l.* 35. *D. de leg.* Et antiquitas vim legis obtinuit, *per l. pergit.* 5. *C. de ſepulchr. viol.* Hoſtienſ. *in cap.* 4. *X. de conſuet.*

## CAPUT XVII.

### *De Civitatum Imperialium Origine, immedietate, & à quibus Imperatoribus eam acquiſiverint?*

### SUMMARIA.

1. *Tempore Caroli M. aliorumque Regum Francorum, paucæ in Imperio erant Civitates.*
2. *Carolinorum tempore, Civitates muris & aggeribus muniri cœperunt.*
3. *Ad Saxones devoluto Imperio, plures Vrbes conditæ ſunt.*
4. *Henricus Auceps, Oppidis juſſu ejus conditis, generalia privilegia, ad annonæ & mercaturæ commoditatem promovendam, conceſſit.*
5. *Succedente tempore, Iurisdictione territorio annexa, decorata fuerunt.*
6. *De tempore, ac quando Civitates Imperii jus autocratiæ acquiſierint, non conſtat.*
7. *Imperii Civitates, longo intervallo,*

*tervallo poſt Principes, ad tantum libertatis faſtigiũ pervenerunt.*

8. *Alii, tempore Henrici IV. territorii ſublimitatem acquiſiviſſe ſcribunt.*

9. *Imperii Civitates Saxonicas & Rhenanas immedietatem præ reliquis obtinuiſſe, creditur.*

10. *Quidam hanc immunitatem Civitatum, Imper. Friderico Barbaroſſæ, adſcribunt.*

11. *Pluriمæ Civitates ſuperioritatem territorii, ex occaſione Interregnorum, vel diſſidiorum inteſtinorum, acquiſiverunt.*

UTcunque Imperatores, tàm Franci, quàm Saxones, Germaniâ indies magis excoli & habitari cœptâ, Principibus, Comitibus, aliisque Imperii militibus primariis, certa territoria, & dominia, imò integras provincias, cum principali dignitate, aliisque Juribus, Regalibus, hereditario jure in feudum conceſſerint: Attamen inſigniores adhuc Civitates, Pagos, Fundos, & Villas, ſibi ipſis, ac Imperio immediatè reſervarunt. Wurſtiſ. *Chron. Baſil. lib.* 2. *cap.* 11. Munſter. *in Cosmogr. lib.* 3. *cap.* 24. *fol.* 456. Tempore quidem *Caroli M.* aliorumque Regum Francorum, Civitates in Imperio, non ita frequentes, ſed in exiguo numero fuerunt. vid. Beſold. *de Civitat. Imper. num.* 2. *in oper. Polit.* Dn. Amicum Phil. Knipſchild. *de jur. Civitat. Imper. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 5. *& ſeqq.* latè Dn. Herman. Conring. *de Civitat. Germanic. origin. fol. m.* Sicuti ex annalibus Pipini, & Caroli Magni, ex *Eginhardo*, *VVitichindo*, *Nithardo*, & aliis Hiſtoricis antiquis, patet; ubi ſemper ferè *Villarum*, & *Pagorum*, rarò autem Civitatum, quò Imperatores ſtativam poſuêre, aut hyemem transegerunt, mentio fit: apud Juſt. Reuber. *in ſcript. veter. Hiſtor. German. paſſim.*

*ſim.* Marquard. Freher. *de origin. Comit. Palatin. part.* 1. *cap.* 7. *fol. m* 54.

2. *Hungaris* autem, Carolinorum tempore, ſæpiſſimè in Germaniam irrumpentibus, ut tuta adeſſent ſubditorum receptacula, Civitates à Comitibus adhuc gubernatæ, muris, & aggeribus, muniri cœperunt. Sic enim Norici, *Norinbergam*; Bavari, *Ratisponam*, *Salisburgum*, *Auguſtam*: Suevi, *Conſtantiam*, Alſati, *Argentinam*, contributâ pecuniâ, undique fortalitiis cinxerunt. Irenic. *lib.* 9. *cap.* 18. Sicut de *Civitate Auguſtana* referunt Hiſtorici, quòd illa, jam Anno 787. ab Avaris, & Hunnis combuſta, mox reædificata, & muris fortiùs cincta fuerit. Gaſſer. & Werlich. *in Chron. Civitat.* Auguſt. *de Anno* 780. Stengel. in der Augſpurg. Kirchen-Hiſtori. *lib.* 2. *c.* 3. *fol.* 30. Cæteræ verò, jam ante præcellentes Imperii Civitates exiſtentes, pleræque, ne oppida quidem fuêre, ſed *Regiæ tantum Villæ*, ſeu villæ publicæ, Reichsflecken, nihilominus Regum palatiis condecoratæ, celebratisque inibi Comitiis, in pratis, & campis, tentoriis inſuper æſtate erectis, celebres extiterunt. Freher. *in not. ad Petr. de Andlo, de Rom. Imper. lib.* 1. *cap.* 16. *pag.* 162. Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 6. *cap.* 4. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 38. Ita in ſpecie, *Vlmam*, ſuam Regalem villam, Königlicher Fleck / vocat Carolus M. eamque in magna æſtimatione habuit. teſte Naucler. *vol.* 2. *generat.* 27. Cruſ. *in Annal. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. Daniel Haider. *in Apolog.* der Reichsvögt *cap.* 3. *fol. m.* 181. Pari modo Franckfurt / & Ingelheimb / Reichsflecken nominatas fuiſſe, tradit Regino *lib.* 2. *Annal. Franc.* Simili modo Civitatem Imperialem, *Northuſium*, olim villam Regalem fuiſſe, conſtat

ex

ex Urſpergenſi Abbate, dum eam, in hiſtoria ſua Villam Regalem vocat. Urſpergenſ. *in Chron. An* 1105. Lehman. *dict. Chron. lib.* 2. *cap.* 18. Dn. Amicus Dapp. *de Civitat. Imper. cap.* 3. *num.* 2.

3. Devoluto à Francis *ad Saxones* Imperio, Civitates frequentiores ædificari cœperunt, ac ingens Civitatum mutatio conſpecta eſt. *Henricus enim Auceps*, vulgo der Finckler dictus, oppida, in Germania, hinc inde noviter condere, & munire incepit, translatoque nono quoquo viro ex agro, & pagis in prædicta oppida, tertiam quoque partem, omnium frugum illorum, in ædibus à ſe extructis, reſervare juſſit, ut in bello nihil alicui rerum deficeret, omniaque rebus, & viris, plena adeſſent. Witichind. & Sigebert. *hiſtor. ſub Anno* 925. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 5. *cap.* 1. latè Joan. Gryphiand. *de Weichbild. c.* 34. *num.* 4. *&* 5. Exinde diſcrimen oriebatur, inter plebem urbanam, & ruſticam, unter Bürgern und Bauren/ quarum hæc Bauren/ à colendo, vom bawen; Illa verò, Bürger/ à Burgis, id eſt, locis mœnibus munitis, dici cœperunt. Joan. Cluver. *de German. antiquit. lib.* 1. *cap.* 13. Freher. *de origine Comit. Palatin. part.* 1. *cap.* 7. *fol. m.* 55. Joan. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 18. *&* 19. In ſpecie verò, memorabile legimus de Civitate *Goſlariæ*, daß ſolche Imperator *Henricus I.* gebawet/ Secundus, gebeſſert/ Tertius, mit Keyſerlichem Palatio gezieret/ und Henricus quartus, als ein Reichſtatt/ bewohnet. Spangenberg. *in Chron. Mansfeld. c.* 181. Dan. Haider. *in apolog.* von Reichsvogteyen *cap.* 2. *fol. m.* 151.

4. Præterea, dictus Imperator *Henricus*, non ſolum

oppida in Saxonia condi juſſit, ſed illis etiam generalia quædam privilegia, ad annonæ & mercaturæ commoditatem promovendam, conceſſit. Spangenberg. *in Chron. Saxon. cap.* 119. Dillich. *in Chron. Bremenſ. fol.* 60. Gryphiandr. *d. tract. cap.* 34. *n.* 6. Idem quoque ſcribit de *Henrico Aucupe*, Witichindus, *lib.* 1. *hiſtor. Concilia & omnes conventus, atque convivia, in Vrbibus celebrari voluit, in quibus extruendis, die noctuque, operam dabat; quatenus in pace diſcerent Cives, quid contra hoſtes, in neceſſitate facere debuiſſent*; quod refert Lehman. *d. lib.* 5. *c.* 1. *fol.* 386. Ac de *Otthon. I. Imperatore*, in ſpecie, de Civitate *Magdenburgenſi*, quòd ei, ſeu magis Eccleſiæ Magdenburgenſi jus mercatus, Monetæ, Teloniæ, Stapulæ, & Gerani, in Magdenburg ad Albim contulerit, aliisque cumplurimis teſtatur Theodor. de Niem. *de privileg. & jur. Imper. in oper.* Simon. Schard. *fol.* 812. Benjam. Leuber. *de jure Stapulæ num.* 1602. *tit. de Otthon. I.*

5. Succedente in Imperio Henrici Aucupis poſteritate, ad exemplum aliorum Imperii Statuum, Civitates quoque opibus & Imperio creverunt. Quemadmodum enim *ſub Otthonibus*, Ducatus, Marchionatus, ſimilesque dignitates, ſucceſſorio & hæreditario jure conceſſæ fuerunt; Ita eodem ſeculo, Jurisdictione territorio annexâ, Imperii autocratiæ (der Landsfürſtl. Obrigkeit) fundamenta ponebantur. Vide quæ ſupra dicta ſunt. Quibus adde Wilhelm. Kyriand. *de Annal. Treverenſ. part.* 13. Dan. Haider. von Reichsvögten. *fol.* 6. 36. *& paſſim.* Ita quoque Civitates Imperii, ſubſecuti Imperatores, ſingulari clementia & liberalitate, variis *immunitatibus* donarunt, iisdemque jurisdictionem, & potiſſimam, vectigalium aliorumque

jurium

jurium ad fiſcum Regium pertinentium partem, conceſſerunt. Münſter *in Cosmograph. lib.* 3. *c.* 22. 24. *&* 28. Beſold. *de Civit. Imp. in polit. magn. n.* 2. *fol.* 119. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 38. Ex eo idem refert Schüz. *in Colleg. jur. publ. diſput.* 8. *th.* 21. *lit. C.* Nam, ut quæque Civitas plus bonorum, quæ ad Regem pertinebant, habuit; ita maturiùs & faciliùs ad libertatem pervenit. Beat. Rhenan. *rer. Germ. lib.* 2. Rubr. *Status Imper. ſub Saxon. fol.* 96. Gleicher weiß / wie die Keyſer in Teutſchland / die Fürſten / und Herrn / hoch erhaben; Alſo haben ſie auch nachmals aus ſonderbarer Gunſt und Guthätigkeit / gefreyet / die alte Städt deß Reichs / Thäler / und Flecken / denſelben eigene Regierung vergünnet; deßgleichen ein mercklichen Theil der Zöllen / Umgels und andern Gefällen / ihnen zugeſtellt. i. e. Pari modo, ſicuti Impp. Germani, Principes ac Dominos ſummè extulerunt; Ita quoque poſtmodo ex ſingulari favore & munificentia, veteres Imperii Civitates, Valles & Pagos, eadem libertate donarunt: iisdem propriam jurisdictionem permittentes, ac magnam vectigalium, aliorumque redituum partem, reſtituentes. Ita Münſter. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 22. 24. *&* 28. Beſold. *de jure Civitat. Imper. num.* 2. *in oper. Polit. tom.* 1. Lehman. *dict. Chron. lib.* 4. *cap.* 3. Daniel Haider. von Reichsvögten. *lit. Rrr. fol.* 89.

6. Idem quoque confirmat *Wurſtiſius*, ac in ſpecie tradit, quòd Civitates Imperiales ſuam libertatem, non quidem ab *Otthone III*, ſed à ſubſecutis demum Imperatoribus acquiſierint. Nach denen Zeiten Otthonis III. ſeynd die Städt / ſo nach dem Keyſer / als ein Ober-Haupt / keine beſondere Fürſten gehabt / etliche zu frey Städten worden. Nach deme die Keyſer / einer / oder an-

derer

derer Stadt / wol gewolt / ihnen irgend die Zöll / und andere Rechtungen zu kauffen geben / und ihnen allein / zu Erhaltung Keyſerlicher Hoheit / Reichsvögt verordnet. i. e. Poſt tempora Otthonis III. quædam Civitates, quæ poſt Cæſarem, ceu ſupremum caput, nullos peculiares Principes habuerunt, liberæ factæ ſunt. Ac prout vel uni vel alteri Civitati plus faverunt, eis aut vectigalia vel alia jura vendiderunt: Imperiales ſolummodo Præfectos ad conſervationem Imperatoriæ Majeſtatis ipſis conſtituentes. Wurſtiſ. *in Chron. Baſil. lib. 2. cap.* 11. *f.* 96. Limnæ. *dict. cap.* 11. *n.* 38. Haider. *Diſc.* von Reichsvögten. *lit. Hhh. & Iii. fol.* 76. & 78. *ac in Apolog. prælim.* 4. *fol. m.* 35. Similia quoque ſcribit Lehman. Zu Zeiten der Fränckiſchen Keyſer / iſt kein Reichsſtadt frey geweſen / viel weniger die Reichs Thäler / oder Dörffer / ſondern die befreyung der Städt / hat ihren Anfang / fürnämlich nach der Otthonen Regierung / von welchen / und ihren Nachkommen im Reich / der Fürſten / Graven / Herrn / und der Städt Freyheit / entſproſſen. i. e. Tempore Impp. Francorum, nulla Imperii Civitas libera fuit: multo minus Imperii Valles, Pagi; ſed libertas Civitatum, initium ſuum præcipuè poſt Otthonum tempora ſumpſit, à quibus, eorumque Succeſſoribus in Imperio, Principum, Comitum, Baronum, & Civitatum libertas promanavit. Lehman. *d. Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 3. *in pr.* Equidem de tempore, ac quando Civitates Imperii, immedietatem, libertatem omnimodam, ac jus autocratiæ, ſeu ſuperioritatis (die Landfürſtl. Obrigkeit / quod vocamus) acquiſierint, planè in obſcuro eſt; conjecturis enim hîc agitur, & vetuſtorum Scriptorum diverſâ authoritate. Münſter. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 24. Joan. Limnæ. *injur. publ. lib.* 7. *c.* 1. *num.* 38. Auctor *Con-*

*ſilii*

*ſilii in cauſ.* Fridberg*-part.* 1. *punct.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* Haider. *in Act. Lindav. fol.* 87. Knipſchilt. *de jure Civit. Imper. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 10. *& per tot.*

7. Certum quidem eſt, Civitates Imperii, longo intervallo poſt Principes, alioſque Imperii Status. ad tantum libertatis faſtigium aſcendiſſe. Si conjecturis uti licet, *(ſcribit Beſoldus)* ferè eſt, ut dicam, olim Civitates in Germania Imperiales, diu ita ſubditas fuiſſe Imperatori, ut nunc Principibus aliis ſuæ Civitates municipales. Primitus etenim in iis Imperatores Juriſdictionem & Imperium, præſertim merum, per Præfectos imperiales explicare ſolebant; Durch ihre Reichsvögt. Stumpff. *in Chron. Helvet. lib.* 6. *cap.* 14. *fol.* 146. *& cap. ſeq.* Erant autem Præfecti, (die Reichsvögte) adminiſtratores juſtitiæ, vel præſides, & in Helvetiis, ac in Germania, Judices Criminales, welchen für ihre Beſoldung/ ein Theil von deß Lands/ oder der Städte Gefällen/ bevorab von den Frevel und Buſſen aſſignirt und überlaſſen/ oder gar zu Lehen angeſetzt worden; Und haben dazumalen auch die Einziehung der Städte Reichſteür/ item die Verwaltung der Zöllen/ der Müntzen/ und deß Wechſels gehabt; Benneben/ ſo seynd ſie auch den burgerlichen Gerichten vorgeſtanden; i. e. Quibus ſalarii loco pars Territorii, vel Civitatum redituum, præſertim mulctarum, aſſignata atque relicta, vel planè in feudum conceſſa erat. Ac inſuper collectas Civitatum Imperii, itemque adminiſtrationem teloniorum, monetarum, atque cambii habuerunt. Præterea civilibus quoque Judiciis præfuiſſe ex Vadiano, & Münſtero, per exempla deducit Dan. Haid. von Reichsvögten. *lit. Fff. & Ggg. in notis.* in Apologia *c.* 8. *fol.* 293. *& in c.* 15. *fol. m.* 468. Ejuſmodi

modi præfecturæ Civitatum, plerumque Comitibus, aut Epiſcopis, quandoque etiam & ſucceſſu temporis, ut plurimum quoque nobilibus, aliisque viris Patriciis; committebantur. Lehman. *in dict. Chron. lib.* 2. *cap.* 18. *&* 22. *ac lib.* 4. *cap.* 2. Et hæ Civitates Imperii, ita erant in poteſtate Imperatoris, ut ab eo, vel jure pignoris alicui obligari, aut penitùs ab Imperio alienari poſſent; Id quod apparet ex privilegio Civitatis *Francofurtenſis*, à Wilhelmo, *Ludovico IV. & Carolo IV.* obtento. Idem ex privilegio *Fridbergenſi*, ab Imperatore *Richardo*, in Anno 1257. impetrato, aliisque Civitatum Imperialium privilegiis, etiam poſt *Fridericum II.* Imperatorem impetratis, daß ſie nit verſetzt/ noch von dem Reich veräuſſert werden ſolle. vide Auct. Conſil. *in Cauſ. Fridberg. punct.* 1. *num.* 3. *&* 4. Beſold *de Civitat. Imper. n.* 3. *in oper. Polit. fol.* 120. *&* 121. Limnæ. *in jur. publ. libr.* 7. *cap.* 16. *n.* 13. Ac in *Theſaur. Pract. lit. R. verb.* Reichsſtadt *num.* 37. *f.* 780. Refutator deß Reichsvogts *Diſcurſ.* §. 2. *fol.* 19.

8. Alii, propiùs accedendo, tempore Imperatoris *Henrici IV.* Civitates Imperii, territorii ſublimitatem acquiſiviſſe ſcribunt. Obortâ enim inteſtinâ Imperii diſſenſione inter dictum *Henricum IV.* ac cæteros Duces Saxoniæ, Bavariæ, Sueviæ, aliosque Status Imperii, Civitates ad tractum Rheni ſitæ Imperatoris partes contra Principes foverunt; Quod ſibi ipſis valdè proficuum videbatur, hoc medio à jugo Ducum, per bene merita ſeſe eximendi. Solche auffrechte/ unterthänigſte Hülff/ Huld/ Trew/ und Beyſtand der Stádt/ haben die König/ und Keyſer behertziget/ und dem Reich/ und ihren Nachfolgern an demſelben/ ſonders fürträglich nutzgedáwlich/ und zu Erhaltung ihrer Keyſ. Hoheit gemäß/ erachtet;

erachtet; Daß ſie die Stådt / gleicher geſtalt / als die Fürſten / aller Freyheit / der Regierung theilhafftig machten / welches nachgehends den Fürſten / und Ständen / auff allgemeinen Reichs-Verſamblung eröffnet / und mit dero Conſens, bekräfftiget worden. h. e. Imperatores atque Reges, fideliſſima atque ſubjectiſſima ſervitia & ſubſidia Civitatum perpendentes, eaque Imperio Rom. eorumque Succeſſoribus, ad conſervationem Imperatoriæ Majeſtatis, proficua ac condigna judicantes, ut Civitates, veluti Principes omnium Privilegiorum, atque Regiminis, participes redderent. Quod poſtmodo Principibus ac Statibus in Comitiis Imperii univerſalibus propoſitum, eorumque conſenſu confirmatum eſt. Ex Alberti Stadenſ. & Helmbold. *Chron. Slavon. lib.* 1. *cap.* 28. Chriſt. Lehman. *in dict. Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 3. *fol.* 280. *&* 281. Cui ſublimationi, Comitiorum quoque ſolennitas, & confirmatio acceſſit, id quod teſtatur Imperator *Sigismundus I.* in ſeiner Reformation, *de Anno* 1436. *cap.* 10. Darwider die Heylige Reichsſtädt gefreyet / und geordnet / Darumb ſtehen ſie geſchriben Heylig / dann ihnen war empfohlen alles Recht / un Göttliche Seeligkeit. Chriſt. Lehman. *dict. cap.* 3. *fol.* 281. Ideò, ut ſicuti quidam Status Imperii ſuas immunitates per vim acquiſiverunt, ita eas Civitates, Imperii gratiâ, & remuneratione Imperatorum, in perpetuum conſecutas eſſe autumat Auct. Conſil. *in cauſ. Fridberg.* Dapp. *de Civitat. Germ. lib. cap.* 4. *num.* 19.

9. Alii verò cenſent, *Civitates Imperii Saxoniæ, & Rheni*, immedietatem, & autocratiam præ reliquis Civitatibus obtinuiſſe, idque ſub Impetatore *Friderico II.* accidiſſe; Bello enim in Imperio, ex Ordinum diſcor-

dia, exiſtente, *Fridericum II, cum VVilhelmo,* Hollandiæ Comite, in Anno 1246. fœdus, contra inobedientes ſancientem, ultra *ſeptuaginta* Civitatibus accedentibus, ob auxilia fideliter præſtita, tantas immunitates in laboris præmium conceſſiſſe, atteſtatur ex Matth. Marſchalko, *in Chron. Auguſt.* Refutator deß Reichsvogts *Diſcurſ.* §. 1. *fol. m.* 20. Extinctâ tandem, per mortem innocentiſſimi *Cunradini*, Ducis Suevorum ſtirpe, ſubſequens Imperator *Rudolphus*, Hapſpurgenſis, maximam partem Civitatum Sueviæ, libertate parili, & immedietate, condecoravit. Refutator *dict. Diſcurſ.* §. 2. *fol.* 21.

10. Alii demum hanc immunitatem Civitatum, Imperatori *Friderico Barbaroſſæ*, ceu auguſto largitori, atribuunt, idque authoritate & teſtimonio Guntheri in Ligurino; cum in electione Friderici I. ita canit lib. 1.

*Ex omni Regione fluunt, ad publica Regni*
*VVeſtfaliaque urbes, & Norica jura Regentes*
*Quique ſuas urbes, huc direxere, potentes,*
ac iterum
*Prælati, Proceres, Miſſique potentibus Vrbes.*

Arumæ. *de Comit. cap.* 7. *num.* 148. Ac præcipuè Hiſtorici de Suevia atteſtantur, quòd ante tempora *Friderici I.* Imperatoris, cognomento *Barbaroſſæ*, in tota Suevia, una Imperialis Civitas non fuerit. Felix Fabr. *in Hiſtor. Suev. lib.* 1. *fol. m.* 102.

11. Plurimæ quoque Civitates Imperii, incrementum & autocratiam, ſeu ſuperioritatem territorii, ex occaſione Interregnorum, vel diſſidiorum inteſtinorum acquiſiverunt, eamque proprio Marte facilimè obti-

obtinuerunt, Imperatoribus tum temporis, circa recuperandas ab Imperio avulſas terras, occupatis. Auctor *Conſil. Fridberg. punct.* 2. *num.* 4. Ita *Civitas Ratisponenſis* circa Annum 1160. libertatem, & immedietatem ſuam acquiſivit, & à jurisdictione Ducum Bavariæ ſeſe liberavit. Quod teſtatur ſequentibus Wigulejus Hundius: *His cum interfuit Comitiis Ratisponenſibus, in quibus Fridericus I. Barbaroſſa, Henricum Leonem, Ducem Bavariæ & Saxoniæ, utroque Ducatu privavit, ac Otthoni VVittelspachio Bavariam contulit. Ita à VVelphis ad Palatinos VVittelspacenſes antiquos & veros hæredes, poſt annos* 231. *quaſi poſtliminio*, rediit. *Reginoburgum, urbs eâ tempeſtate potentiſſima, hactenus domicilium Regum, & Ducum Bavariæ, occaſione arreptâ, ob toties mutatos Principes, excuſſo jugo Principum Bavariæ conſenſu Imperatoris Friderici, Sacro Rom. Imperio, ſicuti & reliquæ Imperiales Civitates, ſeſe immediatè ſubjecit, exceptis tamen vectigalibus, portoriis, juribusque quibusdam aliis, Ducibus Bavariæ, ac Epiſcopis, ibi reſervatis, quæ partim adhuc obtinent, partim Civitati ex parte ceſſere.* Aventin. *in Chron. Duc. Bavar. libr.* 6. *& lib.* 7. Wigul. Hund. *in Metropol Salisburg. Rubr. de Epiſcop. Ratispon. fol. m.* 67. Ac, cum eodem ſeculo, quælibet Civitas ſibi vigilaſſet, ad tollendas confuſiones futuras, *Fridericus II.* in Comitiis Herbipolenſibus, Anno 1222. cujuslibet jura confirmavit. Peucer. *in Chron. lib.* 5. *Et hoc ex eo dict. Conſult. Fridberg. punct.* 2. *num.* 9. Dapp. *de Civit. Imper. cap.* 5. *num.* 10.

# CAPUT XVIII.

## *De Origine Civitatum Imperialium, earumque ſuperioritate. Quæ quandoque ab Imperatoribus Epiſcopis ad tempus commiſſæ, quandoque ademptæ fuerunt.*

### SUMMARIA.

1. *Quo tempore una vel altera Civitas Imperii autocratiam obtinuerit, certò dici vix poteſt.*
2. *Imperium quoque R. Germ. quando in Electivum fuerit commutatum, haud ſatis conſtat.*
3. *Multæ Civitates Rhenanæ, plena libertate gaudentes, ab Impp. Epiſcopis traditæ & ſuppoſitæ fuerunt. Quod exemplis firmatur.*
4. *Inſolentiâ Epiſcoporum, Imperatores plurimas Civitates in priſtinam libertatem vindicarunt.*
5. *Origo libertatis Imperialium Civitatum, iisdem Authoribus adſcribenda, quibus & à quibus, aliæ dignitates hereditariæ factæ ſunt.*
6. *Civitates Imperii liberè habent vivendi facultatem.*

CÆterum, quamvis diverſæ hæ Civitatum Imperii originationes, in hoc vel illo ſubjecto aliquatenus & in genere, veræ eſſe poſſent; Attamen, quo tempore, & à quo Imperatore, una, vel altera Civitas Imperii, immunitatem omnimodam, & autocratiam obtinuerit, *Nominatim* dici vix poteſt. Immunitas enim, & ſuperioritas territorialis, latenter incrementum ſumpſit, ut terminus, à quo inceperit, ferè ignoretur. Et ipſa, *juxta Senecam*, creviſſe apparuit, non creſcere. Quæ enim paulatim irrepere ſolent, vix unquam percipiun-

piuntur, nec, niſi converſione ſecutâ, ſentiuntur, ut ſcribit Bodin. *de Republ. lib. 2. c. 6.* Imperiorumque mutationes, non uno momento, ſed ſenſim, & ſine animadverſione quaſi, irrepunt. Auct. Conſil. Fridberg. *part.* 1. *punct.* 2 *num.* 6. Chriſt. Beſold. *de Republ. curanda. cap.* 1. *& per tot.* Sicuti alia, vel ſexcenta, in Imperio Romano Germanico conſpiciuntur, quorum origo in dubio conſiſtit, aut planè ignoratur; utpote Hiſtorici certant, & adhuc in contradictione varia exiſtit de initio ſeptem Electorum opinio; De quo inprimis Dn. Limnæ. *lib.* 3. *jur. publ. c.* 1. *mem.* 7. *& ſeqq.* Dn. Conring. *in Diſc de Elect. Imp.* Dithman. *in præfat. jur. Epiſcop.* Gevoldus. *de Septemvirat.* De ortu legis Regiæ, ſeu Capitulationis Cæſareæ, in quam Imperatores noviter electi jurant, Bened. Carpz. *de leg Reg. German. in Proœm.*

2. Imperium item Romano Germanicum, quando in Electivum fuerit commutatum, haud certè originem pernoſcere poſſumus. Cum hæc & plura alia, greſſu latente, & temporis tractu, recepta fuiſſe dicendum ſit. Ita pariter Imperium quoque, & territorialis, ſeu Regalis Jurisdictio, Civitatibus imperialibus, indies magis magisque accrevit. Prout hoc ex praxi quotidiana conſtat, & tradunt Beſold. *de Civitat. Imper. num.* 2. *in oper. polit. fol.* 119. Hainz. *concl.* 34. *lit. C.* Daniel Haider. *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. Vuu. fol.* 96. Adam Dapp *de Civitat. Imper. cap.* 4. *num.* 2. Reinking. *lib.* 2. *claſſ.* 4. *cap.* 24. Philipp. Knipſchild. *de jur. Civitat. Imper. lib.* 1. *cap.* 5. *numer.* 22. Ac hanc ſententiam ante hoſce jam dudum amplexus eſt Auctor Conſil. Fridberg. *part.* 1. *punct.* 2. *num.* 1. *& ſeqq.* Cùm etiam aliâs tralatitium ſit, quòd in rebus

bus antiquis, & ab hominum memoria remotis, error, aut ignorantia facilis evadat, & humanæ naturæ quaſi propria. *per l.* 2. *§.* 14. *C. de veter. jur. enucl.* Joan Gryphiand. *de VVeichbild. in proœm. num.* 69. *& ſeqq.* Ita quoque Daniel Haider Antiquitatum Germanar. peritiſſimus, & Civitatis Lindavienſis Syndicus emeritus, de origine ejusdem Civitatis ſequentia fatetur. Lindaw *hoc commune habet cum multis Civitatibus, & aliis rebus innumeris, ut ortum ſuum neſciat; orta tamen ſit & manſerit; Neque verò translatio ejus, & ædificatio, res fuit unius, aut alterius dieculæ, paulatim, & tractu temporis, proceſſit.* Haider. *in Actis Lindav.* der vier Dörffer/ oder Köllnhöff. *fol.* 86. *&* 87.

3. Inſuper hanc originem libertatis, & ſuperioritatis territorialis Civitatum Imperii, in obſcuro latere, vel exinde patet, quòd ante, & ſub Otthonibus Imperatoribus, plurimæ Civitates Rhenanæ, in plena quidem libertate exiſtebant; Harum tamen immunitate, eisdem ab Imperatoribus pro lubitu ademptâ, ipſæ Civitates cum Regimine *Epiſcopis* traditæ, & ſuppoſitæ fuerunt, ac jus, quod Imperatores in Civitatibus Imperialibus habebant, Epiſcopis credebant. Willebald. Pirchemair *Maxim. I. Conſiliarius in Epiſtola ad Ioan. Bapt. Egnat. de Cenſur. Rerumpubl. Germ. fol.* 201. Chriſt. Beſold. *de Civitat. Imper. num.* 3. *in oper. Polit. Tit. de Monarch.* Author. refut. von Reichsvogteyen. *fol.* 2. *&* 5. Ita Ottho III. Imperator, æternæ ſalutis conſequendæ gratia, Spirenſis Civitatis jurisdictionem autocraticam ſuſtulit, eandemque Epiſcopo Ruperto conceſſit, uti ex copia Privilegii recenſet Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. *fol.* 274. quem ſequitur quoque Adam Dapp *de jur. Civitat. Imper. cap.* 4. *num.* 3. *&* 4. Idem quoque de Civitate

vltate Imperii, *VVormatienſi, & Colonienſi*, antea libertate gaudentibus, ab Otthonibus V. Epiſcopis traditis, teſtatur authoritate Dithmari *lib.5. Chron.* Witichindi *lib.1. hiſtor. fol.* 11. latè Lehman. *in dict. cap.* 3. *fol.* 273. *& ſeqq. per tot.* Idque latiùs & explicatiùs, per varia exempla deducit Daniel Haider. *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. Mmm. fol.* 83. *ejusque refutat. fol.* 2. 5. *& ſeq.*

4. Cùm autem ſucceſſu temporis, Epiſcoporum faſtus & ſuperbia adverſus Imperatores, creſcere cœpiſſet, adeò ut in Civitatibus, Imperatorum liberalitate acceptis, Epiſcopi mirâ audaciâ & inſolentiâ, ibidem Conventus Imperii celebrare denegaſſent. Lehman. *dict. lib.* 4. *cap.* 3. (Conſuetum enim erat Curias Regias celebrare, ac Conventus Imperii agere in Civitatibus Imperialibus, vid. Goldaſt. *in Conſtit. Imper. German. Tit.* Land- und Lehen-Recht. *cap.* 38. *edit. Hanov.* Adam Dapp *d. tr. c.* 4. *num.* 5.) Aliaque ſatis inſolenter in Regimine politico admiſiſſent; De quibus ita Willebaldus Pirchemajer. ſcribit: *Præcipuè verò illas (Civitates) afflixit Epiſcoporum inſolentia & avaritia, non ſecus ac flamma quædam, cuncta hauriens.* Pirchemaier *dictâ Epiſtolâ ad Egnatium Venetum in oper. fol.* 201. Quem allegat quoque Limnæ. *dict. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 39. Imperatores Henricus IV. & V. hancce, cum jactura Imperii, profuſam & quaſi intolerabilem conceſſionem animadvertentes, Epiſcopis alas aliquanto præcidere aggreſſi ſunt, ac plurimas Civitates Imperii in priſtinum *Otthonum* ſtatum & libertatem vindicarunt; inſuper Civitatum reditibus, penſionibus, aliisque Regalibus Imperio rurſum dicatis. Carol. Sigon. *de Regn. Italiæ, ſub Henr. IV.* Petr. Diacon. *lib.* 4. *hiſtor. c.* 42. Baron. *in hiſt. Eccleſ. Anno* 1092. *&* 1111. Philipp. Knipſchild. *de Ci-*

Y *vitat.*

*vitat. Imper. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 19. *&* 20. Author refut. *de Præfect. Vrbicis fol.* 6. Vide quoque hujus cauſâ initas transactiones & conventiones, inter Imperatorem *Henricum V.* & Pontificem *Paſchalem II.* apud Melch. Goldaſt. *in Conſtit. Imper. latin. tom.* 1. *fol.* 252. *& ſeqq.* Dann es damalen die Biſchöffe/ in Biſchöfflichen Städten groſſen Gewalt gehabt haben / der ihnen hernach geſchmälert worden. h. e. Epiſcopi enim tum temporis magnam in Civitatibus Epiſcopalibus habuêre poteſtatem, quæ poſtmodo ipſis valde diminuta fuit. uti ſcribit Münſter. *in Coſmograph. lib.* 3. *cap.* 160. Adam Dapp *de Civitat. Imper. c.* 4. *num.* 7.

5. Verum enim verò, originatio immunitatis & libertatis Imperialium Civitatum, iisdem Authoribus, eisdemque occaſionibus adſcribenda eſſe videtur, quibus & à quibus Ducatus, Marchionatus, ſimilesve dignitates ſucceſſoriæ factæ ſunt, & ad horum imitationem, jurisdictiones territorio annecti, Imperiique autocratici, der Landsfürſtl. Obrigkeit/ fundamenta poni cœperunt. Beſold. *de Civit. Imper. n.* 2. *in oper. polit. fol.* 119. Auct. Conſil. Fridberg. *part.* 1. *punct.* 2. *in pr.* Adam Dapp *de jur. Civitat. Imper. cap.* 4 *num.* 2. Daniel Haider. *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. Vuu. f.* 95. Nam illæ munificentiæ & liberalitatis cauſæ, ſupra pro Principibus aliisve Statibus adductæ, non minus in Civitatibus Imperialibus, quam in reliquis pinguioribus Statibus, aliquatenus locum habere videntur, juxta exemplum *Henrici IV.* ſupra adductum. Præſertim autem hæc ratio, quòd crediderint Imperatores, Magiſtratus illos immediatos, eò attentiùs militaturos, & diligentiam in piè gubernando majorem habituros, ſi ſua etiam rura & jura potiùs, quam aliena defenderent;

derent; juxta Lamprid. *in Alexandr. Severo*, quem omnes pene ſequuntur & allegant; vide Franciſc. Conan. *Comment. lib.* 2. *cap.* 9. Rittershuſ. *de jur. feud. lib.* 1. *c.* 12. *num.* 1. *fol.* 153. Arniſæ. *de jur. Majeſtat. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 15. *fol.* 322. Civitates Imperiales æquè ac alios Magnates & Dynaſtas tangit. Hainz. *de Civitat. Imper. Concluſ.* 4. *ſub lit. B.* Daniel Haider *in Diſcurſ* von Reichsvögten. *lit. Vuu. fol.* 96. quod latiùs pateſcit, ex iis, quæ tradidit Lehm. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3.

6. Datum enim eſt quoque Civitatibus Imperii liberè vivendi facultas, ut ita beneficiis magis quam trophæis, ad bonum Regimen, in ſuis membris invitarentur: Quâ ratione, non ſecus ac ad capitis arbitrium membra reliqua, in univerſalem, totius corporis Imperii, feliciſſimam harmoniam reducuntur. Hainz. *dict. diſſert. de Civitat. Imper. Concluſ.* 34. *lit. C. in diſput. Argent.* Daniel Haider. *dict. Diſcurſ. fol.* 96. Quod Imperator *Ferdinandus II.* in einem mandat de Anno 1631. ſub dato 14. Maji, ad Civitates Imperii probè conſideravit, cùm ita ſcripſit: Die Reichsſtädt ſeynd der Römiſchen Keyſ. May. und deß H. Röm. Reichsſtädt und Veſtungen/ auch derſelben patrimonium, und haben wegen erzeigter Trew/ und Beſtändigkeit ihre exemption und Freyheit/ auch theils Regalien, und Herrligkeiten / von den Römiſchen Keyſern erhalten. h. e. Civitates Imperii, ſacræ Cæſareæ Majeſtatis, Imperiique Romani munimina ſunt ejusque Patrimonium, ac ob præſtitam fidelitatem & conſtantiam, exemptionem ſuam ac immunitatem, partim etiam Regalia, atque jurisdictiones ab Impp. Rom. impetraverunt. Quod refert Beſold, *in Theſaur. Pract. lit. R. verb.* Reichsſtädt 37. *fol.* 776.

# CAPUT XIX.

## *De variis modis, & mediis, quibus una vel altera Civitas, quædam jura ſuperioritatis, ab hoc vel illo Imperatore, obtinuerit. Quod exemplis illuſtratur.*

### SUMMARIA.

1. *Civitates Imperii diverſo modo ad Imperium pervenerunt.*
2. 3. *Quod ex ſubjectis exemplis apparet.*
4. *Quædam Civitates ab ipſis Principibus Imperii, Imperatori & Imperio ceſſæ fuerunt.*
5. *Aliæ libertatem ſuam & immunitatem, precio numario ab Imperatoribus impetrarunt.*
6. *Exemplo Civitatis Lindavienſis.*
7. *Nonnullæ ſpontaneo motu, Imperatori & Imperio ſeſe ſubmiſerant.*

QUamvis autem Civitates Imperii ſuam libertatem ab Imperatore, ceu fonte & origine omnium dignitatum & immunitatum acquiſierint, hæc tamen, vel illa Imperii Civitas, in individuo, diverſo modo ad Imperium acceſſit, & una Civitas præ alia, variam fortunam experta eſt. Plurimæ enim Civitates, *ex mera gratia Imperatoria* ſuam libertatem, immunitates, & privilegia acceperunt. Quæ proinde dictæ liberæ Civitates, non Imperiales Civitates, licet ſub Imperio remanſerint. utpote de Civitate *S. Gallen* ita ſcribit Stumpff. *rer. Helvet. lib. 5. cap. 8. fol.* 321. Daß ſelbe von dem Keyſer Friderich dem II. mit ihrer Mannſchafft/ zu ſteter und beſtändiger Verwantnus deß H. Reichs Teutſcher Nation/ auff die erlegte jährliche Reichsſteur empfangen und

und auffgenomen/ auch weiter befreyet worden ſeye. Sie bey dem Reich zuhalten/ und zu beſchirmen. h. e. Quod illa cum omnibus ſuis, ab Imp. Friderico II. in perpetuam atque in firmam Imperii R. G. amicitiam, annuis Imperio præſtitis collectis, recepta atque libera facta fuerit; Ut apud Imperium conſervaretur atque defenderetur. Daniel Haider *in Act. Lindav. lit.* Www. *fol.* 630. Wurſtiſius *in Chron Baſil. lib.* 2. *cap.* 11. Limnæ. *in jur. publ. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 38. Refutat. deß Reichsvogts *Diſc.* §. 2. *f.* 21. Ita Imperator *Fridericus I. Barbaroſſa*, mortuo Adelgofo de Suabegg. ſine hærede, qui fuit Advocatus Auguſtæ Civitatis, ipſamque Advocativam tanquam propriam, poſſidebat, omnia ſua bona vindicavit, & Auguſtam Civitatem Imperio addidit. teſte Fel. Fabri. *in hiſt. Sueviæ. lib.* 1. *fol.* 102. Quod hiſce verbis refert *Dn. Philipp. Knipſchilt.* Anno 1162 iſt Augſpurg von Keyſer Friderich den Erſten zu einer Reich: und Freyſtadt gemacht worden; hat auch Recht und Gerechtigkeit erlanget. i. e. Anno 1162. Auguſta Vindelicorum ab Imp. Friderico I. Libera Imperii Civitas fuit facta; Jura quoque & Privilegia conſecuta eſt. Knipſchilt *in tract. de Civitat. Imper. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 46.

2. Hoc tamen de plenaria acquiſitione omnium jurium, quæ Statui Imperii competere poſſunt, minimè accipiendum. Siquidem plenariam hanc immediatam libertatem, tandem Anno 1268. *à Cunrado, Sueviæ Duce*, certâ pecuniæ ſummâ interveniente, obtinuerunt. Quod ſequentibus formalibus refert ex Gaſſero, Werlichius. Bey dieſem Hertzogen Cunraden/ (i. e. ultimo Sueviæ Duce) in deme er umb und umb betrangt/ und Gelt bedurfftig geweſen/ hat unfaul auch hierige (Augſpur-

giſche) Burgerſchafft nicht allein ſich/ſondern auch was gemeine Stadt betrifft/ in vielen Sachen/ gleich wol nit umb ein geringe Summa Gelts befreyet / und bey ſolcher Gelegenheit / von der Oberherrn / und Schutzherrn Gewalt gantz und gar abgekaufft : Daß ſie hinfüro ihnen ſelbſten aus ihren Geſchlechtern/ daran ſich wegen einigen Hertzogen / nach Landvogs Befehl ſolte hindern / einen eignen Rath erwehlen möchten/ und Stadtpfleger/ an welchen das gantze Regiment ſolte gelegen ſeyn/ zu machen/ gut Macht haben. Doch das Malefiz und Halßweſen außgenommen. h. e. Tempore Cunradi (i. e. ultimi Sueviæ Ducis) cum Is ubique affligeretur, pecuniaque indigeret, cives noſtri *(Auguſtani)* non ſolum ſe, verum etiam ipſam Civitatem, non tamen ſine magna argenti ſumma, multis in rebus, liberam fecerunt, ſeque hac occaſione à Superiorum & Advocatorum poteſtate in totum exemerunt: ita ut in poſterum, citra Principis vel Præſidis Provincialis mandatum, è ſuis familiis Senatum eligere poſſent, jusque creandi Prætores, quibus tota Respubl. gubernanda crederetur, haberent ; exceptis tamen cauſis criminalibus. Gaſſer. & Werlich. *in Chron. Auguſtan. part.* 2. *cap.* 5. *fol. m.* 84. Daniel Haider *in Apolog. cap.* 2. *fol.* 161. Pari modo, ex mera Imperatoris Friderici I. liberalitate, *Civitas Ratiſpona*, olim Norici Ducatus metropolis, ac Ducum Bavariæ ſedes, libertatem & immedietatem ſuam ſecundum Othon. Friſing. *lib.* 2. *hiſtor. c.* 28. *fol. m.* 256. *Anno* 1159. obtinuit. Daß nach deme Heinrich der Löw / von dem Keyſer Friderich I. und den Ständen deß Reichs / deß Hertzogthumbs Bayrn / und Sachſen propter feloniam entſetzet/und Otthon von Witterſpach ſeinem geweſten Fenderich/das Hertzogthumb/wegen ſeiner trewgeleiſter Dienſt in Italia, geſchencket / iſt die

Stadt

Stadt Regenſpurg von dem Hertzogthumb befreyet/ und dem Reich zugeeignet worden. h. e. Cum enim Henricus Leo, à Friderico I. Proceribusque Imperii, Ducatu Bavariæ ac Saxoniæ privaretur, atque in Otthonem de Wittersbach, ejus olim in Italia ſigniferum, ob præſtita ſervitia collocaſſet, Civitas Ratiſpona à Ducatu liberata, Imperioque adjecta fuit. Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 4. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib.* 3. *c.* 43. *num.* 5. Brunner. *in annal. Bavar. lib.* 13. *fol. m.* 523. quod paulò aliter recenſet Wigule. Hund. *in Metropol. Salisb. Tit. de Epiſcop. Ratiſpon. fol. m.* 67.

3. Eodem jure, modo & tempore, *Civitas Lubecenſis*, à Principis Henrici Leonis, Saxoniæ Ducis, exempta poteſtate, & à Friderico I. Imperatore Barbaroſſa, liberali animo, Imperio Germ. Romano addita fuit; Quod refert, & proceſſum contra Henricum Leonem, recenſet Gaſſer. & Werlich. *in annal. Auguſtan. part.* 2. *fol.* 67. Simili modo, de *Nordlinga* Civitate legimus, quòd ea Anno 850. adminiſtrationi Epiſcopatus Ratiſponenſis addita, poſt Imperatoris *Friderici II.* (utpote maximi Civitatum Imperii fautoris) Anno 1239. ampliationem, & munitionem, ab hujus Filio, Cunrado Imperatore, Epiſcopali adminiſtrationi, ſingulari permutatione, & translatione erepta, anno 1251. Imperio Romano Germànico, animo liberali, planè imperiali, cum omni immedietate, addita & addicta fuit. teſte Cruſ. *in Annal. Suev. part.* 3. *libr.* 1. *cap.* 9. Wigul. Hund. *in Metropol. Salisburg. ſub. Rubr. S. Haimer. & Rubr.* ober Münſter. *fol.* 591. Quod latiùs tradit Daniel Haider *in Apolog.* der Reichsvögt. *cap.* 2. *fol. m.* 150.

4. Quædam II. *Civitates municipales*, Landsſtädt/ ab ipſis

ipſis Principibus Imperii, Imperatori & Imperio, liberali animo ceſſæ, & traditæ fuerunt; Exemplo ſit, *Civitas Berna*, in Helvetia, quæ à *Berchtoldo*, *Duce* Zeringenſio, condita, & Imperio Anno 1191. donata fuit. Petr. Etterlin. *in Chron. Helvet. f.* 34. Idque à prædicto Principe, in odium & opprobrium Nobilium, factum fuiſſe, Hiſtorici tradunt. Cùm illi, ex implacabili odio, per internecionem 2. filiorum, totam ejusdem ſtirpem funditus extirpaſſent. De quo facto latè Naucl. *in Chron. vol.* 2. *Generat.* 38. *in fin.* Münſter *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 397. Angel. Werdenhag. *de Reb. Hanſeat. part.* 2. *in Epilog. fol.* 168. De Civitate *Offenburgo*, *Gegenbacho*, *& Zellenſi*, varia tradit *Bernhardus Herzog.*, quod etiam hæ Civitates ab Epiſcopo Argentoratenſi, ſingulari tranſactione Imperio Romano Germanico traditæ fuerint, hiſce formalib. Biſchoff Wilhelm. zu Straßburg / übergab Keyſern Ruprechten von Bayern / Offenburg / Gegenbach halb / Zell / und Ortenburg gar / (welches ſeine Vorfahrer mit groſſem Gelt an das Biſthumb gelöſt hatten) vergebens / ohne Gelt / daß er ihme wider die Stadt Straßburg helffen ſolte. Als ſeynd Offenburg / Gegenbach / und Zell Reichſtädte worden. h. e. Wilhelmus Epiſcopus Argentinenſis, Imperatori Ruperto, Offenburgum, pro parte Gengenbachium, Zellam & Orttenburgum totum (à Prædeceſſoribus ejus magno empta, Epiſcopatuique adjecta) gratis, ſine pecunia tradidit: ut ipſi contra Civitatem Argentinam aſſiſteret. Hocque modo Offenburgum, Gengenbachium & Zella Civitates imperiales factæ ſunt. Herzog. *in Chron. Alſat. lib.* 4. *ſub Epiſcop. VVilhelmo* 75. *fol.* 107. Eodem modo, & ſpontaneà deditione Comitis Imperii, à Pfullendorff. Civitas hæcce Imperio Rom. acceſſit; quod ſequentibus verbis Hiſtorici

ſtorici referunt. Grav Rudolph / von Pfullendorff / (der nur ein einige Tochter hatte /) hatt dem Keyſer Friderich dem Erſten die Graffſchafft Pfullendorff / und die Kaſten⸗vogtey / deß Biſthumbs zu Chur / wie ſie vorihme / Grav Rudolph / von Bregentz gehabt / ſampt allen den Reichs⸗Lehen übergeben / und ſtarbe hernach Anno 1180. Seine Tochter Itha, hatte Graven Adelbert zu Habſpurg / deme der Keyſer ſonſten Ergetzligkeit gabe. h. e. Comes Rudolphus à Pfullendorff, (qui unicam tantum habebat filiam) Imperatori Friderico I. Comitatum Pfullendorffenſem, ac Advocatiam Epiſcopatus Curienſis, ſicut ante illum Rudolphus Comes Bregantinus poſſedit, cum omnibus Imperii Feudis tradidit, poſtea anno 1180. ex hac vita decedens; Ejus filia, Itha, Adelberto Comiti Habsburgenſi nupſit, cui Imperator alio ſatisfecit modo. Joan. Guler. *in Rhetia lib. 9. fol. 33. ex Bruſchio.* Zeiler. *in Deſcript. Sueviæ, verb. Pfullendorff.* Dn. Knipſchilt. *d. tr. lib. 3. c. 41. num. 1.*

5. Quædam Civitates Imperii libertatem, & immunitatem ſuam, *Pretio nummario*, ab Imperatoribus impetrarunt, ac immedietatis poſſeſſionem firmarunt; Quod exemplis, ab Imperatore Sigismundo geſtis, teſtatur Gerard. de Rhoo *in Annal. Auſtriac. lib. 4. fol. 154 edit. latin.* Ac de Sueviæ Civitate, *Isnenſi*, conſtat. daß die Burger zu Yſin / als ſie ſich von den Erbtrugſeſſen zu Waltburg / als Innhaber der Herꝛſchafft Trauchburg / umb acht tauſend Pfund ledig gemacht / und an das Reich ergeben: Seynd von Keyſer Carl dem 4. dergeſtalt / zu einer Reichsſtadt auffgenommen / und erhaben worden / daß ſie Keyſ. May. und dero Nachkommen am Reich jähr⸗lich 100. Heller / auff S. Martins Tag / richten / gelten / und bezahlen ſollen. i. e. Quod Cives Isnenſes, cum à Da-

piferis hereditariis, in Waltburg, utpote Poſſeſſoribus Baroniæ Trauchburgenſis, pro 8000. lib. ſe liberaſſent, atq; ad Imperium perveniſſent: ea lege ab Imp. Carolo IV. in Imperii Civitatem allecti atque elati fuerunt, ut Imperatori ejusque Succeſſoribus in Imperio quotannis centum denariorum in feſto Martini exolvere adſtricti eſſent. Quod vigore diplomatis de Anno 1365. tradit Daniel Haider *in Act. Lindavienſ. lit.* W w w. *fol.* 631. Et latiùs Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imp. lib.* 3. *cap.* 26. *n.* 6. De ampliſſima Rom. Imperii, & Suevici circuli inclyta Civitate, *Vlma*, legimus, quod aliquando Villa Regia fuerit, Monaſterio *Richenoenſi*, in lacu Bodanico ſito, à Carolo M. pro animæ ſuæ, & parentum ſuorum remedio tradita; referente Joanne Nauclero, aliàs Fergenhanß nominato *in Chron. Germ. vol.* 2. *generat.* 27. *f.* 637. & Cruſio, *in Suev. annal. part.* 2. *lib.* 1. *cap.* 7. Aſt *ſub Imperatore Ludovico* Bavaro, à Monachorum jurisdictione pecuniâ ſeſe redemit; à quo, & jus eligendi Senatum, qui Urbem regeret, impetravit. Quod jus à Carolo IV. (eam aliquando irrito conatu obſidente, de quo Hortleder. *de Cauſ. belli. Germanic. tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 1. *fol. m.* 617.) confirmatum fuit Dan. Haider *in Actis Lindav. fol.* 238. *poſt princip. ac fol.* 920. *poſt. princip.* Quod hiſce formalibus refert Fr. Felix Fabri Monachus Ulmenſis: Sic ergo Ulmenſes longo tempore ſub jugo Monachorum & Regimine eorum degebant, eosque tanquam Dominos ſuos recognoſcebant, & miniſtri eorum voluntarii erant, quandiù Monachi miniſtri Deo devoti manſerunt. Tandem autem religione tepeſcente, & ſeculari pompa in Monachis creſcente, Deo permittente tepuit in Ulmenſibus amor, & affectus & obedientia ad Monachos illos: Videbant enim quod de bonis eorum nutriebatur ſuperbia

perbia cum multorum ſcandalo. Hæc ille Faber *in Chron. Suev. lib.* 2. *c.* 2. *fol. m.* 216. Attamen ſucceſſu temporis, nondum acquieſcentib. Monachis, Imperator *Fridericus III.* erogata à Civitate ulteriori pecuniâ in Concilio Conſtantienſi, & Baſileenſi, eandem omnimoda ſecuritate, & libertate, contra quoscunque contranitentes, ſingulari Privilegio præmunivit. Cruſ. *in annal. Suev. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 15. *Amicus quond. meus D.* Joan. Adam. Dapp. *de Civitat. Imp. part.* 1. *c.* 5. *n.* 14. Martin. Zeiler. *in Chron. Sueviæ in verbo* Ulm. Dn. Philipp. Knipſchilt *tr. de Civit. Imper. lib.* 3. *c.* 54. *n.* 10. *& ſeqq.*

6. Ad exemplum aliarum Civitatum Germaniæ *Civitas quoque Lindavienſis*, certâ pecuniæ ſummâ, libertatem, & immedietatem, Imperiique Rom. Jurisdictionem acquiſivit. Hæc enim Civitas antiquitus Villa, Alſchach / & ex ea nata Lindavia, primùm *Comitibus Brigantinis*, den Graven von Bregentz / paruit: aſt, ſucceſſu temporis, ab iisdem, & quidem ab *Hugone* Comite Brigantino, libertatem emit, *quadragentis duabus marcis* auri, & argenti, ac ſeſe ſub immediata Imperii Rom. jurisdictione contulit. Quod hiſce verbis Thomas Seyrer, Münſterus & alii referunt. Die Bürger deſſelben (id eſt Lindaw) Orts / haben ſich / aus Rath eines unter ihnen / mit Namen Schönſteins / von ihrem Halßherrn Haugens / Graven zu Bregenz / zur Zeit Keyſer Heinrichs / deß dritten / umb 42. Marck halb Gold / und hab Silbers / (aus welchem Gelt / als zwiſchen gemeldtem Graven / und denen von Embs / ſo dann dem Hertzogen von Schwaben / (ſecundum Stumpff. *in Chron Helvet. lib.* 4. *cap.* 48. Supplement. Otthon. Friſing.) Uneinigkeit entſtunde / das Schloß Bodman von erſt / unden am See erbawen / und ernewert ſeyn

 ſolte)

ſolte) ab gelöſt / und loß gekaufft / darauff ihr eygen Weſen angeſtellt / und zu gleich ſich an das Röm. Reich ergeben haben. h. e. Cives illius loci (ſc. Lindaviæ) ex conſilio cujusdam concivis, nomine Schauſtein, à Domino ſuo Hugone, Comite Brigantino, libertatem, tempore Henrici III. quadringentis duabus marcis, auri & argenti (ex qua pecunia cum inter dictum Comitem, illosque de Embs, ut & inter Ducem Sueviæ (ſecundum Stumpfſium *in Chron. Helvet. lib.* 4. *c.* 48. Supplem. Otthonis Friſingenſis) diſſidium oreretur, primum Caſtrum Bodnam infra lacum extructum atq; renovatum creditur) emerunt, conſtituta propria Republ. ſemetipſis Imp. Rom. addictis: Münſter. *in Cosmograph. lib.* 3. *c.* 253. Beſold. *in Theſaur. Pract. verb.* Lindaw / Facultas Juridica apud Beſold. *in conſil.* 180. *n.* 165. quod latiùs deducit Daniel Haider *in Act. Lindav. fol.* 57. *& fol.* 613. Dn. Kniſcilt *de Civitat. Imp. lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 14.

7. Aliæ Civitates, *IV. Spontaneo motu*, ſalvâ tamen quâ ex tunc gaudebant, libertate, & privilegiis, Imperatori, & Imperio, ſeſe ſubmiſerunt; Quemadmodum de nonnullis Galliæ & Auſtraſiæ Civitatibus, veluti, *Arelate, Geneva, Veſontio, Tullio, Tornaco*, aliisve legimus apud Beat. Rhenan. *Rer. German. lib.* 2. *Tit. de Germ. Regn. fol.* 129. Ita de *Civitate Kaufbeira* legimus, quòd ea ſeſe, proprio Marte, à jugo *Baronis de Villa*, Freyherrn vom Hoff / Domini hæreditarii liberaverit, & Imperatori, & Imperio, ſeſe ſubjecerit. Quæ vindiciarum redemptio contigit, Imperante Cunrado II. eique cauſam, & occaſionem dedit Baronis Otthonis de Villa adulterium, cum uxore civis cujusdam commiſſum, quem maritus interveniens, unâ cum uxore adultera, noctu inter-

interfecit, quo homicidio *Ottho*, tanquam poſtremus, unà cum familiâ, extinctus fuit. Eaque occaſione Civitas hæcce ſeſe Imperio ſubdidit, variaque immedietatis Privilegia, ab Imperatoribus ſubſecutis, obtinuit. Zeiler *in deſcript. Suevia fol.* 304. Dn. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 3. Quamvis alii, hanc libertatem certâ pecuniæ ſummâ, nempe *quinquagentis* mille florenis à Civib. Kaufbeurenſibus acquiſitam fuiſſe, tradant. Lehman. *Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 4. Ex Reuſnero Joan. Adam Dapp *de Civitat. Imper. cap.* 5. *num.* 14. vide quoque Limnæ. *in jur. publ. libr.* 7. *c.* 1. *n.* 39. Juſt. Schüz. *in jur. publ. diſput.* 8. *theſ.* 21. *lit. C.*

## CAPUT XX.

### *Quòd acquiſita hac Civitatum immedietate, Imperatores, iisdem non mox omnia majora Regalia attribuerint. Vbi de reſervatione Collectarum, Telonii, Moneta, Judaorum, Maleficorum jure, & ordinatione Præfectorum Vrbicorum.*

### SUMMARIA.

1. *Civitates non ſtatim autocratica jura, ſive Regalia majora acceperunt.*
2. *Quod ſubjecta exempla declarant.*
3. *Moneta cudenda poteſtas Imperatori reſervata erat.*
4. *Poteſtas Iudaos recipiendi Imperatoris proprium erat.*
5. *Pœnas in Facinoroſos, Impp. in Civitatibus Imperii ſibi ipſis reſervarunt.*
6. *Ratio hujus reſervationis.*

QUamvis Civitates Imperii hiſce ferè modis libertatem, & immedietatem, ab Imperatoribus obtinuerint; Non tamen ſimul, *Autocratica quoque jura*, ſeu ſuperio-

perioritatem territorialem, aliave Regalia quoque, Als der Lands-Herzligkeit oder Lands-Obrigkeit/ Anhangende Recht/ und Gerechtigkeit zugleich/ acquiſiverunt, ſed hanc immedietatem, tantum quoad Regimen civicum, minorumve jurium, der Burgerlichen Sachen / impetratam, & conceſſam eſſe cenſeo. Exceptis iis, quæ hæc, vel illa Civitas, per ſpeciale Privilegium impetravit. Vide Stumpff. *Rer. Helvet. lib. 6. c. 14. fol. 425. & ſeqq. & lib. 7. cap. 2. fol. 466.* Münſter. *in Coſmograph. lib. 3. cap. 68.* Eleganter & latè de hac re Dan. Haider *in Diſcurſ.* von Reichs-vögten. *lit. Hhh. & Iii.* Majora enim Regalia & jura Imperatores ſibi ipſis in Civitatibus Imperii, eorumque territorio, als deß Reichs Cammer-Güter / reſervarunt, ac longo tempore quietè uſu & exercitio gaviſi ſunt; Talia jura præcipua erant, *Collectæ Imperiales*, quas *Steuras*, ſeu *Stiras* vocabant, die Reichsſteür; quod exemplo Civitatis Imperii, *Sancti Galli*, & *Isnenſis*, ſupra allato, palàm fit; Vide etiam Vadian. *de Abbat. St. Galli. fol.* 210. Haider *dict. Diſcurſ. lit. Fff. fol.* 73. Aliaque exempla, veluti Civitatis *Lindavienſis, Fridbergenſis, Auguſtæ Vindelicorum*, adducit Daniel Haider *in Act. Lindav. lit.* Www. *fol.* 631.

2. Ita quoque *Carolus IV.* Imperator, in Privilegio quodam Anno 1362. conceſſo, fatetur, quòd *Campidonenſis* Civitas, cum *Advocatia*, & *Stira*, ad Romanum Imperium pertineat. Haider *dict. lit. Fff.* Pariter Civitas *Abbatis Cellenſis*, vulgo Abbenzell/ cum ſuo diſtrictu, immediatè Imperio ſubjecta, annuatim Imperatori Romano, als ein Reichsſteür/ 125. Marck Silbers / (ſo 375. fl. betroffen) ſolvebant, ex Stumpff. *rer. Helvet. lib. 5. c. 6.* Et Joach. von Watt. *de Abbat. St. Gall. ms. fol.* 146. & 211. Haider

der *dict. Diſcurſ. lit. Ss fol.* 67. Item vectigalia, ſeu Telonia, die Zöll / in præcipuis Germaniæ fluminibus, præſertim Imperatoris *Friderici I.* tempore Cæſarea Telonia fuiſſe, *Francofordiæ*, *Poppardiæ, Hammerſtainii, Tramoniæ, Doërtmundæ*, *Goslariæ, Numagiæ, Duisburgiæ*, ut & in aliis locis, ad Imperium ſpectantibus, apparet ex Privilegiis, *Wormatienſi* Civitati, *Anno* 1180. *conceſſis*, apud Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 22. *fol.* 356. Ac de Civitatibus *Vdenheim*, & *Oppenheim*, idem teſtatur Lehman. *dict. cap.* 22. *Ac cap.* 56. *lib.* 5. *fol.* 595.

3. Monetæ quoque cudendæ poteſtas, atque exinde proveniens utilitas, Imperatoribus reſervata fuit. Duo enim ſigna Imperatoria proponit Vopiſcus: *Purpuram, & Monetam*, quorum illud, ad ornamentum pertinet, hoc verò continet poteſtatem. Vopiſc. *in Firmo. Arniſæ. de jur. Majeſt. lib.* 2. *c.* 7. *num.* 5. Quod edocet Privilegium *Epiſcopatui Spirenſi*, à tribus *Otthonibus* Imperatoribus, in Civitate Spira, conceſſum in verbis: ne aliquis, niſi ſolus Epiſcopus, & Advocatus ipſius aliquid de prædiis vel de Moneta, ſeu de telonio, vel ex ulla re, in fiſcum regium inferat, relatum ab Haider *in d. Diſcurſ. lit. Ggg.* Inde, in ſpeculo Suevico, legimus, *lib.* 1. *c.* 12. *§.* **Alle Zöll und alle Müntzen / die im Röm. Reich ſeyn / die ſeynd eines Röm. Königs / und wer ſie haben will / der muß ſie haben vom Röm. König.** i. e. Omnia Telonia atque Monetæ, quæ in Imp. Rom. Germanico deprehenduntur, ad Regem Romanum ſpectant, quique ea habere deſiderat, à Rege Romanorum conſequatur neceſſe eſt. Joan. Kizel. *de jur. monet. Claſſ.* 1. *th.* 6. *lit. A.* Sicuti in ſpeculo Saxonico legimus; Regi Romanorum, in quacunque Civitate, quam ipſe ingreſſus eſt, *monetam* non minus, quàm *vectigalia*

vacare,

vacare. Sächſ. Landr. *libr.* 3. *art.* 60. Beſold. *in Theſaur. Pract. lit M. verb.* Müntz. 80. *f.* 649.

4. *Iudæorum quoque tributa*, eorumque recipiendi poteſtas Imperio adhuc propria erat; Unde Judæi antiquitus homines fiſcalini, ceu Ærarii publici ſpongiæ quaſi, Keyſerliche Cammerknecht; titulati fuerunt, deren der Keyſer ſelbs / und auff ſein Abfahrt auß Teutſchland / der Biſchoff zu Maintz / als Cantzler gepflogen. h. e. Homines fiſcalini dicti fuerunt, quos Imperator ipſe, poſtque ejus diſceſſum ex Germania, Epiſcopus Moguntinenſis, ceu Cancellarius, in protectionem recipiebat. Specul. Suev. *lib.* 1. *cap.* 24. *§.* 3. *fol.* 37. *poſt al.* Beſold. *in Theſaur. pract. lit. I. verb.* Juden. 38. ubi Speidel. *in Notat.* Joan. Herman. Stamm. *de ſervit. perſon. lib.* 1. *tit.* 5. *cap.* 1. *num.* 9. Dan. Haider. *dict. diſcurſ. lit. Sss. in pr.* Quandoque Imperatores Judæorum protectionem huic vel illi Comiti Imperii commiſerunt; Ita *Fridericus III.* Imperator *Vlrico Comiti de VVürtenberg*, Judæos in Provincia ſeu Diœceſi *Moguntina*, *Treverenſi*, *Salisburgenſi*, & *Biſuntina* habitantes ad protegendum, & inter ipſos jus dicendum tradidit; Sicuti ex Reſcripto Cæſareo ſingulari conſtat, in verbis: Wolgebohrner Schwager / und lieber Getrewer. Et paulo poſt: Befehlen wir und geben dir auch hiermit gantzen vollen Gewalt / von Röm. Keyſerlicher Macht / ernſtlich und veſtiglich gebietend / daß nun hinfüro alle und jede in den obgeſchriebenen Provintzien wohnende Juden / von uns und deß Reichs wegen / in unſern und dein Schutz / Schirm und Frid empfaheſt / und nach deinem beſten Vermögen / bewahreſt. i. e. Mandamus atque concedimus Tibi pleniſſimam poteſtatem autoritate Cæſarea: ſeriò & firmiter mandantes, ut in poſterum

ſterum omnes & ſingulos in prædictis Provinciis habitantes Judæos, noſtra & Imperii cauſa, in noſtram, tuamque protectionem recipias, atque pro viribus tuis defendas. Quod refert Goldaſt. in Reichsſatzungen *tom.* 1. *fol. m.* 286. *&* 287. Quod ſequenti exemplo conteſtatur; Cum enim in Anno 1429. tempore *Sigismundi I. Imper.* Civitates Imperii, *Conſtantia*, *Lindavia*, *Ravenſpurgum*, *Vberlinga*, *Buchornia*, *ut & Morſpurgum*, hodie Epiſcopo Conſtantienſi parens, Judæos in earum territorio & diſtrictu habitantes, propter homicidium in puero innocenti proditoriè commiſſum, amiſſione vitæ, & bonorum confiſcatione, punire vellent; prædictus Imperator haſce pœnas & animadverſiones, Regiæ Majeſtati ſoli competere, reſcripſit. Martin. Mager. *de Advocat. armat. c.* 8. *num.* 285. *& paſſ.* & latè per exempla hoc deducit Daniel Haider *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *lit. Sss. fol.* 9. *& ſeqq.*

5. Pœnas item & animadverſiones in *facinoroſos*, Imperatores, in Civitatibus Imperii, ſibi ipſis determinandas reſervarunt, ſcil. Die Beſtraffung der Malefiz Händel / und anderer hohen Gerichten; Dann ein Röm. Keyſer / oder König / in den Freyen / oder Reichs-Städten / auch in den Freyen Reichs-Thälern Richter geordnet / welche den Stab geführt / im Namen deß Keyſers / welches in hohen Gerichts-Sachen / und auff gröſſere Straffen / Frevel / und Buſſen zu verſtehen. i. e. Coërcitionem ſcil. in cauſis criminalibus, aliisque juribus, ad merum Imperium pertinentibus. Imperator enim Romanus vel Rex, in liberis Imperii Civitatibus atque Vallibus, Judices conſtituit, qui Jurisdictionem Imperatoris nomine exercuerunt, quæ de ſuperiori eſt intelligenda. Münſter. *in Cosmograph.*

*lib.*3.*cap.* 68. *in pr.* & *ſeq.* latè Stumpff. *Rer. Helv. l.* 7. *cap.* 2. *fol.* 466. Ac in ſpecie, de *Civitate Tigurina* ſcribit præfatus Author. Der Raht (zu Zürch) war jährlich geordnet von ſechs Rittern/ ſo man die gehaben mögen / und von ſechs Bürgern / die zwölff handelten in burgerlichen Sachen: Was aber peinliche Händel/ Halß/ und Haupt/ oder Blut berührend/ zufiele / würden durch die Reichsvögt auff dem Schloß verwaltet. i. e. Senatus Tigurinus, quotannis eligebatur ex ſex Nobilibus, ubi illorum copia haberi poſſet, totidemque Civibus. Hi duodecim, cauſas civiles tractabant: criminales vero, quæque ſanguinis pœnam ingerebant, per Præfectos Imperiales in arce expediebantur. Stumpff. *Rer. Helvet. lib.* 6. *c.* 14. *fol verſ.* 425. Et hoc ex eo refert pleniùs Daniel Haider *dict. Diſcurſ. lit. Hhh.*

6. *Ratio* hujus reſervationis hæc eſſe poteſt. Sicuti enim Pop. Romanus, publicorum criminum judicia ſibi ſoli reſervavit, nec de capite Civis Romani alium, quàm cives Rom. ſtatuere poſſe, voluit. *per l.* 2. *§. exactis.* 16. ubi optimè Joan. Coraſ. *D. de origine jur.* Engelbrecht. *de jurisdict. concluſ.* 36. & *ſeqq.* Joan. Calvin. *de jurisdict.* & *imp. c.* 9. *them.* 4. *num.* 6. & *ſeqq.* Ita mutatâ Imperii Rom. formâ, Imperatores gladii poteſtatem honorabile eſſe ſummi Imperii ſignum, ideoque magis Imperatoribus, quàm Magiſtratibus convenire, exiſtimarunt. Thom. Michael. *de jurisdict. concluſ.* 74. *lit. A.* Quod optimè deducit Vincent. Cabot. *lib.* 2. *diſput jur cap.* 5. *per tot.* Quoniam jure Romano, jus gladii Præſides tantum, & qui univerſas provincias regebant, habebant. Joan. Calvin. *dict. cap.* 9. *mem.* 4. *num* 9. Hinc moti Imperatores Germani, bannum ſanguinis, in Comitatibus ſingulis, uni

tunc

tunc Comiti ſpeciali lege; jurisdictionis verò ſimplicis quæ erant, Civitatibus & Oppidis, eorumque decurionibus, conceſſerunt; Succeſſu vero temporis, bannum ſanguinis, Blutbahn/ per particulares Advocatos, ſeu Prætores, exercere cœperunt; *per tradita* à Daniel Haider *in tract.* von Reichsvögten. *lit. Hhh. fol.* 76. *& ſeqq.* Et hoc ex eo, Knipſchilt. *de jur. Civit. Imp lib.* 5. *c.* 3 *num.* 13. Præterea obtinebant quoque Imperatores, in Civitatibus Imperii liberis, non attentâ earum immunitate, varia jura, & reditus, von Acker/ Wiſen/ Holtzwachs/ Waldung/ newe und alte Behauſung/ Gülten/ und Zinß/ darvon die Bürger/ und Innwohner der Keyſerlichen Cammer/ in ſpecie Steür/ Zinß/ Beeth/ und dergleichen bezahlt; welche nicht allein beedhafftig/ und dienſthafftige/ ſondern auch Keyſerl. Cammer-Güter genannt worden/ quod conteſtatur Rupert. Archidap. Palat. *in Act. Civitat. Fridberg. part.* 2. *fol.* 19. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 19. *fol.* 334. *A.*

## CAPUT XXI.

### *De Advocatis Urbicis, aliàs* Reichsvögt/ *&* Reichs-Schultheiſſen/ *vocatis. Vbi de differentia Advocati Vrbici & Eccleſiaſtici.*

### SUMMARIA.

1. *Imperatores, in Civitatibus Imperii, Præfectos juſtitiæ conſtituerunt.*
2. *An Præfecti Vrbici, Senatoriis deliberationibus præfuerint, ac Reipubl. adminiſtrandæ ſimul curam habuerint?*
3. *Præfecti Imperiales, jus ſaltem in cauſis capitalibus dixerunt.*
4. *In Civitate Northuſii, Comes de Hohenſtein Imperii Præfectus adhuc exiſtit.*
5. *Advocati Vrbici, in quibus-*

*dam Civitatibus, civilibus quoque judiciis praerant, & mulctas ac debita in cauſis civilibus exigebant.*

6. *Præfecti Imperiales, Steuras ſeu contributiones Imperii, ſtatis temporibus à Civitatibus Imperii colligebant.*

7. *Nobilis Erckingerus à Sambsheimb & Iacobus Truggſeſſius de Waltburg, ab Imper. Sigismundo I. privilegiũ obtinuerunt, annua, menſtrua vel quotidiana tributa à Iudæis exigendi.*

8. *Advocati Vrbici, olim non omnimodam jurisdictionem in Civitatibus Imperii habuerunt.*

9. *Principes & Status Imperii, tam Eccleſiaſtici quam Politici, in Imperii Præfectos, ſeu Advocatos Vrbicos, ab Impp. conſtituebantur.*

10. *Remotis vero Epiſcopis, in locũ eorum ſeculares Principes ſuffecti, ac Advocati Vrbici conſtituti fuere.*

11. *Advocatiæ ſeu Præfecturæ, Comitibus ac Baronibus Imperii, tanquam ſtrenuis Viris, frequentius commiſſæ fuerunt.*

12. *Interdum Nobilibus quoque conferebantur.*

13. *Civicam hanc Advocatiam Patritii tandem, aliique benemeriti, obtinuerunt.*

14. *Hanc Præfecturam Imperii, ipſi Advocati non ſemper in perſona, ſed plerumque per Vicarios adminiſtrabant.*

15. *Præfecti Vrbici rarò in locis præfecturæ ſedes poſuerunt, ſed plerumque extra vivebant.*

16. *Imperatores tandem Præfecturas haſce Vicinis Imperii Statibus oppignorare cœperunt.*

PORrò hæc & alia, in *præcedenti Capite* enumerata, & Imperio Romano *reſervata*, ac Imperatori Romano Germ. competentia jura, quò ritè, ac bonâ fide adminiſtrarentur, Imperatores in Civitatibus Imperii

perii immediatis, *Præfectos juſtitiæ*, *Præfectos Imperiales*; *Mandatarios*, ſeu *perpetuos Imperii Vicarios*, Richter / und Vögt / ordinarunt, qui etiam in Helvetia plerumque Judices criminales communiter verò Reichsvögt Reichs-Schultheiſſen / und Reichs Ammann vocati fuerunt. De quibus Petr. Phythæus, *Vir natione Gallus, ſed rerum Germanicarum peritiſſimus*, *uti ex operibus ejusdem Baſileæ impreſſis*, *conſtat*, (am teutſcheſten / und deutlichſten) ſcripſit. *tr. de Comit. Campan. ac in conſuet. Troyenſibus.* Eumque ſummoperè laudans Dan. Haider *in Diſcurſ.* von Reichsvögten. *fol.* 11. *Ac in Act. Lindavienſ. f.* 573. Stumff. *Chron. Helvet. lib.* 6. *cap.* 14. Martin. Mager. *de Advocat. armat. c.* 2. *n.* 213. *& ſeqq.* Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 2. 18. *&* 22. Speidel. *in Annotat. ad Beſold. Theſaur. pract. lit. R.* Reichs-Sädt. *n.* 37. Eraſm. à Chockier. *tr. de advocat. feud. quæſt.* 1. *num.* 9. *& ſeqq.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 4. *n.* 302. *& ſeqq.* Beſold. *in Theſ. pract. lit. R verb.* Reichsvogt. 495. Dann es haben die teutſchen Keyſer / allein zu Erhaltung der Keyſerlichē hohen Obrigkeit / den Städten Reichsvögt geordnet. i. e. Imperatores enim Germani, ſolùm ad conſervationem Imperatoriæ Celſitudinis, Urbibus Præfectos Imperiales conſtituerunt. Urſtiſi. *Chron. Baſil. lib.* 2. *c.* 11. *fol.* 95. Münſter. *in Coſmograph. lib.* 3. *c.* 68. *fol.* 68. Prædicti Imperiales Præfecti, in quibusdam Sueviæ Civitatibus Imperii, Reichs Schultheiß / Stadt Ammann / in aliis vero, Reichsvögt / in ſpecie, vocati fuerunt, qui tamen minimè unius ejusdemque conditionis erant. Martin. Mager. *de advocat armat. cap.* 2. *n.* 220. *prout* hoc tradit Daniel Haider *in Act. Lindavienſ. lit. PP.* 1. *fol.* 581, Eorumque officium, ubivis in Imperio, parile haud fuit, ſed pro diverſitate Civitatum, earumque privilegiorum, varium & differens, vid. præfat.

 Haider.

Haider. *dict. Artic. fol.* 129. *in med.* Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 5. *c.* 3. *num.* 28, *& ſeqq*

2. Quæritur autem, *An hi Præfecti Urbici Senatui quoque interfuerint, Senatoriis deliberationibus nomine Imperatoris, præfuerint, ac Reip. adminiſtrandæ ſimul curam habuerint?* Ita quidem cenſet Martin. Mager. *de advocat. armat. cap.* 2. *num.* 220. Et hoc *cum eo Lucius Verus, Author fictitius*, quem refert, & ſequitur. Dn. Joan. Jacob Speidel *in Addit. ad Beſold. in Theſaur. pract. verb.* Reichsſtädte. Author Refutat. deß Reichsvogts *Diſcurſ.* §. 8. *fol.* 74. *& ſeqq.* Hoc tamen absque fundamento aſſeritur, ac Hiſtoricæ antiquitati Germaniæ repugnat. Præfecti enim, ſeu Advocati Urbici, de Regimine nec ullam habuerunt judicandi poteſtatem, nec adminiſtrationem ærarii, nec pacis aut belli, ſed præſides tantùm juſtitiæ fuerunt, ac judicio criminali in ſpecie præſidebant, & Imperatori reſervata jura adminiſtrabant. Qui in *Helvetia*, *& Suevia*, Judices criminales audiebant; à quo Reipl. ac Civitatis Imperialis Regimen, maximè differt, quod ex *Simlero* tradit Haider *in tr.* von Reichsvögten. *fol. m.* 82. Juſtitiæ enim exercitium, à cauſis ſtatus non mediocriter diſcrepat, ſecundum ea, quæ ſcribit Petr. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 59. Thobias Paurmeiſter. *de jurisd. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 55. Sicuti hanc differentiam, & ſpecies Regiminis civitatis refert, & latiſſimè defendit Dan. Haider *in Apolog.* Reichsvogt. *prælim.* 8. *fol.* 61. Dann es haben ſich die Reichsvögte deß Stads / und Regiments-Sachen nichts angemaſſet / ſonder allein die Sachen / ſo die Hoch- oder Halßgericht belangend / den Stab geführet; i.e. Imperiales enim Præfecti, nullam rerum ad ſtatum & Rempublicam pertinentium, curam habuerunt, ſed jus

ſaltem

ſaltem in cauſis capitalibus dixerunt. Qui reliqua inſuper Imperii & Imperatoris reſervata jura, veluti Steuras, Monetam, & cœtera in Civitatibus ſuperexiſtentia, conſervare ſtudebant. Qui in Imp. Reditus Imperiales colligentes, eosdem Cameræ Imperiali intulerunt. Teſte Lehman. *Chron. Spirenſ lib.* 4. *c.* 3. Dn. Dan. Haider *dict. art. f.* 49. 179. *ac fol* 573. *ac lit. Mm.* Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 4. *num.* 382.

3. Et hoc ex variis & antiquis inveſtituris Ducum Sileſiæ comprobat Jacobus Schickfuſius, dum ſcribit: Aus welchen allen klar befindlichen einmal / daß die Erb: un Landvögte/ Advocati, die Königliche/ und Fürſtliche Rechte auff dem Land / und in den Städten verſehen; Dann auch/daß die Oberbottmäſſigkeit/ ſo ſonſten das Jus Ducale, & Regium, in alten Brieffen genennet wird/ verbliben. i.e. Ex quibus omnibus manifeſtum evadit, quòd hereditarii & Provinciales Præfecti, Advocati, Regalia atque Ducalia jura, in Provinciis atque Civitatibus adminiſtrarint, tum etiam quòd ſuperior jurisdictio, aliàs jus Ducale & Regium, in vetuſtis literis appellatum, remanſerit. Schickfuſ. *in Chron. Sileſiæ. lib.* 3. *cap.* 25. *fol. m.* 310. Vid. Schifferdeckher. *lib.* 3. *diſp. forenſ. lib.* 3. *tract.* 29. Johannes item *Simlerus* ſcribit: Civitatem, ſeu magis Pagum Ury, Præfectos rerum capitalium quoque quondam accepiſſe: Cæterùm reliquas cauſas, *Ammannus*, Senatores, ex populo delecti cognoſcebant, & in commune Reipubl. ſuæ conſulebant. Simler. *de Republ Helvet. lib.* 1. *Tit. Tres primi Pagi. fol.* 5. *&* 10. Vide quoque ea, quæ recenſet Franc. Guilleman. *Rer. Helvet, lib.* 2. *cap.* 2. *& c.* 15. *f.* 29. Alſo iſt zu Schwäbiſchen Hall/ daß Keyſ. Schultheiſſen Ampt/ vor Jahren/ das höchſte Ampt geweſen/ an-

deß

deß Keyſers ſtatt: So viel leibeigene Leuth/ und alle beſtellte Diener allda/ zu ſeinem Dienſt gehabt/ und dem peinlichen Halßgericht vorgeſtanden. i. e. Ita Halæ Suevorum Præfectura Imperialis, olim ſummum fuit officium vice Imperatoris, tot homines proprios, omnesque conſtitutos officiales ad ſua habuit ſervitia, judicioque criminali præfuit. Martin. Cruſ. *in Annal. Suevic. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 13. *fol.* 91. Idem quoque *Baſileæ*, & *Scaphuſæ*, Civitatibus olim Imperialibus, in cauſis criminalibus, Præfectus, ſeu Advocatus Imperii, jus dicebat. Der Reichs- oder Blutvogt. Simler. *de Repl. Helvet. lib.* 2. *Rubr. de Reb. p. ſingul. pag. fol.* 140. & 142. Daniel Haider *dict. Diſcurſ. lit. Iii fol.* 78.

4. In Civitate *Northuſii, Comes de* Hohenſtein/ Imperii adhuc Præfectus exiſtit, qui per Judicem miſſum, unà cum duobus è Senatu Civitatis adjunctis, criminis cognitionem & definitionem, Imperii nomine facit: Civitati tamen omnibus quæ meri mixtique Imperii, & ſimplicis jurisdictionis ſunt, ſemper ſalvis permanentibus. Paul. Wehner. *in obſerv. practic. verb.* Reichsvogt. *fol.* 634. Daniel Haider *in Apolog. prælim.* 8. *f.* 58. Idem ex literis Senatus *Weiſſenburgenſis*, profert Münſterus, daß ein Vogt allda/ von deß Reichs wegen/ allezeit zu Weiſſenburg gewohnt/ und noch heut zu tag verordnet ſeye/ daß er in peinlichen Sachen/ von der Röm. Keyſ. May. wegen/ die execution thue/ Münſter. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 68. *fol.* 675. De Civitate *Tigurina* ſimilia ſcribit *Stumpffius.* Die Bevogtung deß Schloß Zürich/ hat Keyſer Ludwig bey dem Reich behalten: Damit allweg ein Reichsvogt/ auff dem Schloß/ ihr Schirmherr wäre. Dahero erfolgt iſt/ daß ſolche Geſtiffte alle Herrligkeit/ und Regierung/ über

die

die Stadt Zürich gehabt / und bey 470. Jahren / biß auff die Zeit Friderici ſecundi, Röm. Keyſers / hinauß / den Rath / und das Gericht geſetzt haben. Derſelbe Rath war jährlich erwehlet / und erkoren / von ſechs Rittern / ſo man die haben möchte / und von ſechs Bürgern. Dieſe Zwölff handelten in burgerlichen Sachen / wann aber peinliche Händel / Halß / und Haupt / oder das Blut berührend / zufielen / wurden durch die Reichsvögt auff dem Schloß verwaltet. i. e. Præfecturam Arcis Tigurinæ, Imperator Ludovicus Imperio reſervavit: quò ſemper Præfectus Imperalis in Arce, Advocatiam gereret. Unde factum eſt, ut per hanc conſtitutionem omnis jurisdictio in Urbem Tigurinam competierit, & prope 470. annos, usque ad tempora Friderici ſecundi Imperatoris, Senatus atque Judicium per eos conſtitutum fuerit. Ejusmodi Senatus quotannis erat electus ex ſex Nobilibus, ſi illorum copia haberi poterat, totidemque Civibus. Hi duodecim cauſas civiles tractabant; ubi vero cauſæ criminales, ſanguinis pœnam ingerentes, incidebant, eæ per Præfectos Imperiales in Arce peragebantur. Stumpff. *in Chron. Helvet. lib.* 6. *cap.* 14. Eodem modo de libera Imperali Civitate, *Auguſta Vindelicorum,* legimus; Das König Albert im Jahr 1305. Graven Ulrich von Helffenſtein / Regimen advocatiæ de Auguſta committirt / und ihne daſelbſten zu einem Landvogten conſtituirt habe / daß er den Bann über das Blut / un ſchandliche Leuth zurichten / führen ſolle und möge. i. e. Quòd Rex Albertus anno 1305. Comiti Ulrico ab Helffenſtein, Regimen Advocatiæ de Auguſta commiſerit; eundemque Præfectum Provincialem conſtituerit, ut judicia criminalia exercendi, atque in facinoroſos animadvertendi, poteſtatem haberet. Engelbert. Werlich. ſeu Gaſſerus *fol. m.* 68. *in Chron.*

*Auguſt.* *ſub Epiſcop. Degenhard.* 45. *fol. m.* 95. Auctor. Der Salmannßweil: Erinner. *quæſt.* 3. *fol.* 62. Ebenmäſſig ſo hat der Schultheiß zu Regenſpurg / nur die Endtliche Erkantnuß / und Abſtraffung der Maleficanten / welche er vom Hertzog in Bayern / wegen deß Reichs / zu Lehen trägt. h. e. Simili modo Prætor Ratisponenſis, ultimam ſaltem cognitionem atque animadverſionem in delinquentes, quæ ei à Duce Bavariæ in feudum conceſſa erat, habuit. Dan. Haid. *in apolog. prælim.* 8 *fol.* 68.

5. Præterea etiam hoc ſciendum, quod iſti Advocati Urbici, in quibusdam Civitatibus, (non tamen ubivis) *civilibus quoque judiciis præerant*, & mulctas ac debita, in cauſis civilibus exigebant. Daß ſie an etlichen Orten / auch den burgelichen Gerichten fürgeſtanden / oder allein beygewohnet / und die burgerliche Straffen eingezogen. atteſtante Münſt. *in Cosmograph. lib.* 3. *cap.* 63. Stumpff. *dict. tr. lib.* 6. *cap.* 14. *& lib.* 7. *cap.* 2. Dan. Haider *in Act. Lindavienſ. lit. Mm. f.* 572. Quod exemplis Ducatus Sileſiæ, ex antiquis inveſtituris, comprobat Jacob. Schickfuſ. *in Chron. Sileſ. lib.* 3. *cap.* 25. *fol. m.* 301. Hinc non pauci ex viris in hiſtoriarum antiquitate peritis, cenſent, quòd munus Officialis, ſeu Advocati aut Rectoris, idiomate germanico, Schultheiſſen / appellatum fuerit. Nam *legibus Longobardorum*, vox Schultheiß Judicem aut Rectorem denotat, & quidem eum, qui debitum exſolvere jubet, pignoris captione & mulctæ exactione, adeoque creditoribus ſatisfieri cogit; alluſione à verbo debitum atque jubendo deſumpta. Ac qui valuit Rector, certum diſtrictum ſua protectione defendit: Ita namque legimus apud Paul. Warnefrid. *Irruerunt Latrunculi Slavorum ſuper gregem & paſtores ovium Forojulii provinciæ,*

*quæ*

*quæ in eorum vicinia paſcebantur, & de eis prædas abegerunt.* *Subſecutus eſt hos* Rector illius loci, quem Schultheiß linguâ propriâ *dicunt; Vir nobilis, animoque & viribus potens, ſed tamen Latrunculos aſſequi non potuit.* Paul. Warnefrid. *hiſtor. Longobard libr.* 6. *cap.* 24. Paul. Diacon. *lib.* 6. *de geſtis Longobard. cap.* 8. Lehman. *lib.* 2. *Chron. Spirenſ. c.* 22. Simler. *lib.* 2. *de Repl. Helvet.* Gryphiander *de Weichbild. cap* 64. *num.* 2. & 3.

6. Præterea ſciendum, quod ex eadem ratione, Præfecti Imperiales, die Reichsvögte und Reichs Schultheiſſen / *Steuras*, ſeu Contributiones Imperii, ſtatis temporibus à Civitatibus Imperii colligebant; Exempli gratia, dann in der Stadt S. Gallen / dem Gerichts-Vogt auch die Reichsſteür einzunehmen gebühret hat. Vadian. *de Abbat. St. Galli fol.* 210. Ita quoque Advocatus Eccleſiæ Spirenſis, der Landrichter oder Landvogt deß Speyrgaws in Civitate Spirenſi, ſolus exactionem teloniorum & monetarum habebat, aliàs regulariter Procuratores Imperatorum Univerſales exactionem teloniorum, & curam monetæ aliorumque Regaliorum jurium habuerunt. Cujusmodi Ducibus Sueviæ florentibus Anno MX. Henricum de *VViſenhorn*, juxta dotationem Hoſpitalis Memmingenſis, & Anno MCLXXIX. Degenhardum de *Helmſtain* Procuratores fuiſſe tradit Abbas Urſpergenſis Suevus *in Chronic. ad Annum hunc f. m.* 230. Donec deficientibus Sueviæ Ducibus, iſtæ Procurationes quoque deſierint. Dan. Haider von Reichsvogteyen. *lit. Gg.* Quemadmodum ad Advocatum Urbis *Svvinfurtenſis* pertinere dicitur, die Burg / Marckung / Gericht / Zoll / Zehend / und andere Nutz daſelbſt; Si fidendum eſt extractui hypothecationum, quem retu-

lit Münſter. *in Coſmograph. lib.*3. *cap.*397. *fol.* 955. allegatus quoque à Dn. Haider *dict. loc. fol* 78. Simili modo de Judæis, ac ſolutione tributi protectorii annali, legimus; Daß der Hertzog aus Bayern / die in der Stadt Regenſpurg wohnende Juden für ihre Unterthanen / und getrewe Cammerknecht / welche jährlich ihr Judenſteůr erlegt; gehalten / und das Juden Gericht / als Landherrn von deß Röm. Reichs wegen / über ſie gehabt. Wigul. Hund. *tom.* 1. *Metropol. Salisburg. fol.* 215. *Addition.* Hund. *dict Rubr. f.* 267.

7. Ex eadem ratione ex ſingulari privilegio, Nobilis Erckingerus à Sambsheimb, ab Imperatore *Sigismundo I.* obtinuit. Alle und jede Judiſcheit / in Teutſch: und Welſchland / von der Röm. Kayſ. May. wegen / und an ihr ſtadt zu beſenden / und umb ein jährlich / oder monatlich / wochentlich / oder täglich Gelt / zu überkommen. Prout & Jacob. Trugſeſſen von Waltburg / als Landvogt / in Schwaben / cum prædicto *Erckhingero*, proditorium Judæorum homicidium in puero perpetratum Chriſtiano, cum internecione Judæorum, ac omnium bonorum confiſcatione, mandato & nomine Imperatoris, vindicavit. Quæ & alia reperies apud præallegatum Daniel Haider *dict. Diſc. lit. Sss. f.* 91. 92.

8. Ex quibus hucusque adductis exemplis hiſtoricis *ſatis* evincitur, quòd *Advocati Vrbici*, olim non omnimodam jurisdictionem in Civitatibus Imperii habuerint; præſertim cum in rebus antiquis, libris chronicis & hiſtoricis, omnino fides adhibeatur. Per text. *Exod.* 17. *verſ.* 14. *Deut.* 3. *v.* 9. *ac per l.* 2. *D. de Offic. prætor. ac per. Can. Valentinianus.* 3. *Can. Hadrianus* 22. *Can. Agatho. Diſtinct.* 63. Joſeph. Maſcard. *de probat. Concluſ.* 287. *per tot.*

Mager.

Mager. *de Advocat. cap.* 18. *num.* 193. Adeò, ut Chronicorum libri plenam probationem inducant, & ſecundùm eos judicetur; Nicol. à Janua. *de ſcriptur. privat. lib.* 5. *quæſt.* 6. *tit. De libr. Chronic.* Caſpar. Klock. *de Contribut. c.* 20. *num.* 414. *& ſeqq.* Philipp. Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 32. *&* 33. Ita cenſent, & deducunt, poſt alios, Chriſtoph. Lehman. *in Chron. Spir. lib.* 4. *cap.* 2. Andreas Knichen. *de jure territor. cap.* 4. *num.* 382. Author. der Salmanweiliſchen Erinnerung. *quæſt.* 3 *f.* 62. Daniel Haider. *in Act. Lindavienſ. fol.* 43. *&* 573. Ac latiſſimè *in Apolog.* von Reichsvogteyen. *paſſim. per tot.* Dn. & Amicus p. m. Philipp. Knipſchit. *dict. tract. lib.* 5. *cap.* 3. *à n.* 22. 25. *& ſeqq.*

9. Cæterùm Civitatum Imperii Præfecti, ſeu Advocati Urbici erant, & ab Imperatoribus proponebantur *Principes, & Status Imperii*, tàm *Eccleſiaſtici, quàm Politici.* Imperatores *Otthones*, (haud dubiè Religionis Zelo moti) præfecturas Urbium præcipuas, tum temporis, ubi alioquin Epiſcopi ſedes ſuas habuerunt, Comitibus ademerunt, ac in *Epiſcopos* transtulerunt: Id quod exempla *VVormatienſium, Spirenſium, Argentinenſium, Baſileenſium, Auguſtanorum*, &c. evincunt. Heinz. *de Civit. Imp. Concl.* 4. Et cum eo Haider *dict. Diſc. lit. Mmm. fol.* 83. Quemadmodum etiam ille intelligit Lehmannum generaliter loquentem, *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. *in princ.* Utcunque diſſentiat Refutat. des Reichsvogts *Diſcurſ.* 2. *& ſeqq.* Hæ autem Advocatiæ Epiſcopalium Urbium, ab *Otthone I.* paſſim inductæ, non perennarunt; ſed cauſis concedendi ſenſim fallentibus, aut in detrimentum Imperii tendentibus, rurſus evacuatæ, & ab Imperatoribus, præſertim *Henrico IV. & V.* ipſis Epiſcopis ademptæ

fuerunt. Quod ex Münſtero, Sigonio, Chron. Colonenſ. teſtatur Lehman. *dict. lib.* 4. *cap.* 3. & eum ſequitur. Haider. *d. Diſcurſ. lit. Qqq. fol.* 88. Uti quoque apparet ex charta conventionis, inter Imperatorem *Henricum V. & Pontificem Paſchalem II. Anno MCXI.* ut dimittant Regalia, nec ampliùs ſe intromittant ullo modo, aut invadant Civitates, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, monetas, telonium, mercatum, Advocatias &c, apud Goldaſt. *Conſt. Imp. latin. tom.* 1. *f.* 256. *ſeq.* Quamvis Epiſcopum Argentinenſem, adhuc Advocatiam *Molhuſæ, Colmariæ, Keiſerſpergæ* & aliarum Alſatiæ Civitatum, quæ ſub diæceſi ejusdem fuerunt, ſemel impetraſſe, referat Urſtiſius *Chron. Baſil. lib.* 1. *cap.* 19. *fol.* 59. Hoc tamen, ceu ſingulare exemplum, meritò inter irregularia notandum cenſet, Dan. Haider *in Diſcurſ. præcitat. lit. Mmm. fol.* 84. *Abbas enim Sangallenſis*, (Henricus de Rambſtein) ſub *Alberto* Imperatore I. Advocatiam Urbis Sangallenſis, poſteaquam Imperialis facta eſt, nimioperè affectavit, ſed eam obtinere non potuit; juxta Stumpff. *Rer Helvet. lib.* 5. *cap.* 6. *fol.* 311. Vadian. *in annal. Abb. San. Gall. fol.* 161. *quos citat* Haider *dict. fol.* 84. Adam Dapp, *de jur. Civit. Imp. cap.* 4. *num.* 11.

10. Remotis itaque Epiſcopis, in locum eorum *Seculares Principes* ſuffecti, ac Advocati Urbici conſtituti fuêre. Durch welche die Gericht in höhern Sachen gehalten / und die Keyſerliche Gefäll / dem Fiſco wider eingeheimbſt worden; Gleichwolen aber ſolchen Reichsvögten nicht mehr ſo viel Gewalts / als zuvor / da ſie noch Comites genannt waren / wider eingeraumbt worden. i. e. Per quos judicia in gravioribus cauſis peracta, atque Imperiales reditus Fiſco iterum adjecti fuerunt; Ejusmodi tamen

Præ-

Præfectis Imperialibus, non tanta poteſtate, quantam olim habuere, cum adhuc Comites appellarentur, relictâ. Teſte Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. Et Daniel Haider *præfat. diſcurſ. lit. Qqq.* Exempla, ſed minùs frequentia, Principum, in Hiſtoricis reperiri autumat *Dn. Haiderus. Urbis Tigurinæ* Præfectura, cum protectione duorum ibi Regaliorum Monaſteriorum conjuncta, ab Imperatore Henrico IV. primò *Marchionibus Zeringiæ, poſtea Welphoni, tertiò Comiti Habspurgico,* denique rurſus *Zeringiæ* Ducibus conceſſa, & cùm hac ultima familia quaſi expiravit. Teſte Stumpff. *Rer. Helvet. lib.* 3. *c.* 5. *& lib* 6. *cap.* 15 *fol.* 424. Guilleman. *de reb. Helvet. lib.* 3. *cap.* 5. *fol.* 350. Mager *de Advocat. armat. cap.* 2. *n.* 218. Ita poſt mortem *Rudolphi I. Imperatoris,* Auguſtanæ Advocatiæ Rudolphus Bavariæ Dux præfuit. Sequenti ſeculo etiam *Stephanus* Bavariæ Dux, *Leopoldus* Auſtriæ Dux, & *Fridericus* Palatinus Rheni, Advocati Auguſtæ Civitatis fuerunt. Quemadmodum quoque *ſub Carolo IV. Fridericus, Dux Teccenſis,* Advocatum Civitatis Auguſtanæ egit; teſte Cæſare *in Chron. Auguſt. part.* 2. *cap.* 6. *fol.* 89. 91. & 108.

11. Frequentiùs hæ Advocatiæ, ſeu Præfecturæ, Comitibus quoque ac Baronibus Imperii, tanquam ſtrenuis Viris, commiſſæ fuere. *Sic Comites Oetingenſes, Caſtellenſes, Helffenſteinii, Kirchbergenſes* & *Hohenbergenſes,* Auguſtanos Advocatos fuiſſe, legimus apud prædictum Cæſarem *in Chron. Auguſt. part.* 2. *cap.* 6. *fol.* 89. *ſeq.* In Civitate Northuſii, *Comites de Hohenſtein* Præfecturam Imperii obtinuerunt, & hodiè adhuc tenent. Wehner. *in obſerv. pract. verb* Vogtey. *fol.* 654. Joan. Adam Dapp. *de jur. Civit. Imp. cap.* 4. *n.* 11. Pari modo *Eberhardus*

Wür-

Würtembergiæ Comes, authoritate Caroli IV. Imperatoris, Anno 1360. adminiſtrationem, & advocationem Civicam in 24. Civitates Imperii obtinuit, eorumque Patronus, ihr Schirmherr/ und Regent/ conſtitutus fuit: tradente Joan. Naucler. *in Chron. vol. 2. generat. 46. fol. 899.* Mart. Cruſ. *in Annal. Suev. part. 3 lib. 5. cap. 1. fol. 249.* Hortleder. *de cauſ. bell. Germ. tom. 1. lib. 3. fol. 616.* Ad iſtam faciem *Anno* 1298. regnante Imperatore Alberto, *Hermannus* in Bonſtetten, Baro Zürchgavienſis, Præfectum provincialem in Turgovia, & ſimul etiam, Advocatum Urbis Sangallenſis egit. Quod ex Franciſc. Guilliman. *Rer. Helvet. libr. 2. cap. 2. & 15. fol. 29.* adducit Haider *dict. Diſcurſ. lit. Nnn fol. 86.*

12. Imò Præfectura hæc, Nobilibus quoque, wolverdienten Rittern/ und Edelleuthen/ qui in locis finitimis domicilium habuerunt, ab Imperatoribus commiſſa fuit. Sic *Urbi Bernæ*, poſtquam *Berchtoldus Zeringiæ Dux* ultimus, eam Imperio Romano attribuit, & Anno 1218. deceſſit, *Fridericus II.* Imperator, nomine Imperii, Præfectum dedit *Otthonem*, equitem à Ravenſpurgo. uti annotarunt Naucler. *in Chron. vol. 2. generat. 38. in fin.* Simler. *de Repl. Helvet. lib. 1. Rubr. Berna pag. 47. Ac lib. 3. c. 8. Tit. Berna. pag. 365.* Zu Schwäbiſchen Hall/ haben das Schultheiſſen/ oder Stadt-Amman Ampt/ lange Zeit gehabt/ die nachgeſeſſene Edelleuth/ von Schawenburg. Item die Adelichen Kurtzen/ in der Stadt ſelbſt wonhafft/ von deß Reichs wegen/ und ſolches lange Zeit verwaltet. i. e. Halæ Suevorum officio præfecturæ diu functi fuerunt, Nobiles de Schauenburg. in vicinia habitantes. Item Nobiles Kurzii, in ipſa Civitate degentes, nomine Imperii, & id quidem longo tempore, ſecundum Cruſ. *Annal.*

*nal. Suev. part. 3. lib. 2. cap. 13. fol. 39. in fin. & ſeqq.* In Civitate Imperiali *Sleſtadii*, olim Nobiles ibidem habitantes, Waffeler, von Erckerich/ ac poſtmodum Nobiles, à Borßheimb/ Advocati Imperiales, Reichsvögt/ fuerunt. teſte Beat. Rhenan. *rer. German. libr. 3. Rubr. Sleſtadium, fol. 154.*

13. Præterea Advocatiam civicam, tandem *Patritii*, aliique benemeriti, & ſpectabiles Cives, obtinuerunt; Und ſonſten Fürnehmen reichen Burgern/und Geſchlechtern/ verlihen worden. i. e. Aliisque præcellentibus Imperii Civibus atque Patritiis conceſſa fuit. referente Münſtero, *in Cosmograph lib. 3. cap. 68.* Wolff. Dieterich.. Cæſar. *in Chron. Auguſt. part. 2. cap. 5. fol. 84 & paſſim.* ubi tradit. Daß das Augſpurgiſche Landvogt Ampt/ wol etwan auch reichen Burgern/ und Geſchlechtern verlihen worden. i. e. Quòd provincialis Præfecturæ Auguſtanæ munus interdum quoque divitibus Civibus atque Patritiis conceſſum fuerit. Ita in Civitate Lindavienſi, familia nominata die Budſcher/ officium, der Stadt Ammann Ampt/ ante aliquot ſecula, jure pignoratitio poſſederunt. Haider *dict. Diſcurſ. lit. Nnn fol. 88.* In Civitate Imperiali Alſatiæ, Roßheimb/ Prætura, deß Reichsvogts Ampt/ hodiernis adhuc temporibus, penes privatam familiam Rumeliorum, jure hæreditario, & feudi Imperialis titulo perſiſtit, jure etiam confiſcandi admixto, referente Martin. Mager. *de Advocat. armat. cap. 2. n.* 211. vid. Beſold. *de Civit. Imp. num. 3.* Dn. Haider. *in Apologia prælim. 8. fol. m. 63. & ſeqq.* Dn. Philipp. Knipſchilt. *de Civit. Imper. lib. 5. cap. 3. num. 17. & 36.*

14. Hanc Præfecturam Imperii, ipſi Advocati con-

ſtituti, non ſemper in perſona, ſed plerumque per *vicarium & ſubſtitutum*, agebant, und haben allda ihre Schultheiſſen gehabt / Simler. *lib.* 2. *Rer. Helvet.* Mart. Mager. *de advoc. armat. cap.* 2. *num.* 214. Dn. Speidel. *in notat.* ad Beſold. *Theſaur. lit R. verb.* ReichsStadt. 37. Daniel Haider *in præfat. Diſcurſ. lit. Vuuu. fol.* 117. Dn. Knipſchilt *de Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 35. Ita *Conradus à Ramſchuagen*, Stadt und Landvogt zu Augſpurg / ab Imperatore conſtitutus & ordinatus, *Petrum à Rorbach*, zum Stadtvogt / Anno 1302. ſubſtituit, ut ejus vices in Urbe Auguſta gereret, teſte Gaſſero, & Werlichio, *in Chron. Auguſtan. part.* 2. *ſub Epiſcop. Degenhardo. fol.* 95. Unde Schultheſium Comitum poteſtati obnoxium fuiſſe, ex Simlero tradit Beſold. *de Civitat. Imper. num.* 3. *in oper. polit. fol.* 121. Quod pluribus probat Jacob. Schickfuſius, dum ſcribit. Daß die Landvögte / über die Schultheiſſen geſeſſen / beweiſet ſich dahero / daß in Königs Johannis privilegien / ſo er dem Newmärckiſchen Weichbilde. Anno 1341. ertheilt / und Anno 1480. vom König Wentzel beſtättiget worden / klarlich zu befinden. i. e. Quod Schultheſii, Præfectis Provincialibus dignitate inferiores fuerint, probatur exinde, quòd in privilegiis Imperatoris Joannis, Neomarchico diſtrictui Anno 1341. datis, & Anno Chr. 1408. à Rege Wenceslao confirmatis, perſpicuè videre eſt. Quòd in omnibus, & ſingulis cauſis, ad jurisdictionem Advocatorum noſtrorum provincialium pertinentibus, non plus quàm quinque ſolidi, pro quavis pœna exigi, & recipi debeant, & adjudicari per Judiciarios & Scabinos; Imò Advocatus urbicus, vel provincialis, vicarium ſuum deſtituere, pro lubitu potuit, ſicuti conſtat ex traditis Jacobi Schickfuſii *in Chron. Sileſ. lib.* 3. *cap.* 25. *fol. m.* 301.

15 Cæ-

15. Cæterùm Præfecti Urbici, in locis Præfecturæ, præſertim in Helvetia, non niſi rarò, ſedes poſuerunt, ſed plerumque extra vivebant, ac quotannis ſemel, aut ſæpiùs, ut negotia poſtulabant, conventus agebant, aut Civitates inviſebant, Interim Vicario aliquo, ex incolarum numero delecto. Franciſc. Guilliman. *Rer. Helvet. lib. 2. cap. 2. pag.* 29. Præfatis Præfectis civicis ſeu Advocatis, Imperatores in præmium & recompenſationem laboris *certos reditus*, pro ſalario conſtituebant, inprimis vero, certa pars mulctarum, aut collectarum aſſignata fuit. Welchen für ihre Beſoldung/ etwan ein Theil Lands/ oder der Stadt Gefällen/ bevorab von Buſſen/ oder Frevel/ Straffen/ überlaſſen worden/ oder gar zu Lehen angeſetzt; i. e. Quibus pro ſalario, vel pars territorii, vel Civitatis redituum, præſertim mulctarum conceſſa, vel plane in feudum data fuit. quod poſt Petrum Pithæum *tr. de Comit. Campan. Ac ad Conſuet. Troyenſ.* tradit Daniel Haider. *dict. Diſcurſ. fol.* 12. *ac in Act. Lindav. f.* 48. *&* 572. Dn. Amicus Philipp. Knipſchilt *de jur. Civit. Imp. lib.* 5. *cap* 3. *n.* 20. Author der Salmannweiliſchen Erinnerung. *quæſt.* 3. *fol.* 62. Uti in ſpecie de Advocato Auguſtenſi, quòd ab Imperatore *Henr. IV.* tertiam partem mulctarum, pro ſalario receperit, teſtatur Refutat. deß Reichsvogts *Diſc.* §. 8. *f.* 29. Cum aliâs jure optimo, Protectores ſalaria, & certa honoraria, in recognitionem accipere queant. De quo latè Martin. Mager. *de advoc. armat. cap.* 14. *num.* 185. *& ſeqq.*

16. Præterea, ut omnia Imperia viciſſitudini obnoxia, itaquoque advocatiæ civicæ, dieſe Reichsvogteyen/ tandem labaſcere cœperunt; Imperatores enim neceſſitate urgente, vel per importunas impetrantium

preces, Præfecturas haſce quotidiè vicinis Imperii Statibus oppignorare cœperunt. vid. Exempl. apud Beſold. *de Civitat. Imper. num.* 3. *fol.* 121. Martin. Mager. *de Advoc. armat. cap.* 2. *n.* 217. Daniel Haider *in Act. Lindav. fol.* 919. Ac Imperatores quoqne, plurimis Imperii Proceribus & Nobilibus, reditus Imperii, ac domanialia ſeu fiſcalia, & huic officio, usque huc, annexa bona, in Cameræ Imperialis commodum, ab Advocatis collecta, & illata, vel gratis, vel in præmium aut ſolutionem debitorum Imperalium tradiderunt; aut alio quovis modo defecerunt, uti de *Iudæorum* tributo, variis exemplis docet præfatus Haider *dict. Diſcurſ. lit. Sss. fol.* 90. *& ſeqq.* De *Vectigalium* donatione, ſimilia atteſtatur Additionator. Hund. *in Metrop. Salisburg. Rubr. Epiſcop. Patav. fol.* 358. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *c.* 22. *fol.* 368. De tributis ac collectis Imperialibus, quotannis Imperio ſolvendis, Stumpff. *in Chron. Spirenſ. lib.* 5. *cap.* 6. *fol.* 314. Haider *dict. Diſcurſ. lit. Ss.* Ita ut nulli, aut modici reditus Imperiales, in Civitatibus Imperii, ſuperexiſterent; Prout hunc cenſuum Imperialium defectum, ipſe Imperator *VVenceslaus*, in conceſſione Advocatiæ, Conſulibus & Senatoribus *Vrbis Tigurinæ* facta, exprimit, teſte Dan. Haider *d. loc. lit. Qqq.* Præterquam, quòd adminiſtratio harum Præfecturarum, propter abuſum Advocatorum, & concurrentiam Magiſtratus civici, in quibus cauſis Jurisdictionem ſe habere exiſtimabat, materiam litis indies ſuppeditaverit, ac diſſidiorum inteſtinorum querelæ Imperatorum aures quotidiè, & continuè fatigaverint. Vide Cruſ. *in Annal. Suevic. part.* 3. *lib.* 2. *c.* 17. *fol.* 111. Cæſar. ſeu Gaſſer. *in Chron. Auguſt. part.* 2. *cap.* 5. *fol.* 84. Dn. Philipp. Knipſchilt, *de jur. Civit. Imper. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 41.

CA-

# CAPUT XXII.

## *De Civitatibus Imperii, quando tandem, & quâ curâ, tanquam immediati Status Imperii libertatem obtinuerint? Vbi, An conſultum, Advocatiam Vrbicam, de novo introducere?*

### SUMMARIA.

1. *Civitates Imperii ad exemplum aliorum Statuum, variis modis & mediis, ſeſe à Regimine & onere Advocatorum Civicorum liberarunt.*
2. *Partim precio, partim prece, partim etiam fraudibus, Præfectos ſuos loco moviſſe creditur.*
3. *Quæ privilegia, & alia ſuperioritatis jura, Principes, Comites, ac Baronos, Imperii Civitatibus invidere non debent.*
4. *Adducitur Lehmannus, quæ de Origine Civitatum Imperii, earumque libertate ſatis probabiliter tradit.*
5. *Civitates Imperii, hodie Principis jura, in ſuo territorio habent, ac Principis vicem, in ſuo diſtrictu obtinent.*
6. *Quod contra quosdam Malevolos & Liberarum Civitatum Imperii Oſores, etiam in Inſtrumento Pacis eſt expreſſum.*
7. *In Matriculam Imperii receptæ & inſcriptæ extant.*
8. *Habent jus faciendi fœdera, confœderatisque auxilium ferendi.*
9. *Civitates Imperii pari paſſu cum Ducibus Imperii ambulant, ac in ſuo genere, eadem jura habent, quæ Princeps Imperii, in ſuo Principatu.*
10. *An conſultum, jusfasq; ſit Imperatori, Advocatias Vrbicas rurſus inſtituere?*
11. *Res non eſt ex abuſu æſtimanda.*
12. *Quilibet Princeps, Subditorum ſuorum libertates, jura, privilegia, & immunitates tueri debet.*

13. *Quæ jura & rationes, multo magis in Imperatore vim obtinent.*

14. *Civitates Imperii, Advocatis Urbicis de novo non ſunt onerandæ.*

CÆterùm Civitates Imperii ex hiſce & aliis rationibus motæ, ad exemplum Principum, aliorumque Statuum Imperii, variis modis & mediis, ſeſe à Regimine & onere Advocatorum civicorum liberarunt, ac inſuper Imperialia adhuc ſuperexiſtentia bona, & Regalia, veluti Vectigalia, Monetas, Collectas, & ſimilia jura, quovis titulo, jure dominii acquiſiverunt, vel per oppignorationem, remotâ omni reluitione obtinuerunt. Münſter. *in Cosmogr. lib. 3. c. 22. & 23.* Beſold. *de Civit. Imp. n. 2. f.* 119. Magn. Wilhelmi Kyriand. *in Annal. Trever. part.* 13. Dan. Haider *in Act. Lindav. lit. pp. 1. fol.* 581. *ac in Apolog. c. 19. f.* 560. Et quamvis hodie adhuc dum, quædam tales Præfecturæ, Reichsvogteyen / oder Reichs- Schultheiſſen Aempter / in Civitatibus nonnullis reperiantur, veluti Norimbergæ, Rotenburgi ad Tuberem, Halæ Suevorum, Northuſii, Reutlingæ: hæc tamen officia, nihil aliud ſunt, quàm ſimulachra & veteris Præfecturæ umbræ, poſtquam omnis omnimodo jurisdictio, & reliqua Regiminis civici poteſtas Magiſtratui Civitatum Imperialium, ab Imperatoribus, irrevocabiliter conceſſa fuit, quod officium hodiè, per ipſos Cives à Magiſtratu electos, expeditur. Martin. Mager. *de Advoc. armat. cap.* 11. *num.* 520. Philipp. Knipſchilt. *dict. cap. 3. num.* 44.

2. Hinc optimè ſcribit Chriſtophorus Lehmannus, Deßhalben habē weder Fürſten und Herrn / ab den Städten / noch dargegen die Städte / und Reichsthaler / ab den Fürſten und

und Herꝛn nichts zubeklagen/ weil alles/ ſo beede theil haben/ auß ſonderbahrer Gnad/ und Miltigkeit/ der Kayſer und Königen/ herkommet; außgeſchloſſen/ was nachmals/ von Herꝛſchafft/ und Schlöſſern/ die Fürſten/ und andere Stätte/ vielen Graven/ Herꝛn/ und Edelknechten/ abgekaufft haben. id eſt: Quapropter neque Principes, neque Barones, de Civitatibus, neque hæ vel Imperii Valles, de Principibus ac Baronibus, conqueri poſſunt, quum omnia quæ utraq; pars poſſidet, ex ſingulari Imperatorum ac Regum clementia atq; munificentia, proficiſcantur; exceptis territoriis atq; caſtris, per Principes & Civitates, multo poſt tempore, à Comitibus, Baronibus atq; Nobilibus emptis, Lehm. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 1. *fol. m.* 270. Qui *c.* 3. ſequentia tradit, Nach welcher beſchehener Erledigung/ die Reichsſtätt alle Herꝛligkeit/ Recht und Gerechtigkeit/ ſampt allen Gefällen und Nutzungen/ ſo die Königl. und Kaiſerliche Præfecti, oder Graven/ gehabt/ mit ſolchen allen/ die Freye Reichs Städt/ miltiglich begabet; i. e. Poſt quam liberationem Imperii Civitates, cum omnibus juribus ac immunitatibus, ut & omnibus reditibus atque commodis, quæ Regii vel Circulares Præfecti, Comitesque habuere, munificè dotatæ fuerunt. Lehman. *in Chronog. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. *fol.* 280. Ac quòd Civitates Imperii, partim *precio,* partim *prece,* partim etiam *fraudibus,* hoſce Cenſores, ſeu Præfectos, loco moverint, ſcribit Lucius Verus *in Apocalypſ. pro Innocent. Cæſar. Conſider.* 86. *fol.* 254. quem refert, & ſequitur Speidel. *in Annotat. ad Beſold. Theſaur. Pract. lit. R. verſ.* Reichsſtädt. 37. Alſo daß endlich auch die Reichs Stätt/ *(circa annum Chr.* 1400.*)* durch Verdienſt gegen dem H. Röm. Reich/ durch liberalität und Conniventz der Kaiſer/ durch Tauſch/ Kauff/ und Schenckungẽ/ durch ſtillſchweigende langwürige alluvion,

ſich

ſich von den Reichsvögten/ und dero Beſchwernuſſen / loß gewürcket / und ihrer Landsobrigkeit / in ihrem territorio, auch endlich erworben haben/ i. e. Ita ut & tandem Imperii Civitates (circa annum Chriſti 1400.) ob benemerita erga Imperium Romanum, ob liberalitatem atque conniventiam Imperatorum, permutatione, emptione venditione, ac donationibus, ſilentio atque diutina alluvione, ab Imperii Præfectis, eorumque moleſtiis, ſeſe exemerint, territorialemque jurisdictionem in ſuis territoriis ſibi acquiſierint. Dan. Haider. *in dict. Diſc. fol.* 14. *Et in Act. Lindav. lit. Pp.* 1. *fol.* 581.

3. Quæ privilegia & alia ſuperioritatis jura, Principes, Comites, ac Barones, Imperii Civitatibus invidere non debent; Cùm etiam eodem modo, quo reliqui Status, ad hæcce ſummi quaſi faſtigii jura, pervenerint. Sunt enim Civitatum quoque opes, & robur; Opes & Robur Imperii, ut dicere ſolebat Carolus IV. Imperator, quod refert Peucerus *in Chron. lib.* 5. *fol.* 170. Gæddæus *in reſponſ. Civit. Fridberg. punct.* 15. *n.* 12. *& ſeqq.* Latè Philippus Knipſchilt. *de Civitat. Imper. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 4. *& ſeqq.* Id quod ante Carolum IV. conteſtatur quoque *Otto Friſingenſis*: De Alemannia in Galliam, transmiſſo Rheno, Imperator Fridericus I. Anno 1114. ſe recipiens, totam proviciam, à Baſilea usque Moguntiam (ubi maxima *vis Regni* eſſe noſcitur) paulatim, ad ſuam inclinavit voluntatem, Ott. Frinſing. *de reb. geſtis Frider. I. lib.* 1. *cap.* 12.

4. Lubet hîc adjicere ea, quæ de origine Civitatum Imperii, earumque Libertate, ſatis probaliter, ex *Alberto Stadenſi, tradit Lehmannus*, dum principia hujus libertatis

bertatis Imperatori *Henrico IV.* imprimis attribuit, hiſce verbis: Als die hochſchädliche Spaltungen und Kriege im Reich/ zwiſchen Kaiſer Heinrichen/ dem Vierten/ an einem/ und den Biſchoffen/ auch Hertzogen zu Sachſen/ Bayern/ und Schwaben / am andern theil/ angezündet/ und darauß langwihrige groſſe Krieg entſtanden/ bezeugen die Hiſtorici, inſonderheit Helmold. *in Chron. Sclavor. lib.* 1. *cap.* 28. daß die Stätte am Rheinſtrom ſich inſonders gegen dem beläſtigten Kayſer/ getrewe/ und behülfflich/ verhalten: Da hingegen die weltliche Fürſten/ den freyen eygnen Fürſtlichen Gewalt/ den ſie von ſeinen Vorfahren am Kaiſerthumb / empfangen / deßgleichen die Biſchöffe / ihre Macht wider Kayſer/ und andere verwēdet/ und mißbraucht haben. Solche auffrechte underthänigſte Hülff/ Huld/ Trew/ und Beyſtand der Stätten/ haben die Könige un Kaiſer behertziget / und dem Reich/ und ihren Nachfolgern an demſelben/ inſonders fürträglich / nutz/ gedeylich / und zu Erhaltung ihrer Kaiſerlichen Hoheit gemäß erachtet/ daß ſie die Stätte gleicher geſtalt als die Fürſten / aller Freiheit der Regierung theilhafftig machten: haben auch ſolch ihr vorhaben nach gelegenheit/ auff allgemeinen Reichsverſamlungen den Fürſten und Ständen deß Reichs eröffnet/ und mit deroſelben Conſens und Bewilligung die Biſchöffliche Reichß Stätte als Cölln/ Mayntz/ Wormbs/ Speyr/ Straßburg/ Baſel/ und andere am Rhein/ erſtlich der erſten Eigenſchafft/ deren ſie zuvor underworffen geweſen/ nämlich der Regierung der Hertzogen/ Graven und Præfectorum, oder die deroſelben Statt und Verwaltung getragen/ allerdings ledig gezehlt: alſo daß ſie keinen Obern/ oder Herrn/ in weltlicher Regierung erkennen/ und wiſſen/ dann die Röm. Kayſerl. Majeſt. das obriſte Haupt deß gantzen Reichs/ und aller deroſelben zugehörigen Ständen/ und Gliedern. h. e. Cum nocentiſſi-

ma diſſidia atque bella in Imperio, inter Imperatorē Henricum IV. ex una, & Epiſcopos ac Duces Saxoniæ, Bavariæ, ac Sueviæ, ex altera parte incenderentur, exindeque diuturnæ & graviſſimæ orirentur ſtrages; teſtantur Hiſtorici, præſertim Helmold. *in Chron. Slavor. lib.* 1. *cap.* 28. Civitates, præcipuè Rhenenſes, Imperatori preſſo, fidelia præſtitiſſe ſervitia atque auxilia: cum econtra Principes ſeculares liberam propriamque poteſtatem, à prædeceſſoribus ejus in Imperio acceptam, itidemque Epiſcopi ſuam quoque poteſtatem, in Imperatores aliosque converterent atque abuterentur. Quæ humilima ſervitia, fidelitatem atque auxilium, Reges & Imperatores perpendentes, Imperioque, ac illorum ſucceſſoribus proficua, utilia, atque Imperatoria Celſitudine condigna æſtimantes, ut Civitates eodem modo, quo Principes, omnium privilegiorum regiminis, partitipes redderent: intentionem quoque ſuam, data occaſione, in Comitiis univerſalibus, Principibus atque Statibus Imperii propoſuerunt, ac illorum conſenſu & approbatione, Civitates Epiſcopales, ut Coloniam, Moguntiam, Wormatiam, Spiram, Argentinam, Baſileam, aliasque prope Rhenum, primæ poteſtati, cui antea ſubjectæ erant, Ducum nempe, Comitum ac Præfectorum, aut qui horum vices agebant, omnimodo exemerunt; ita ut nullum alium ſuperiorem vel dominum in regimine ſeculari agnoſcant, niſi ſacram Cæſaream Majeſtatem ſupremum caput totius Imperii, ejusque appertinentium Statuum atque membrorum. Hæc Chriſtophor. Lehemann. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. *fol. m.* 280. Adde quæ conformiter tradit Daniel Haider *in Apologia cap.* 2. *f.* 131. *& fol.* 150. *& ſeqq.* Hinc Imperator Sigismundus in ſua Reformatione Imperiali, Anno 1436. Civitates Imperii

perii, Würdige/ imò Heilige/ (quo prædicato, vix quicquam majus dici, aut cogitari poteſt) vocat, dum ſcribit: Da würden die Heilige Reichsſtätte gefreyet und geordnet/ darumb ſtehen ſie geſchrieben Heilig; dann ihnen war empfohlen alles Recht und göttliche Seeligkeit/ uñ ward die Chriſtenheit durch ſie geſtärcket/ und wurde ihnen göttlich und weltlich Recht empfohlen/ als dem Kayſer das Reich/ als ſie noch heut zutag dem heiligen Reich verbunden ſeynd/ bey Eyden und Ehren. i.e. Tunc ſacræ Imperii Civitates liberæ fiebant atque ordinabantur, ideo ſcriptæ deprehenduntur ſanctæ: Ipſis enim omne jus demandatum fuit, atque divina beatitudo, ac Chriſtianiſmus per eas firmabatur, eisque tàm divina, quàm humana jura committebantur, velut Imperatori Imperium, quippe cum hodienum ſacro Imperio Romano ſub fide juramenti atque honoris obſtrictæ ſint. Conſtit. Reformat. Imper. Sigismundi, *part.* 1. *c.* 3. *ac part.* 2. *cap.* 10. apud Goldaſt. *in Statut. & Reſcript. Imp. fol. m.* 172. & 192.

5. Proinde Civitates Imperii, die Freye Reichsſtätt/ hodie ex communi probataque Doctorum ſententia, *Principis jura*, in ſuo territorio habent, ac Principis vicem, in ſuo diſtrictu obtinent. Andr. Gail. *lib.* 2. *Obſerv.* 57. *numer.* 7. Ac *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 11. Herm. Vult. *de feud. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 6. Regn. Sixtin. *de Regal. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 28. Gylmann. *in Symphor. tom.* 3. *verb. Civitas.* Auctor. Reſponſ. Civit Fridberg. *punct.* 1. & 2. *ac fere per tot.* Mart. Mager. *de Advoc armat. cap.* 6. *n.* 290. Thomas Michael. *de Iuriſd. concl.* 44. *in fin.* Marc. Welſer. *rer. Aug. f.* 111. Plures recenſet Caſpar. Klock. *de Contribut. cap.* 5. *n.* 10. Dn. Rudolph. de Schulenburg. *de Orig. dicti:* Ein jeder Fürſt iſt Kaiſer in ſeinem Land. *f.* 127. *& ſeqq.* Sunt enim

Status Imperii, eisque omnia penè jura Statuum Imperii competunt. Caſpar. Klock. *dict. tract. cap. 5. n. 58.* Dan. Haider. *in Apolog. cap. 15. fol.* 473. Philipp. Knipſchilt. *d. tr. lib. 2. cap. 1. num. 35.*

6. Quod contra quosdam Malevolos, & liberarum Civitatum Imperii Oſores, ita expreſſum eſt in Inſtrumento pacis: *Liberis Imperii Civitatibus non minus, quàm cæteris Statibus Imperii, rata & intacta maneant Regalia, Vectigalia, Reditus annui, Libertates, Privilegia confiſcandi collectandi, & inde dependentia aliaque jura, ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata, vel longo uſu ante hos motus obtenta, poſſeſſa, & exercita, cum omnimoda jurisdictione intra muros, & in territorio.* Inſtrum. Pacis *art. 8. §. Tam in univerſalib.* Vocantur *ad Comitia*, ac ibidem jus, votum & ſeſſionem habent; Nec tantùm conſultativè, ſed etiam deciſivè ſuffragia ferunt. Beſold. *de Civit. Imper. num. 7. in operib. politic.* latè hoc deducens Lehman. *dict. lib. 4. cap. 3. fol. m.* 281. & 282. Limnæ. *dict. lib. 7. cap. 1. num.* 46. Arumæ. *de Comit. cap. 4. n. 126. & ſeqq.* Caſp. Klok. *dict. cap. 5. n. 59.* Juſt. Schütz. *diſput. jur. publ. 8. theſ. 23. lit. B. & C.* Quod, cùm à quibusdam in controverſiam vocatum fuiſſet, ideo ſingulari conſtitutione, hoc dubium, *in Inſtrumento Pacis* ſequentibus verbis, deciſum fuit; *Liberis Imperii Civitatibus, non minus quàm cæteris Statibus Imperii competat, in omnibus dictis, votum deciſivum.* Inſtrum. Pacis, *art. 8. §. Tàm in Univerſalibus, &c.* latiſſimè Dn. Knipſchilt. *de Civit. Imp. earumque jur. lib. 2. cap. 2. per tot.*

7 *In Matriculam Imperii* receptæ & inſcriptæ extant. Quod veram eſſe notam Status immediati, vulgo notum eſt Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. verb.* Reichsſtadt/ Caſpar.

par. Ziegler. *in Comm. concluſ. §. Landſaſſii. num.* 205. Mart. Mager. *de Advocat. armat cap.* 6. *num.* 145. Auct. Reſponſ. Fridberg. *punct.* 1. *num.* 176. *& ſeqq.* Caſp. Klock. *dict. c.* 5. *num.* 55. Philipp. Knipſchilt. *dict. tr. lib.* 1. *c.* 12. Habent *Superioritatem territorialem*, in Civitatibus, & terris ſibi ſubjectis, die hohe Lands Obrigkeit/Lands Herrligkeit. Gail. *dict. obſerv.* 57. *num.* 1. Limnæ. *d. cap.* 5. *n.* 49. Schuz. *in dict. diſput.* 8. *Theſ.* 23. *lit. E.* Klock. *d. cap.* 5. *n.* 38. Caſp. Ziegler. *in Comm. concl. verb. Landſaſſi. num.* 103. Beſold. *de Civitat. Imper. n.* 8. Quod ſpecificè expreſſum eſt in Inſtrumento Pacis, in verbis; *Cum omnimoda jurisdictione, intra muros, & in territorio. Inſtr. Pac. art.* 8. *§. Tam in Vniverſalibus.* Ubi infinitos adducit. Omniaque poſſident ſublimia jura, quæ *Territorio*, ex communi Imperii Romano-Germanici praxi & obſervantiâ adhærent. De quibus Mingius *de jur. Territorial. paſſim.* Bruninus *de jur. Vniverſit. Concluſ.* 21. *& ſeqq.* Schüz. *in jur publ. diſput.* 6. *th.* 15. *& ſeqq.* Ziegler *dict.* §. *Landſaſſi. n.* 203. *& ſeqq.* latè Philipp. Knipſchilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *per tot.* Præcipuè conſtitutione *Pacis religioſæ*, æquè ac alii Imperii Principes & Status gaudent, ac jus reformandi obtinent; Liberum enim eis eſt, vel Catholicam, vel Auguſtanæ Confeſſioni conformem Religionem ſequi. Paurmeiſt. *de Iurisdict. lib.* 7. *cap. ult. num.* 45. Dauth. *in Hypotyp. ſect.* 5. Limnæ *dict. cap.* 1. *n.* 51. Joan. Wurmſer. *Exerc. jur. publ.* 6. *Q.* 5. Philipp. Knipſchilt. *dict. lib.* 2. *cap.* 3. *per tot.*

8. Habent propterea jus faciendi *fœdera*, confœderatisque auxilium ferendi, latè Meichsner. *deciſ. Camer.* 229. *n.* 239. *tom.* 4. Martin. Mager, *de Advoc. armat. c.* 10. *n.* 484. Klock. *d. tr. de Contribut. cap.* 5. Amicus quondam meus D. Joan. Adam Dapp. *de Civitat. Imper. part.* 1.

*cap.* 7. *num.* 4. Dn. Philipp. Knipſchilt. *eod. tr. lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 4. Atque nihil frequentiùs in Hiſtoricis paſſim legimus, quàm confœderationes inter Civitates Germaniæ initas. Beſold. *tr. de fœder. cap.* 3. *num.* 7. & 8. Adeò quidem, daß ſchon in Anno 1247. mit einem Graven von Holland/ und andern Fürſten/ und Graven deß Reichs/ in die 70. Städte/ zu haltung Frid/ und Rechtens/ in gewiſſe Bindnuß/ ſich gegen einander eingelaſſen haben i. e. Ut jam Anno 1247. cum Comite Hollandiæ, aliisque Principibus atque Comitibus Imperii, ſeptuaginta prope Civitates, ad conſervationem publicæ tranquillitatis & Juſtitiæ, certa pepigerint fœdera. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 5. *c.* 92. *fol.* 604. Daniel Haider *in Apolog. c.* 2. *f.* 151. Legatorum mittendorum facultas, tàm in Imperio, quàm quoad ad exteros Reges, & Principes, inſtar aliorum Principum Imperii attribuitur. Arumæ. *ad Aur. Bull. Diſcurſ.* 1. *th.* 8. Kirchner. *de legat. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 53. Beſold. *eod. tr. c.* 3. *num.* 3. Philipp. Knipſchilt. *dict. tr. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 1. & *ſeqq.* Aliaque ſexcenta jura, in Imperio Romano-Germanico obtinent, quæ aliis Majoribus Imperii Statibus competunt. De quibus in ſpecie ſcribunt Auctor. *Reſponſ. Civit. Fridberg. quaſi per tot.* Beſold. *de Civitat. Imperii per tot.* Item Joan. Steinvvich. & Joan. Michael. Hainz. ut & Adam Dapp. *diſputat. ſingul. de Civitat. Imper. earumque jur.* Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. verb.* ReichsStadt. 37. latiſſimè Philipp. Knipſchilt. *d. tr. lib.* 2. *per totum.*

9. Ut meritò dicendum, quòd Civitates Imperii, pari paſſu cum Ducibus Imperii ambulent, ac, in ſuo genere, eadem jura habeant, quæ Princeps Imperii in ſuo Principatu, Meichsner. *deciſ. Camer.* 8. *n.* 2. & 3. *lib.* 1.

*tom.* 2.

*tom.* 2. Ziegler. *d.* §. *Landſaſſi. num.* 218. Bidenbach. *quæſt. Nobil.* 1. *n.* 20. Beſold. *in Theſaur. pract. lit. R. verb.* Reichs-Stadt. 37. *fol.* 778. Martin. Mager. *d. cap.* 6. *num.* 190. Daniel Haider *in Act. Lindav. fol.* 235. *ad fol.* 620. Salvis tamen aliis quibusdam ſuperioritatis juribus & prærogativis, Principibus, aliisque Imperii Statibus Illuſtribus, ſpecificè competentibus. Salvâ interim, *Ducalis Dignitatis*, eminentiſſimâ prærogativà. Erneſt. Cothman. *Reſponſ.* 29. *num.* 523. *& ſeqq. vol.* 3. quam Civitates ipſæ, comiter & lubenter meritò adorare, inſimul etiam probè ſcire debent; Cum plùs & minùs, tanquam qualitate tantùm, non ſpecie differentes, inter Status Imperii, quatenus Status, diſparitatem non operentur. Sicuti poſt Gailium *de Arreſt. c.* 4. *num.* 3. *& ſeqq.* ſcribit Daniel Haid. *in Diſc.* von Reichsvögten *lit. Zzz.* Proinde verè dici poteſt; *Civitates Imperii liberas*, Regimen, formam, & libertatem perennem, ac, quaſi æternam poſſidere, quæ etiam Rempublicam Romanam, ſub *Conſulibus*, diuturnitate ſuperare poſſit, nec per ſeditiones, mutationi obnoxia, nec, niſi cum toto Imperio, ab ullo hoſte convelli queat. Quod etiam exteri, in ſpecie verò graviſſimus Italicorum Hiſtoricus, Franciſcus Guicciardinus. *libr.* 7. *hiſtor. num.* 7. probè obſervavit, cùm Liberas Germaniæ Civitates, ita deſcribit: *Recognoſcere eas quidem penſionibus certis & definitis Imperii auctoritatem: Cæterùm ipſas, ſuis ferè moribus, ac Magiſtratibus gubernari; neque ſtudere, tàm territorio amplificando, quàm libertati ſuæ conſervandæ.* Similia quoque, per integrum diſcurſum, latiùs repetiit Trajanus Boccalini. *in Parnaſſo cent.* 2. *Raguagl.* 6. *per tot. fol. m.* 10. *& ſeqq.* Scilicet *ſolas in Germania Civitates, eam liberæ Reipublicæ formam inveniſſe, quæ diuturnitate, non tantùm cum Monarchiâ certare queat,*

*(hoc.*

*(hoc que olim tàm Græcos & Romanos, quàm quoq; Italos modernos, latuiſſe) ſed etiam ipſam, ſub Conſulibus exiſtentem Romanam Rempublicam ſuperet. Quarum libertas longiſſimam vitam, imò, quaſi æternam, præ ſe ferat.*

10. Cæterùm, non deſunt quidam ex Aulo Politicis, qui pro arcano Imperii Romano-Germanici tradunt, ad fundandam Imperatoris potentiam, ac extollendam magisque exaltandam ejusdem Majeſtatem, maximoperè conducere, ut hæcce Præfecturæ Imperii, in Civitatibus Imperii, rurſus introducantur; Quod, ad præcavendos inteſtinos motus, & diſſenſiones, unicum exiſteret Remedium; adeò ut Imperatorum aures, publicis etiam ſcriptis, de hac re defatigare non erubeſcant. Quæritur ergo hîc; *An Conſultum, jus fasq; ſit Imperatori, haſce Advocatias Vrbicas rurſus inſtituere?* Ob die Röm. Keyſ. Majeſtät/ mit berechtigtem Fug/ und deß H. Röm. Reichs Wolfahrt/ die Reichsvogteyen wider zu Werck richten mögen/ oder können? Ita quidam rerum novarum cupidi cenſent; Quos inter exiſtit Lucius Verus, *ſeu magis Lucifugus in Apocalypſ. pro innocent. Cæſar. Conſider.* 86. *fol.* 254. quem refert, & ſequitur Jacob. Speidel. *in annotat. ad Beſold. Theſaur. pract. lit. R. verb.* ReichsStadt. 37. *fol.* 777. Dum tradit: *Inſignis nominis Politici ſunt, & fuere, qui Imperatori conſultiſſimum eſſe cenſent, talium Vrbium Præfectos,* Reichsvögt/ oder ReichsSchultheiſen/ *renovare, & denuò conſtituere, de quorũ fide ſecurus eſſe poſſit; Quiq; malignos in officio contineant, ac inſimul efficiant, ut omnes in Imperatorẽ ac Imperium machinationes, ſibimetipſis quoq; Civitatibus detrimentoſæ confœderationes impediantur. Vrbium enim Imperialium Politia, ad interitum ruit, & magno detrimento Imperiũ efficit.* Verùm haſce blandientes rationes, latè & ſolidis

fun-

fundamentis redarguit Dan. Haid. *in Diſcurſ.* von Reichs-vögten. *lit.* Www. *& ſeqq. per totum.*

11. Nam, ſi ex *abuſu* rem eſſe æſtimandum contendas; (uti *Affirmantium* rationes unicè exinde fundamentum trahunt) nihil ſibi ipſi in universâ rerum natnrâ conſtabit. Cùm à condito Mundo ſemper rerum humanarum hæc viciſſitudo fuerit, quòd optima paulatim corrumpantur, & ad pravitatem declinent. Erneſt. Cothman. *reſponſ.* 29. *num.* 180. *vol.* 3.

- - - - - - - - *Quippe omnia fatis*
*In pejus ruere, & retrò ſublapſa referre*

videmus, Beſold. *de Republ. curand. c.* 1. *n.* 15. 17. *& paſſim.* Abuſus autem quorundam abutentium, rei ſubſtantiam non tollit, Joan. Gorop. Beccan. *in Beceſilan. lib.* 1. *p.* 117. Quem latiùs ſequitur Anton. Hering. *de fidejuſſ. cap* 1. *n.* 39. *& ſeqq.* Jacob. Marchiſell. *quæſt. jur.* 31. *num.* 1. Ac valdè inhumanum eſſet, toti Civitatum ordini imputare, quòd in uno aut in altero fortè deſideratur. Præfatus Daniel Haider *in Act. Lindav. Articul.* 4. *fol.* 50.

12. Præterquàm, quòd quilibet Princeps, ſubditorum antiquas libertates, jura, privilegia, & immunitates tueri, ac ipſos in eo Statu quo reperiuntur, conſervare, neque jure ſucceſſionis, ſive univerſalis ſive particularis, quicquam immutare, aut innovationes introducere debeat, Sie bey ihren Herkommen / Freyheiten / Recht / und Gerechtigkeiten ſchützen / ſchirmen und handhaben. per text. notab. *in l. pen. D. de Conſtitut. Princip.* Ac per *l. pen. & ult. C. nov. vectig. inſtit. non poſſ. l. cum ſuper. §. caveant C. de agricol. & cenſit. libr.* 11. poſt alios Henning. Gædden. *conſil.* 31. *num.* 17. Ac *conſil.* 38. *num.* 7. latè Andr.

Gail. *de Arreſt. cap.* 8. *num.* 17. Petr. Peck. pleniſſimè *in cap. qui in jus.* 2. *per tot. de Reg. jur. in* 6. Marc. Anton. Peregr. *de jur fiſc. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 45. Joan. Petr. Surd. *deciſ.* 237. *num.* 5. Hinc Politici tradunt: Principem, Cives in ſtatu quieto per longum tempus poſitos, relinquere debere. Prudenter namque *Auguſtus*, ad Senatum Romanum, hæc verba habuit: *Poſitas ſemel leges conſtanter ſervate, nec ullam earum immutate. Nam quæ in ſuo Statu, eademque manent, etſi deteriora ſint, tamen utiliora ſunt Reipublicæ his, quæ per innovationem vel meliora inducuntur* Dio. Caſſ. *hiſtor. lib.* 53. Ac ſapienter Seneca Philoſophus ſcribit: *Non conturbabit Sapiens publicos mores, nec populum in ſe vitæ novitate convertet.* Seneca. *epiſtol.* 14. Adeò, ut in minimis quoque rebus, omnia antiquæ conſuetudinis monumenta ſint ſervanda, ſecundum Valer. Maxim. *lib.* 2. *c.* 6. Dn. Joan. Hieron. im Hoff. *Ratio Stat.* 23. *per tot.*

13. Quæ jura & rationes, eò magis in Imperatore vim obtinent, ac in materiâ Advocatiarum Urbicarum, ſpecificè verificantur; Cùm exinde Civitates Imperii ſeſe à jugo & regimine Advocatorum, ex communi, tàm Imperatoris, quàm Principum & Statuum Imperii conſenſu, vel expreſſo vel tacito liberarint. Vide Chriſt. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 4. *cap.* 3. Ubi hoc *ex Abbate Stadenſi ac Helmodi. Chron. Slavorum*, deducit. Ideoque ea, tali modo quæſita jura & privilegia, â ſolo Imperatore immutari aut tolli nequeunt *per l. digna vox. C. de Legib.* ubi communiter Doctores. *l. ex imperfecto.* ubi Bald. Jaſ. & alii *C. de teſtam.* Zaſius in terminis, *conſil.* 10. *num.* 6. *vol.* 2. Andr. Gail. *lib.* 1. *obſerv.* 41. *num.* 4. & 5. Præſertim, cùm Imperator in Capitulatione ſuâ jurare ſoleat, alle Churfürſten/ Fürſten/ Graven und

Stánd

Stånd bey ihren Hoheiten / Würden / Recht und Gerechtigkeiten / Macht und Gewalt / jedem nach ſeinem Stand und Weſen verbleiben zulaſſen. Capitulat. *Ferdin. III. articul.* 3. Ubi Joan. Limnæ. Benedict. Carpzov. *de leg Reg. German.*

14. Quæ, cum ita ſeſe habeant, meritò Civitates Imperii iſtis Advocatis Urbicis de novo onerandæ non ſunt. Sicuti enim Principi, ita quoque populo ſua ſunt jura; Quæ, dum utrinque illibata manent, indiſſolubili nexu copulantur illa jubendi æquitas & obediendi promptitudo, & ſolidum Statum efficiunt: Dum verò proportionem ſuam excedunt, & hic vel ille alterius limites evaſerit, vacillat ſubitò & concutitur cujuscunque fuerit Reipublicæ corpus. Unde optimè Roccabella ſcribit; *Nello ſtato, come nè gli edificii, l'ornamento ſi muta, la baſe eternamente, ſi laſcia: Coſi quelle Leggi, che fondamentano la forma del governo.* Thom. Roccabella, *nel Princip. delib. Tit. de Leg. f.* 284. Ac, ſecundùm Ariſtotel. Respublica nulla eſt, ubi Leges non tenent Imperium. Auth. D. P. *Obſerv. Polit. ſuper mot. Gall. Obſerv.* 4. *per tot.* Et hanc quæſtionem, per varias rationes pro & contra allatas, deducit & optimè reſpondet contrariis, Dn. Philipp. Knipſchilt. *de jur. Civitat. Imper. lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 46. *& ſeqq.* Quod hodie minus dubii habet, propter ſanctionem & auctoritatem *Inſtrumenti Pacis*, in quo ita conventum eſt. *Ut Civitatibus Imperii rata & intacta maneant Regalia, Libertates, & alia jura, ab Imperatore & Imperio legitimè impetrata, vel longo uſu obtenta, poſſeſſa & exercita*, Annulatis, & in futurum prohibitis iis, *quæ in contrarium fiunt:* Inſtrum. Pacis. *art.* 8. §. *Tam in Univerſalibus.*

# CAPUT XXIII.

## De Comparatione Principum & Comitum Imperii, cum Præſidibus & Præfectis ſeu Locum tenentibus aliorum Regnorum, præſertim verò, utriusque veteris Romani Imperii, tàm Orientis, quàm Occidentis.

### SUMMARIA.

1. An & quatenus Principes & Status Imperii hodierni, tam Eccleſiaſtici quam Politici, Imperii Rom. Germanici, Præſidibus, ViceRegibus & Gubernatoribus modernorum Regnorum, ut & Præfectis olim Prætorio, Præſidibus ac Prætoribus Romanis, ſimiles ſint, eorumve locum obtineant, eisve ſubſtituti ſint?
2. Principes & Status Imperii, Præfectos Prætorio, aliosve Romanos Majores longe ſuperant.
3. Idque probatur aliquot rationibus.
4. Præfecti Prætorio, & Præſides, pro lubitu & beneplacito Impp. conſtituebantur, ac pro lubitu dimittebantur.
5. Principes & Status Imperii, per conceſſionem feudalem, omnia Majeſtatis jura hodie in territoriis ſuis exercent.
6. Argumentatio à Magiſtratibus Romanis ad Principes & Status Imperii, non abſolutè, ſed ſecundum quid eſt accipienda.
7. 8. Comparatio Dignitatum in aliis Regnis & Provinciis, cum Præfecto Prætorio.

HOc tandem in præſenti materia annectere non inutile & abs re eſſe cenſui. Cùm Imperium Romanum tàm variam Regiminis mutationem perpeſſum fuerit; Exinde ſæpiùs inter juris publici Conſultos quæſitum, ac

ac concertatum fuit; *An, & quatenus Principes & Status Imperii hodierni, tam Eccleſiaſtici, quàm Politici, Imperii Rom-Germanici Præſidibus, Vice Regibus, & Gubernatoribus modernorum Regnorum, ut & Præfectis olim Prætorio, Præſidibus, ac Prætoribus Romanis, ſimiles ſint, eorumve locum obtineant, Eisve ſuſtituti ſint?* Ac ita affirmativè quidem jamdudum tradiderunt Jaſon. *in l. Stipulationum. 5. num.* 10. Et ibidem Angel. Aretin. ac Doct. communiter *D. de verb. obligat.* Roman. *in Rubr. qui admitt. ad bonor. poſſeſſ. num.* 2. Cornæ. *conſil.* 76. *vol.* 1. Jacob. de S. Georg. *tr. feudal. in verb. Piſcationibus. num.* 2. Franc. Hotoman *conſil.* 1. *num.* 4. Qui omnes Principes inferiores, Præſidum & Proconſulum loco eſſe, eorumve jure uti, ſcribunt. Hiſce, ex Germanis Jureconſultis accedunt Henning. Gœdden. *conſil.* 39. *num.* 2. & 3. Joan. Sichard. *in l.* 1. *n.* 15. *C. qui admitt. ad bon. poſſeſſ.* Joan. Borcholt. *de feud. c.* 5. *num.* 37. *in fin.* Ubi ait: magno errore eſſe introductam eam opinionem, qua Principes & Status Imperii, Imperatori æquiparentur. Roſenthal. *de feud. cap.* 5. *Concluſ.* 13. *num.* 4. & 5. & 9. Weſenbec. *in Parat. ſup. Digeſt. tit. de Offic. Præf. Prætor.* Scipio Gentil. *de Iurisdict. lib.* 3. *c.* 23. Joan. Georg. Becht. *de ſecuritat. Concluſ.* 42. Vult. *ad lib.* 1. *n.* 15. *ubi Senat. vel Clariſſ.* Dn. Bocer. *tr. de jurisdict. cap.* 8. *n.* 70. & *ſeqq.* quod is ipſe latiùs evincere conatur. *in tr. de jur. monetar. c.* 3. *n.* 23. & *ſeqq.* Ac pro ſuſtinendâ ejusdem opinione, aliquatenus faciunt tradita, per Franciſc. de Amayâ *ad l. final. cap.* 2. *C. de Decurion. lib.* 10. Ac in ſpecie Electores Præfectis Prætorio comparat Bartolus *ad l. omnes Populi D. de Iuſtit. & jure.* Henning. Gœdden. *conſil.* 1. Matth. Weſenb. *conſil.* 46. *n.* 2. Quos Petr. Heig. benè refutat. *lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 18.

2. *Veruntamen*, qui hodierni Imperii Romano-Germanici

 manici

manici ſtatum & conditionem, ex jure publico, ac Receſſibus Imperii, probè perpendit, fateri neceſſe habet, Principes & Status Imperii, multis paraſangis Præfectos Prætorio aliosve Romanos Majores Magiſtratus, ſuperare: Econtra longè veriùs dicturus, Principes & Status Imperii, in ſuis territoriis, *Imperatori potius*, quàm Præfectis Prætorio, æquiparari, ac Imperatoris jure cenſeri. Ac, quod de Lydorum Rege Cræſo Juſtinus ait, *Eum, ſi non Regiam, Regiæ tamen Dignitati proximam egiſſe vitam*, illis quàm rectiſſimè accomodari poteſt. Ita originaliter Baldus *in l. receptitiâ in pr. C. de conſtit. pecun.* Ut & *in l. donationes quas. in fin. C. de donat. inter vir. & uxorem.* Ruin. *conſil.* 130. *in fin. ac conſil.* 134. *num.* 9. *vol.* 5. Menoch. *conſil.* 302. *num.* 21. Claud. Bertazol. *conſil.* 285. *libr.* 2. *lit. B.* Anton. Sola *ad conſtit. Sabaud. in proœm. gloſſ.* 3. *n.* 9. *& ſeqq.* Cacheran. *conſil.* 9. *n.* 2. 3. *&* 4. E Germanis, communi ſtylo & ex praxi receptiſſima, ita ſcribunt, Matt. Weſenbec. *conſil.* 27. *n.* 28. Obrecht. *de Imper. & Iurisdict. cap.* 4. *fol.* 56. *& cap.* 6. *fol.* 110. Joh. Borcholt. *ſibi contrarius, in cap. Quæ ſint Regalia. num.* 7. *&* 8. Heig. *quæſt. illuſtr.* 4. *num.* 18. *lib.* 1.. Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 10. *ſect.* 4. *n.* 45. poſt Andr. Knichen. Matth. Stephan. Sixtin. *de Regal.* Obrecht. *tract. de Imper. & jurisdict. lib.* 2. *c.* 7. *per discurs. Ac libr.* 3. *cap.* 19. *num.* 20. Brunning. *de jur. Vniverſitat. concl.* 8. *lit B. in diſp. Baſil. vol.* 4. Beſold. *in Polit. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 7. *Ac de jurisdict. Imp. Roman. cap.* 16. *per tot.* Ac, quòd magis ſimiles ſint Principi quàm Præſidi, tradit Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 16. *n.* 34. Cùm jura Imperii, inter Imperatorem & Status Imperii, ſciſſa ſint, & quaſi diviſa, ſecundùm ea, quæ latè deducit Caſp. Klock. *de Contribut. cap.* 4. *n.* 137. Et optimè probat. Beſold. *in oper. polit. Diſcurſ. de Imper. mixto cap.* 2. *n.* 3. *&* 4. Idque præ omnibus

nibus diſtinctè explicat Joh. Herm. Stamm. *de ſervit. perſonal. lib.* 3. *cap.* 10. *per tot.*

3. Principes enim ac Status Imperii, PræfectosPrætorio, ac Præſides, longiſſimè ſuperant, *Tum* (primo) *reſpectu patrimonii, officii, & adminiſtrationis commiſſæ: Tum* (ſecundò) *ratione dignitatis. Tum* (Tertiò) *intuitu potentiæ & Imperii.* Reſpectum patrimonii, officii, & commiſſæ adminiſtrationis quod concernit; Primò Magiſtratus Romani, *pro officii ratione*, eo ipſo fiebant, dum in Præfectos Prætorio, Præſides, Comites ſacrarum largitionum, Rectores Urbium, & Provinciarum, conſtituebantur. *l.* 1. §. 4. *D. de offic. Præfect. Vrb.* Zaſius *ad l.* 5. *num.* 34. *D. de iurisd.* Herm. Stamm. *d. l.* 3. *cap.* 10. *n.* 2. Prætertim verò, Officium Præfecti Prætorio erat, cui Imperator Prætorii ſui, hoc eſt, aulæ ſuæ curam committebat, quod nemini, niſi præclaris & Senatorii Ordinis Viris, delatum fuit, teſte Lamprid. *in Alexandr. Sever.* Georg. Eberlin. *de Origin. jur. c.* 16. *num.* 18. *&* 19. Aliaque Præfecti Prætorio munia, vid. apud Jul. Cæſar. Bulenger. *de Imper. Rom. lib.* 3. *cap.* 2. *per tot.* Nicol. Henel. *in otio Vratislav. c.* 23. *fol. m.* 186. Sed Principes, Comites, & Status Imperii, non ratione officii, quod in aula Imperatoris gerunt, ſed à Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, aliisve Dominiis, quibus ab Imperatore ſub jure fidelitatis, cum lege ſucceſſoria & territorialii jure, mit der hohen Lands-Obrigkeit / inveſtiti ſunt, *Tales* vocantur, *per text. in tit. Quis dicat. Dux. lib. feud.* ubi feudiſtæ. Bald. *in cap.* 1. *de his, qui feud. dar.* Andr. Gail. *l.* 1. *obſ.* 21. Author, ſeu Gæddæus *in Reſponſ. Civit. Fridb. punct.* 2. Reinking. *de R. S. & E. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 1. Andr. de Iſern. Afflict. Alvarot. ac omnes, *in dict. tit. Quis dicatur Dux.*

latiſſimè

latiſſimè Anton. Freundeberg. *de Reſcript. morat. concl* 12. *lit. C. & D.* Et hoc per jura notiſſima. Quippe, qui perpetuam habent juriſdictionem, ac ad hæredes transitoriam, in qua ne quidem ab Imperatore turbari poſſunt. Leipold. *de Concur. Iuriſd. quæſt.* 3. Dn. Bocer. *de Iuriſd c.* 3. *n.* 95. *ac c.* 8. *n.* 80. Multò minùs, (niſi ob feloniam) ab Imperatore deveſtiri queunt. *tot. tit. feud. ſine culp. Vaſall:* Math. Stephan. *de juriſd. l.* 1. *c.* 1. *n.* 4. *Ac lib.* 2. *part.* 1. *c.* 4. *n.* 7. *&* 8. Cùm olim Præfecti Prætorio & Præſides pro lubitu & beneplacito Imperatorum conſtituebantur, ac pro lubitu dimittebantur; ſiquidem jure Romano pro regula traditur; *Solvitur judicium, vetante eo, qui judicare mandavit. per l. judicium.* 58. *D. de judic.* quod latè deducit Beſold. *de Iuriſdict. Imper. Rom. cap.* 16. *per tot.* Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *num.* 205. *& ſeqq.*

4. Quod ad dignitatem (ſecundò) ſpectat, Romani Imperii Duces, Marchiones, Comites, Barones, dignitates principales, patrimoniales, & hæreditarias obtinent, ac quicquid agunt, propriè ſibi agunt. Exinde ab eo tempore, quo Ducatus hæreditarii facti ſunt, *Gratiâ DEI* ſe imperare, mandatis & edictis præſcribunt. Matth. Bort. apud Arumæ. *diſc. jur. publ.* 14. *th.* 8. Joach. Schepliz. *in conſuet. Brandenb. part.* 3. *tit.* 3. *§.* 13. *quæſt.* 2. *n.* 40. Matth. Steph. *de juriſdict. lib.* 2. *part.* 1. *cap.* 7. *n.* 42. Caſp. Klock. *de Contribut. c.* 4. *n.* 146. Limnæ. *lib.* 4. *de I. P. cap.* 6. *n.* 15. *& ſeqq.* Ac, qui Duci, Marchioni, aut alii Imperii Principi, vitæ inſidias ſtruit, inſtar criminis læſæ Majeſtatis Reus punitur. Georg. Everhard. *conſil.* 2. *num.* 92. *& ſeqq. vol.* 2. Dn. Bocer. *de Crim. læſ. Majeſt. cap.* 2. *num.* 91. *& ſeqq.* Otth. Melander. *ad proceſſ. Meur. fol.* 138. Herman. Stamm. *de ſer-*

*vit.*

*vit. perſonal. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 15. *fol. m.* 700. Cùm immediata Imperii membra, ac quaſi imago Majeſtatis exiſtant; Ac in Comitiis non tantum votum conſultivum, ſed etiam deciſivum obtineant. Arumæ. de *Comit. cap.* 4. Beſold. *de Iurisd. Rom. Imper. cap.* 16. Præfectus autem Prætorio, Præſides, & alii Magiſtratus Romani, *nomina* tantùm *muneris* ac officii temporarii præ ſe ferebant, quorum dignitas cum officio intercidebat & occumbebat, nec quicquam, niſi ad nutum Imperatoris delegantis gerere audebant: Ac plerumque ad annum, longiſſimè verò ad vitæ finem, munia commiſſa continuabanr. *tot. tit. C. de Contract. judic.* Vantius *de nullit. ex defect jurisdict. num.* 112. *& ſeqq.* Engelbrecht. *de jurisdict. th.* 123. Herm. Stamm. *de ſervit. perſ lib.* 3 *c.* 10. *n.* 14. Georg. Eberlin. *tract. de origine jur. cap.* 16. *num.* 19. *&* 20. Quamvis nec hoc diffitendum ſit, quod ſecundam, aut, (ut alii volunt) tertiam, poſt Imperatoriam dignitatem obtinuerint. Caſſiod. *lib.* 6. *reſcript.* 3. latè Franciſc. de Amaya. *ad l. fin, cap.* 2. *num.* 26. *& per tot. de Decurion. lib.* 10.

5. Poteſtatem (Tertiò) quod attinet, clarum eſt, quòd Principes & Status Imperii per conceſſionem feudalem, *omnia ferè jura, etiam Regia*, quæ Imperatores priùs obtinebant, in provinciis collatis & ſubditis ſuis teneant, & quietè hæreditario jure exerceant, ac omnia Regalia ſeu Majeſtatis jura, proprio quaſi jure hodiè in territorio exerceant; Unde ex generali Regalium conceſſione Leges quoque condant, aliaque infinita jura quaſi poſſideant. De quibus vide Andr. Knichen. *de jur. territor. cap.* 4. *per tot.* Martin. Mager. *de Advoc. armat. c.* 6. *num.* 195. *& ſeqq.* Reinking. *de R S. & E. lib.* 1. *Claſſ.* 4. *c.* 16. Dn. Joan. Limnæ. *lib.* 4. *jur. publ. c.* 8. *per tot.* Imò qui

hodiè plus juris in Ducatibus & Comitatibus, quàm Imperatorem in Imperio Romano-Germanico (ad quod per modum electionis aſcendit) habere, ſecundum quosdam, dicuntur Nicol. Betſ. *de pact. famil. illuſtr. cap.* 8. *pag.* 427. Anton. Freundeberg. *de reſcript. morat. Concluſ.* 12. *lit. D.* Quod tàm plenè in Præfecto Prætorio animadvertere non licet. Quamvis enim Præfectus Prætorio poſt Imperatorem, maximum imperium obtinebat, & ſecundus ab Imperatore erat. De quo Caſſiodor. *lib.* 6. *epiſt.* 15. Cujac. Weſenb. Perez. & Doct. *in D. & C. de Offic. Præf. Prætor.* latè Georg. Eberlin. *de origin. jur. cap.* 16. *num.* 22. Ac latiſſimè de poteſtate Præfecti Prætorio, Joan. Jul. Cæſar. Bulenger. *de Imperio Roman. lib.* 3. *cap.* 2. Franc. de Amayâ *ad l. fin. num.* 5. *&* 6. *C. de Canon. largit.* ac latiùs *in l. fin cap.* 2. *per tot. C. de Decurion. libr.* 10. Omnia tamen Regalia ad modum & formam Principum & Statuum Imperii, minimè obtinebat. Multò minùs Præſides aliive Majores Magiſtratus Romani, vix aliquid *Regalium Majorum*, in poteſtate habebant. Quod variis exemplis & Legibus evincit Herm. Stamm. *in tract. de ſervit. perſonal. lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. *& ſeqq.* Cui aſſentit pridem Beſold. *de jurisdict. Imper. Rom. cap.* 16. vide tamen *l. formam. C. de offic. Præf. Præt. Orient.* ac *l.* 5. *C. de aquæduct. lib.* 11. Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Cur. Belg.* 83. *n.* 10. *ac deciſ.* 94. *num.* 3. *vol.* 5. Proinde, ut *ſummatim* dicam, fruſtraneam operam inſumunt illi, qui Magiſtratibus Romanis eorumque poteſtati, hodiernos Principes & Status Imperii æquiparare annituntur. Nec enim Magiſtratuum Romanorum omni tempore par ſemper fuit poteſtas, ac Reipublicæ immutatâ formâ, quàm plurima in regiminis modo abolita & antiquata fuêre, ſecundùm Joan. Coraſ. *ad lib.* 1. *D. de offic. Præfect. Prætor. in fin. Ac ad l.* 2. *§. populi.*

*puli. D. de origin. jur.* quem refert & ſequitur Beſold. *in delibat. lib.* 1. *cap.* 41. *in fin.* Adde quoque Paul. Chriſtinæ. *deciſ. Belgic.* 105. *num.* 37. *& ſeqq. vol.* 5. Maſtrill. *de Magiſtrat lib.* 5. *cap.* 2. *per tot.*

6 Hoc tamen pro concordandâ hac Doctorum diſcrepantiâ obſervandum eſſe cenſeo; Ut quoties Doctores priùs allegati ex Jure civili, à Magiſtratibus Romanis ad Principes & Status Imperii argumentantur, hoc non abſolutè, ſed *ſecundùm* quid accipiendum ſit. Non quaſi Principes & Status Imperii cum Magiſtratibus Romanis & nomine & poteſtate eosdem eſſe velint, ſed ut demonſtrent, in illis terminis, in quibus textus Juris civilis de Magiſtratibus majoribus Rom. loquuntur, idem jus quoque ob idenditatem rationis in Imperii Principibus & Statibus ferè obtinere: Utpote Senatus olim quoad legislationem & in integrum reſtitutionem aliave jura Principibus æquiparabatur. juxta *l.* 1. §. *de qua autem. D. de poſtul. l. non ambigitur. D. de legib.* Aſt, hoc non abſolutè & in omnibus, ſed qualificatè tantùm intelligendum eſſe, ſcribit Bartol. ibidem. Dec. *in l.* 1. *num.* 6. *D. de offic. ejus cui mand.* Quod latè & per plures caſus deducit Joan. Herman. Stamm. *d. tr. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 18 *& plur. ſeqq.* Adi quoque Arumæ. *Diſcurſ. jur. publ.* 18. *Concluſ.* 21. *vol.* 1. Ac tolerari poteſt in hac controverſiâ, id, quod Beſold. *tr. de appellat. cap.* 3. §. 15. *in fin.* ſcribit: *Quos nunc Principes, Duces, Comites, Marchionesve vocitamus, aliud nihil ſunt, quàm inſtar Præſidum, Proconſulum, Legatorum, Oratorum & ſimilium à Regibus earum nationum, quæ Imperium Græco Romanum deſtruxerunt, bello ſubactis provinciis præpoſiti; Ab initio per annum, poſteà ad dies vitæ, in officium & adminiſtrationem: Tandem ab iisdem quieò*

*excelſius & ſpecioſius ſuum futurum Imperium credebant firmandum, hereditario jure, legeque ſucceſſoria, autocratico nomine Præfecti, Gubernatores conſtituti fuerunt.* Conſentiunt Münſter. *in Coſmograph. lib.* 3. *cap.* 21. Stumpff. *in Chron. Helvet lib.* 4. *cap.* 29. Cruſ. *in annalib. part.* 1. *lib* 1. *c.* 4. Knichen. *de jur. territor. cap.* 1. *n.* 359. Chriſtoph. Lehman. *in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 44. *fol.* 186. Ita, ut Principes & Status Imperii, imò Civitates ipſæ, Proconſulum, Præſidum, Legatorum, ſimiliumve Magiſtratuum Romanorum locum obtineant; Non tamen in eorum jus ſucceſſerint, uti ſeſe explicat prædictus Beſold. *de juriſdict. Imper. Roman. cap.* 16. *in medio.* Ac idem repetiit *Conſil.* 150. *num.* 18. & 19. *part.* 4.

7. Aliorum Regnorum Leges & mores quod attinet, hodiernâ Imperiorum facie, Præfecto Prætorio comparari poteſt *in Galliæ Regno* Ille, quem olim, ſub prima præſertim linea Regiæ ſucceſſionis, Majorem Domus, aut Magiſtrum Palatii, hodie verò communiter Comeſtabilem vocant. Guido Papæ *deciſ.* 50. *num.* 4. Lupan. *de Magiſtrat. Franc. lib.* 2. *tit. de Conſtabil.* Qui tradit, quod Comeſtabilis, Magiſtro equitum & Tribuno celerum valdè fuerit ſimilis. Tiraquell. *de Nobilit. cap.* 8. *n.* 17. Marquard. Freher. *tr. de origin. Comit. Palat. in princip.* Qui optimè generalis Regis Vicarius dici poteſt; Quod ex Cedreno & Gregor. Tauron. deducit Jul. Cæſ. Buleng. *tract. de Offic. Regn. Galliæ, t. de Majorib. Palatii. In Caſtellæ Regno*, Præfecto Prætorio hodie comparatur Gubernator aulæ Regiæ, qui Caſtellana voce nominatur *Adelantado de la Corte:* Ex ratione, quòd is omnibus Regni Magiſtratibus anteponatur, ſecundum leges Regni Caſtellæ, *in Leg.* 19. *part.* 2. *tit.* 19. Anton. de Gemma,

*part.* 1.

*part.*1.*deciſ.*1.*num.*20. *In Luſitaniæ* Regno, Præfecto Prætorio æquiparari ſolet Rector Juſtitiæ ſupremæ, quem *lo Regedor da Iuſtica*, Luſitani vocant; Is non ſolum in Senatu ſupremo, ſed etiam extra Senatum, in quampluribus rebus ſummam poteſtatem, imo Legum interpretandi facultatem habet, ſecundum Ant. de Gamma, *part.* 1. *deciſ.* 1. *n.* 18. *In Regno utriusque Siciliæ*, Præfecto Prætorio aſſimilatur *Prorex*, ſeu *Vice Rex*, qui in Regno iſto ampliſſimam, & poſt Regem, ſupremam habet poteſtatem, omni provocatione rejectâ, Freccia. *libr.* 2. *de ſubfeud. tit. quis dicatur Dux. n.* 29. Bovadilla, *lib.* 1.*polit. cap.* 2. *n.* 4. Andr. Alciat. *lib.* 3. *Parerg. c.* 3. Quod latiùs deducit, ejusque poteſtatem refert Don. Garſ. Maſtrill. *de Magiſtrat. libr.* 5. *cap.* 6. *per tot.* Imò, *Pro Regem* longè ampliorem habere poteſtatem, quàm olim Præfectum Prætorio, tradit Bartol. Chaſſan. *in Catalog. glor. mundi part.* 7. *Conſider.* 10.

8. Officio Præfecti Prætorio comparat Anton. Faber, *in Principatu Pedemontano*, ampliſſimum Pedemontium Senatum, & Parlamentum, illumq; eandem, quam Præfectum Prætorio, auctoritatem habere, ſcribit dictus Ant. Fab. *in Rationalib. ad tit. de Offic. Præf. Præt.* Quæ tamen comparatio, *Chriſtophoro Beſoldo*, minimè arridet; ſiquidem alia adhucdum privilegia, Præfectum Prætorio habuiſſe, quàm privilegium de non appellando, ſecundum tradita Beſold. *in Delibat. lib.* 1. *c.* 43. conſtat ex iis, quæ ſcripſit Jul. Cæſar. Bulenger. *tract. de Imper. Roman. lib.* 3. *cap.* 2. Franc. de Amaya, *ad leg. fin. cap.* 2. *per. tot. C. de Decurion. lib.* 10. *In Angliæ Regno*, Præfecto Prætorio ferè æquiparatur *Comeſtabilis:* Quod officium, in illo Regno primum eſt & præcipuum, quod olim plerumque

filiis, fratribus, aut avunculis Regum commiſſum erat, tandem quoque ad *Staffordos*, Duces Buckingamiæ, jure hereditario, delatum fuit. Id quod in Eduardo, Duce Buckingamiæ, ſub *Henrico VIII.* deſiit. Cocke *Inſtitut. part.4.cap.17.* Hodiè verò Angliæ Rex *Comeſtabilem Dignitatem* ſolummodò primis Regni proceribus demandat, & quidem raró, ac tantum pro tempore, ob ſummam poteſtatem, quam munus hoc in ſe habet: Tanta enim eſt poteſtas Angliæ Conſtabulorum, ut etiam Regibus ſuſpecta eſſe cœperit. Unde Finexius, Juſtitiarius, interrogatus à Rege *Henrico VIII.* quanta eſt Conſtabularii poteſtas? Reſponſum declinavit, aſſerens hanc quæſtionem ad Leges armorum, non ad Jus Anglicanum, pertinere. Arthur. Duck. *de Authorit. Iur. Roman. libr. 2. cap. 8. part. 3. num* 14.

9. *In Hungariæ* ut & *Croatiæ* Regnis, Præfecto Prætorio ſimilis exiſtit, *Palatinus Regni Hungariæ, ac Banus Regni* Croatiæ; Imò, in quibusdam juribus & præeminentiis, eundem maximè ſuperant. Palatinus namque Hungariæ eſt Judex inter Regem ac Regnicolas: Eſt Curator hæredis Regni Hungariæ. Rege non exiſtente, diætas indicit: Eſt Capitaneus Generalis: Audit Oratores, Rege eos audire nequeunte: querimonias ad aures Regis defert: Eſtque Judicum Regni maximus, ſicuti conſtitutum eſt *in Decret. Regni Hungar. de Anno MCCCC. XXXVI. act.* 1. *& ſeqq. ac Decret. Anno MCCCC. LXXXXII. act.* 33. *Decret. Poſon. M. D. XXXIV. act.* 50. Antiquis item Præfectis prætorio, ferè hodie ſimiles ſunt, *in Turcico Imperio, Beglerbei.* Sunt autem Beglerbei, ſummi Duces militiæ, & provinciarum Præfecti, ac vocantur, Beglerbei, quaſi dicas, Domini dominantium; Hi univerſo equitatui,

tatui, ipſisque Sangiacis, qui Duces ſunt copiarum pedeſtrium, & Civitatum Præfecti, imperant, ac in univerſum, jus dicunt; Eandemque cum Baſſis & Veziris authoritatem obtinent. Philipp. Lonicer. *de Imper. Turcic. milit. offic. tit. de Beglerbiis. fol. m.* 76. ac Lazar. Doranz. *de Turcic. milit. offic. in Republic. Turc. fol. m.* 231. Quamvis magis ſit, ut cenſeam, quòd hodierno *Turcicorum Imperatorum* tempore, *ſummus* Turcici Imperatoris *Viſirius, il Gran Vizir*, quàm proximè authoritati & poteſtati Præfecti Prætorio, accedat. Vittor. Siri *nel Mercurio tom* 1. *lib.* 1. *fol. m.* 181. Hæ comparationes ſolummodo in quibusdam locum ſibi vindicant, vix enim eſt, ut in omnibus, ob diverſitatem Regnorum & Legum, ſibiipſis conveniant; juxta regulam: *Quod omne ſimile claudicet.*

LAUS DEO T. O. M.